

JACOBI ANDREÆ CRUSII J.U.D.
& Reipubl. Mindensis Syndici

TRACTATUS POLITICO-JURIDICO-HISTORICUS, DE PRÆEMINENTIA, SESSIONE, PRÆCEDENTIA, ET UNIVERSO JURE ΠΡΟΕΔΡΙΑΣ





JACOBI ANDREÆ CRUSII J.U.D.

& Reipubl. Mindensis Syndici

TRACTATUS POLITICO-JURIDICO-HISTORICUS.

DE

PRÆEMINENTIA, SESSIONE, PRÆCEDENTIA, ET UNIVERSO JURE ΠΡΟΕΔΡΙΑΣ

Magnatum in Europa, tum Ecclesiasticorum, tum Secularium, tam Generali, quàm Speciali cujusque Domus Illustris Prærogativâ.


LIBRIS QUATUOR ABSOLUTUS.

IN QUO

De Pontificum Romanorum, Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Ordinum Ecclesiasticorum, non tám Germaniæ, quam Galliæ, Hispaniæ, Italiæ, &c. uti & Imperatorum, Regum quorumcunque ac Rerumpublicarum Orbis Christiani, nec non Electorum, Archiducum, Ducum, Comitum, Baronum, Liberarum Imperii Civitatum, Nobilium immediatorum S.R. Imperii, nec non Natalium armatæ militiæ, vel Doctorátus splendore coruscantium præcedentia, sessione, ac dissidiis de præeminentia obortis, succinctè agitur, quibus modis tollenda ea, quorum jura potiora, quo judice, quibus & in petitorio, & possessorio actionibus, remediis Sessionum controversiæ decidendæ.

Opus omnibus non solùm Jurisconsultis & Politici studii Mystis, sed etiam & cumprimis Regum, Summorum Principum, Rerumpublicarum & Communitatum Consiliariis & Advocatis, necessarium plane & utilissimum.


Cum Summariis, nec non rerum maximè observandarum Indice locupletissimo.



BREMÆ,

Impensis & Typis JACOBI KÖHLERI,

ANNO M DC LXV.



SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO,

Marchioni Brandenburgensi, S. R. Imperii ArchiCamerario & Electori, Duci Borussiæ, Magdeburgensium, Iuliacens. Clivensium, Bergensium, Stetinensium, Pomeranorum, Cassubiorum, Venedorum, ut & Crossensium, & Iegerdorfensium, Silesiorum, Burggravio Norimbergensi, Principi Halberstadensium & Mindensium, Comiti Marcano & Ravenspergico, Domino Ravensteinii, Domino suo clementissimo.



Rdui & multorum judiciis subjecti Operis tractationem me suscepisse, dum de jure προεδρίας maximorum Orbis Christiani Procerum tum secularium, cúm Ecclesiasticorum disquisitionem instituere non dubitavi, neminem, qui vel á limine jus publicum salutavit, negaturum consido. Ecquis enim ignorat, illam de honoratiori loco & προκαθεδρίας contentionem plurima publicis

 cis

cis negotiis, præsertim in communi negotio periculóque omni ævo attulisse incommoda, non dixerim ut plurimum non sine profusione sanguinis humani de præcedentia disceptatum fuisse, cujus rei exemplum vel dissidium illud de honoratiori loco inter Abbatem Fuldensem Wideradum & Episcopum Hildesheimensem Hecelonem in Ecclesia Goslariensi obortum á Lamberto Schafnaburgensi diligentissimo rerum Germanicarum scriptore in Annalibus ad Annum 1063. expositum præbere poterit. Sic inter Herbipolitanum Episcopum Rudolphum & antiquam Comitum Papebergium familiam, præcedentiæ causá præliis atrociter concursum esse testatur Kirchner. de legat. lib. 2, c. 5, n. 76. unde Pierre Matthieu has quæstiones á cuspide gladii dependere non malè asseruit. Equidem si sint & aliæ offensiones, propter quas bellum suscipiendum esse videatur, hujus etiam quasi superpondium adjectum excitare animos ad bellandum posset: sicut Colinius in scripto ad Regem Carolum apud Thuanum lib. XLII. inter alia plurima mentionem etiam injicit in controversiam adductæ præcedentiæ, quamvis incauté Besoldus, Arumæus, aliíq; eidem adfingere non dubitarint, quasi dixisset, hanc insignem injuriam, ad bellum Hispano movendum sufficere, neque enim sapiens dixerit, bellum cuiquam movendum superbiæ causá, quó spectant pulchra & lectu dignissima verba Catonis pro Rhodiis perorantis, quæ

Nocti-

Noctium Atticarum ſcriptor Aulus Gellius lib. 7. c. 3. poſteritati reliquit. Sanè hominibus hoc á natura peculiari ſtudio inditum eſt, ut laudis ac honoris ſtudio maximè ducantur, præſertim Magnates, quorum proprium eſſe de honore & gloria certare, ait Marzarius Conſil. 26. n. 4. Ipſi gentiles myſteriis Eleuſiniis initiati, ideó Eleuſiniæ fidei ſymbolique capita inter alia amplectebantur, quó in inferis ſuperiorem locum ac προεδρίαν haberent, teſte Laërtio in Diogene, adeó mortales, quibus innatum ſuperbiæ & ambitionis malum nihil intermiſerunt, quod ad vindicandam præcedentiam conducere poſſet. Quæ cùm ita ſint, plurimi præclari & ad ornatum ſeculi nati viri, pro virili præeminentiam Principum & rerum publicarum ſuarum ſcriptis aſſerere non dubitarunt, utinam non affectus in patriam ſuam ac gentem vehementiſſimus, illos quandoque á tramite veritatis hiſtoricæ abduxiſſet. Plurimi ſanè errores hinc inde commisſi quoad cauſas, ex quibus præcedentia competere poſſet, non pauci de controverſiis hiſce diſquirentes ad jus Juſtineaneum recurrere non dubitarunt, quaſi veró liberæ Reſpublicæ, quæ nunquam jura Romana receperunt, inde deprompta argumenta contra ſe admittere teneantur, magis eſt, ut jura gentium moratiorum, & quid in Conciliis & Conventibus Chriſtianis receptum inſpiciamus, quod ipſum á me in hoc ſcripto diligentiſſimè obſervatum fuiſſe ex perlectione ejusdem

dem constabit. Equidem præcedentiam, quam loci dignioris honorificam occupationem dicimus jure divino iis meritó deberi, quibus dedit DEUS; extra controversiam positum est. Honorem veró ejusmodi Deum, cui primarió is competit, tribui voluisse Regibus terrarum Dominis, Magistratibus, parentibus, senioribus, Doctoribus pietatis, ac demum se timentibus, ex sacro Codice certiores reddimur: Jus naturale, quod dictamen rectæ rationis incomparabili Hugoni Grotio dicitur, itidem docet, omnes homines honorem personis modó enumeratis exhibere adstrictos esse, etiamsi forte, aut ignoret hæc aliquis in sacro Cedice contineri, ratio enim licèt Deum perfecte cognoscere non possit, tamen hactenus novit Deum esse primum honorabile, & quos ille velit honore affici, adficiendos esse. Consentit igitur Ius Naturale hac in re legi Dei, ac ex suis principiis educit, á Deo quendam characterem his impressum esse, quos honorari velit. Character autem ille, nihil aliud est, quám similitudo quædam cum attributis divinis, quæ cognoscit ratio, ac cum his præcipué potentia, sapientia, benignitate. His, quos præstáre putat ratio, eos ducit honore dignissimos, prout præclare disserit Vir summus Ioannes Freinsheimius diatrib. 2. de S. Rom. Imperii Electorum, & S. Rom. Eccl. Cardinalium præcedentia. Cæterúm, ne longiore verborum circumductione in publica commoda, quibus assidué promovendis S. V con-

secratæ

ſecratæ ſunt curæ peccare videar, id quod ſupereſt haſce exantlatorum in jure publico laborum meorum primitias, devotisſimo & promptisſimo tamen animo S. veſtræ conſecratas & inſcriptas, ex veteri formula, do, dico, dedico, ac conſecro idque eó magis, quód jam diu in votis habuerim, ut inſignem animi cultum & S. V. & illuſtriſſimæ Domui Brandenburgicæ debitum paratúmque idoneo aliquo pignore poſſem teſtari. Sanè ſi in dedicandis libris primi beneficiorum acceptorum ratio habenda, cui magis, quám S. V. Potentisſime Dn. Elector, Dn. Clementisſime, ſcriptum hoc, velut fidæ erga S. V. devotionis meæ monumentum perpetuum offerendum. Equidem licèt potentisſima Domus Brandenburgenſis habeat, quæ æſtimari in illuſtribus familiis præcipuè ſolent, decora magna: vetuſtatem á multis ſeculis repetendam, potentiam amplisſimorum Ducatuum, & ditionum, omnem tamen ſuperat laudem, præter fortitudinem, magnanimitatem, & ſingularem rei militaris experientiam S. V. bello Polonico univerſo Orbi abundè probatam, nec non prudentiam, regendi artem, ac juſtitiæ cultum, quæ omnia felicioribus ingeniis, quibus hæc ipſa facundè contigit eloqui, æquatis cum rei magnitudine cogitationibus deprædicanda relinquo, incomparabilis illa S. V. clementia, quæ tanta, ut majori S. V. digna omnibus videatur imperio, mitto propenſum in litteras animum & toti Europæ notisſimum, unde tot V. S. quotidie in

ſcribuntur libri, ut vel ex illis ſolis ad exemplum Magni Hetruriæ Ducis Coſmi primi, Bibliothecam inſignem quis poſſit conſtruere. Porró, ſi eam ob cauſam, quam librorum autores in dedicandis operibus non in poſtremis habent, magnis Principibus novi inſcribendi libri, ut á Patrono, in prima fronte conſpecto aliquid lucis ac ſplendoris accipiant, á quonam S. Romani Imperii Principe plus ornamenti ac decoris, tenui huic & informi partui, quem non ſapientior ætas, ſed adoleſcentia enixa eſt, & quidem ea, cui propter alias curas immenſas in hác ſolá curá eſſe non licuerit, accreſcere poterit, quám á ſplendore S. V. Denique, ut alias haud levioris momenti debitæ S. V. inſcriptionis meæ cauſas, brevitatis ergo prętercam, quem præterit tractatum hunc ex operis ipſius argumento nulli, quàm S. V. inſcribendum ac deferendum fuiſſe, quippe in his lucubrationibus ſub S. V. protectionis umbraculo perfectis, limatis & in apricum productis præeminentiam quoque Potentisſimæ Domus Brandenburgenſis pro virili vindicare operam dedi. Quod ſi S. V. hæ lucubrationes noſtræ non diſplicuerint, adeóque dignæ æſtimatæ fuerint, ut iisdem uná cum reliquis S. V. ſuperiori anno devotisſimo animo oblatis libellis in inſtructisſima illa S. V, bibliotheca locus quidam asſignetur, peculiari ſcripto Potentisſimæ Domus Brandenburgenſis præeminentiam, & jura in ditiones ſubjectas ex veteris & noſtri ævi monumen-

numen-

numentis propediem pinguiori Minerva expositurus sum. Quod superest devotissimè rogo, ut S. V. per incomparabilem illam & non satis deprædicandam clementiam, cujus radios S. V. superiori anno ad immerentem me porrigere dedignata non fuit, qualecunque hunc ingenii fætum subjectissimæ observantiæ & devotionis obsidem, clementi ac sereno vultu accipiat. Deus Opt. Maximus S. V cum tota illustrissima familia incolumem, ac omni gloria florentem conservet, sicque amplius fortunet, ut salutaribus pacis bellique consiliis semper insistere, exemplis instruere seculum, & actorum gloria terrarum implere orbem, debitas denique omnium Ordinum acclamationes, vota, desideria, preces, justi moderatique regiminis testes, secum aliquando in cælum usq; pertrahere possit. Dabam Mindæ Idib. Maij Anni 1665.

Serenit. Vestræ

Subjectissimus & devotissimus

Jacobus Andreas Crusius D.

LECTORI CANDIDO ET BENEVOLO S. D. AUTHOR.

EN tandem Benevole Lector, nostras Tibi in Catalogo Francofurtensi aliquoties promissas de jure προεδρίας lucubrationes, quatuor libris absolutas, quarum tardiorem editionem non mihi, quippe quòd jam ante bienniũ scripto colophonem imposuerim, sed impressoribus ac typographis adscribes. Quâ occasione inductus ad illustrandum gravissimum hoc juris publici argumentum accesserim, primò omnium brevibus exponendum duco. Cùm ante sex annos Lutetiæ Parisiorum subsisterem, ac inter alia, bibliothecas publicas, quæ instructissimæ ibidem habentur, lustrarem, oblatus mihi fuit tum non ita pridem editus libellus Advocati Parisiensis Auberii de la praeminence de Roys de France, & de leur preseance sur l' Empereur & le Roy d' Espagne, in quo scripto, cùm Author non solùm parte prima Christianissimi Galliæ Regis praeminentiam & προεδρίας jura contra Hispaniæ Reges vindicare, sed etiam Imperatorum Augustissimorum præcedentiam præ Galliæ Regibus in dubium vocare argumentis speciosis, quæ Authoris ingenium satis ostendunt, ausus fuisset, examinare paulò accuratius prædicti authoris argumenta, ac vindicias praeminentiæ Augustissimorum Imperatorum tum temporis conscribere incipiebam, ad patrios lares reversus, hac occasione, arduum hoc ipsum opus aggressus fui. Traxit sanè tum vara vibiam, & ut Hispanorum utar adagione, funis secutus est situlam. Concatenatio materiæ enim ansam præbebat, ut dubium ex dubio progigneretur, egóque elucubrando Operi inhiarem, quod quatuor libris absolutum Tibi, Lector Benevole, exhibeo. Ordinem in hoc Opere adhibitum quod attinet, primo libro generalia, quæ tanquam principia & fundamenta totius structuræ essent, proponere precium operæ me facturum existimavi, secutus eâ in re præscriptum ab universæ Philosophiæ parente, ac sacratissimo Imperatore Justiniano methodum, scilicet generalia præmittenda esse specialibus, unde primo libro de dissidiis ratione sessionis obortis, quidve apud moratiores gentes receptum, nec non de loco honoratiori, uti & causis, ex quibus debetur præcedentia, ac de judice sessionis, & actionibus ac remediis pro vindicanda sessione competentibus disserui. Altero libro placuit de Ecclesiasticorum Procerum contentionibus funestis ratione sessionis motis agere, quâ in re ordinem & tractandi viam Politicis & Dd. nostris communiter receptam

ptam servare volui, statum clericalem Laico præferendo, quamvis non sim nescius inter Impp. & Pontifices Romanos hâc de re acriter olim disceptatum, & ne confusè ea ipsa traderentur, de singulorum Ecclesiasticorum Procerum sessione speciatim isto libro agere placuit. Tertium librum controversiis sessionis extra Imperium, inter Reges, ac Principes Orbis Christiani enatis tribuimus, ubi monendum duco, me quoad Regum, Principum, ac Rerumpublicarum locatam seriem in nullius Regiæ, Illustris, ac Eminentis dignitatis præjudicium quicquam collocatum, positum, aut scriptum velle, de quo solemniter protestor. Quarto libro demum de controversiis in S. R. Imperio inter Status Imperii enatis disquirere volui, ubi monendus Lector, ut Addenda interdum percurrat. Cæteroquin monita clarissimorum virorum secutus pauca de nobilium ac militum, sive togata dignitate coruscantium præeminentia subjicere opera precium me quoque facturum existimavi. Titulum libri fecimus de jure προεδρίας, *quâ loquendi ratione prærogativam honoratioris loci ut plurimum Græci exprimere solent, qui etiam* πρωτοκλισίαν *ac* πρωτοκαθεδρίαν *appellare solent. Præcedentiæ voce quoque usi fuimus, non ignorantes, eam non satis latinam esse, quâ tamen notante Joanne Freinsheimio de S. R. Ecclesiæ Cardinalium præcedentia, Diatrib, 1. nos uti cogit inopia ejus linguæ, Romanis quippe propter magnitudinem Imperii, nec ab externis ferè movebatur controversia sessionis, nec inter ipsos oriri potuit bene distinctis ordinibus, & componente quaslibet hujusmodi rixas vel nutu Senatus, aut Imperatoris. Vid. Sueton. in August. c. 44. & in Claud. c. 21. Apud eundem Suetonium Caligula, quum audiret fortè reges, qui officii causa in urbem advenissent, concertantes, apud se super cœnam de nobilitate generis, exclamavit.* Εἷς κοίρανος ἔστω εἷς βασιλεύς. *Unus Dominus esto: unus Rex, ita statim lis quievit. Apud Turcas simile quid observari licet, quum enim Anno MDLXXXVII. de sessione in templo S. Francisci, quod Galatæ est, inter Legatos Cæsaris & Regis Galliæ certaretur; Turcicus Imperator, teste Michaele Heberer in Servitut. Ægypt. non solum templum omnimodo claudi, sed etiam acinacem nudum ante fores appendi, cum præconio, qui de controversia ista vel vocem mittere fuerit ausus, supplicio afficiendum. Vid. Kirchner. de legat. lib. 2. c. 5. Quæ cùm ita sint, mirandum non erit, præcedentiæ non reperiri apud Romanos aptum vocabulum, cùm de eâ certare ne Reges quidem permitterent, interim cùm voce præcedentiæ ut plurimum hodie scriptores utantur, eàque fermè gentibus Europæis omnibus communis sit, quid obstat, quominus & illa à nobis adhiberi potuerit; suadente scilicet hoc usu, quem penes arbitrium est & vis & norma loquendi. Præcedentiam igitur synecdochicè nominamus priorem & honestiorem in eundo, stando,*

sedendo, ac subscribendo, locum. Germanis nostris recepta nomina, Fürgang/ Farsuq/ Vorsin/ *& similia, ita comparata sunt, ut tantummodo speciem ejus honoris singula notent, genus non notent.*

Cæterùm, licet de arduo hoc argumenti genere non pauca exstent clarissimorum virorum scripta, attamen an eâ methodo, quâ nos usi fuimus, singula exposita sint, tuo, Benevole lector, permitto judicio. Equidem de præcedentia Ecclesiasticorum præter Michaelem Ferrum passim egit Barthólomæus Chassanæus in tractatu suo, cui titulum fecit Catalogum Gloriæ Mundi, scriptor alioquin parùm accuratus, & in exscribendis aliorum libris more suo probè versatus, in specie Romanæ Ecclesiæ Cardinalium præcedentiam ac præeminentiam exposuit novissimè eximius nostri seculi historicus & Politicus Joh. Freinsh. in peculiari disquisitione de S. R. Imperii Electorum & S. R. Ecclesiæ Cardinalium præcedentia, De secularium Procerum sessione præter Alphonsum de Carthagine in genere pauca quædam Besoldus in peculiari exiguo discursu annotavit, quò spectat Speronis Speronii discursus della precedenza de i Principi. Porrò plurimi occurrunt, qui in specie hujus vel illius Regis Principis, ac Reipublicæ præeminentiam, & præcedentiæ jura scriptis singularibus propugnarunt, ita ut ex multis pauca tangamus, in famosa præcedentiæ controversia inter Christianissimos Galliæ, & Catholicos Hispaniarum Reges plurima in publicum prodierunt præclara diversorum scriptorum ingenii monumenta, Christianissimi enim Gallorum Regis præeminetiam peculiaribus scriptis defenderunt N. Vignier in tract. cui titulus Raisons & causes de preseance entre la France & l' Espagne. Cardinalis Vitellius in discursu de præcedentia agitata Romæ inter Legatos Regum Galliarum & Hispaniarum, præ cæteris verò in hoc scriptionis genere laude digni T. Gothofredus & modo laudatus Auberii Advocatus Parlamenti Parisiensis. Catholici Hispaniarum Regis præeminentiam econtra defenderunt scriptis peculiaribus Augustinus Cranatus & Valdesius. Non omittendus quoque heic nobis eminentissimus D. Jacobus Howel cujus προεδρία βασιλικὴ anno præterlapso 1664. Londini edita, in quo scripto præprimis nullum non movit lapidem, ut Regi suo Magnæ Britanniæ jus προεδρίας præ reliquis orbis Christiani Regibus assereret. Quidam quoque de præcedentia Rerumpublicarum egregia ingenii monumenta posteritati reliquerunt, quò spectat eruditissimum Graswinckelii scriptum de præcedentia inter Rempublicam Venetam & Sabaudiæ Ducem. Quoad status Imperii, & controversias ratione sessionis inter eosdem obortas peculiaria quoq; hinc inde edita scripta, argumento esse potuerunt libelli in causa præcedentiæ inter illustrissimas Domus Altenburgensem & Vinariensem à summis nostri seculi viris publici juris facti, quorum mentionem libro

bro quarto fecimus, ut alia mittamus. Atqui hactenus pauca hæc præmonenda duximus, restat, ut benevolum lectorem imploremus, ut si humanitus fortean alicubi erratum sit, siquidem & Homerum quandoque dormitare propè omnium opinio sit, ipse modestè me admonere, & errata corrigere velit: Nec enim pigebit unquam cum S. Augustino, sicubi hæsitamus, quærere; nec pudebit, sicubi erramus, discere, neque enim ex eorum numero sum, qui adeò rigidi existunt ac morosi opinionum suarum, sententiarumque defensores; ut facilius lupo ovem, milvio gallinam, aquilæ prædam, Herculi clavam extorqueas, quàm illis veteres suas avias à pulmone, ut Satyricus loquitur, revellas. Præclarè philosophus 1. Eth. 6. Δόξειε, *inquit*, δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι, καὶ δεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ γε τῆς ἀληθείας, καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν, *fortasse præstat veritatis conservandæ caussa, propria etiam documenta tollere & confutare: cui quidem sententiæ strenuè parebo. Vt ut enim cespitare mihi contingat: idem tamen, spero, juris fore Sanatibus, quod fortibus. Sanè in hoc opere æquum me accedere scriptorem, ingenuè profiteor, libero judicio, nulla ejusmodi adstrictum necessitate, ut mihi, velim, nolim, sit certa quædam tuenda sententia, unde facilè me vinci patiar ab eo, cui diversum placuerit, modò rationibus melioribus diversum ostenderit, quinimo debere me multum profitebor potiora suggerenti, & reprehendenti doctè, neque enim me ipsum pigebit, mutare sententiam, si vel studium vel ætas meliora suppeditaverit, interim si quis à me dissentiens voluerit id scriptis testari, meminerit modestiæ, & sine conviciis, turpi impotentis animi fætu, rationibus contrarium evincat, neque absit à studiis humanitatis humanitas, servetúrque illa tranquillitas animorum, quâ super res omnes alias Musæ gaudent. Procul igitur esto, insectatio omnis, ac canina facundia, sine quâ plerique sibi parum diserti videntur, quippe quibus quasi proprium aliorum scripta inimicè allatrare atque arrodere; nec tam cogitare, quantum alius præstiterit, quàm ubi hallucinetur, immemores interim manticæ suæ, quam errorum minimè vacuam gestant in tergo. Verùm ut Homerum plurimorum maledicentia à scribendo non deterruit: ita neque me amarulentorum detrectatorum virus à proposito abstraxit. Sapienter Antisthenes Atheniensis excelsi animi esse dicebat, ingratitudine hominum non deterreri à studio bene merendi de omnibus, eruditos planè quàm procul esse ab invidia; tam dare operam par est, ut quicquid bonorum assiduo studio partum habent de suis thesauris liberaliter promant; nec cum præsenti modo ætate vivâ voce, sed insequentibus etiam seculis perennitate literarum communicent. Equidem fateor propositum primò mihi fuisse editionem hujus scripti mei differre, donec accrescente indies ætate & judicio perfectius aliquando prodiret, sed hæsitanti succurrebat aureum istud Quintiliani dictum lib. 12. Instit. Orator. c. 6. Non differendum est, inquit, Tyrocinium in senectutem, nam quotidie metus crescit, majusq́ue fit semper quod ausuri-*

ausuri sumus; & dum deliberamus, quando incipiendum sit, incipere jam serum. Quare fructum studiorum viridem & adhuc dulcem promi decet, dum & venia, & spes est, & paratus favor, & audere non dedecet; & si quid desit operi, supplebit ætas, & quæ sunt dicta juveniliter, pro indole accipiuntur. Hæc Quintilianus d. l.

Cæterùm, quod stylum in scribendo adhibitum attinet, malui potiùs modernis vocibus & terminis inter Politicos, ICtos, & historicos receptis uti, quàm cum matre Evandri affectatè loqui, quare non ad verborum elegantiam, & quod enucleatiora hæc esse possent, sed ad rerum expositarum cognitionem invitamus lectorem candidum & benevolum, cui

cuncta legenti
Forsitan occurret, vacuas quod mulceat aures,
Pœniteátque minus suscepti in fine laboris.

Nam & in conviviorum ratione quamvis à plerisque cibis singuli temperemus, totam tamen cœnam laudare solemus, nec ea, quæ stomachus noster recusat adire, adimunt gratiam illis, quibus capitur, inquit Plinius lib. 2. Epistol. Quod superest, rogatum volo lectorem, ut, si in hoc scripto σφάλματα γραφικὰ sese offerant, ea pro candore corrigere, & cogitare velit, Authorem scripto non adfuisse, & Typographum interdum ἀναλφάβητον accessisse, quippe qui etiam in literarum nonnunquam syllabarúmque combinatione hæsitaverit, quod uti acrius aliquantum hic commemoro, ita me ob enormia talia vitia excusatum iri confido. De ejusmodi erratis Typographicis, teste doctissimo Camerario Ioannes Secerius vir doctus laudatúsque imprimis Typographus dicere solitus fuit, si quando de incuria negligentiáque hâc in parte Typographorum mentio fiebat. *Talia errata nihil afferre incommodi posse. Aut enim leguntur, inquiebat, editi libri ab eruditis & ingeniosis, aut ab ineruditis & inertibus. Isti facilè animadvertunt istos lapsus, & sciunt statim tollere vitiosa. His ne studiosè quidem edita atque incorruptissima scripta prosunt.* Indicem an operi subjicerem subsistebam in principio, quippe quod lectorem ad perlectionem totius scripti invitare vellem, attamen, cùm ratio temporis non permittat sæpius evolvere integros tractatus, secutus morem receptum, Indicem ejusmodi subjicere placuit. Quod superest, si tibi, Lector, non displicuisse has lucubrationes meas perceperim, brevi tempore tractatus meus de Vicariis S. R. Imperii in publico comparebunt. Tu interim aliíque libelli vale, benevole Lector, & Rhadamanteum in censendo adhibeto judicium. Mindæ idib. Maji Anni 1665.

AD

AD CONSVLTISSIMVM VIRVM

Dn. JACOBUM ANDREAM CRUSIUM

J.U.D. & Reipublicæ Mindanæ Syndicum, amicum ſuum dilectum.

Sæpe parit longas incauta Proëdria lites,
Optatámque jubet tardiùs ire viam:
Ut Perſonarum quoque Legitimatio ſæpe
Difficiles rerum nectit amátque moras:
Non ſecus ac ſubito percurrens flamine campos
Stridulus adverſum ſingula turbo rapit.
Et tamen his nunquam caruit Reſpublica nævis,
His ſine vix ullo cauſa probata foro.
Eſt opus, ut firmo perſiſtant omnia talo?
Actàque ut incaſſum publica nulla ruant.
Ut quod juſtitiæ debetur lege cuique
Pendatur? partúsque ut tribuatur honos?
Ergo, ſi ſolves, quos cœca Proëdria gignit,
CRUSI, difficiles implicitosque modos,
Magnus, crede mihi, fueris & in orbe Machaon
Optimus imperio ſic quoque civis erit.
Macte Tuâ virtute, Tibi quæ induſtria rara eſt,
Perſtet & edendis clareat usque libris.

HENRICUS Hahn D. In Illuſtri Julia Anteceſſor primarius, & Codicis Profeſſor, Facultatis ſuæ Senior & ſummi Dicaſterii in Ducatu Wolfferbytano Adſeſſor.

A L I U D.

Ad Authorem filium: cui gratulatur Pater modò octuagenarius.

Qui de Nocte, novo ſcripſiſti lemmate librum,
Inclita de jactu, poſthac, lex Rhodia prodit,
Obſcuras cujus latebras aperire labore,
Haud Medico tibi cura fuit, non impigra ſcriptū

)( )( )(*Expoſi-*

Exposuisse tuis, quod dicitur offerendi
Ius sublime satis licèt heic ænigmata juris
Excurrant totidem, incurrunt quot flumina pontum.
Tandem te libuit Magnatum dicere causas.
Dicere, jura sibi quæ sumunt ordine Cleri,
Quis quem præcedat Procerum sede átque secundo,
Quive loco primo, Papa, ceu Patriarcha patresve
Ordine succedant aliis, quo Cardine cœtus
Illustres alii, quorum pars prima vel ima,
Quid fuerit moris prisci, quid jure receptum?
Sessio quas peperit clades? quæ funera passim
Subsequa? qui motus? fictâ pietate superbus
Præsbiter Æolido cantu, quæ scandala pleno
Moverit armato? quæ prælia genti
Innocuæ fata, regnorùmque eversio divis
Rebus Achivorum? pestis tristissima rerum
Quo medico sedata lues? quibus actio danda,
Tempore præsenti majorum quæque minorum?
Iudicio retinenda sibi possessio? justo
Quòve petenda foro, dira quo judice lites
Rumpenda tandem? vel quo moderamine Pacis
Concilianda quies? Bellonâ pace sepultâ,
Ordine legitimo hæc tradis ductrice Minervâ
Commemorans rerum monumenta historica passim,
Et jucunda satis, satis utiliora relatu,
Rara juventutis præconia, cùm tua nondum
Æra lustra duo bis circumvolverit ætas.
Gratulor inde tibi, trinumen flamine sacro
Te regat ulterius, precor, atque in tramite justo
Ducat in æternum tandem tua carbasa portum.

Christophorus Crusius D. hæreditarius
in Velberg, & Burgsassius in Pattensen Ducatuum B. & L.

Aliud

Aliud

CRUSIADE, nostri certissima gloria secli,
Et seræ quondam posteritatis honos;
Quàm me perfudit liquido dulcedinis imbre
Colloquium, tecum quod mihi nuper erat!
Cognovi, fateor, generosum ex ungue Leonem;
Scire satis, qui sis, hora vel una dedit.
Hinc fixus nostris hæresque sedesque medullis,
Unde Tui nunquam cedet abactus amor.
Nam video raris animi Te dotibus auctum,
Et paucos multis rebus habere pares.
Nil Tibi cum vulgi video conatibus esse,
Quod semper stupido pectore serpit humi,
Ingenium cæleste Tibi video esse tributum,
Quod vel in abstrusas res penetrare queat
Hinc, quicquid salebrosum aliis, Tibi prorsus apertum est,
In res difficiles unus acumen habes.
In Te judicii video solidum undique pondus,
Et Te mente annos anticipare tuos.
Ecquid enim egregii Romana & Graja vetustas
Possidet, & pleno condit amœna sinu,
Quod Te prætereat fugitivum? uberrima rerum
Copia perpetuas dat Tibi semper opes.
Ipsa Themis sacri Moderatrix ardua juris,
Amplexus subiit sponte lubensque tuos;
Teque maritavit stabilis sibi fœdere, quod non
Rumpatur, fuerit dum Tibi vita super.
Ergo illam Tu sincero complexus amore
Ardes, delicias inter habesque Tuas.
Illa Tibi ante oculos semper versatur, & illa
Exercet curas nocte dieque tuas.
Illa Tibi laudes, illa indelebile nomen,
Et famæ titulos, & decora alta parit,
Illa Tibi pandet Cathedram, quam plurima circum,
Auribus arrectis, stabit adulta cohors.

Vel Te Principibus magnis donabit & aulis,
Quas Tu Consiliis, judiciisque juves.
Jámque adeò signum quasi sustulit omine certo,
Ad bene sperandum jam Tibi munit iter.
Dum Tibi dictavit Præceptrix optima Librum,
Usa ministeriis ad sua jussa Tuis.
Quo, quæ principibus sit Præcedentia, tradis,
Et quo condeceat quemque sedere loco.
Quod sit jus ratïoque loci, quâ nititur ille,
Qui se præferri fásque piúmque putat,
Tum, quando Imperii conventum maximus ille
Cæsar agit, Procerum se comitante choro.
Non est in tenui labor hic, nec vile putandum,
Ex meritis sedem tradere cuique suam.
Et licèt haud hominem locus ornet, at ordine verso,
Ipse locum potiùs strenuus ornet homo;
Hoc in privatis tamen obtinet; improba quorum
Constringi ambitio sic minisque solet.
At ratio longè diversa est, talia magnis
Si de Principibus dicere sortè velis.
Horum etenim præstat, sartum tectúmque tueri,
Qui sibi debetur, non sine jure, locus.
His sublimis honos, his & dignatio primum est;
Hoc unum exsuperat commoda cuncta decus.
Nil heic deminui, aut distringi quiverit unquam,
Quin totum amitti pene necesse foret.
Derigere ad famam Proceres magni omnia debent,
Unus honos illis paginam utramque facit.
Ergo Tibi, CRUSI, magni Patris æmule Fili,
Quem juvenili ævo jam sapiendo refers;
Perpetuo devincta manet res publica nexu;
Durabítque adeò semper in ære Tuo.
Quique ex orchestrâ spectant, gens doctior orbis,
Plausibus excipient hæc tua cæpta novis.
Teque adeò stimulis fodicabunt acribus iidem.
[Indigeas quamvis talibus ipse nihil,]

Excu-

Excutias ut Te generoso examine totum,
Torpere ingenium nec patiare Tuum.
Indignum fuerit tantas sterilescere dotes;
Tot bona corrumpi, squalida facta, situ.

Intaminati affectus perenne
monumentum
L. M. Q.
posuit
M. MARTINUS NESSELIUS
P.L.C. Scholæ Regiæ Brem. Rector,
& Alumnorum Convictorii Inspector.

Programma.
Jacobus Andreas Crusius.
Anagramma.
Curo, dives; carus sanabis!
Autogramma.
Dives, *ais*, *Themidos* *Leges* & *Lemmata* curo;
Sanabis carus, *dicit amica Themis!*
Evolutio.

QVis colet hic CrusI *dignè vel nomina versu?*
Quis vel clara sagax Dædalus ora canet?
Astrææ dives *clara, sale* carus *amœno,*
Carus *qui verbis consilioq́; potens;*
Ausoniæ celebris floret cui Gloria linguæ,
Qui Ciceronæo flore vel ore viget.
Ensa Periclæo qui promit pondere verba,
Dia cui lingua gratia mellis inest;

Elo-

Eloquio Nestor. divino munere Divûm
Cælitus in mundum depluit omne bonum.
Virtutum chorus omnis, Amor Iustiq́, Boniq́,
Et sacrata suâ cum Pietate Fides;
Mansuetudo decens, vigilans Prudentia, Candor,
Térque triplex memori Matre creata Cohors,
Crusiaden legêre sibi tot Numina sedem,
Syndicus hinc Mindæ præsidiumq́, cluet
Tot *Divis* dives, *Fato qui* carus *& astris,*
Ni dives *nimiû est, quem juvat Aur^a Iovis;*
O vegetas cerebri vires! ô mentis Acumen!
O vigiles sensus! ô aquilina acies!
Qui Genio volitat sublimis ut ales in altum,
Annon is dives? Carus, *acutus erit!*
Hic, Themidos, dicit, sacratum curo *volumen,*
Et libro Leges, Fásque Nefásque simul.
Alma Themis regeris; carus sanabis, *& inde*
Astræam læsam Iustitiæque decus.
Crusius hic quantus! Novit Lex Rhodia, dicta
De Iactu, docta quam polit ipse manu.
Hunc nigra Nox laudat nocturnaq́ue facta celebrant,
Quo mihi vix aliquis carior *esse potest;*
Offert, quæ poterunt offerri jure decoro,
Quod portat laudes culta sub ora Virûm.
Aspice, qui dubitas, nostri Monumenta politi
Crusiadæ, dices: Ipse Themista cluet!
Aspice, quæ prudens scripsit de Sede deorum,
Apta Terrigenûm sede locoq́ue simul.

Aspice

Aspice, nam Nervus, Ratio, Candórque Vetustas
Dantur ibi, carus Crusius *hisce viret.*
Cesar, cum Papa, Reges cum Principe celso,
Marchio, Baro, Comes, quid? sacerordo sedet;
Imperiíque Status, Vrbes, cum Nobilis ipse,
Doctus & Indoctus rite sedere potest.
Sed quid opus sapidis Hederâ pallente Lyais?
Quid manifesta feram? CRVSIVS *ipse probat.*
Adceleret, junctâ Venere & Iunone, Minerva,
Húncque beet Nimsâ! Summus Iova velit!
His THEMIS *obticuit. Mi* CRVSI, SYNDICE *clare,*
Sis MINDÆ *Nestor, Nestor & arce* DEI!
Perge diu, voveo! MVSISQVE, TIBIQVE, TVISQVE
Vive! vige! flore! cresce! vigesce! vale!

Sic
Verè, sincerè
adplaudebat

Henricus Mertengangius,
Hornâ-Lippiaco-Westfalus
P. L. C. Bremani Gymnasii
Collega.

INDEX.

INDEX CAPITUM LIBRI PRIMI.


CAP

LIBRI SECUNDI

 LIBRI

LIBRI TERTII
CAPUT I.

LIBRI QUARTI CAPUT I.



ERRATA.

Errata quæ passim inter legendum observata, sequentia sunt. Pagina 7. lin. 30. lege processit p. 8. l. 8. Vide t. t. c. ut dignitat. ord. servet. p. 9. lin. 1. Pierre Matthieu: p. 14. l. 18 venerarentur. p. 20. l. 11. juxta primogenita sua, p. 25. l. 1. certò diffiniri non potest. p. 61 l. 28. cùmque præcedat, p. 102. l. 23. ut absolvatur. p. 346 l. 15. Historiæ Romanæ. p. 348. l. 33. suo tempore. p. 4 2 l. 4. divulgato. p. 437. l. 6. Caroli M. posteros. p. 445 l. 26 melioris notæ. p. 478. l. 24. omissa sunt sequentia quæ post verbâ, ut loquitur Albertus Stadensis ad Annum 1027. inserenda. Quæ cùm ita sint, quis non dixerit, Suecum in sessione præferendum Polono esse, cùm secundùm effatum p. 490. l. 16. leg. ubi. p. 503. l. 13. in Concilio Constantiensi prælatos fuisse p. 509. l. 12. factâ pace, adde vidimus p. 512. l. 11. quæ est subdita Sabaudis, oriunda. p. 530. l. 22. si Pipini tempora excipias. p. 533. l. 13. imminutum voluisse. p. 534. l. ult. in præfat. tract. cui titulus Conclave p. 530. l. 10. statum, res gestas, & potentiam. p. 540. l. 10. Batavos. d. 545. l. 16. Genuenses & Senenses fuit. p. 556. l. . præferre audet. p 570 l. 4. cùm in contrarium exempla adduxerit. p. 623. l. 3. antequam colophonem huic capiti imponamus. p. 640. l. 29. apud Suidam ex veteri scriptore. p. 652. l. 7. & in simili testator quod non loquitur. p. 653. l. 26. deleatur vocula mihi. p. 65 . l. 18. conducit. p. 661. l. 15. Eandem urbem p. 682. l. 17. quo ipso factum. p. 721. l. 26. non tam, quod p. 724. l. 10. Ansegisus. p. 729. l. 12. deleatur tom. p. 753. l. ult. licet proximo post Comites, nobilitatis gradu ornati dicantur. p. 77 . l. . omittantur ista. Vide infra cap 12. n. 25. p. 765. l. ult. Ludovicus Gremplus. p. 7 4. l. 5. Civitatis Lubecensis p. 787. l. 1 . Porro inter alia summa libertatis jura. p. 792. l. 27. Idem adjectis novis capitibus. p 796 l. 3 de immedietate. p. 796. l. 33. Anno 1 24. p. 8 4 l. 28. & Nocturnis officiis. p. 897. l. 24. deleantur adjecta verba vestibus gestandi potestatem. p. 906. l 19 compertum habeamus. p. 907. l. 31. vegeta enim ingenia, & matura p 9 l. 13. hos in capite passim adductos. p. 889. l. 3. & hodienum non dubitarunt Nobiles. p. 889. l. 4. nihil aliud ad commendationem habent. p. 935. l. 18. eâ de re latius agere p. 939. l. 20. leg. Ærod. p. 941. dotem amittit. p. 950. l. 33. leg. quæsitas. p 951. l. 9 leg. liceat. p. 952. l. 22. quod etiam subsecutum est, p. 955. l 4. lege Hieronymus Treutlerus.

ΣΥΝ ΘΕΩ.

LIBRI PRIMI

CAPUT I.

De Jure προεδρίας apud omnes penè Gentes inter Magnates religiosé observato, necnon dissidiis & contentionibus funestis, subinde exortis.

SUMMARIA.

1. *Magna & funesta omni ævo de Iure προεδρίας dissidia.*
2. *Honor & dignitas in sessione & prioritate consistit.*
3. *Honorabilior est, qui primo sedit loco.*
4. *Magnatum proprium est de honore & gloria certare.*
5. *Homines maxima laudis & honoris studio ducuntur.*
6. *Cato non curavit, qua sede sederet.*
7. *Controversia de Iure προεδρίας tanto impetu & partium contentione ventilata, ut nec ratio boni publici, nec loci religio abs terrere partes potuerit.*
8. *Quanta sanguinis humani profusio facta, propter controversiam sessionis inter Abbatem Fuldensem, & Episcopum Hildesheimensem, ex Lamberto Schafnaburgensi exponitur.*
9. *Genuenses & Senenses in inauguratione Caroli V. de loci dignitate contumeliis pugnisq; contendentes, mandato Cæsaris templo exacti fuere.*
10. *Controversia sessionis bellis horrendis causam præbuerunt, id quod exemplo Venetorum & Genuensium illustratur.*
11. *Legatis Principum an inculpata tutelæ moderamine, ut quidam Dd. voluerunt, jus præcedentiæ tueri possint? exponitur.*
12. *Proponitur hac de re sententia gravissimi Galliæ Icti Loyseau, qui contendit dignitatis prærogativam defendi debere humanitate & civilitate potius, quàm arrogantia.*
13. *Quantas turbas dederint dissidia sessionum inter Christianissimum Galliæ & Catholicum Hispaniarum Reges? ex historicis docetur.*

 14. Inter

14. *Inter Electores S.R.I. lites de Sessione olim frequentissimas fuisse, ex Dubravio evincitur.*
15. *Mamerani hâc de re testimonium adducitur.*
16. *Notabile dictum Zamoiscij Magni Cancellarij Poloniæ refertur, Germanos scilicet in comitiis suis nihil aliud agere, quàm ut de sessionibus disputent.*
17. *Horum de Sessione inter Principes Imperij dissidiorum vestigia quamplurima exstare in variis Imperij recessibus latè docetur.*
18. *Ex ejusmodi controversiis sessionum dispares affectus inter status Imperij oriuntur, comitia de die in diem protrahuntur, & res publica gravissimaq; expeditiones differuntur, id quod ex ipsis Imperij recessibus evincitur.*
19. *Adducitur hâc de re sententia clarissimi Henrici Bœcleri.*
20. *Quid eadem de re Hieronymus Avennatus ad ordines Imperij in comitiis Ratisbonens. A. 1594. adducitur.*
21. *Sessionum scrupulositatem in actibus extraordinariis non observari solere ex actu Comitiorum & Arumæo ostenditur.*
22. *Petri Gregorii Tholosani verba de sessionum dissidiis adducuntur.*
23. *Sessionum controversias tempore belli perniciosissimas esse ex Thoma Campanella docetur.*
24. *Eadem dissidia in expeditionibus sacris aliquoties impedimento fuere.*
25. *Expeditiones sacræ parùm profuerunt Christianis, id quod ex Lehmanno & Abbate Vrspergensi confirmatur.*
26. *De jure* προεδρίας *inter discipulos Christi contentionem fuisse ostenditur.*
27. *Ejusmodi controversiæ sessionum etiam apud Græcos & Romanos frequentissimæ fuerunt.*
28. *Legati Romanorum sub Imperatoribus & liberâ Republicâ jus præcedentiæ præ Regibus exteris eorumq; legatis sibi asseruerunt.*
29. *Quod ipsum adductis exemplis ostenditur.*
30. *Contentione de dignitate nihil fœdius, nihil arrogantius, & à sapientis ratione magis alienum est.*
31. *Humilis & abjecti animi est, jacturam honoris proprii insuper habere.*
32. *Moratiorum gentium institutis non repugnat quominus debitam sessionem quis asserere possit.*
33. *Interest Reipublicæ, ut sua cuique dignitas, honor & praeminentia servetur.*
34. *In quæstionibus de præcedentia, si tantillum remiseris, totum perdes, quod à legatis Principum probè observandum.*
35. *Interdum boni publici gratiâ pro temporis ratione nonnihil in hac quæstione remittendum, quod legatum Theodosii Imperatoris fecisse, refertur.*
36. *Præclarum hac de re dictum Vlrici Ducis Wirtembergici adducitur.*
37. *Quæ priscorum Philosophorum, aliorumq; de loco honoratiori, & sessionis præeminentia, opiniones fuerint, latè ostenditur.*
38. *An à privato scriptore controversiæ*

ejusmo-

ejusmodi sessionum dijudicari possint? & examinata opiniones Tholosani & Speron. Speronii hac de re.

39. *Controversia sessionum cautissimè tractanda.*

40. *Proponit Author, quo ordine in quatuor libris de Iure* προεδρίας *acturus sit.*

MAgna & funesta de Jure προεδρίας, inter Reges, Principes, & liberas Respublicas omni ævo orta ac mota dissidia veterum monumenta evolventi obscurum esse non potest, & ipsa experientia quotidiana confirmat. Cùm enim honor & dignitas in sessione & prioritate consistat. *H. Rimin. lib. 2. consil. 181. n. 11. Scrad. lib. 1. cons. 4. n. 232. & seqq.* & honorabilior sit, qui primo sedeat loco, *l. decernimus*, & ibid. *Gloss. C. de SS. Eccles. Anton. Quetta. consil. 1. n. 4.* præeminentiam & honoris prærogativam ejusmodi meritò sibi vindicant Magnates & Principes, quorum proprium esse de honore & gloria certare ait Marzarius *Consil. 26. n. 4* Et verò hominibus hoc à natura, peculiari studio inditum est, ut laudis ac honoris studio maximè ducantur, nec sua bona deprehendi posse sibi persuadeant, nisi ipsa sub quadam specie vanitatis ac gloriæ ex inanissimis plerumque splendoris insignibus collecta nobis exhibeantur, ut eleganter loquitur clarissimus Gabriel Naudæus in Bibliographia Politicâ p.m. 75. alia mens Catoni, de quo Dominicus Baudius *Cent. 2. Epist. 3.*

1.
2.
3.
4.
5.
6.

Non curat altâ mente præditus Cato
Quâ sede sedeat —— ——

Adeò ut non tantùm inter Seculares frequentissimæ de præcedentiâ controversiæ, sed & inter Ecclesiasticos, Proceres & Magistratus, quos humilitate alios prælucere oportebat, ejusmodi rixas fuisse Historici testantur. Quæ de Jure προεδρίας controversiæ tanto impetu & partium contentione ventilatæ, & propugnatæ, ut nec ratio boni publici habita, nec loci religio eos absterrere potuerit, quanta enim profusio sanguinis humani in Ecclesia Goslariensi inter Abbatem Fuldensem Wideradum & Episcopum Hildesheimensem Hecelonem de honoratiori loco & præcedentia facta, tradit diligentissimus Germanicarum rerum scriptor Lambertus Schafnaburgensis Monachus in Annalibus ad Annum 1063. ita ut passim per Ecclesiam sanguinis currerent flumina, non legali, ut quondam religione, sed hostili crudelitate profusa, prout loquitur Lambertus *d. l. p. m. 468.* Simile dissidium

7.
8.

dium eidem Fuldensi cum Electore Coloniensi intercessisse, memorat Al-
bertus Crantzius *lib. 6. Saxoniæ c. 46.* Genuenses & Senenses, quum an-
9. no 1530. sexto Cal. Martii Carolus V. Cæsar Bononiæ à Pontifice Cle-
mente VII. coronaretur, de loci dignitate contumeliis pugnisq; conten-
dentes, mandato Cæsaris templo exacti fuere, attestante Paulo Jovio Hi-
stor. sui temporis *tom. 2. part. 1. lib. 27.* Bellis quoque horrendis causam
10. præbuisse controversias de Jure προεδρίας argumento est vel sola disceptatio
præcedentiæ inter Venetos & Genuenses, de qua Blondus *l. 10. Dec. 2.* &
Æneas Sylvius *de Bello Cyprio.* Receptissimum planè apud legatos Prin-
11. cipum, inculpatæ tutelæ moderamine jus præcedentiæ tueri licere, quo-
modo statuit Bartholomæus Chassanæus *in Catal. glor. mund. part. 1. con-
sid. 2. n. 7.* & armata manu si quis de facto turbetur adversæ parti resiste-
re, Pancirol. *Cons. 6. n. 2.* Fab. de Anna *consil. 40. n. 10.* Verùmenimve-
12. rò gravissimus Galliæ ICtus Loyseau au traicté des Ordres ch. 1. n. 38.
existimat dignitatis prærogativam defendi debere humanitate & civilitate
potiùs, quàm arrogantiâ, ibi: Le rang doit plustost estre maintenu dou-
cement & par courteusie, que par arrogance & de haute luicte. Car l'
honneur & l'amour sont deux choses si sublimes, & si primes qu' elles
ne peuvent estre commandées, ny obtenues bien à poinct, de force: aussi
n'y a il point d'action produite pour les obtenir, & si on les pense avoir
de force, ce n'est pas amour, ains crainte, & subjection; ce n'est hon-
13. neur, ains tyrannie & oppression. Porrò quantas turbas dederint dissi-
dia sessionum inter Christianissimum Galliæ & Catholicum Hispaniarum
Reges, vel ex actis Concilii Tridentini Anno Christi MDLXII. constare
poterit, qua de re videre licet Liv. 8. de l'histoire du Concile de Trente
pag. 828. & 851. & præcipuè Petrum de Suavis *lib. 8. p. 847.* Unde Car-
dinalis Lotharingius in eodem Concilio minitatus est, eodem referente,
ut nisi Pontifex scandala hæc nova de sessionibus removeret, velle se sug-
gestum conscendere, & exclamare altâ voce! Misericordia, imò persua-
dere omni populo, ut ex Ecclesia discederet, tenuit verò Gallus locum si-
bi debitum; Hispano autem sedes extraordinaria data fuit, ex opposito
Franci ad latus Secretarii, quâ de re latiùs infrà acturus sum. Ut omittam
alias exterorum Regum de sessione controversias, inspiciat tantùm quis
domestica exempla, & dissidia, ratione præcedentiæ inter Electores, Prin-
14. cipes, & Proceres S.R.I. oborta, & verò licèt Electorum lites de sessione,
quæ olim frequentissimæ, attestante Dubravio Olomuzensi Episcopo libro

22. Histor. Bojemicæ, saluberrimâ & æternâ memoriâ dignâ sanctione
Caroli IV. in A. B. composita, attamen cæterorum Principum Imperii
controversiæ adhuc indecisæ pro rostris Imperii pendent. Unde Mamera- 15.
nus in fronte descript. Investituræ Regalium Elector. dignitatis &c. apud
Goldastum *Polit. Imperial part. 6. tt. 5. p. 365.*

Etsi Principibus deberet certus haberi
Ordo, loco, quonam quisq; sedere queat,
(Est Electorum tamen unicus ordo sedendi
Et certus semper undiq; lite carens.)
Non tamen ad normam cunctis bene convenit unam
Principibus, reliquisq; Imperii ordinibus.

Equidem quid in Comitiis Imperii, controversiis de sessionibus &
præcedentiâ inter Principes frequentius, ut rectè Zamoiscius Magnus
Cancellarius Poloniæ pronunciare solitus fuerit, Germanos in Comitiis 16.
suis ferè nihil aliud agere, quàm ut de præcedentia sessionibúsve disputa-
rent. Kirchnerus *lib. 2 de Legat. c. 5. n. 78.* Exstant horum dissidio-
rum de sessionibus inter Principes Imperii vestigia, & frequentes querelæ
in omnibus ferè Imperii Recessibus, ut patet ex Recessu Imperii zu Aug-
spurg de Anno 1500. §. Weiter nach dem. R. A. zu Wormbs de Anno 17.
1521. §. doch hat unser Oheym. R. A. zu Speyer de Anno 1526. §. Item
als sich im anfang des Reichstags. R. A. zu Regensburg de Anno 1527. §.
als auch im anfang. R. A. zu Speyer de Anno 1529. §. Item/ als sich im
anfang des Reichstags. R. A. zu Augspurg de Anno 1530. §. Item/als sich
im anfang. R. A. zu Regensburg de Anno 1532. §. Item/ als sich im an-
fang dieses Reichstags. R. A. zu Regensburg de Anno 1541. §. Als sich
auch etliche Fürsten und Stende. R. A. zu Speyer de Anno 1542. §. Als
sich auch. R. A. zu Speyer de Anno 1544. §. Und nach dem. R. A. zu
Speyer de Anno 1545. §. Und als sich im anfang. R. A. zu Wormbs de
Anno 1545. §. Und nach dem auch in Erwegung. R. A. zu Wormbs de
Anno 1546. §. Und als auch die Churfürstliche Rähte. R. A. zu Augspurg
de Anno 1548. §. Als sich auch im anfang des Reichstags. R. A. zu Aug-
spurg de Anno 1551. §. Letzlich als inJüngstem. & §. Es sol. R. A. zu Aug-
spurg de Anno 1555. §. Es sol auch die Session und Stimm. R. A. zu Re-
gensburg de Anno 1557. §. Es sol auch die Session und Stimm. R. A. zu
Augspurg de Anno 1559. §. Als sich dann auch bißhero. R. A. zu Augspurg
de Anno 1566. §. Als auch noch etwas Irrungen. R. A. zu Regensburg

de Anno 1567. §. Als sich auch noch etwas Irrungen R. A. zu Regensburg de Ando 1576. §. Ferners. & §. Und wann dann. Confer novissimum Imperii Recessum. R. A. de Anno 1654. §. 195. Capitulationem Ferdinandi III. art. 4. & gloriosissimi ac potentissimi Imperatoris nostri præ-
18. sentis Leopoldi ejus nominis primi Capitulationem. Hæc verò dissidia inter Principes Imperii, quin maxima secum trahant incommoda, dubium non est, dispares enim affectus exinde inter status Imperii oriantur. R. A. zu Regensburg de Anno 1603. §. Der in dem H. Reich ibi: werden ungleiche affectiones dahero verursachet hinc ex compositione harum controversiarum major concordia inter Principes speranda, R. A. zu Augspurch de Anno 1551. §. Letzlich als in jüngstem / ibi: darauß destomehr Einigkeit und Freündschafft zwischen diesen Ständen / die sich bißhero der Session halber geirret haben / zuverhoffen / Comitia de die in diem protrahuntur, approbante experientia & actis Comitiorum testantibus, R. A. zu Regensburg de Anno 1541. §. Als sich auch etliche Fürsten und Stände / im anfang dieses Reichstages der Session halber geirret / welches zu verlengerung der Reichs Sachen gelanget. Idem repetitum, in Recess. Imperii de Anno 1542. 45. 48. 51. & sequentibus. Denique res publicæ, gravissimæq; expeditiones differuntur. R. A. de Anno 1541. §. als sich auch, confer præcipuè R. A. de Anno 1603. §. dann dem H. Reich / ibi: Von wegen Mißhelligkeit des Session Streits wird jezuweilen des Reichs gemeine obliegen und vorfallende Nothurfft zurück gehalten / auch ungleiche affection dahero verursachet. Rectè proinde illustre Argentoratensis Academiæ
19. lumen Henricus Boeclerus in Notis ad Vellejum Paterculum lib. 1. ad verba: Cùm ad eum primò omnium Rom. legati Parthorum venissent. Fieri potest, ait, ut illa de loco & προκαθεδρία contentio plurimum publicis rebus præsertim in communi negotio periculoque noceat, neque detrimenta illa, comparatione vindicatæ prærogativæ repensari possunt. Confer parentem meum dilectissimum Christophorum Crusium *in tr. de pas. & resur-*
20. *rect. Iesu Christi Filii Dei cap. 6. sect. 2. p. 179. n. 27.* Graviter Hieronymus Avennatus ad ordines Imperii in Comitiis Ratisbonens. congregatos An. 1594. ea de re ita scripsit.

O Proceres, Proceres, dum quâ quis se de sedere
Debeat, inter vos rixa miscentur & ira,
Ne vestras sedes, & ne charissima quæq;
Eripiat vobis crudelis Turca, cavete.

Illum

Illum etenim semper discordia vestra potentem
Fecit, & illius victricia reddidit arma.
Ponite jam, quid cessatis? rogo, ponite vanos
Invidiæ morsus, odia, & mala jurgia, tempus
Inq; aliud magis appositum differte querelas,
Publica ne pereant privatos propter honores
Commoda —— ——

Vide Arumæum *discurs. 4. ad A. B. th. 1. p. 196.* adde eundem in tr. excellenti de Comitiis Romano-Germanici Imperii *cap. 7. n. 105.* ubi tradit sessionum scrupulositatem in actibus extraordinariis non observari solere, 21.
idq; Anno 1594. in Comitiis factum fuisse, præclarè Petrus Gregorius Tholosanus de Republica *lib. 4. cap. 10. n. 14.* Propter sessionem, ait, 22.
sæpe solent excitari tumultus & bella atrocissima. Nolunt enim sibi ultrò cedere, sed singuli se digniores, & honorabiliores, aut æquales putant. Et non immeritò rectissimè dictum est, periculosum esse congressum Principum.

Cæterùm has de sessionibus concertationes tempore belli perniciosissimas esse observavit ingeniosissimus & summus Vir Thomas Campanella in discursu elegantissimo de Monarchia Hispanica *p. m. 85.* Nec parva, in 23.
quit, regno Hispanico calamitas exsistit ex ceremoniosis illis præcedentiarum actionibus, ut vocant, quibus sæpe contendunt inter se Barones. Quod sanè in bellis perniciosissimum est: nam hîc virtus militaris unicè spectanda foret. Et quis scit, annon hoc ipsum in causa fuerit, quòd classis illa in Angliam Anno 588. missa pessum ierit? Verissimum esse hoc Campanellæ effatum ultrò fatebitur, qui historiarum non ignarus, quæ dissidia etiam in expeditionibus sacris aliquoties impedimento fuerunt, quamvis ut plurimum parum profuerint Christianis istæ expeditiones. Anno Christi
1096. sub Imperatore Constantinopolitano Alexio, adjuvante & admo- 24.
nente Urbano II. Pontifice tanta multitudo in expeditionem sacram processi, ut ferè tota Germania populo exhauriretur, testante Lehmanno in Speyrischer Chronick *lib. 5. cap. 37.* exiguum verò effectum habuisse hanc expeditionem, pluribus tradit idem Lehman. *d. l.* Dodechinus, qui eo tempore vixit, de hac expeditione ita loquitur. Mirabilis Spiritus, inquit, illius temporis homines impulit ad hoc iter aggrediendum. Nam fœminæ ad hanc expeditionem exeuntes virili utebantur habitu, & armatæ incedebant & immunditiæ, fornicationum, & abominationum factæ sunt

inter

inter eos, quis eventus fuerit aliarum expeditionum ex Germanicis scriptoribus & præprimis ex Conrado à Lichtenaw, Abbate Urspergensi, qui
26. diligenter eas exposuit, cognoscere licet. Porrò, nec antiquis temporibus altercationes de Jure προεδρίας sive præcedentiæ ignotæ fuerunt, inter ipsos discipulos Christi ejusmodi contentionem, quis major inter ipsos, ortam fuisse S. Marcus consignavit *c. 9 v. 34 & seqq.* De Græcis confir-
27. mant ea, quæ capite sequente afferemus. De Romanis res notissima, & exstant in jure nostro Justineaneo ejus rei vestigia, Vide *44. C ut dignit. ord servet.* ibiq; Anthonium Perezium *in prælect ad Cod ad d t l 1. C. de consul & non sparg &c. Nov. 62* in qua dispositum, quo ordine Magistratus
28. Romani sedere debeant. Ut nihil nunc dicam, Legatos Romanorum non modò sub Imperatoribus, sed & sub libera Republica jus προεδρίας & præcedentiæ præ Regibus exteris eorumq; legatis sibi asseruisse. Vide Liv. *lib 42.* Tacit. *12. Annal.* quinimo ipsis ultrò honoratior locus tributus, ita Po-
29. lemo Rex Ponti inter sacros ac fœderatos populi Romani asscriptus, statim prima subsellia in Theatris per totum suum regnum senatoribus Romanis trtibuit, ut tradit Dio *lib. 53.* Econtra Oribazum Regis Parthorum legatum, necatum à Rege, scribit Plutarchus, quòd Syllæ Imperatori Romano nobiliorem in consessu sellam concesserit. Albericus Gentilis *lib. 3 de Legationibus cap. 19.* qua de re cùm latiùs & opportuniori loco infrà peculiari capite acturus sum, heic abrumpo.

Cæterùm, licèt secundùm Lactantium *de justit lib 5. c 15.* contentio-
30. ne de dignitate nihil fœdius, nihil arrogantius, nihil à sapientis ratione semotius sit, unde istud Salvatoris nostri: Væ vobis Pharisæi, qui diligitis primas cathedras in Synagogis & salutationes in foro Luc. *11. v. 43.* attamen inde non sequitur, honoris & loci debiti rationem habendam non esse.
31. Humilis enim & abjecti animi est, jacturam honoris proprii insuper habere, neque æstimare. Nec verò moratiorum gentium institutis repugnat,
32. quominus quis sibi debitum locum, præcedentiam, & sessionem, asserere possit, quin potiùs recepta sententia est, dignioribus tribui præcedentiam, *l. 1. D. de alb. scribend. Dd. in l. fin. D. de Fid instrum.* quamvis, qui digniores, & ex quibus dignitatem metiri debeamus, non omni modo con-
33. stet. Præterea interest ipsius Reipublicæ, ut sua cuique dignitas, honor, præeminentia, & jus quæsitum servetur, præsertim maximis Principibus: quòd noceant ejusmodi injuriæ saltim exemplo, & confusio dignitatum
34. exinde oriatur. Proinde in quæstionibus de præcedentia tantillum si remiseris,

miseris, totum perdes, notante Pierre Matthieu *en l' histoire de France tom. 1. liv. 3. narrat. 5. p. 668.* ibi: Car en ce questions on ne peut rien quitter, qu' on ne perde tou't, id quod præprimis observandum â Legatis Regum Principúmve, ne Principum suorum jura imminuantur. Frider. de Marselaer *in Legat. lib. 2. dissert. 32.* qua de re infrà. Nec tamen 35.
tanti hæc æstimanda, ut non interdum boni publici gratiâ, & ut eò citiùs negotia expediantur, pro temporis ratione aliquid largiatur, sive concedatur, hinc non malè legatus Theodosii ex equo descendit, regi Persæ obvius factus, obstupuit enim ad tantum honorem Barbarus, & Legato petita indulsit, Procop. *lib. 1. de bell. Persic.* Econtra Venetus Legatus clavo sensit capiti affixum pileum, quòd Moscho Duci id honoris non detulerit, ut ipsi aperiret caput, ex Sigis. *in hist. Mosc.* refert Albericus Gentilis *lib. 3. de Legation. cap. 19.* Prudenter verò Ulricus Dux Wirtenber- 36.
gicus ad principes de sessione disceptantes dixit: *Collocate me post fornacem, dummodo id efficiamus, ad quod congregati sumus.* O dignam vocem, quam admitterent omnes, qui hisce concertationibus differunt expedienda, & impedimento sunt, quominùs publica Imperii negotia decidantur; O vocem priscæ simplicitatis, omni ambitione carentem, dignam, cui redderetur antiquum illud seculum, ut cùm Seneca *lib. 2. de Clementia* loquar! Præclarè Democritus apud Diogenem Laertium, non 37.
ex loco gloriam aucupari, contendebat, verùm loco novam veluti lucem & gloriam fœnerari satagebat, οὐκ ἐκ τόπου δόξαν βουλόμενος, ἀλλὰ δόξαν τόπῳ περιθεῖναι βουλόμενος. Quid enim est dignitas in indigno, ut Salvianus *lib. 4. de gub. Dei,* ait, nisi ornamentum in luto, & circulus aureus in naribus suis: Quid aliud Principatus sine meritorum sublimitate, nisi honoris titulus sine homine. Proinde Aristippus apud eundem Laertium, cùm â Dionysio extremo loco accumbere jussus fuisset, dixit: Itáne hunc quoque locum illustrem voluisti facere. Ἐπὶ ταύτῃ, ait, δεῖ ἀγανακτήσαντος τοῦ Διονυσίου ἔσχατον αὐτὸν κατακλῖναι, ἐνδοξότερον, ἔφη, τὸν τόπον ἠθέλησας ποιῆσαι; Non absimile quid de Agesilao puero memorat Plutarchus *in Lacon.* Cùm enim is in Gymnicorum ludorum celebratione in loco parùm honesto aut honorifico â Chori magistrò collocatus fuisset, paruisse quidem illum & consedisse, verba tamen hæc, quæ indolem arguerent, subjecisse: Εὖγε, δείξω γὰρ ὅτι οὐχ οἱ τόποι τοὺς ἄνδρας ἐντίμους, ἀλλ' οἱ ἄνδρες τοὺς τόπους ἐπιδεικνύουσι. Idem ibidem de Damonide narrat, cùm ille â Chori magistro in ultimam Chori partem rejectus esset, respondisse, εὖγε, ἐξεῦρες, πῶς καὶ αὕτη ἄτιμος γένηται. Vide Michael. Piccart. *observation. Historico Polit. Decad. 14. c. 9.*

Hoc ipsum verò argumenti genus, de quo acturus, gravissimum esse, neminem rerum publicarum imperii peritum, & qui vel â limine salutavit jus publicum, negaturum confido. Et verò ipsa materiæ difficultas movit clarissimum Jctum Tholosanum, ut *lib. 4. de Republ. cap. 10. n. 14.* assereret, â privato scriptore has controversias dijudicari non posse. Sunt in-
38. ter Reges, *inquit,* prærogativæ in sessionibus & subscriptionibus, maximè, quæ controvertuntur in conciliis generalibus ecclesiasticis, vel ratione privilegii, vel antiquitatis, vel potentiæ, vel consuetudinis, de quibus inspectis tantùm cujusq; rationibus, vix potest à privato scriptore judicari, non minùs, quàm de præferentia Ducum, Comitum, Marchionum, Baronum, Vicecomitum, Castellanorum, quorum feuda, dignitates, honores, habent rationes diversas, & quæ ob feuda ipsa, vel ob personas, quæ ea possident, vel digniores, vel minores faciunt possessores. Idem statuit Speron Speronius, *nel discorso della precedenza de Principi,* in eo tamen diversus, quòd oratori ac legum cultori silentium in hisce quæstionibus imponat, nobilibus verò veritatis, bonæ fidei, ac pacis amatoribus copiam & facultatem dicendi faciat. Quibus verò ex rationibus Speronius Legum Cultores à tractatione harum quæstionum excludat, non apparet. Sanè iisdem, si sepositis privatis affectibus, & diligenter ponderatis utriusq; partis rationibus, sese ad dijudicationem harum controversiarum accingant, perinde ac nobilibus, de istis disquirendi potestatem concessam, prudentes rerum æstimatores, & qui recta ratione utuntur, non negabunt. Et nobiles, nisi eruditione & cognitione historiarum & actorum publicorum præditi sint, animumq; ab omnibus affectibus liberum afferant, quis idoneos harum controversiarum arbitros dixerit?

Et cùm monente Arumæo *in tr. de Comitiis Romano-Germanici Imperij, cap. 7. n. 91.* quæstiones de Sessionibus cautissimè tractandæ, utpo-
39. te quæ magni præjudicii, uti enim Lucius Valerius *in Oratione contra Legem Oppiam* loquitur. In conditione legum immortalium est jus præsessionis, nam qui patitur diminutionem honoris, indignus est incremento, notante Pierre Matthieu *en l' histoire de France &c. & d' Henry IV. lib. 1. narrat. ult.* ibi: celuij qui en souffre la diminution, est indigne de l' accroissement, ideò pro virili de hac gravissima materia dicam, & quicquid hujus argumenti, vel ipse historicos, & acta publica evolvendo observavi, vel nostro seculo notatum ab aliis est, quod memoriam

meam

meam non fugiat, συλλήβδην atque uno velut fasce complexurus sum, judicium peritioribus & candidis rerum æstimatoribus permittens. Nec 40
enim vel minimum præeminentiæ & juribus magnorum Principum & Rerumpublicarum hoc scripto derogatum volo, de quo protestor. Equidem visum fuit eo majus pretium operæ, de hac materia agere, quod totum hoc argumentum, qui tractârint, ita tractârint, ut multum reliquerint alienæ industriæ. Argumentis in discussione controversiarum specialium de Sessione ejusmodi usus sum, quæ recepta, & in hujusmodi dissidiis in conventibus publicis & conciliis usu approbata. Hoc verò scriptum nostrum quatuor libris absolvitur, quorum primo in genere de Jure Προεδρίας, quibus scillicet argumentis in compositione earundem inherendum; quis judex competens; quæve actiones Sessionis nomine competant, agitur. In secundo Ecclesiasticorum Procerum dissidia de Sessionibus exponuntur. Tertius discussionem controversiarum Jure Προεδρίας inter Imperatores, Reges, Principes & Respublicas liberas exhibet. In ultimo verò de controversiis Sessionum, in Imperio obortis, Electorum, Principum, Comitum, & liberarum civitatum Imperii disquiritur. Quod si quid in hoc scripto sacris literis, si quid Ecclesiæ Christianæ consensui, si quid ulli veritati dissentaneum à me dictum est, id nec dictum esto.

Caput II.

Jus Προεδρίας nonnisi personis eminentioribus tributum apud Græcos & Romanos, ubi de Sessione Magistratuum Romanorum, pro re natâ, speciosa adducuntur.

SUMMARIA.

1. *Exempla quo meliorum sunt temporum ac populorum, eò plus habent auctoritatis.*

2. *Græci viris egregiis & de Republica optimè meritis, ob res bello præclare gestas, vel ætatem jus præcedentiæ concesserunt, quâ de re Aristophanis locus adductus.*

3. *Qui hoc jure προεδρίας donati erant, in Senatu, Concione, aut Theatro sedem capere, quamcunque libitum esset, aliis etiam excitatis, poterant, id quod ex Scholiaste Aristophanis evincitur.*

4. *Hoc honore præcipuè adfectos fuisse Prætores ac exercituum Duces ex Theophrasto probatur.*

5. Hæc jus προεδρίας hereditarium fuisse, & ad maximum natu è liberis solitum transferri, ex Plutarcho evincitur.

6. Liberis eorum, quorum parentes in bello pro patria occubuerant, concedebatur apud Græcos jus προεδρίας.

7. Apud Macedones dimissis ex bello priores in theatro sedes assignabantur, id quod exemplo Alexandri Magni apud Q. Curtium ostenditur.

8. Senioribus apud Græcos honoratiorem in consessu locum tributum fuisse, ex Gabriele Palæotto Cardinale refertur.

9. Idem apud Athenienses ex Solonis lege receptum, nec non Lacedæmonios.

10. Apud Romanos idem constitutum fuisse ex Romanis scriptoribus probatur.

11. Iudæi viris præclaris & eminentioribus honoratiorem in consessu locum tribuerunt.

12. In statu Regio apud Romanos, Reges primum locum occuparunt.

13. Apud Romanos in principio promiscuè sedit & spectavit cum plebe senatus, nullo habito discrimine, qua de re examinata verba Suetonij.

14. Augustus Imp. Virginibus Vestalibus locum in theatro separatim contra Prætoris tribunal dedit.

15. Equites Romani discretis à Senatu & plebe ordinibus spectare consueverunt in quatuordecim subselliis idq; vi legis Theatralis, cujus primus author Julius Cæsar.

16. Hanc legem sub Nerone renovatam fuisse ex Petronio probatur.

17. Adductus & emendatus hac in re C. Velleius Paterculus.

18. Qui in ordine equestri decoxerant, remotiore loco sedebant.

19. Senatoribus Romanis, quoties quid spectandum publicè proponebatur, primus subselliorum ordo decreto Patrum assignatus.

20. Digniores ex Senatoribus Romanis habiti, qui Podio & arenæ proximi.

21. Principi in Podio quoq; suggestus.

22. Tertius locus præter Orchestram & Equestria plebi fuit assignatus, & heic rursus ordo aliquis servatus, quod ex Suetonio probatur.

23. In Orchestra datum quoq; considendi locum Legatis exterarum gentium ostenditur.

24. Quod ipsum prohibuit Augustus Imperator.

25. Legati hostium à Romanis in urbem non admissi, sed excepti in æde Bellonæ, vel in templo Herculis extra urbem, & quæ hujus rei ratio?

26. Apud Romanos viris egregiis mortuis non aliter, quàm vivis publicum in theatris locum, eumq; præcipuum assignatum fuisse, posita ibi sella, quæ memoriam ejus renovaret, ex scriptoribus Romanis traditum.

27. Inter Magistratus Romanos dissidia de jure προεδρίας fuerunt, composita à Justiniano Imper. cujus ea de re constitutio adducitur.

28. De præeminentia præfecti prætorio in provinciis apud Romanos egregia quædam in medium afferuntur.

29. Post præfectos prætorio facilè primum locum obtinuerunt præsides provinciarum & proconsules.

30. Con-

30. Consulatui summum honorem, etiã post imminutum ejus robur mansisse sub Impp. probatur.

31. Non leve genus honoris habitum apud Romanos excipi ab occurrente Principe: proximus huic honoris gradus fuit, si stans exciperet, non sedens.

32. Primi sententiam apud Romanos dixerunt Consules designati.

PRiusquam ulteriùs progrediar, paulò altiùs Jus προεδρίας repetendum duxi, dicturus, quibus antiquitus à moratioribus gentibus præcedentia & locus honoratior tributus, & cùm exempla, quò meliorum sunt temporum ac populorum, eò plus habeant auctoritatis, H. Grotius *in Prolegom. de J. B. & P.* de Græcis & postmodum de 1.
Romanis quædam afferam. Græci primò omnium, vel Viris egregiis & de Republica optimè meritis, vel ob res bello præclarè gestas, vel deniq; 2.
propter ætatem, puta Senibus, jus præcedentiæ concesserunt. Equidem inter alia præmia, quibus ad bene de Republica merendum suos cives invitabant Atheniensium Legislatores, erat προεδρία, de qua Aristophanes in Equitibus:

Νῦν δ' ἐὰν μὴ προεδρίαν φέρωσι, καὶ τὰ σιτία ὁ μαχοῦνται φασιν.

Hoc verò jus προεδρίας erat hujusmodi, ut, qui eo donati fuissent, possent in Senatu, Concione, aut Theatro sedem capere, quamcunq; libi- 3.
tum esset, aliis etiam excitatis, si qui fortè priores occupâssent. Optimè hoc ipsum explicat Scholiastes ac interpres Aristophanis ad prædictum Aristophanis locum, ibi: Προεδρίαν λαμβάνει καὶ τὸ γέρας. Ἐξῆν δὲ τοῖς πρῶτος πάντας τυχοῦσι, καὶ ἐν βουλευτηρίῳ, καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν θεάτροις, καὶ ἐν ἄλλῳ παντὶ συλλόγῳ τοὺς προλαμβάνοντας, οἳ ἐκεῖ ἦσαν, ἐξεγείραντες, αὐτοὺς εἰς τὸν ἐκείνων τόπον καθίζειν.
Vide Samuelem Petitum *in Commentario ad Leges Atticas lib. 3. Titulo 6.*
Hoc honore ut plurimùm & præcipuè fruebantur & adficiebantur Prætores ac exercituum Duces, prout apparet ex capite περὶ ἀρεσκείας Characte- 4.
rum Theophrasti, ubi ambitiosus ex eo notatur ac describitur, quòd adfectet προεδρίαν, adsideatque in Theatro Prætoribus ipsis. Præterea non 5.
uno in loco testatur Plutarchus, fuisse hoc jus etiam hereditarium, & fesè ad maximum natu è liberis solitum trasferri, quin etiam, ut defunctorum liberi eo uterentur, quandoque petitum & impetratum fuit. Exstat apud Plutarchum ψήφισμα Democharis eâ fine scriptum. Quod ad
istos, qui res præclarè bello gesserant, vel in bello pro patria occubuerant, veteri Atheniensium lege, parentes atq; liberi eorum, Archontis 6.
curæ committebantur, filii educabantur, & armis instructi ad sua mitte-

bantur, negotia cum præconio, concedebaturq; jus προεδρίας, Samuel Petitus *in comm. ad LL. Attic. lib. 8. tit. 3. p. m. 559.* Idem & apud Macedones
7. quandoq; receptum, & exstat insigne hujus rei exemplum apud Q. Curt. *Hist. lib. 10. de Rebus gestis Alexand. M. p. m. 340.* de Alexandro Magno, qui cùm exercitui Macedonico ignovisset, & culpam ac pœnam, quam rebellione meriti fuerant, remisisset, hæc de Alexandro M. subjungit: Eis deinde, *ait Curtius*, nunc modestè incusatis, nunc comiter appellatis, complures bello inutiles exautoravit, magnificentissimeq; donatos dimisit. Scribens quoque ad Antipatrum Macedoniæ Præfectum, eis ad spectanda certamina priores in theatro sedes assignari, coronatosq; sedere jussit. Senioribus quoq; apud Græcos primum & honoratiorem lo-
8. cum assignatum fuisse, constat, proinde rectè Gabriel Palæotus Cardinalis Ecclesiæ Romanæ *in tr. de bono Senectutis, parte 2. p. 112.* dicit; Lacedæmonios tantùm maturæ huic ætati tribuisse, ut digniorem illis locum loquendo, sedendo, aliúdve quidpiam agendo detulerint. Athenienses ex veteris Solonis lege hunc honorem senectuti habebant, ut natu ma-
9. ximus sedendo aliis præferreretur, & primus concionem haberet ad populum, deinde cæteri cives pro cujusq; ætate. Nam ut tradit Æschines *contra Ctesiphon.* Putabant, πρεσβυτέρους, ἐξ ἐμπειρίας βέλτιστα τῇ πόλει συμβουλεύειν. Et refert Philostratus *in vita Apolonij lib. 5.* apud Gades templum Senectuti dicatum fuisse, quòd eam ætatem tanquam rerum magistram vunerarentur. Idem de Lacedæmoniis narrat Cato apud Ciceronem *in lib. de Senectute,* dum ait: Nusquam tantum tribui ætati, quantum Lacedæmone, & nusquam esse senectutem honoratiorem. Unde proverbium apud Græcos:

Ἐν σπάρτῃ μόνῃ λυσιτελεῖ γηράσκειν.

Apud Romanos, qui magnum huic ætati deferebant honorem, teste Au-
10. lo Gellio *lib. 2. Noct. Attic. c. 15.* Senes in Buleutico sedebant, juvenes verò ex Ephebico spectabant, Cæl. Rhodigin. *l. 8. variar. lect. c. 8.* Jul. Poll. *lib. 4. Onomast. c. 19.* Apud Judæos quoq; viris præclaris & eminentiori-
11. bus locus honoratior in consessu tributus, unde in libro Jobi *c. 29. v. ult.* ipse Job exemplum patientiæ insigne exhibens, de pristina felicitate sua verba faciens, inter alia hæc subjungit: Si voluissem ire ad eos, sedebam primus: cumq; sederem quasi Rex, circumstante exercitu, eram tamen mærentium consolator. Vide, quæ ad hunc locum annotavit Johannes de Pineda.

12. A Græcis ad Romanos transeo, apud quos in statu Regio Reges primum

mum locum occupâsse constat, Dionysius Haiicornasseus *Antiq. Roman. lib.2.* Idem *lib. 3.* de Tarquinio Prisco Rege Romanorum memorat, ei
post devictos Etruscos, ab iisdem per legatos, principatûs insignia, quibus
ii suos Reges ornare consueverant, oblata, coronam scilicet auream, &
sellam eburneam, sceptrumque in summitate habens aquilam, eundem
Tarquinium postmodum gestâsse coronam auream, & sellâ eburneâ sedisse, duodecim lictoribus cum securibus, & virgis jura reddenti astantibus.
Porrò, in principio apud Romanos promiscuè sedit & spectavit cum plebe senatus, nullo habito discrimine, juvandæ concordiæ fovendæq; liber- 13.
tatis gratiâ; quod usq; ad annum urbis conditæ quingentesimum octavum
duravit, Valer. Max. *lib.4. c. 5.* ibi: A condita urbe usq; ad Africanum &
Tiberium Longum Coss. promiscuus Senatui & populo spectandorum ludorum locus erat. Cui tamen contradicere videtur Suetonius in *Claud. c. 21.* ibi: Propria Senatoribus constituit loca, promiscuè spectare solitis.
Vestalibus etiam separatim assignatus ab Augusto Imperat. teste eodem
Sueton. *in August. c. 44.* Solis virginibus Vestalibus, *ait*, locum in theatro 14.
separatim, & contra Prætoris tribunal dedit, confer Tacit. *l. 4. annal.* Deniq; Equites, discretis à senatu & plebe ordinibus, spectare consueverunt, 15.
in quatuordecim subselliis, idq; lege, ut videtur, theatrali, cujus primus author Jul. Cæsar aut Augustus; nam Juliam appellat C. Plin. *l. 33. c. 2.* ibi:
Hac de causa constitutũ, ne cui id jus esset, nisi cui ingenuo ipsi patri, avoq; 16.
paterno sestertiũ quadringenta census fuisset, ex lege Julia theatrali in quatuordecim ordinib9 jus sedendi. Hanc legem retentã sub Nerone, sive magis renovatam, testatur C. Petronius *in Satyr.* Scholiast. *Juven. ad v. 324. Sat. 14.* ibi: Bis septem ordinibus, id est, gradib9 equitum Romanorũ. Primus hujus distinctionis author fuit L. Roscius Otho, ut tradit L. Florus.
Tribunus ille Plutarcho dicitur *in Cic.* Μάρκος Ὄθων στρατηγῶν. Vide clarissi- 17.
mum Dempsterum *in Paralip. ad antiq. Rosini l. 5. c. 23. p. m. 770. 771. 772. & 773.* Expresse idem tradit C. Vellejus Patercul. *l. 2. hist. c. 32.* Et Otho
Roscius, *ait*, lege sua equitibus in theatro loca restituit, ita ex Puteani Codice emendatissimo legit Aldus Manutius, in antiquis codicibus legitur;
Horoscius lege sua in theatro loca restituit, Justus Lipsius verò & Jacobus
Schegkius putant, reponendum esse, equitib9 in theatro loca instituit, quæ
lectio & mihi arridet multis de causis, præprimis, quòd id suadeat universus Scriptorum consensus, qui à Roscio primitus hanc legem promulgatam asserunt. Vide C. Plin. *lib. 7. cap. 30.* M. Tull. *Philip. 2.*

Factum

Factum id anno urbis conditæ 686, ut ex Antonio Augustino annotavit
18. Dempsterus *d. l.* Ex quibus jam patet, Roscia lege equitem à plebe distinctum, & 14. gradus adsignatos Equitibus, Seneca 3. *de Benef.* 9. sic tamen, ut, qui in ordine Equestri decoxissent, remotiore loco sederent, Cicer. *Philipp.* 2. Plutarch. *in Cicer.* quam duritiem Augustus Imperator postea remisit Equitibus, qui non vitio suo decoxissent, sed bellorum ci-
19. vilium miseriis. Et hos gradus Equestria vocârunt. Quin & Senatoribus, quoties quid spectandum publicè proponeretur, primus subselliorum ordo decreto Patrum assignatus, Sueton. *in Augusto c.* 44. Facto decreto Patrum, *ait,* Suetonius *d. l.* ut quoties quid spectandi usquam publicè ederetur, primus subselliorum ordo vacaret Senatoribus, Locus
20. autem is Orchestra dictus, plurium graduum erat, puta quatuor aut quinque: quorum digniores habiti, qui Podio & arenæ proximi. Nam & primi Senatorum in Podio spectabant, & Consules ac Magistratus cum omni pompa lictorum suorum ac viatorum, Tacit. 16. *annal.* Quin
21. Principi in Podio quoq; suggestus, de Nerone Claudio id tradit Suetonius *in ejus vita cap.* 12. ibi: toto podio adaperto spectare consueverat. Tertius locus præter Orchestram & Equestria, fuit plebi assignatus, Sueton. *in Claudio c.* 25. & heic rursus Ordo aliquis servatus, Sueton. *in Augusto*
22. *c.* 44. Militem, *inquit,* secrevit à populo, maritis è plebe proprios ordines assignavit. Porrò, in publicis spectaculis, loco nobilissimo in Or-
23. chestra datum considendi locum Legatis exterarum gentium, constat ex Josepho *lib.* 14. *Antiquit. c.* 17. quod ipsum tamen prohibuisse Augustum Imp. tradit Suetonius *in ejus vita cap.* 44. Romæ, *ait,* legatos liberarum sociarumq; gentium vetuit in Orchestra considere, cùm quosdam etiam
24. Libertini generis mitti deprehendisset, alioquin Legatos hostium excipere in urbem moris non fuit, sed hos extra urbem excipiebant, vel in
25. æde Bellonæ, senaculove juxta posito, vel in templo Herculis, Liv. *lib.* 3. 4. 37. 41. 42. &c. Cur verò Legati hostium in urbem non admitterentur, ratio manifesta esse potest: nempe quia & privatos inimicos nec recipimus in privatas ædes, ne serpentem in sinu fovere videamur. Cæte-
26. rùm, apud Romanos ipsis viris egregiis mortuis non aliter, quàm vivis publicum in Theatris locum assignatum fuisse, eumq; præcipuum, positâ ibi sellâ, quæ memoriam ejus renovaret, annotavit Johannes Kirchmannus in excellenti *tract. de Funeribus Romanorum lib.* 4. *cap.* 9. Hunc honorem tributum M. Marcello defuncto, memorat Dio *lib.* 52.

Καὶ εἰκόνα χρυσῆν, καὶ στέφανον χρυσοῦν, δίφρόν τε ἀρχικὸν ἐς τε τὸ θέατρον ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων πανηγύρει εἰς φέρεσθαι, καὶ ἐς τὸ μέσον τῶν ἀρχόντων τῶν πλέοντων αὐτῷ τίθεσθαι ἐκέλευσε. Ita pertinaci mortuo non unam sellam, sed tres in Theatro posuit Severus teste Xiphilino, cujus locum observavit Kirchmannus *d. l.* De Magistratuum Romanorum sessione sub Imperatoribus ut non nihil dicam; Unicum hoc monebo, fuisse scilicet inter eos dissidia de jure προεδρίας, quæ 27. composuit Justinianus Imperator in *Novella 62.* ibi: Urbicaria Præfectura omnibus aliis præsideat dignitatibus, id est, antè sedeat. Et post Præfectum cæteri Patricii numerentur, & Consules quidem, & qui inter eos consularibus insignibus decorantur, secundùm consularem ordinem & prærogativas Consulatus sui sedeant, ut tamen antoponantur ordinarii consulares honorariis consularibus. Et post hos præfectorum & magistrorum militum, & illustrium virorum ordo ponatur. Omnes autem isti habeant facultatem in Senatu sententiam dicendi. Hæc Justinianus *d. l.* In provinciis Præfectos Prætorio præ cæteris magnæ aucto- 28. ritatis fuisse, & primum locum ferè occupâsse constat, Secundi enim illi erant ab Imperatore teste Zosimo *lib. 2.* Dicti patres imperii & provinciarum, Cossiodoro *lib. 6. Var. 8. & 11.* qui omnem judiciorum potestatem, ac plenissimum imperium auctore Ammiano Marcellino *lib. 21.* etiam in ipsos senatores habebant, licèt ipsi ante Alexandri Severi constitutionem non fuerint Senatores, sed Equites Romani, ut Ælius Lampridius *in Alexandro Severo* & *Commodo* tradit; unde hæc dignitas Evagrio, quem adducit vir incomparabilis Casaubonus *in Notis ad Lampridij* Ant. Diadumenum dicitur ἡ κορυφαία τῶν ἀρχῶν, *lib. 5.* cui accedit, quòd vice sacra ubiq; judicarent, Cassiod. *6. Var. 3.* & ab eorundem sententiis non liceret appellare, *l. un. §. 1. D. de offic. præf. prætor.* Bodin. *lib. 3. de Rep. c. 6.* Hilliger *in Donell. Enucleat. lib. 28. c. 6. lit. u.* Post Præfectos 29. prætorios facilè primũ locum obtinuerunt præsides provinciarum & proconsules, de quorũ potestate & imperio agitur *T. T. D. de offic. præs. & procons.* Porrò, consulatui summus honor, etiam post imminutum & penitus enervatum ejus robur mansit, duravit verborum honos, potentiâ sublatâ vid. Dion. *l. 52.* Sueton. vocat summam potestatem, Plin. *in Panegyrico,* 30. imperiũ & consulatũ, duas nominat potestates summas. Procopius *Persicorum lib. 1.* negat esse majorẽ ullũ consulatu gradũ dignitatis in Rep. Rom. Ælius Spartianus de Adriano Cæsare refert, *in ejus vita,* quòd exsecratus fuerit principes, qui minus Senatoribus detulissent, & quòd Serviano sororis viro tantum detulerit, ut ei venienti de cubiculo semper occurrerit.

Flavius Vopiscus in describenda superbia Carini Imperatoris, inter alia hæc memorat, Præfectus nunquam Coss obviam processit. Casaubonus ibidem legit ita: Præfectis aut Coss- nunquam obviam processit. Non seve genus honoris habitum excipi ab occurrente Principe: proxi-
31. mus huic honoris gradus erat, si stans exciperet, non sedens, hinc Spartianus de Hadriano: Ad convivium venientes Senatores stans excepit. Confer Sueton. *in Tiber. cap. 72.* Cæterùm primi sententiam dicebant Consules designati, Salustius *in Conjurat. Catil.* ibi: tum D. Junius Si-
32. lanus primus sententiam rogatus, quòd eo tempore Consul designatus erat: quòd si ii nulli essent, princeps senatus id faciebat, primæ enim sententiæ Senator, & Princeps Senatus tantundem valent. Casaubon. *in Not. ad Spartani Adrianum, in verb. ne esset secunda sententia. p. m. 39.* Vopiscus *in Aureliano,* ibi: Tunc surrexit primæ sententiæ Ulpius Syllanus, ita in lapide, qui honori Symmachi fuit dicatus. QUI PRIMUS IN SENATU SENTENTIAM ROGARI SOLITUS.

CAPUT III.

De ordine sessionis Regum, seniorum, primogenitorum, & virorum egregiorum apud Hebræos observato, nec non, quæ πρωτοκαθεδρίας ratio in eorundem Synedrio magno?

SUMMARIA.

1. Populus Judaicus unus ex omnibus populis est, cui peculiariter Deus jura dare dignatus est.

2. Reges apud Hebræos supremum in sessione locum occupasse ex sacro Codice evincitur.

3. Apud Hebræos honoratiorem mensæ sedem ad parietem fuisse ex Pancirollo probatur.

4. Post Magistratus apud Hebræos jus προεδρίας tributum Senioribus.

5. Hujus rei ratio assignata.

6. Seniores apud Hebræos, primi omnium sententiam suam exponebant.

7. Ratio reddita ex Cyrillo Alexandrino. Cur præ cæteris Apostolis Petrus sæpe locutus sit?

8. Habitam apud Hebræos fuisse solitæ ætatis rationem in collocandis convivis exceptâ regiminis dignitate exponitur.

9. In accumbendo apud Hebræos hic ordo servatus fuit, ut primogenitus in dextro cornu collocaretur, in sinistro secundogenitus.

10. Cur S. Johannes Evangelista, qui per ætatem ultimus erat, Christo proximus fuerit & in ejus sinu accubuerit?

11. Viris eminentioribus apud Hebræos honoratior in consessu locus tributus.

12. Proponitur, quænam fuerit πρωτοκαθεδρίας ratio apud Hebræos in Synedrio magno.

Jus

JUs προεδρίας nonnisi personis eminentioribus, Magistratibus, Senioribus, & viris præclaris ac de Republica optimè meritis competiisse apud Græcos ac Romanos *cap. præcedenti* evictum fuit, ostendendum nunc, quid hac in re apud Hebræos, circa jus προεδρίας receptum. Sanè eos præterire religio nobis erit, cùm ex omnibus populis hic unus sit, cui peculiariter Deus jura dare dignatus est, H. Grot. *lib. 1. de J. B. & P. c. 1. §. 16.* & ex eo de consensu moratiorum gentium hac in re eò magis constare possit. Et verò apud Hebræos, dum ipsis Reges præessent, hos supremum locum occupâsse, dubio caret, & ex plurimis Scripturæ sacræ locis probari poterit, ita *1. Reg. c. 20.* legitur, quòd cathedra Regis Saul fuerit juxta parietem, è conspectu verò sedes Jonathæ primogeniti Regis, postea aliorum ordine subsequentium, ex quo Pancirollus *lib. 1. Rer. memorabil. tit. de cibi capiendi modo Veteribus usitato p. 501.* probare nititur, apud Hæbræos honoratiorem mensæ sedem ad parietem fuisse, quâ de re *capite subsequenti* pluribus acturi sumus. De Davide & Salomone Regibus eos semper honoratiorem in consessu locum occupâsse ex sacro Codice res notissima est, ut supervacaneum, de re adeò nota provocatâq; multa in medium afferre. Post Magistratus apud Hebræos jus προεδρίας tribuebatur Senioribus vid. Cardinalem Paleotum *part. 3. fol. 261.* idq; ex DEI Opt. Max. mandato. Levit. *c. 19.* Coram cano capite consurge, & honora personam senis, hinc apud Daniel. *c. 13.* Veni & sede in medio nostrûm, & indica nobis, quia tibi Deus dedit honorem senectutis. Generalem planè apud Judæos legem exstitisse, ut juvenes senioribus omnibus honorem exhiberent, hiq; honoratiorem locum occuparent, quia cunctorum Senior esset Deus, tradit Josephus *in lib. contra Appionem, cap. 7.* quinimo Seniores apud Hebræos primi omnium sententiam suam exponebant, ita B. Jobus *cap. 32. v. 4.* scribit: Exspectavit loquentes, eò quòd seniores essent, qui loquebantur: Et Elius Buzites apud eundem, *v. 6.* Junior sum tempore; vos autem antiquiores: idcirco demisso capite veritus sum, vobis indicare meam sententiam: Sperabam enim, quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam. Et Jesus Syrach *in Ecclesiast. cap. 32. v. 4.* Loquere major natu; decet enim te primum verbum, quam sententiam in hunc finem inculcant Baldus *in c. 1. de major. & obed.* Ludovicus Romanus *lib. singularium cap. 81.* cujus inscriptio; Qui debeat primò loqui, Langlæus *lib. 7. Semestr. cap. 7. fol. 454.* & in Græco textu legendum esse

ἀλλήλων πρεσβύτεροι, non autem (ut est in vulgatis editionibus) πρεσβυτέρῳ, rectè monuerunt, viri clarissimi Joach. Camerarius *in annotat. fol. 221.* & David Hæschelius *in Notis fol. 414.*
7. Hinc quando à Theologis quæritur, cur præ cæteris Apostolis Petrus ferè locutus sit? Respondet Cyrillus Alexandrinus, cæteros honorem illi habuisse, tanquam majori ætate videlicet, ut nonnulli existimarunt; Casaubonus *Exercitat. 14. in Annal. Baronij c. 61.*
8. Habita quoque apud Hebræos solius ætatis ratio in collocandis convivis, excepta regiminis dignitate, ita, ut quò quisq; ætate provectior, ita priori quoq; loco juxta ordinem poneretur. Unde Moyses de convivio Josephi Patriarchæ fratribus exhibito, Gen. *cap. 43. v. 33:* Primogenitus juxta primogenina sua, & minimus juxta ætatem suam: hoc est, ut Sebast. Castalio interpretatur, ut quisq; ætate antecellebat, ita primo ante eum loco collocatus est. Et Josephus *lib. 2. Antiquitat. Judaic. cap. 5. in fin.* Acceptos convivio jussit ordine, quo apud patrem solebant, discumbere; Cumq; omnes comiter haberet, duplicibus partibus Benjaminem honorabat. Consulendus hac de re Petrus Comestor *in Histor. scholast. c. 43.* & Nicol. de Lyra *in Gloss. ad d. cap. 43.* & ante eum Walafridus Strabus *in Gloss. ordinar.* Præclarè hoc ipsum præ cæteris exposuit diligentissimus morum Christianorum interpres Petrus Bercharius Theologus Scholasticus Pictaviensis, qui *in Repertorio morali lit. E.* verb. Etas. moraliter Josephi convivium hoc modò explanavit; Animalia bruta, quando habent plures filios, sicut sunt sues & caniculæ, solent primò nascentem plus diligere, & primam & pinguiorem mamillam eidem porrigere & extendere. Ad quod quidem facit illa figura de Joseph, qui vocans fratres suos ad convivium, unumquemq; juxta ætatem suam primum vel ultimum fecit sedere, sicut dicitur *Gen. 43.* Quia quantò plùs habuerunt de ætate, tantò plùs habuerunt in illâ mensâ de proprietate. Et prò certo talis Joseph debet esse quilibet superior Prælatus, qui ad mensam Ecclesiasticorum beneficiorum habet alios promovere, situare, & juvare, quia scilicet ipse debet eos situare unumquemq; secundùm ætatem suam, id est, secundùm suam provectionem & virtutem. Quantò enim est antiquior in tali ætate, tantò pro certo debet esse prior in dignitate, & potior in beneficii quantitate. Prioribus enim & antiquioribus, & melioribus & perfectioribus sunt potiores mamillæ, & porrigendæ, id est, præbendæ uberiores, & sedes, & prælationes priores distribuendæ & concedendæ. *Hactenus Petrus Bercharius d. l.*
9. Porrò, in accumbendo hic ordo ser-

servatus fuit, ut primogenitus in dextro cornu collocaretur, in sinistro secundogenitus, qui duo primi & eximii accubitus: deinde tertius, quartus, ac reliqui deinceps, illum, qui primus est in cornu sinistro, ordine subsequerentur. Itaq; ultimus primo proximus erat, à primo eodem remotissimus ex adverso secundus, Goldast. *lib.1. de Majoratu cap. 15.* Hinc 10.
non difficile fuerit intelligere, cur aut S. Johannes Evangelista, qui per ætatem ultimus erat, Christo proximus in ejus sinu accubuerit, aut S. Petrus Apostolus, qui natu maximus e regione Johannis, in sinistro cornu accubabat, innuisse Johanni dicatur, ut Christum de proditore interrogaret, prout ingeniosè observatum à Jacobo Sitmondo *in Notis ad Sidonium fol. 40.* Viris quoq; eminentioribus apud Hebræos honoratiorem in consessu locum tributum fuisse, probari poterit ex libro Jobi *cap. 29.* 11.
v. ult. ubi ipse Jobus de pristina sua felicitate verba faciens: Si voluissem ire ad eos, *ait,* sedebam primus: cumq; sederem quasi Rex, circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.

Cæterùm quæ fuerit πρωτοκαθεδρίας ratio apud Hebræos in Synedrio 12.
magno, exposuit Maimonides in Halachâ Sanhedrin, his verbis:
נשיא בכל הגרול בחכמה שבכלן מושיבין אותו ראש עדיהן והוא
ומושיבין הגרול שבשבעים ראש הישיבה והוא שקורין אותו החכמין
והוא אב בד ושאר השבעים מקום והוא מעוהד תחת משה רבינו
כפי מעלתם כל הגחל מחכרו בחכמה משנה לראש ויושב מימינו
לנשיא משמאלו יותר מחברו וחכם יושבין בכמו יושבין לפני שניהם
חצי גורן בעגור בדי שיהיה הנשיא עם אב בית דין רואים יהיה קרוב
פולם. Qui cæteris omnibus sapientiâ antecellit, eum constituunt caput super se, & caput consessus. Et hic ille est, quem ubiq; sapientes vocant NASI: & is est loco Moysis Magistri nostri. Qui porrò inter LXX. natu maximus est, eum collocant à dextris; & hic est, quem vocant ABH BETH DIN. Cæteri τῶν LXX. sedent coram istis duobus, secundùm dignitatem suam. Quò quisq; sapientior est collegâ suo, eò propiùs locatur ad sinistram Principis. Et hi sedent per dimidiam quasi aream, ut eos omnes & NASI, ET ABH BETH DIN in conspectu habeat.

Vide clarissimum virum Joh: Verstium *in dissert. de Synedriis Hebræorum, §. 4.*

Caput. IV.

Quisnam locus honoratior apud Priscos, quám modernos in præcedendo, ambulandó, stando, sedendo? elegantissima disquisitio.

SUMMARIA.

1. *Elegantissimè disquiritur, cur veteres sedentes utplurimum de rebus gravissimis judicarint?*
2. *Animus sedendo magis sapit, habetq́ acriorem contentionem in quiete corporis.*
3. *Probatur apud Romanos Imperatores & Magistratus de gravioribus caussis cognoscentes, pro tribunali sedisse.*
4. *In sacro Codice sedere frequenter pro judicare accipitur.*
5. *Quisnam locus honoratior sit, certo desiniri non potest, sed cujusque regionis gentis, & provinciæ consuetudo inspicienda.*
6. *Apud Hebræos quis locus honoratior fuerit? disquiritur.*
7. *Apud Hebræos dextera potior fuit, & à dextris sedere magni æstimatum, quod ex sacro codice confirmatur.*
8. *Ejusce rei ratio assignata.*
9. *Dextrum pro felici & propitio poni solitum ex Nonio Marcello probatur.*
10. *Divino consilio à Patriarchâ Jacobo mutatus rerum ordo, ut sinistra dextræ præferreretur, monente Cardinale Baronio.*
11. *Honoratiorem quandoq; manum sinistram dextra fuisse ex Rabbinis & Bellarmino probatur.*
12. *Apud Hebræos in medio collocari honoratissimum habitum.*
13. *Multis testimoniis Poëtarum & Scriptorum Romanorum evincitur, medium locum honoratissimum habitum apud Græcos, necnon Romanos.*
14. *Emendatus locus ex C. Salustij Crispi lib. 3. Histor.*
15. *Apud majores locum medium semper fuisse Domini, notatum.*
16. *Aliis adductis testimoniis probatur, medium locum honoratiorem apud Veteres fuisse.*
17. *Apud Numidias medius locus honoratior habitus.*
18. *Idem apud Persas & Ægyptios receptum.*
19. *Rejicitur Joh. Geropi Becani opinio existimantis plerisq; gentibus etiam Romanis sinistrum locum honestiorem habitum.*
20. *Sinistra apud Romanos dignior fuit, ratione melioris auspicij.*
21. *Quæ à sinistris sese offerebant, aves prospera habita apud Romanos.*
22. *Sinistra auspicia cur fausta habita apud Romanos?*
23. *Apud Germanos medium locum quoque honoratiorem habitum fuisse ex Athenæo refertur.*

24. Cyrus

24. Cyrus cur convivas amicos lævos sibi accumbere voluerit? exponitur.

25. Apud Turcas hodie digniorem haberi locum sinistrum, quòd eam partem gladius honestet, proponitur.

26. Romanis gladius modo ad dextrum, modò ad sinistrum latus fuit.

27. A militibus Romanis ad dextrum femur gladij gestati, & quæ hujus rei ratio.

28. Sessio à sinistra parte Pontificis honorabilis habita. quinimò sinistram perpetuò potiorem in conciliis fuisse, ex Baronio notatum.

29. In Germania passim medius locus pro digniore habetur.

30. Noribergæ hodienum non medius, sed superior locus dignior habetur.

31. Si duo simul incedant in deambulationibus, honorabilior locus est à dextro latere.

32. Apud Italos locus honoratior habetur, qui muro vel parieti magis est proximus, quod etiam in Anglia & Augusta Vindelicorum observatur.

33. Si quis solus procedit, ac reliqui ipsum subsequuntur, maximi honoris est.

34. Inter Reges & Principes receptum, ut is, qui major sit, se primum sistat in loco conventus, ut monstret alios ad se venire.

35. Confirmatur id exemplis ex historia Romana petitis.

36. Adducuntur recentiora exempla Caroli V. Clementis VII. Pontificis & Francisci I. Galliæ Regis.

37. Alia hujus rei exempla ex Comineo & Guicciardino afferuntur.

38. Inter signa majoris dignitatis non minimum est, sessionem occupare, ubi alii stare coguntur.

39. Imperatoris nostri Romani oratores sedendo apud Turcam perorant, ubi aliorum Regum & Principum legati stando legationem exponunt, ejusce rei elegans exemplum adductum.

40. Venetorum legati idem imitari voluerunt, sed interpellati & prohibiti à Barbaris fuerunt.

41. Idem sedendi jus Regis Daniæ legatus in peroratione apud Cæsarem Maximilianum I. sibi vindicare voluit.

CUm in controversiis & dissidiis de Sessionibus inter alia quæstio sit de loco honoratiori, meritò disquirendum heic ante omnia, quisnam locus apud Veteres, & hodienum pro honoratiore habitus, & quæ alia præeminentia signa sint, quod ipsum maximè controversum. Primò autem omnium constat: Veteres, quod & nostris temporibus observatur, sedentes, utplurimum de rebus gravissimis consultasse, nec aliter nisi sedentes judicâsse Veteres. Putabant enim sedentes plus sapere, unde apud Plautum in *Mostellaria* servus Tranio in ara sedens, ad quam confugerat, cùm sollicitaretur, ut surgeret, 1.

timens

timens dorso suo, & olfaciens dolum Teuropidæ, surgere noluit, prædicta ratione usus. Verba Plauti hæc sunt:

TEUR. Surge dum huc est, consulere igitur quiddam, quod tecum volo.
TRA. Sic tamen hinc consilium dedero, nimio plus sapio sedens.

Juvat heic audire clarissimum Virum Franciscum Polletum *in historia Fori Romani lib. 1. cap. 7.* hac de re verba facientem, postquam enim notâsset, judices sedendo de rebus gravioribus consultâsse, subjungit. Ani-
2. mus sedendo magis sapit (ut est in proverbio) habetq; acriorem contentionem in quiete corporis, & cùm natura nullâ molestiâ impeditur, constantius sese in rem propositam intendit, ut simul cum corpore affectus mentis componatur, quod & agnoscunt Anagogici Theologi in illo Matthæi *cap. 5.* loco: Cùm vidisset Jesus turbas, ascendit in montem, & cùm sedisset &c. Acceditque, quòd auctoritas & majestas Magistratus magis visenda ostenditur in sedente, quàm stante. Hactenus Polletus *d. l.* adde eundem *lib. 1. cap. 5.* ubi Philippus Broidæus *in Notis ad d. cap.* notat, quosdam adeò superstitiosos hac in parte fuisse, ut dicerent, sententiam latam à stante, aut non sedente judice, nullius esse planè momenti, pro quibus facit *c. ult. in fine de sentent. & re judicat. in 6.* junctâ Glossâ in verbo sedendo, id quod non obtinet eodem notante in causis summariis. Equidem apud Romanos non modò Prætores, Præfecti prætorio aliive
3 magistratus sedentes judicarunt, sed & ipsi Imperatores, Suetonius *in Claudio;* De majore negotio acturus, *ait,* in Curia, medius inter Consulum sellas Tribunitio subsellio sedebat, Idem *in Tiberio*: Magistratibus pro tribunali cognoscentibus, *inquit,* plerumq; se offerebat consiliarium, assidebatq; juxtim, vel ex adverso in parte primori. De eodem Tiberio idem tradit Tacitus *lib. 1. annal. c. 75.* ibi: Nec patrum cognitionibus satiatus, judiciis assidebat, in cornu tribunalis, ne prætorem curuli depelleret. Dionysius Halicarnassæus *lib. 4.* ejecto Tarquinio Superbo memorat, placuisse populo, ui relinqueretur Consulibus sella eburnea, in qua sedentes jus redderent. Et rectè Emundus Merillius Jctus & Antecessor in Academia Biturigum *in notis Philologicis in passionem Christi ad cap. 18. Johann. ad verb. Sedit pro tribunali,* tradit, Magistratus Romanos de gravioribus causis cognoscentes sedisse pro tribunali. Apud He-
4. bræos quoq; idem receptum, unde in sacro codice sedere frequenter pro judicare acccipitur Henric. Moller. *part. 8. enarrat. Psalm. Davidis ad Psal. 122. v. 5.* Cicero sæpissimè sedere pro judicare usurpat, hinc consessus Judicum Ducûmve in castris. Virgil. *lib. 5. & 7. Æneid.*

Cæte-

Cæterùm, quisnam locus honoratior sit? certè definiri non potest, 5.
sed potiùs heic cujusq; regionis, gentis & provinciæ consuetudo inspicienda: alibi receptum, ut medius locus honoratior habeatur, alibi, ut locus à dextris, alibi, locus à sinistris honoratior æstimatur, ut proinde verissimum sit effatum Dempsteri à Muresk. *in Paralipom. ad Rosin. lib. 5. Antiquit. Roman. c. 30. p. 866.* controversum esse, quis fuerit in conviviis aliisq; congressibus locus honoratior? Apud Hebræos honoratiorem 6.
mensæ sedem ad parietem fuisse scribit Pancirollus *lib. 1. Rer. memorabil. tit. de cibi capiendi modo Veterib. usurpato. p. 501.* adducit is locum *1. Reg. c. 20.* ubi legitur, quòd Cathedra Regis Saul fuerit juxta parietem, è conspectu verò sedes Jonathæ, primogeniti Regis, postea aliorum ordine subsequentium, alioquin apud Hebræos dextera potior fuit, & à dextris sede- 7.
re magni æstimatum, ita *Psalm. 100.* dicitur: Dixit Dominus Domino meo. Sede à dextris meis, quod reperitur *Matth. 22. Marc. 12. ad Hebr. 10. Matth. 25.* dicitur. Beatos sessuros ad dextram Dei. *Matth. 26.* A modo videbitis filium hominis sedentem ad dextram virtutis Dei, confer *Actor. 7.* Paul. *ad Coloss. 3. ad Heb. 1 & ad Eph. 1.* Cujus rei rationem 8.
hanc quidam adferunt, quòd dextra pars validior, nobilior & præstantior sit, vel Aristotele teste *4. de histor. animal. 1. & de part. anima. lib. 3. c. 3. & c. 9. & lib. 4. c. 8.* quinimo augustior & felicior, dextrum enim pro felici & propitio poni solitum affirmat Nonius Marcellus authorita- 9.
te Virgilii *lib. 8. Æneid.* ubi & Servius idem annotavit. Porrò, divino 10.
consilio à Patriarcha Jacobo in benedictionibus Ephraim & Manasse, *Genes. 48.* mutatum rerum ordinem & vices, ut sinistra dextræ præferreretur, monet Cardinalis Baronius *ad annum Christi 213. in princ. vers. Cùm autem viri* quò spectat quod tradit Rabbi David Kimchi, (quem 11.
adducit Vir egregius Dilherrus *Dial. 3. Philol.*) Honoratiorem esse dextra, manum sinistram & chariorem: quâ uti solemus in apprehendendis rebus iis, sive hominibus, qui nobis sunt chari. Unde Bellarminus *lib. 3. de incarnat. cap. 15.* scribit. Apud antiquos sedere à dextris erat minus honorificum, quàm sedere à sinistris. Apud eosdem Hebræos, in 12.
medio collocari, honoratissimum habitum, ita *Daniel. 13. v. 50.* scriptum. Veni & sede in medio nostrûm, & indica nobis, quia tibi Deus dedit honorem senectutis, & *Luc. 2.* legitur, inventum Jesum in medio Doctorum.

Cæterùm medius locus honoratissimus habitus apud Græcos, necnon 13.
Roman. Homer. *lib. postr. Iliad.* Priamum collocat medium inter liberos:

—ὁ δ' ἐν μέσσοισι γεραιὸς
[illegible]

Et à Virgilio Homeri imitatore *lib. 1. Æneid.* dictum est.

—— Aulæis jam se regina superbis
Aurea composuit sponda, mediamq; locavit.

Idem *lib. 5.* de Ænea loquens.

Ille è concilio multis cum millibus ibat
Ad tumulum magna medius comitante caterva.

Eodem libro de Ænea.

Quo se multis cum millibus Heros
Consessu medium tulit.

Et *lib. 6.*

Musæum ante omnes medium non plurima turba
Hunc habet, atque humeris exstantem suspicit altis.

Lib. 7. de Latino Rege hæc habet:

—— Ille intra tecta vocari
Imperat, & solio medius consedit avito.

Et *lib. 11.* de eodem Latino Rege:

—— Sedet in mediis Rex maximus ævo.

Ovidius *in Fastis lib. 5.*

Et medius juvenum non indignantibus ipsis
Ibat & interior, si comes unus erat.

M. Lucan. *lib. 1.* de Cæsare.

Et celsus medio conspectus in agmine Cæsar.

Sidon. Apollinar. *Carm. 22. v. 76.*

Ibant Pimpliades pariter, mediumq; noveno
Circumsistentes umbrabant syrmate currum.

Silius Italicus *lib. 3. Punicor.* id ipsum ad Deorum honores traduxit, ibi:

Tunc ô nate Deum, divosq; dature beatas
Imperio terras patrio rege, tarda senectam
Hospitia excipiant cœli, solioq; Quirinus
Concedet, mediumq; parens, fraterq; locabunt.

Ita Sigismeres regius juvenis, narrante Sidonio Apollinare *lib. 4. epist. 20.* pedes & ipse medius incessit, flammeus cocco, rutilius auro. M. Minucius Felix *in Octavio*: Et cùm dicto ejus assedimus, ita, ut me ex tribus medium lateris ambitione protegerent, nec hoc obsequii, aut ordinis, aut honoris, quippe cum amicitia pares semper aut inveniat, aut faciat, sed ut arbiter, & utrisq; proximus aures darem, & disceptantes duos,

duos, medius segregarem. Expressè Donatus & Servius ad supra adductum locum Virgilii *1. Æneid.* ibi: *aulæis jam se regina superbis, aurea composuit*, annotant locum medium apud Veteres fuisse potiorem, adducuntq; istud C. Salustii Crispi *lib. 3. Historiar.* (qui libri Historiarum injuriâ temporum, ut alia multa periêre, eorumq; fragmenta nobis relicta) ibi: Igitur discubuere, Sertorius inferior, in medio supereum L. Fabius Hispaniensis Senator: ex proscriptis; in summo Antonius: Idem 14
Salustius *eodem libro tertio Historiarum*, notante Nonio *in voce Dominus*: Scriba Sertorii, *ait Salustius d. l.* Versius, & alter scriba Mœcenas in imo, medius inter Tarquitium, & Dominum Perpennam. Apud Servium legitur Tarquinium pro Tarquitium: Denatium Perpenna, pro Dominum Perpennam, sed istum locum Servii corruptum esse notat Ludovicus Carrio *in C. Salustij Histor. lib. 3. in Scoliis.* Nonius per Dominum convivii exhibitorem intelligit, quod ipse etiam Servius innuere videtur, dicit enim apud Majores, locum medium semper fuisse Domini. Sue- 15.
tonius de Tiberio loquens: Medius, *inquit*, inter duos Consules cum Augusto simul sedit. Idem de Claudio, *cap. 23.* De majore negotio acturus in Curia medius inter Consulum sellas tribunitio subsellio sedebat. Exstat hac de re locus memoratu dignus apud Ælium Spartianum *in vita Adriani Cæsaris.* Hic cùm servum suum inter duos Senatores medium ambulare vidisset, misit, qui ei colaphum daret, & diceret: Noli inter eos ambulare, quorum esse adhuc potes servus, sunt verba Spartani, 16.
ad quæ Isaacus Casaubonus *in notis.* Medius locus, *ait*, honestissimus, sive deambularent, sive sederent. Inde Hadriani indignatio, Seneca *in lib. in Sapient. non cad. injuriam cap. 10.* ibi: Et non in medio me loco, sed imo collocavit. Numidas quoq; medium locum honoratiorem æstimâsse, & potentiori tribuisse, auctor est C. Salustius Crispus *in Bello Jugurthino.* Postquam illi (Micipsæ) more regio justa magnificè fecerant, *inquit*, reguli in unum convenêre, ut inter se de cunctis negotiis discep- 17.
tarent. Sed Hiempsal, qui minimus ex illis erat, naturâ ferox, etiam ante ignobilitatem Jugurthæ, quia materno genere impar erat, despiciens, dextrâ Adherbalem adsedit: ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur, Jugurtha foret, dein tamen, ut ætati concederet, fatigatus à fratre, vix in alteram partem transductus est. Apud Persas 18.
non minoris æstimatus medius locus, ita Xenephon tradit, Cyrum solitum fuisse medium inter amicos honoratos discumbere. Vide Brissonium

 in

in erudito scripto, *de Regn. Persar. lib. 1. p. 73.* Idem quoque apud Ægyptios aliosve populos observatum. Testis hujusce rei Alexander ab Alexandro *Genial. dier. lib. 2. cap. 19.* Ad dextram locari, *ait*, præcipuè apud Ægyptios magnus est honos habitus: in medio verò maximus. Quod æquè apud Romanos servatum est. Idem apud Aphros Numidasq; *Ha-*
19. *ctenus Alexander ab Alexandro d. l.* Ex quibus apparet, plerasq; gentes & ipsos Romanos medium locum pro honoratiore habuisse, ut proinde frustra asserere conatus fuerit Joh. Geropius Becanus *in Hermathena. p. 228.* plerisq; gentibus etiam Romanis sinistrum locum honestiorem habitum, cujus argumentis satisfecit Lipsius *2. Elector. cap. 2.* Fuit apud
20. Romanos dignior sinistra, ratione tantum melioris auspicii, Plutarch. *quæst. Roman. 78.* Cicer. *lib. 2. de divinat.* Varro *de ling. lat. cap. 6.* Hinc quæ à sinistris sese offerebant aves, prosperæ dicebantur; contrà, impe-
21. dientes aves dicebantur arculæ ab arcendo; aut Cliviæ, quia difficilia vocabant Clivia, aut remoræ aves à remorando: ut ait Josephus Scaliger *in Conject.* Causa vanitatis inde fuit: Crediderunt augures, quòd homine in meridiem spectante, ad sinistram ejus, partes mundi exorientes sint; ad
22. dextram occidentes. Inde sinistra auspicia fausta dici, quòd ea, quæ oriuntur, quæq; ortus causam tribuût, meliora sunt iis, quæ occidunt, quæve interitum rei demonstrant, Taubmann. *in Plaut. Epid. act. 2. sc. 2.* Becman. *de orig. lat. linguæ, voce Sinistrum.* Apud Germanos olim etiam medius locus
23. honoratior habitus, id quod exponit Possidonius *apud Athenæum:* ibi. Convivæ plures ad cænam si conveniant, in orbem considunt, in medio autem præstantissimi sedes est, ceu totius cœtus Principis, huic proximè assidet, Dominus convivii, & utrinque deinceps pro splendore dignitatis, quâ excellunt. Vide Cluverium *lib. 1. Antiq. German. cap. 17. p. 157.*
24. Porrò, quidam sinistrum locum pro honoratiore habuerunt. Ita Cyrus convivas amicos peculiari quadam ratione lævos sibi accumbere voluit, attestante Xenophonte *lib. 8. Cyroped. p. m. 12.* sive quòd dextro loco hic esset honoratior, sive tanquam cordi propiores, Xenophon aliam rationem *d. l.* reddidit, quòd nempe læva magis insidiis obnoxia,
25. quàm dextra. Apud Turcas hodie digniorem haberi locum sinistrum, quòd eam partem gladius honestet, refert Augerius Busbequius *in itiner.*
26. *Constantinop. descript.* alioquin Romanis gladius, modò ad dextrum,
27. modò ad sinistrum latus fuit, Polybius ad dextrum femur gladios à mili-

tibus

ribus gestatos autor est: *Ἅμα δὲ, ait, τῷ δεξιῷ μάχαιραν, ταύτην δὲ περὶ δεξιὸν φέρουσιν.* Quare ad dextrum femur? Lipsius *l. 3. de Mil. Rom. dial. 3.* existimat variasse hac in re Romanos. Ast contrà solidè incomparabilis Criticus Salmasius *in Notis in Ælium Spartianum* ex Johanne Antiochen se ostendit, solos Prætorianos milites dextris gladiis accinctos fuisse, cui adstipulatur clarissimus Thomas Bartholinus *in Dissert. de Latere Christi aperto cap. 6.* A sinistra quoque parte Pontificis sessio honorabilis habita, ita Hormisda Pontifex Ennodio Ticinensi Episcopo multa 28.
dedit privilegia, atque etiam primum sessionis locum à sinistra Pontificis, inter Episcopos, ob rectè & constanter administratam legationem ad Anastasium Imp. hæreticum. Bern. Saccus *lib. 8. Ticinensis histor.* Berengarius I. Italiæ Rex, cùm Papiam, ut quæ Regni sedes erat, honore supra reliquas Regni civitates efferre vellet, nec tamen Ecclesiam ejus metropolitanâ afficere dignitate posset, jus atque insignia nova Episcopo conquisivit: atque ut Anastasius IV. Pontifex ei jus indulgeret adhibendæ umbellæ, equo albo vehendi, crucis præferendæ, & in concilio à læva Pontificis assidendi obtinuit, Sigonius *lib. 6. de Regno Italiæ.* quinimo Cardinalis Baronius diversis in locis, sinistram in Conciliis perpetuò potiorem fuisse contestatur. Nostris moribus, cujusque Regni consuetudo inspicienda, prout suprà monui. In Germania pas- 29.
sim medius locus pro digniori habetur, quod tamen non universale. Noribergæ enim hodie non medium, sed superiorem locum digniorem 30.
esse constat. Equidem, si plures consedeant, seu deambulent, medium inter eosdem gradum honorabiliorem haberi, tradunt Gregor. Tholosan. *lib. 6. de Republ. cap. 10. n. 2.* & Bartholomæus Chassanæus *in Catalogo gloria Mundi* (quem istius Tractatus titulum putidum & inelegantem, pronunciat Andreas Tiraquellus *de Nobilit. cap. 31. n. 18.* ubi etiam insignis erroris eum arguit) *parte 1. Considerat. 13.* Thomas Morus *in descript. Utopiæ lib. 2. tit. de Commerciis mutuis p. 163.* ubi ait, in Utopia medium mensæ, summum locum esse. Quod si duo simul 31.
incedant, in deambulationibus honorabilior locus est à dextro latere. Antonius Quetta *Consil. 1. n. 4. & 14.* Gratian. *tom. 1. discept. cap. 106. n. 40. 41. 42.* & seqq. Unde Genuâ à Carolo V. in potestatem redactâ, Genuensibus supplicii loco Carolus V. hæc edixit:

Ut fœminæ viros præcedant, cristasq; gestent virgines, & variegatis coloribus utantur: viri contrà pulli & atrati incedant, dextram semper uxoribus relinquentes: destruxit etiam omnia propugnacula, & in Castelli locum, Castellaccio dictum, patibulum exstrui mandavit, uti tradit
32. Ubertus Folieta *lib. 4. Hist. Gen.* Apud Italos locus honoratior habetur, qui muro vel parieti magis est proximus, sive is locus à dextris sive à sinistris sit; quod etiam in Anglia, & Augustæ Vindelicorum obtinere observavit Josias Nolden *in Synopticâ Tractatione de Statu Nobilium civili c. 10. n. 149.* Chassanæus *in d. Catalog. Gloriæ Mundi part. 1. Considerat. 15.* pòst Barthol. Veron. *in tract. de Imperat. elig.* idem notavit: Qui est juxta parietem, *ait*, dicitur esse in digniori & nobiliori loco: quod comiter observamus, nisi tres essent personæ simul ut dictum est: quia tunc esse in medio, est magis honorabile. Quòd si quis solus pro-
33. cedat, ac reliqui ipsum subsequantur, hoc maximi honoris esse asserit clarissimus, & de universo jure publico optimè meritus, Joannes Limnæus *de jure publ. lib. 4. cap. 9. n. 92.* proinde Pierre Matthieu *tom. 2. hist. livr. 5. narrat. 6.* C'estoit grand honneur entre les Hebrieux, les Romains, & les Affricains, d'estre à la droite, plus grand au milieu tresgrand d'aller
34. seul sans pair. Et tantùm quidem de loco honoratiori. Addendum prædictis, quòd inter Magnates, Reges, Principesve, receptum sit, ut is, qui major sit, se primum sistat in loco conventus, ut monstret alios ad se venire, & honor eidem deferatur, ut inferior ad eum veniat. Clarissimus Christophorus Forstnerus *in notis Politicis ad lib. 2. Annalium Ta-*
35. *citi ad verba: Flumen Visurgis Romanos Cheruscosq; interfluebat, ejus in ripa cum cæteris primoribus Arminius adstitit, &c. p. m. 177.* Ita Artabanus Rex Parthorum ad Germanicum scripsit, daturum honori ejus, ut ripam Euphratis ad eum accederet, Tacitus *lib. 2. Annalium.* Simile exemplum habes apud C. Vellejum Paterculum *lib. 2. Historiæ Romanæ cap. 101.* Carolus V. Imperator Clementem VII. Pontificem jam antè in-
36. gressum Bononiam. Maurocen. *3. histor. Venet.* Michael de Montaigne *lib. 1. des Essais cap. 13.* Sleidan. *lib. 7.* Guicciard. *lib. 19. hist.* & alio tempore Paulum III. Pisas. Joan. Baptista Cinus. *2. de vit. Cosmi.* secutus est. In congressu Philippi Hispaniæ, & Sebastiani Lusitaniæ Regum, ad Guadalupam, posteriores Lusitani accesserunt. Hieronymus Conestaggius, *1. de coniunct. Portug. cum regn. Castil.* Franciscus Rex, cùm Pontifex Massiliam venisset, quamvis eadem nocte officii causâ ipsi affuerat, tamen urbe

urbe post excedens postero die cum comitatu aulico in urbem rediit: Guicciard. *l. 20. hist.* Maurocen. *4. hist. Venet.* Carolum V. Imperatorem ad colloquium cum Francisco I. Galliarum Rege venientem, Rex ex intervallo secutus est, Sleidan. *d. lib. 7.* Cùm de colloquio inter Leonem X. Pontificem, & Franciscum Galliæ Regem convenisset: Rex biduo, postquam Pontifex advenisset, Bononiam ingressus est. Guicciard. *12.* Simile exemplum exstat apud Philippum Cominæum *lib. 6. de rebus gestis Ludovici XI.* cùm enim locus colloquio habendo à Ludovico XI. & Eduardo Angliæ Rege designatus esset Piccenium Oppidum, tribus infra Ambianum milliaribus, primum Ludovicum eò pervenisse cum octingentis Cataphractis scribit. | Rebus omnibus (ait Cominæus, cujus verba ex versione Sleidani recito) ad colloquium paratis postridie veniunt eò Reges ambo, & Ludovicus quidem prior cum octingentis Cataphractis: Eduardus autem cum omni exercitu. Sed duodenos tantùm singuli secum adducunt, & interea, dum colloquuntur, ex ipsis quatuor erant destinati, tanquam inspectores eorum, quæ apud nos gererentur, totidem erant in ipsorum castris eadem de causâ. *Hactenus Cominæus d. l.* Margarita Caroli Cæsaris amita, & Aloysia Francisci Regis mater, quòd pari dignitate viderentur, eodem momentò per diversas Cameraci portas contiguas ædes, ex quarum unâ in alteram aditus erat, ingressæ sunt. Guicciard. *19.* Confer Pierre Matthieu *livr. 1. narrat. 2. en l' histoire de France.* ibi: La Ceremonia de telles assembles veut, que le plus grand se trouve le premier au lieu assignè, pour monstrer, qu' on le vient trouver, & que le premier arrivè aille voir, le dernier venu, quand c' est en sa maison, & en sa terre. En l' entrevene du Pape Clement, & du Roy Francois, à Marseille, le Roi s' es loigna de la ville, & donna loisir au Pape de deux ou trois iours, pour son entree. En celle du Pape & de l' Empereur à Bologne, l' Empereur donna temps au Pape pour ij estre le premier. 37.

Porrò inter signa majoris dignitatis non minimum est, Sessionem occupare, ubi alii stare coguntur, sedens enim honorari magis, quàm astans dicitur. H. Kirchner. *lib. 2. de Legat. c. 5. n. 55.* quod etiam ostendit Ovidius *in Metamorph. lib.* de judicio super armis Achilleis agens, ibi: 38.

Consedere Duces, & vulgi stante corona.

Hinc cùm Stephanus Rex Poloniæ, magnum suum Cancellarium Zamoischium, tunc temporis Castellanum sublimare & exaltare vellet, ipsi more majorum stanti dixit: Faciam ut brevi possis sedere: Duro di

Pascolo

39. Pascolo *in Aul. polit. regul. 278.* Ita Imperatoris nostri Romani Oratores sedendo apud Turcam perorant, ubi aliorum Reg m & Principum Legati stando legationem exponunt, Warsewic. *in Orat. de Legat.* Unde Caroli V. Legatus, cùm aliquandiu ad exponenda mandata à Turca accitus stetisset, neq; considere jussus, veritus ne Domino suo inverteretur, pallio quod habebat substrato insedit, & mandata sui principis intrepidè exposuit, mox consurgens, pallium, quod substraverat, reliquit. Interrogatus à Turcis, cur pallium non tolleret? festivè & callidè respondit: Cæsaris Legatum sellam sibi portare non solere, Warsewic. *in orat. de Legat.* Kirchner. *de Legat. dict. cap. 5. n. 63.* & seqq. Reincking. *de Reg. sec. & ec-*
40. *clesiast. lib. 1. class. 2. cap. 6. n. 44.* Hoc etsi Venetorum Legati imitari voluerint, interpellati tamen hanc ob causam & prohibiti à Barbaris fue-
41. runt, Warsewic. *in d. orat. de Legat.* Maximilianus I. Imperator, cùm fortè Regis Daniæ Legatus idem sedendi jus in peroratione apud Cæsarem vindicare ausus fuisset, ipsemet solio assurgens stando eum audivit, pudoris causâ, tum coactus fuit Regius Orator eodem modo sellam relinquere & Imperatori stanti astans mandatum exponere, Kirchner. *in d. tr. de Legatis d. c. 5. n. 62. lib. 2.*

Caput V.

In quo variorum Scriptorum opiniones, argumenta & rationes, ex quibus controversias de jure προεδρίας decidere voluerunt, referuntur & examinantur.

SUMMARIA.

1. *Fieri potest, ut quis diverso respectu dignissimus sit, modo minor & minus dignus.*
2. *Limitationes adducuntur istius Regulæ, quod eadem res vel persona non debeat censeri diversi juris.*
3. *Prædicta exemplis illustrantur.*
4. *Persona diversis qualitatibus prædita pro diversa habetur.*
5. *Rejicitur opinio Nattæ, aliorumq; qui ideo præcedentiam tribuunt, quod quis dignior.*
6. *Exploditur opinio quorundam existimantium præcedentiam ei debere, qui nobiliora habent insignia.*
7. *De insignibus Regum Galliæ & Lutetiæ Parisiorum agitur.*
8. *Improbatur sententia Olai Magni, qui*

qui putat antiquis temporibus insignia Regni Suecici fuisse duas Virgines coronatas aureo vestitu sese mutuo amplexantes.

9. De variâ mutatione Insignium Domus Austriacæ agitur.

10. De mutatione insignium Magni Saxoniæ Ducis Widekindi, mandato Caroli Magni peractâ disquiritur.

11. Rejicitur Malleoli opinio, quæ statuit Alexandrum Magnum tres companas clypeo pratulisse.

12. Reprobatur sententia eorum, qui statuerunt digniorem esse, & præferendum, cui major competeret jurisdictio.

13. Rejicitur & sententia istorum, qui statuerunt pluralitatem titulorum sive dignitatum præcedentiam tribuere.

14. Hœpingii verba hac de re afferuntur.

15. Tituli hodie non rei veritate sed opinione hominum nituntur.

16. Henricus IIX. Bojorum Regulus primus omnium magnificentia tituli, in quo hæc verba DEI gratia tumere dicit Carol. Pasch. usus fuit.

17. Probatur authoritatibus & exemplis titulum DEI gratia hodie proprie convenire illis, qui superiorem non recognoscunt.

18. Decrescente virtute titulorum crevit arrogantia.

19. Fastidiosissimus Attilæ Hunnorum Regis titulus refertur.

20. Principes conservationis juris sui loco titulis utuntur.

21. A retentione nominis ad retentionem rei arguitur.

22. Franci Reges offensi fuere, quod Justinianus se Anticum appellaret.

23. Antiquis temporibus tam secularium, quàm Ecclesiasticorum Principum circa titulos mira fuit simplicitas.

24. Ejusce rei exempla quamplurima adducuntur.

25. Imperatores Romani olim Nobilissimi dicti.

26. Post Constantinum inclinante imperio, cùm contra instituta majorum pueri Consules proclamarentur, iidem Nobilissimi Pueri dicti, ejusce rei exempla ex Codice Theodosiano adducta.

27. An sorte dirimenda controversiæ sessionum?

28. Sortis judicium fortunæ subjectum, non rationi.

29. Romani res maxime controversas sorti commiserunt.

30. Sorte regna olim divisa fuerunt, id quod Alexandri M. successores fecerunt.

31. De sortitione judicum agitur.

32. An in electionibus ecclesiasticis licitum sit uti sortibus?

33. An dignior sit & præferendus, qui dignitatem à majori accepit? disquiritur.

34. Rejicitur opinio eorum, qui præ eminentiam quandam ex claritate virorum qui floruerunt in Regno vel Provincia colligere voluerunt.

35. Athenarum encomium ex scriptoribus & oratoribus Græcis propositum.

36. Romam tanquam domicilium Legum & gymnasium literarum à provincialibus juris discendi causa peti solitam ostenditur.

37. Jucunda de virtutibus & legum Romanarum præstantia adducuntur.

38. An is dignior & præferendus, qui altero est ditior? disquiritur.

39. De vi pecuniæ & divitiarum in omnibus negotiis humanis jucunda lectu adducuntur.

40. Divitiæ non tollunt prærogativam temporis.

41. Quando ditiores digniores habendi?

42. An quoad præcedentiam præferendus is sit, qui in Nobiliores dominatum habet?

43. Quid de ordine Scripturæ statuendum sit, an scilicet ex ordine Scripturæ prærogativa & præcedentia colligi possit?

44. In sigillando & subscribendo quandam consistere præcedentiam ex Abbate Paciano, aliisq; probatur.

45. Digniores, senioresve primo loco in consiliis & instrumentis subscribunt.

46. Adducitur sententia Andreæ Knichen rejicientis ut spuriam eam notam, quæ ex ordine Scripturæ colligitur.

47. Non ordo Scripturæ spectandus, sed potius ex jure sumendum id, quod agi videtur.

48. Ordo scripturæ, uti præposterationis inconsideratæ, non pervertit naturam subjectæ materiæ.

49. Adducitur opinio Fichardi existimantis, præcedentiam & sessuram ex subscriptionibus Statuum in Recessibus Imperij desumi.

50. Ordo Scripturæ probat tunc, quando dispositio dignitatum aut personarum expressè eâ continetur.

51. Ordo Scripturæ, quando in materia præcedentiæ admittendus, vel non?

QUamvis inter omnes facilè conveniat, dignioribus honorationem & digniorem locum deberi, attamen ex quibus fundamentis, rationibus & argumentis, quis alter altero dignior dici, & per consequens Jus προεδρίας sibi vindicare possit, res est nodo Gordio intricatior? ἰδοὺ Ῥόδος, ἰδοὺ πήδημα. Ecce Rhodus, ecce saltus. Cùm verò variæ & diversæ heic sese offerant clarissimorum Virorum sententiæ, eas hoc capite excutiam, sequenti capite vera fundamenta & rationes, quibus tam in possessorio, quàm in petitorio in dijudicandis gravissimis hisce controversiis inhærendum existimem, expositurus. Primò omnium verò id monendum, quòd, licet
1. dignioribus honoratior locus tribuendus, fieri tamen possit, ut quis diverso respectu dignissimus sit, modò minor & minus dignus, & quamvis una

&c

& eadem res vel persona non debeat censeri diversi juris *l. eum qui ades 32. D. de Usurpat & Usucap.* Wesembec. *part. 1 consil. 40. n. 18.* multas tamen hæc Regula admittit exceptiones, & præprimis perdit officium, ut cum Jcto *in l. 1. D. de R. J.* loquar, si diversi respectus sint, tum enim admittitur consideratio duplicis juris in eadem persona, cùm uno casu possit esse major & dignior, & in alio minor & minùs digna, Marzar. *consil. 26. n. 54.* Menoch. *lib. 10. consil. 992. n. 71.* Gratian. *tom. 1. discept. for. c. 111. n. 13.* Ita Rex Hispaniæ, ait Andreas Gailius *in tract. de Arrestis Imperij cap. 6. n. 15.* ratione Ducatus Burgundiæ, Status Imperii est: ratione verò regni Hispaniæ non est, sed superiorem non recognoscit. Et ideò quo ad Ducatum Burgundiæ, in Comitiis Imperialibus, non ut Rex supremum locum occupat, sed ut Dux Burgundiæ suo ordine sedet inter Principes Imperii, juxta receptam antiquitus possessionis consuetudinem. Alia ejusdem generis exempla in imperio passim sunt obvia, velut in Rege Daniæ, qui ut Rex imperium non recognoscit, attamen ut Dux Holsatiæ Cæsari subest, & status imperii habetur. Hactenus Gailius *d. l.* Sic Archiepiscopus Moguntinensis habens Canonicatum in Ecclesia Wurtzburgensi vel Spirensi, extra Capitulum major est, hoc est Archiepiscopus, & alios antecellit, *c. postulasti, & c pen.* ubi Panorm. *de concess. prab.* In Capitolo verò & actibus Capitularibus est minor, hoc est, Canonicus, & tanquam talis debet sedere in loco, neq; potest præcedere Episcopum Capituli. Scacc. *de appellat. quæst. 8. n. 60. vers. secus tamen esset.* Gratian. *tom. 1. discept. c. 111. n. 14.* Menoch. *de A. J. Q. cas. 68. n. 23.* ita filius, si in domo patris sit, & de rebus domesticis agatur, minor est, & patri reverentiam debet. Hipp Riminald *consil. 351. n. 125.* Agell. *lib. 2. Noct. Atticar. cap. 2.* ast si in officio publico eoq; eminentiori constitutus filius, major est patre. Unde Fabius filius Consul, patrem quinquies Consulem, summæ autoritatis senem, equo jussit descendere; Cui Pater; Non ego, *inquit,* summum imperium tuum contempsi, sed experiri volui, an scires Consulem agere: Nec ignoro, quid patriæ venerationi debeatur, verùm publica instituta privatâ pietate potiora judico, Val. Max. *lib. 2. c. 2. n. 4.* ita Imperator ut Archidux vel alius Imperii Princeps in Camera conveniri potest, & hoc casu sibi ipsi mandâsse Imperatorem hisce verbis: Wir Carl &c. Römischer Keyser/ entbieten dir Carl/ Ertzhertzogen zu Oesterreich/ refert Gerlac. Buxtorff. *in dissert. Aur. Bull. c. 5. conclus. 64. circa fin.* nec hoc absurdum,

2.

3.

cùm

cùm, ut dixi, eadem persona diversis qualitatibus prædita, pro diversa habeatur, diversoq; jure censeatur, *c. ex literis de probat. c. cum capella. de privileg.* R. A. de Anno 1548. §. Nach dem au h. §. der Graffen von Tübingen. Andr. Gail. *1. O. 30. n. 8. O. 44. n. 8. O. 45. n. 8.* Sixtin. *1. de regal. c. 4. n. 122.* Reinckingk. *de R. S. & E. lib. 1. Class. 2. c. 2. n. 166. & 167.* Petr. Frid. Mindan. *lib. 1. de Process. Mand. &c. c. 38. n. 5. p. m. 169.*

Cæterùm, quod rationes, ob quas Jus προεδρίας competat, concernit,
5. (1.) quidam existimarunt, ei præcedentiam deberi qui dignior sit, Natta *tom. 3. cons. 576. n. 1.* Sed enim hi ipsi petunt principium, etenim idipsum in controversia est, quis dignior sit altero, & unde dignitas ista æstimanda?

(2.) Alii putarunt præcedentiam ei deberi, qui nobiliora habeat in-
6. signia, Purpuratus *consil. 140. n. 17.* Vide Theodor. Hoeping. *cap. 8. §. 1. Memb. 2. tract. egregij de jure Insignium. n. 40.* Quæ sententia itidem fragilis est, Hoeping *d. l.* Primò enim, non adeo expeditum, quænam Insignia nobiliora, & præterea constat, utplurimum populos & Principes ad placitum, & pro arbitrio insignia sibi sumpsisse, attribuisse, ac toties mutâsse, Simon. Majol. *tom. 5. dier Canicul. colloq. 5. vers. TH. licet ergo.* ita vetustissima Francorum insignia & arma Busones sive Ranæ fuerunt, eaq; usurpata Pharamundi seculo, uti perseverante ad hanc ætatem famâ divulgatum, Robert. Gaguin. *lib. 1. hist. Francor. cap. 3. pag. 8.* Naucler. *vol. 2. Chronograph. generat. 17. in princ.* Crusius *part. 1. Annal.*
7. *Suevic. lib. 6. cap. 9. in fin.* quæ insignia primitus in Leonem, pòst in Lilia à Clodovæo mutata, cui Christianis sacris initiato, demissum cœlo esse id, quod nunc Reges gestant, tria lilia aurea, quibus subest cœli sereni color insignis, tradunt Trithem. *in comp. vol. 1. Chron. Orig. Gent. & Reg. Franc. in Hilderico Rege 30. pag. 21.* Jo. Naucler. *vol. 2. Chronograph. gener. 17. in princ.* Jo. Stumpff. *lib. 3. Chron. cap. 57.* quæ insignia hodie in Gallia omnibus Curiis, fortaliciis affixa, & monetæ impressa vidimus. Claudius Minoes *apud Joach. Cam. de symb. & Embl. Rubr. Unde profect. Stemm. usus pag. 6.* auctoritate Sidonii Apollinaris, & Pacat. Panegyristæ Navem Francis veteribus pro stemmate adscribit, & quidem insignia hæc, Navem scilicet, dum Lutetiæ Parisiorum fui, portis & ædificiis publicis insculpta vidi & observavi, verùm enimverò insignia hæc esse ipsius Regalis & incomparabilis Lutetiæ Parisiorum urbis constat, & refert Jod. Sincer. *in itiner. Gall. pag. 465.* Philippum I. Galliæ Regem Anno 1090. Eschevinos, id est, Scabinos sive viros consulares urbi Lutetiæ dedisse: locoq;

In

Insignium Navem Liliis aureis ornatam. Carolus V. autem Galliæ Rex circiter annum 1382. Nobilitatis jura civibus Parisiensibus largitus est, Andr. du Chesne *es Antiquites & Recherches des Villes de la France liv. 1. chap. 23. pag. 218.* Non dicam de diversis Hispaniæ Regum insignibus aliorumque, qua de re Hoeping. *de jure Insignium cap. 6. part. 3. Class. 2. §. 1. p. m. 296. & sequent.* A vetustissima mortalium memoria Sueci- 8.
ci regni, duas virgines coronatas aureo vestitu sese mutuò amplexantes, tanquam Dearum Nympharum excellentiam in ea regione ostendentes, Insignia fuisse, perhibet Olaus Magnus *lib. 2. histor. Rer. Septent. cap. 25. p. 83.* Verùm in hoc hallucinari Olaum scribit Joan. Messenius *in theatr. Nobil. Suecanæ in Paraphras. c. 3.* cùm hæ binæ virgines coronatæ, non tam Sueonibus Regni insignia, quàm concordiæ duntaxat inter ipsos Gothosq; initæ emblema fuerint. Nam Sueones à regni sui primordio tribus perpetuò pro Insignibus coronis sive diadematibus usi fuerunt, Stumpff. *in Chron. lib. 1. in pr.* & constat, quod exteri Suecorum sceptro potiti principes regni insignia diversimode effinxerint, nunquam tamen prætermissis tribus illis diadematibus. Cæterùm, Magnates pro lubitu sæpius mutâsse insignia, argumento est vel sola frequens mutatio insignium domus Austriacæ. Nam antiqua ejus insignia fuisse æreum clypeum cum quinque 9.
alaudis aureis expansis, & rostris sursum hiantibus, tradit Fel. Fabri *lib. 1. hist. Suev. c. 13. p. 131.* qui ibidem scribit, vetustissimos Austriæ duces clypeo nigro albam crucem; in galea verò duas albas angeli alas, & in alarum medio album aureum draconem, insignium loco detulisse: Dein albā aquilam super galeam, alis nigris sursum protensis, & clypeum Lazurinum, in quo alba aquila cum aureis alis erectis, gestasse: ac posthæc rubrâ in areolâ aquilam bipartitam, media parte nigra, alia alba, cum aurea aquila alis extensis super galea; deniq;, illis iterū mutatis in campo cœlestis coloris auream aquilam alis expansis sinistrâ nigrâ & dextrâ albâ, supra galeam verò aquilam auream expansis alis ad latera exhibuisse. Hactenus Fel. Fabri *d. l.* Hodie constat, Austriacis fasciam albam & latam transversum ductam in scuto sanguineo insigne esse, Lazius *lib. 1. Comm. in Geneal. Austriac. c. 2. p. 46.* unde verò & quib9 ex causis hæc insignia sibi acquisiverint Austriaci, narrat Fel. Fab. *lib. 1. hist. Suev. c. 13. p. 131. & seq.* Præter modò adducta nota magni Saxoniæ Ducis Widekindi gloriosa mandato Caroli Magni 10.
peracta mutatio insignium, de qua Suffrid. Petr. *lib. 3. de Orig. Fris. cap. 1. pag. 319.* Henricus Bünting in Braunschweig und Lüneburg. Chronick. part. Rubr. Von dem grossen Widekind König der Sachsen/
 &c.

& Georgius Fabricius *in Genealog. Stemmat. Witikindei pag. 13.* Witikindus, *ait,* deposita tyrannide, Christo nomen dans, armis & fide ipsi Salvatori postea servivit, Mittebachii à Bonifacio Præsule Moguntino sacro baptismatis lavacro ablutus, Anno Christi 786. à quo tempore in fide Caroli Magni susceptoris sui constanter perseveravit: investitus ab eo in Magnum Ducem Saxoniæ, novisq; insignibus auctus & ornatus, pro equo Regni Saxonici nigro, candidum in campo rubro absq; frenis & ephippio salientem accipiens. Alexandrum Magnum, quòd Olympiadem matrem, à Dracone sub specie Jovis Ammonis compressam, ex illo genitum credebat, anguem in insignibus infantem vix natum & adhuc madentem sanguine, ore evomentem gestâsse, quo se Jove natum ostenderet, vetera numismata, sigillum ejus exhibentia, commonstrant, Camerar. *cent. 2. oper. subcis: cap. 9. pag. 31.* aliter Fel. Malleol. *de Nob. &*
12. *Rustic. dialog. cap. 29.* qui Alexandrum Magnum tres Campanas clypeo prætulisse tradit, Sed Malleolus conjecturâ tantùm nititur, auctoritate verò destituitur. Scribit enim Ammianus Marcellinus *lib. 16.* Alexandrum Magnum æneâ conchâ suppositâ, brachio extra cubile protento, argenteam pilam (non tres campanas) tenuisse, ut cùm nervorum rigorem sopor laxasset infusus, gestaminis lapsi tinnitus abrumperet somnum. Ego *in Lucubrat. de Nocte cap. 1. n. 5.* Ex prædictis apparet, quàm debile argumentum à nobilioribus insignibus depromptum sit. Sanè videmus, reliquos Mundi Reges, ait Hœping. *de jure insignium d. cap. 8. §. 1. memb. 2. n. 40.* inspecto sublimi Romani Imperii culmine victrici Aquilæ facilimè cedere, nec Galliæ Regem ob solam insignium à Rege sublimiore concessionem, omnibus aliis Regibus, veluti radii Solis fulgentiores & digniores radiis Stellarum esse solent, anteponi posse, Simon Majol. *dier. Canicular. tom. 5. colloqu. 5. vers. Non Romani tantùm.* Equidem in insignibus mutandis magnam sibi olim libertatem permisisse Principes, veterum monumenta evolventi obscurum esse non poterit. Sic constat Principes, Comites & Dynastas per Belgicum & vicina loca, cùm bello sacro nomen dedissent, uniformia Leonis insignia sibi sumpsisse, sicut Geldrus binos, Batavus, Selandus, Flander, Juliacensis, Montensis, Jeverensis, Brederodius, Culenburgicus, Blanckheimius, Nassovius, Dynastæ aliiq; plures unum sibi leonem eligerent: quæ insignia posteri retinuerunt, testes hujus rei Abrahamus Ortelius *in Theatro Orbis terrarum in descript. Flandr.* & Jac. Mejerus *Annal. Flandr. pag. 52.*

Anno

Anno, *inquit*, MCLXXIIX. Philippus Comes Flandriæ, solvens è Syria Constantinopolim, concessit ad Manuelem Græcorum Augustum, rediitq; inde terrestri ferè itinere domum, mense; ut quidam annotant, Octobri. Insignia autem nigri Leonis quidam hac peregrinatione de Nobilionte, Abilioneorum regulo, pars de Saracenis ante Mediolanum, nescio, quo tempore, per Philippum capta putant. Alii verò, quod propiùs vero sit, concordi assensu à Principibus Belgarum, parantibus expeditionem in Syriam, variorum colorum Leones assumptos esse, volunt, relictis veteribus insignibus. Vide summum virum & de antiquitate rerum Germanicarum optimè meritum Henricum Meibomium *ad Auream Bullam Andronici Imp.* quem hac in re ex Jctis nostris secutus fuit clarissimus Theodorus Hoepingius in erudito opere *de jure Insignium c.6. part. 7. §. 6. n. 1264. p. m. 415. & seqq.* confer, idem pluribus ac latiùs exponentes, Pont. Heuter. *in Histor. vet. & nov. Belgic. lib. 2. cap. 25.* Ægidium de Roya *Annal. Belgic. in Anno Domini 1178.* paulò aliter de origine insignium Geldriæ sentiunt Joannes à Leydis *lib. 11. Chronic. Belgic. cap. 4.* & Renerus Snojus *lib. 6. Rer. Batav. in Theoderico V. Holland. Comite VII. pag. 68.* Hoc loco obiter notari meretur, quod Gobelinus *ætatis VI. cap. 23.* tradit, olim cognomina Principum cum nominibus armorum convenisse. Ab antiquo, inquit, nomina Principum cum nominibus armorum concordabant.

Porrò, quidam (3.) statuerunt, digniorem esse, & præferendum, cui major competeret jurisdictio, cùm majoritas jurisdictionis arguat majoritatem dignitatis & præeminentiæ, Fichard. *tom. 1. consil. 77. n. 14.* Gondissalv. Villadiego *part. 1. de Legat. quæst. 9. n. 59.* unde Salustius *in Conjurat. Catalin.* Postea verò, *ait*, quam in Asia Cyrus, in Græcia Lacedæmonii & Athenienses capere urbes, atque nationes subigere; Libidinem dominandi causam belli habere; maximam gloriam in maximo imperio putare, &c. Verùm enim verò nec hoc argumentum stringit, cùm illud absolutè verum non sit, ut rectè Gratian. *tom. 1. disceptat. for. c. 111. n. 28. & sequent.* sed tantùm in ipso actu jurisdictionis, & quoad jurisdictionalia procedat, ut notant Menoch. *tom. 3. consil. 257. n. 59.* & Nolden. *in Synoptic. Tractat. de Statu Nobil. cap. 10. n. 60.* ubi Beorium, Purpuratum & Ripam idem sentientes adduxit. Præterea, tum demum majoritas administrationis reddit quem digniorem, cùm cæteræ qualitates pares sunt, secus, si aliæ adversus administrationis & jurisdictionis

majo-

majoritatem exstant qualitates majores, Nolden *d. l.* Port. *consil. 167. n. 101.* puta, si majoritas jurisdictionis tempore posterior sit, vel alia argumenta diversum suadeant, Natta *tom. 3. cons. 637. n. 37. & seq.*

13. (4.) Aliis placuit pluralitatem Titulorum sive dignitatum praecedentiam tribuere, Freccia *de authorit. & potest. Baronum, lib. 2. tit. quis dicatur Comes. n. 54.* claritas enim & multiplicatio Titulorum praeeminentiam honoris & meritorum designat, post Angel. Imol. *in l. si is qui solvendo. 55. D. de hered. instit.* Decian. *Resp. 21. n. 46. vol. 1. vol. 3. Resp. 19. num. 213. & vol. 4. Resp. 50. n. 31.* qui praecedentiam multitudine Titulorum terminari putat, exemplo Ferrariensis Ducis, quem Florentino ob triplicem Ducatus titulum praeferendum esse existimant Natta. *cons. 638. n. 18.* Scotus *consil. 28. n. 115.* Hac ratione in Constit. Imp. polit. August. de Anno 1500. tit. Von überflüssigkeit der Kleider / §. Item / die von Adel / Nobilis qui Doctor & Eques est, illi, qui tantum Nobilis est, praefertur. Verùm haec ipsa sententia meritò displicet Theodoro Hoepingio *in tract. de jure insignium cap. 22. §. 7. n. 213. p. m. 1037.* Plerique,
14. *ait,* Principes pluribus gaudent titulis & dignitatibus, ex quo titulorum & dignitatum concursu si eminentia tribuenda esset, infinitarum litium inde subsequerentur myriades, ut meritò plus verae & reali praecedentiae quasi possessioni & observantiae, quàm titulorum cumulo tribuendum veniat. *Haec Hoeping. d. l. n. 213.* Sanè hoc argumentum leve, nam hodie eò deventum, ut tituli non rei veritate, sed opinione hominum nitantur, cùm plures hodie appellentur Comites & Marchiones nudo no-
15. mine, sine Comitatu & Marchionatu, Bald. *in cap. 1. Quis dicat. Dux, & in l. 1. D. de tut. & curat. dat. ab his.* Hoc jure Archiduces Austriae Unitarum in Belgio Provinciarum Insignia retinuerunt, quo, Rex Galliae se Regem Navarrae, & Rex Hispaniae se Regem Hierosolymarum, & Angliae Rex se Franciae Regem praedicat. Sed relinquendum est magnis Principibus hoc oblectamentum, ut Majorum sedibus exterminati saltem inanes sibi titulos reservare possint, quemadmodum pueris à blandis nutricibus crepundia dantur, scribit Dom. Baudius *lib. 2. de induc. Belli Belgici.* Caeterùm, ex Germanis Henricum IIX. Bojorum Regulum, pri-
16. mum omnium magnificentiâ tituli, in quo haec verba: Dei gratia, tumere dicit Carol. Pasch. *in legat. cap. 4. pag. 14.* usum fuisse perhibet Aventinus *lib. 6. annal. Bojor. pag. 492. & lib. 7. p. 662.* alioquin titulus Dei gra-
17. tia; hodie propriè convenit illis, qui superiorem non recognoscunt,

Rebuff.

Rebuff. *tom. 2. Conft. Reg. tr. ubi benefaciente &c. art. 2. Gloff. 1.* Chaffan.
ad confuetud. Burgundiæ in proœm: ad verba par la grace de Dieu, & compe-
tit illis, ut loquitur Loyfeau des Seigneuries *chap. 3. n. 66.* qui ne tien-
nent leur Eftat, que le Dieu & de l'Efpee. Unde Bodinus *lib. 1. de Republ.
c. 10. n. 172.* tradit titulum iftum; Dei gratia Ludovicum XI. Regem Fran-
cifcum Armoriarum Ducem de fuis refcriptis detrahere voluiffe, vide
Andr. Knichen *de Saxonico de provocand. jure. ad verb. Ducum Saxoniæ
cap. 1.* quinimo hoc titulo; Dei gratia; Principes indicant nullum fe fu-
periorem recognofcere, Ærod. *lib. 7. Rer. judicat. tit. 3. cap. 9. pag. 563.*
quod eft majeftatis proprium tefte Tertulliano *in Apolog. contra gentes,*
ibi: Super majeftatem nihil eft. Confer ea, quæ dixi, *in Refolut. hift. Phi-
lol. juridica ad l. Ἀξίωσις. 9. D. de Lege Rhodia de jactu cap. 5.* Ut ad priora
revertar, conftat, decrefcente virtute, titulorum creviffe arrogantiam: 18
Georg. Fabric. *lib. 2. Rer. Mifnic. pag. 54.* Draco *lib. 3. de orig. & jur. Patr.
cap. 2. in appendic. n. 1.* Celeberrimus & faftidiofiffimus apud hiftoricos
eft Hunnorum Regis Attilæ Titulus, cujus hæc erat formula: Attila fi-
lius Bendebucz. Nepos magni Nembroth, nutricius in Engadi: Dei gra- 19
tiâ Rex Hunnorum, Medorum, Gothorum, Davorum, metus orbis, &
flagellum Dei, Mart. Cruf. *lib. 7. Annal. Suev. part. 1. cap. 10. p. 185.* Eo-
dem ambitionis morbo laboravit Manuel, Friderici Barborofæ coæta-
neus, cujus inanem titulum, vide apud Abb. Stadenfem *in Chron. in An.
MCLXXIX.* confer Crantz. *lib. 6. Saxon cap. 37. & lib. 2. Metrop. cap. 5.* Sa- 20
nè conftat, proteftationis & confervationis juris fui loco Principes ejus-
modi Titulis uti, non tam, quòd à retentione nominis ad retentionem 21
rei arguatur, *l. 4. in fin.* ibi: fi nomine eximuntur, etiam fructu carebunt.
C. de feriis. Nicol. Everhard. Jun. *vol. 1. conf. 41. n. 32.* quàm quòd faciat,
ad nobilitatis generis commendationem & fucceffionis fpem, & ad indi-
candum, quod majores poffeffores fuerint, & deturbati fint, & aliquando
animus recuperandi fit. Et licèt fecundùm Petr. Gregor. Tholofan. *lib. 6.
de Rep. c. 11. n. 13.* alii Principes, qui verè poffident, velut fomnia hæc ri-
deant, attamen exftant exempla, qui id ægrè tulerint, ita Franci Reges of-
fenfi fuere, ut fcribit Agathias *lib. 1.* quòd Juftinianus fe Anticum appella- 22
ret. Theadibertus Francorum Rex, eodem tefte, non tolerandum putabat,
quòd Rex Juftinianus in Edictis Regiis Francicus, Alamannicus, Longo-
bardicus diceretùr, quafi eas gentes fubjugaffet. Vide fummum virum Ju-
lium Cæf. Bullingerum Lodunenf. Doctorē Theologum, & in Academia

Pisana Professorem in incomparabili Opere *de Imperio & Imperat. Roman. lib. 1. c. 8.* ita offensi Sueci, inter alia, quòd Poloniæ Reges, simul sibi titulum Regni Sueciæ tribuerint, Id quod inter alias causas bello Polonis inferendo sufficientes adductum. Equidem olim tam secularium, quàm
23. Ecclesiasticorum Principum circa titulos mira fuit simplicitas, ut proinde rectè Henr. Meibomius *ad Bullam Andronici p. 9.* scribat, summos Principes tam Ecclesiasticos, quàm Politicos infimos etiam titulos non adversatos fuisse, idque, ex literis Conradi à Dorstad Nobilis Dynastæ, sive Baronis Saxonici Anno MCCLIIIX. datis, apparet, ubi hæc habentur verba: Cum conniventia Honorabilis Viri Domini Wilhelmi Regis Roma-
24. norum: uti etiam ex literis Magni Torquati Ducis Brunsuicensis ita finientibus: Hier hefft over gewesen der Erbare Vorste/ Bischop Albert von Halverstad; ac aliis, in quibus legitur: Der Achtbahre Vorste user Her/ Hertog Otto von Brunswick: & rursum in aliis, ubi habetur: DEI gratia, Nos Otto Domicellus de Brunsuick & Luneborg. Hodie quid receptius
25. Nobilis appellatione, qui titulus Imperatoribus olim tributus, ita *in l. 3. D. de natal. restit.* sanctissimus & Nobilissimus Imperator vocatur, *in l. 41. C. de transact.* Majestatis designatus heres Valerianus, Nobilis Cæsar vocatur. Post Constantinum, inclinante jam, & in præceps ruente im-
26. perio, cùm contra instituta majorum pueri, imò infantes Consules proclamarentur, iidem Nobilissimi Pueri dicti, cujus exempla non pauca exstant in Codice Theodosiano, ita Gratianus consul, Collega Dagælapho, cùm annorum esset septem, Nobilissimus puer dicitur *in C. Theodos. vid. l. 6. ad SCtum Claud. l. 9. de div. offic. & apparit. l. 9. de accusat. & inscript.* Valentinianus annos natus tres Cos. cum Aurelio Victore Nobilissimus Puer dicitur, *l. 7. C. Theod. de Med. & Profess. l. 6. de legat. & decret. legat.* Vide clarissimum Reinesium *variar. lect. lib. 2. c. 15.* quinimo ipsæ adeò Principum filiæ, & sorores ipsæq; Augustæ ita indigitabantur, qua de re Janus Meursius *in Glossario Græco barbar. in* Νωβιλίσσιμος. & Jacobus Gutherius *in officiis Dom. Augustæ.* Conferat quis nostra jam tempora, cum priscis istis, & vix finem hodie titulorum reperiet, proinde accommodè huc Adam Keller *lib. 5. de off. jurid. pol. cap. 19. p. 155.* Jetzo/ air, kan man nicht grosse Titul gnug geben/ werden offt Brieff/ wann etwas am Titul mangelt/ wiederzuruck geschicket.

27. (5.) Porrò quidam existimârunt, Sorte dirimendas esse controversias & lites sessionum, quomodò statuit Ventura de Valentiis *in Parthenio*

Li-

Litigioso lib. 2. cap. 5. n. 9. Verumenimverò, si partes litigantes in id medium consentiant, vel utriusq; jura ita dubia sint, ut non appareat, uter alteri præferendus, cæteris paribus id admittendum, alioquin hoc medio uti non oportet. Cùm sortis judicium fortunæ subjectum sit, non rationi, Alciat. *in l. 2. §. ex his n. 25. vers. sed ista. D. de V. O.* & ad sortis judicium recurri non possit, quando de tertii præjudicio agitur, Carol. Mo- 28.
linæ. *ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 1. Gloss. 8. n. 24.* Sixtin. *lib. 2. de Regalib. c. 16. n. 16.* præterea Baldus *in l. 2. C. quando & quib. quart.* pro regula tradit, nunquam res sorte dividendas, dirimendas esse, nisi in casibus, à jure expressis. Cui subscribunt Imola *in l. suus in pr. D. de hered. instit.* Jason. *in l. 3. n. 9. C. commun. Legat.* præprimis periculosum etiam, tam gravissimas ac tanti momenti causas sorti commitere, Bald. *in proœm. D. §. itaque.* Equidem antiquitus magnam sortis habitam fuisse rationem apud plerasq; gentes constat. Ita JCti Romani res maximè controversas sorti committebant & ordinariè sors frequentabatur in successionibus di- 29.
vidundis, *l. sed cùm ambo D. de judic. l. si duobus. C. comm. de Legat. c. hi qui & c. illud 26. q. 2. & cap. ult. de sortileg.* vide Bodinum *de Dæmonomia lib. 1. cap. 6. p. 83.* quin & oracula sortis nomine audiebant, ut patet ex Cicer. *lib. 1. de divinat.* Sueton. *in Tiber. cap. 14.* T. Liv. *8. Decad. lib. 1.* Ammian. Marcellin. *lib. 14. in fin.* Alb. Tibull. *lib. 1. Eleg. 3.* Sidon. Apol. *Carm. 5. vers. 263.* unde Acron. ad istud Horatii *in Arte Poët.* dictæ per carmina sortes interpretatur Responsa Apollinis. vid. Adrian. Jun. *lib. 2. Animadvers. cap. 4.* Sorte quoq; regna divisa; quod ipsum Alexandri suc- 30.
cessores eodem mortuo fecisse tradit Plutarch. *in Eumene.* Et Augustus, Antonius, & Lepidus, orbis terrarum imperium sorte inter se sunt partiti, Appian. *lib. 1. Bellor. Civil.* Apostolos in omnes mundi partes cum Evangelii luce missos, provincias sorte elegisse, auctor est Ruffin. *lib. 10. histor. Ecclesiast.* De Persis, apud quos sortis usus, vid. Paul. Oros. *lib. 2. c. 8.* De Græcis idem tradunt, Herodotus *lib. 3.* & ex illo Polyænus *stratagemat. lib. 7.* Gothos idem factitâsse, patet ex Sidonio Apollinari *lib. 6. epist. 6.* ibi: Limes Gothicæ sortis apparet in Italia. Ut nihil nunc dicam 31.
de sortitione Judicum apud Romanos recepta, de qua M. Tull. *act. 3. in Verrem,* Servius *ad lib. 6. Æneid.* Sueton. *in Vespasian. c. 10.* ejusque rei vestigia exstant *in l. 17. §. ult. D. ad l. Jul. de adult. l. 8. C. de Judæis.* Nec hoc ipsum à sacris literis abhorret, ut patet ex Numer. *c. 34. v. 3.* Levit. *c. 16.* Act. *1. v. 26.* Vide Marc. Anton. de Dominis, *de Republ. Ecclesiast.*

 lib.

lib. 5. cap. 3. n. 12. fol. 291. Bodin. *d. lib. 1. de Dæmonom. cap. 6. pag. 83.* & clarissimum virum Henric. Salmuth. *in Resp. juris pro matrim. Principis cum Virgine Nobili p. 91. & 92.* Confer Binsfeldium *in Comment. in Tit. Cod. de Malefic. & Mathem. ad. l. 3. d. tit. p. m. 420.* ubi disquirit; an in
32 electionibus Ecclesiasticis licitum sit uti sortibus? quod ipsum negat *d. l. per text. express. in cap. Ecclesia vestra 3. de Sortileg. add. cap. non statim & c. non exemplo 26. quæst. 2.* Ratio à Canonistis illa redditur, quia hujusmodi electiones, Spiritus sancti inspiratione fieri debent, & aliter factæ rescindendæ, secundùm Panormitanum *in d. c. Ecclesia vestra 3. de sortileg.* nec obstat Actor. *1. v. ult.* ubi S. Matthias sorte ad Apostolatum electus est. Resp. S. Hieronymus *super Jon. 1.* cujus verba referuntur *in cap. non statim debemus 26. q. 2.* privilegia singulorum non posse legem facere communem. Sanè, in electionibus ad temporales & seculares dignitates licitum esse sortis judicio uti, statuit Panormit. *in d. c. 3. de sortileg. ibique Gloss.* Binsfeld. *d. l.*

(6.) Quidam voluerunt, digniorem esse, & præferendum, qui dignitatem à majori accepit, Bursat. *lib. 4. consil. 343. n. 16.* Peregrin. *vol. 2.*
33 *consil 3, n. 34.* Cravett. *part. 6. cons. 962. n. 6.* idq; in tantum procedere, ut obtineat, etiamsi dignitatem posteriori loco à majori consequutus fuerit, Peregrin. *lib. 1. consil. 84. n. 21.* Natta *tom. 3. consil. 637. n. 15.* Verum enimverò hoc ipsum tum demum procedere, cùm termini ubique sint pares post Menoch, *lib. 2. consil. 126. n. 34.* notat Nolden. *de stat. nobil. cap. 10. n. 35.* Ita videmus, *ait Nolden d. l.* Angliæ aut Hispaniæ Reges jus à Cæsare vel Pontifice non habere, sed eos sibi populi Reges constituerunt; Cedéntne ergo il Bohemo aut Neapolitano Regi, qui à Cæsare, vel à Pontifice ea dignitate sunt cohonestati? Nequaquam. *Hæc Nolden dict. loco.*

(7.) Quidam eò progressi, ut præeminentiam quandam ex claritate virorum, qui floruerunt in Regno, Provincia, vel Civitate, colligere vo-
34 luerint, quo non obscurè propendere video Jacobum Philippum Portium *in consil. 167. n. 11.* Verùm, nec hoc argumentum alicujus ponderis esse patet. Sanè, sicut excellens atq; egregia mens cœleste donum est, atque à Deo cumprimis procedit, ita contingere ubiq; potest. Non illam aut soli confert Nobilitas; aut vilitas loci contra excludit, nec tantùm inter laquearia aurea, ac aulæa purpurea, sed etiam in rure, & inter rastra ipsa adolevere magnæ animæ; & qui scripserunt leges populis; qui imperârunt

latè

latè ac dominati sunt; de casis etiam & gurgustiolis prodierunt. Equidem viri egregii, ac docti, si magno numero, aliqua in civitate vel regione sint, non parùm dignitatis & laudis loco conciliant, sed hoc ipsum à præcedentiæ quæstione paulò remotius. Athenas non aliam ob causam, quàm quòd Viri doctrina, virtute, & eruditione conspicui, tanto numero ibi commorarentur, ab extremis orbis terrarum oris petiere homines. Unde 35
Græci eas dixerunt ἑλλάδος μουσεῖον, Diodorus Siculus, πάντων ἀνθρώπων κοινὸν παιδευτήριον appellat, cui adstipulatur Thucydides. Demosthenes verò φωχεῖν καὶ ὅλην ἑλλάδος. Ita Roma ob Jctos celeberrimos, ibidem degentes, famosa fuit, sanè Romam juris discendi causà peti à Provincialibus solitam, non est, quod dubitemus. De Palladio disertè *in Itinerario suo* cacanit Rutilius: 36

Facundus juvenis Gallorum nuper ab arvis
Missus, Romani discere jura fori.

Sic & Sidonius Apollinaris *lib. 1. epist. 6.* hortatur Eunapium, ut juris discendi gratiâ Romam pergat, domicilium legum, gymnasium literarum. De Alypio S. Augustinus *lib. 6. Confess. cap. 8.* hæc memorat: Non sanè relinquens incantatam sibi à parentibus terrenam viam: Romam processerat, ut jus disceret. Ita de Roma, quæ legum patria ab Imp. Justiniano *in Novell. 9. in princ.* vocatur, Claudianus *de laudib. Stilic. lib. 3.*

Armorum, legumq; parens quæ fundit in omnes
Imperium, primiq; dedit cunabula Juris.

Zonaras *ad Canon. & constit. Apostol. lib. 7. cap. 27.* ait, Deum elegisse Romanos, ut per eos justitiâ suâ orbi terrarum luceret & splenderet. Idem post S. Augustinum *lib. 5. de Civit. Dei c. 12. & 15.* notârunt Aquin. *lib. 2. de regim. Princ. c. 5.* Alvar. Pelag. *lib. 1. de planct. Eccles. c. 42.* & Bellarminus *lib. 3. de Laicis c. 6.* dum tradunt, Imperii gloriam Romanis à Deo concessam esse propter eorum virtutes & bona opera, præcipuam verò dicunt fuisse causam, leges eorum justissimas & sanctissimas, quas orbi terrarum condiderunt, ad quas, tanquam ad communem totius Europæ propemodum ἐμπορίαν omnes confugiant, Eguinar. Baro. *lib. 1. de jur. Benefic. Tit. 2. & ad l. si reus C. de Pact.* confer Ant. Contium *Lect. jur. c. 9. &* L. Charond. *Respons. du droict. Franç. lib. 3. Resp. 81.* 37

(8.) Quibusdã placuit, digniorẽ esse, & præferendũ, qui altero est ditior, Cephal. *lib. 5. cons. 615.* Menoch. *tom. 3. cons. 226. n. 26.* vid. Nolden *in Synops. tract. de stat. nobil. civil. c. 10. n. 80.* ubi adducit Chassanæũ *in catal.* 38

 glor.

glor. mund. part. 10. consid. 58. statuentem, Ducem Mediolanensem cæteris anteferri, quòd ditiorem & opulentiorem Ducatum obtineat. Sed Chassanæus *d. part. 10.* hoc ipsum non tradit, & præterea tantum 52. considerationes *in d. part. 10.* exstant, *in part. 11. Considerat. 27.* verò scribit Chassanæus, divites præferri cæteris in honoribus, sed de Mediolanensi Duce id ibidem non legi. Prædictorum ratio esse poterit, quòd
93 propter divitias illustrentur dignitates, sordescant verò ob paupertatem; verissimum enim istud Theognidis.

Πᾶς τις πλούσιον ἄνδρα τίει, ἀτίει δὲ πενιχρόν
Πᾶσιν δ' ἀνθρώποις αὐτὸς ἔνεστι νόος.

Et Timoclis apud Stobæum *Serm. 89.*

Τ' ἀργύριον ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς.
Ὅστις δὲ μὴ ἔχει τοῦτο, μηδὲ κτήσατο,
Οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατεῖ.

Et sanè, ecquid nobilitas sine divitiis? ut Hostiens. multiq; alii haud immeritò dixerint: quod disputans de nobilitate sine pecunia, disputet de nobili stercore. Vide dilectissimum parentem meum Christophorum Crusium JCtum *part. 1. de indiciis delictorum cap. 43. n. 151.* & Lather. *de censib. lib. 3. c. 13. in fin.* proinde Philotheus Achillinus, Consiliarius Regis Galliæ *in Somnio Viridarÿ lib. 1. in princ.* apud Melchiorem Goldastum *in tr. de Monarchia Rom. Imp. p. m. 60.* Ubi nummus loquitur, ait Philoteus, Tulliani eloquii tuba raucescit; cùm pugnat pecunia, virtus expugnatur Herculea: nummus vincit: nummus regnat: nummus imperat universis. Horat. *lib. 3. Carmin. od. 6.*

Aurum per medios ire satellites
Et perrumpere amat saxa, potentius
Ictu fulmineo, concidit auguris
Argivi domus ob lucrum.
Demersa excidio, diffidit urbium
Portas vir Macedo, & subruit æmulos
Reges muneribus - - -

hinc Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in quæ modò asellus, onustus auro posset ascendere, Cic. *lib. 1. Attic. Epist. 13.* expertus erat Philippus, nihil esse tam sanctum, quod non violari; nihil tam munitum, quod non expugnari pecuniâ possit. Idem Cic. *Act. 1. in Verr.*
40 Cæterùm, nec hoc argumentum ad jus *προεδρίας* tribuendum, quicquam facit, cùm divitiæ non tollant prærogativam temporis, Natt. *tom. 3. con-*

sil.

sil. 635. n. 49. nec argumento locus, si aliæ in contrarium exstent rationes, & quid demum divitiæ? quæ apud sapientem virum in servitute sunt; apud stultum in imperio, ut Seneca loquitur *de vit. beat. cap. 25.* immodicæ planè divitiæ, veluti ingentia & enormia gubernacula, faciliùs mergunt, quàm regunt; quòd habent irritam copiam, noxiam nimietatem, Apul *in Apolog.* præterea ditiores tum demum digniores esse 41
putat Nolden *d. c. 10. n. 83.* si Candidati hujus gloriæ in pari statu sint, Cravett. *tom. 6 consil. 982. n. 33.*

(9.) Alii statuerunt digniorem, & quoad præcedentiam præferendum esse eum, qui in nobiliores dominatum habet, Menoch. *lib. 2. con-* 42
sil. 126. n 15. Cephal. *lib. 5. consil. 615. n. 3.* vel qui Illustrioribus regulas præscribit, Scip. Ammirat. *lib. 2. discurs. politic. cap. 8.* cùm eò quis existimetur nobilior, quò nobilius habet subjectum, Capic. *decis. 27. n. 23.* Simon Pistor. *vol. 1. consil. 18. n. 17.* Limn. *de jur. publ. tom. 2. lib. 4. cap. 9. n. 81.* & ex dignitate subditorum, dignitatis præeminentia dignoscatur, Marzar. *consil. 26. n. 63. & sequent.* & hinc Ferrariensem, quòd nobilioribus subjectis præsit, Florentino præferendum esse, respondit Jacobus Philippus Portius *consil. 167. n. 87.* Contrarium placuit Speron. Speron. *in tr. della precedenza de Principi,* ubi, cùm ostendisset, huic opinioni adherendum non esse, subjungit. Et in somma, si come è vero, che la potenza, la quale è forma del Principato specialmente, è adoprata sopra i soggetti, che sono al Principe inferiori, così è falso, che da' soggetti discenda in esso l' autorità dello essercitarla, ma vienne al Principe tal potenza da maggior cosa, che essi non sono forse ancor di maggior cosa, che non è il Principe, il che in parte si è mostro, è poscia à pieno si mostrerà: e questa è quella, che à dir il vero ha privilegio di dare al Principe il primo luogo desiderato: la qual cosa non sendo propria de' sudditi, ne della terra signoreggiata, resta à dire, se ben si contra, che dote sia di esse Principe: dunque à conoscer quale ella sia cercar dovemo trà le sue molte conditioni di corpo, di animo, è di fortuna sempre parlandone con riguardo di non descendere in qualche basso accidente commune al Principe, è à sogetti.

(10.) Porrò, quidam existimârunt, ex ordine Scripturæ colligi prærogativam & præcedentiam, nec non inter dispares dignitate voluerunt 43
ordinem Scripturæ esse sequendum; ut dignior ille sit, qui primo loco nominatus, *Dd. ad cap. qui prior. D. de R. J. in 6.* Goldastus *de Senior. lib.*

lib. 1. c. 23. n. 1. 2. & seq. Vide Franc. de Ponte *consil. 14. n. 57. cum, se-*
44 *quent.* Modest. Pistor. *consil. 51. n. 34.* in sigillando enim & subscribendo quandam consistere præcedentiam; atq; ideo majorem prius sigillare debere, tradit Abbas *in c. 1. n. 2. de Major. & obedient.* aliiq; relati à Paciano *lib. 2. de probat. cap. 26. n. 112.* Theodor. Hoeping *in tract. de prisco & novo iure sigillorum cap. 8. n. 73. & sequent.* inde fieri, quod scriptura & ordo probet, illum, qui posteriori loco scriptus est, minoris esse dignitatis illo, qui priori loco scriptus reperitur, text. expressus *in l. 1. D. de alb. scriben.* & ibi Dd. ad unum omnes. Decian. *vol. 1. resp. 21. n. 9.* Petr. Gregor. *lib. 15. Syntag. jur. univ. cap. 22. n. 8.* ac in genere receptum,
45 ut digniores Senioresve primo loco in consiliis & instrumentis subscribant, *Gloss. in cap. cum olim de Consuet. & in cap. Statuimus 1. destinct. 61.* Sic Primicerius primus scriptus in foro cantor, dignior. Petr Gregor. *d. cap. 22. n. 1. & 8.* Goldast. *de Senior. lib. 1. cap 23. per tot.* Verum-
46 enimverò, rejicit, ut spuriam eam notam, quæ ex ordine Scripturæ colligitur, prærogativam, Andreas Knichen *in Commentat. de Saxonico non provocandi jure cap. 2. n. 39. 94. 95 & sequent.* ubi ad possessionem vel quasi sessuræ in Comitiis accommodari non posse statuit, ubi enim constat de majori dignitate vel præcedentia, ordo scripturæ nullam illationem conciliat, nec enim, ut notanter Paulus noster *in l. 6. D de solut.* lo-
47 quitur, ordo Scripturæ spectatur, sed potiùs ex jure sumitur id, quod agi videtur, *l. cum pater 77. §. fidei tutela D. de Legat. 2. in terminis.* Decianus *Resp. 58. n. 18.* Antonius Quetta *consil. 1. n. 3.* & talis ordo scripturæ, uti præposterationis inconsideratæ, non pervertit naturam sub-
48 jectæ materiæ, *arg. l. 24. C. de testam.* Idem Knichen *d. l. n 99. & 100.*
49 ubi eidem notatus Joan. Fichardus *t. 1 consil. 77. n. 12.* existimans præcedentiam & sessuram ex subscriptionibus Statuum desumi in Recessibus Imperii der Reichs Abschieden. Equidem hoc argumentum pro parte
50 admittendum, pro parte verò rejiciciendum esse, puto; admittendum scilicet ordinem scripturæ probare tunc, quando dispositio dignitatum, aut personarum expresse ea continetur, arg. *l. 1. in pr. D. de alb. scribend.* quod obtinet, quando lege, albo, aut alia matricula certa dignitatum, aut eorum, qui in dignitate constitui sunt, enumeratio continetur, & ita quodammodo sustineri posset Fichardi *d. tom. 1. consil. 77. n. 12.* opinio, nisi tamen adjecta fuerit clausula, salvo cujusq; jure, quæ ut pluri-
51 mum subjecta Recessibus Imperii reperitur. R. A. zu Speyer de Anno 1542.

1542. §. Demnach wollen wir / daß einem jeden R. A. zu Augspurg de Anno 1555. §. Es sol auch die Session, qua de re infrà. Rejiciendum hoc argumentum, si ordo Scripturæ simpliciter & enunciativè personas tantùm demonstret; Verùm de ordine Scripturæ ac subscriptionis in Recessibus Imperii quædam adhuc afferemus capite sequenti.

CAPUT VI.

In quo argumenta & rationes adducuntur, quæ in decidendis & dirimendis Sessionum controversiis in conciliis & conventibus publicis receptæ, & proinde tam in possessorio, quàm in petitorio intrò adhiberi possunt.

SUMMARIA.

1. *Ex solo Jure Civili controversia sessionum decidi non possunt.*
2. *In pari causa melior est possidentis conditio, quod non civili tantum juri, sed & naturali convenit.*
3. *In jure præcedentiæ is tuendus, cui sessio ex usu longævo institutoq; majorum, & observantiâ longissimâ competit.*
4. *Quasi possessio præcedentiæ omnino debet attendi, tam in publicis quàm in privatis processionibus.*
5. *In controversiis ortis quoad sessionem & prærogativam standum est observantiæ & consuetudini, id quod pluribus Dd. testimoniis adductis confirmatur.*
6. *In tantum statur observantiæ & consuetudini in materia Sessionum, ut licet aliter de jure censeatur, nihilominus illa obtineat, quam usus longævus firmavit.*
8. *Præjudiciis id ipsum confirmatur, ex sessionum controversia inter Gallum & Hispanum Florentinum & Ferrariensem aliosq; petitis.*
9. *Actu possessionis vel quasi quod quis in loco stetit vel sedit antevertendo alium tribuit prærogativam.*
10. *Aureum hac de re dictum Menochii, ex ejusdem consiliis desumptum adducitur.*
11. *Qui ratione consuetudinis in quasi possessione præcedendi vel sedendi est constitutus, poterit armatâ manu resistere turbatori.*
12. *Exemplis hoc ipsum illustratur.*
13. *Qui in quasi possessione præcedentiæ & sessura, reapse est constitutus, habet fundatam intentionem tam in possessorio, quàm in petitorio.*
14. *Protestationibus & reprotestationibus ratione sessionis interpositis nihil frequentius est in Comitiis Imperii.*
15. *Concertantes de sessione in Comitiis*

47. *In dissidiis sessionum inter Reges & Principes respectum habendum ad magnitudinem seu potentiam probatur.*

48. *In precedentie questione tria respicienda esse evincitur, antiquitatem originis, nominis rerumq; gestarum celebritatem, nec non magnitudinem seu potentiam, deniq; juris illius possessionem vel quasi.*

49. *Argumentum à magnitudine sive potentia desumptum, cæteris paribus intelligendum est.*

50. *Regnum Hispanicum decuplo majus est, quàm Turcarum Imperatoris.*

51. *Romanum Imperium quando vel maximum, Hispanico minus fuit, & de magnitudine regni Hispanici disquiritur.*

52. *Solymanni tempore totum Imperiū Turcicum solvit quotannis decem milliones, nongenta quadraginta octo millia ducatorum, & quingentos.*

53. *Adducuntur plura de reditibus imperij Turcici.*

54. *Quantum contribuant Turcico Imperio Principes Christiani.*

55. *Reditus Ægypti quales olim fuerint.*

56. *Asia ætate Syllæ quatuor millia talenta annui tributi exsolvit.*

57. *Probatur antiquitatem originis sive familiæ precedentiam tribuere.*

58. *Quò antiquior eò illustrior æstimanda Nobilitas.*

59. *Augustus Imperator prout quoq; Resp. antiquitate superior exstitit, ita dignitate voluit esse priorem, & adducta hâc de re verba Dn. Auberij.*

60. *Principes communiter antiquiorū originis famam aucupantur.*

61. *Bohemi ex confusione turris Babylonicæ se jactant oriundos.*

62. *De Hispanorum origine, diquiritur.*

63. *Saxones originem suam deduxerunt à Macedonibus, quæ fabulosa Saxonum origo primum habuit assertorem Witichindum Monachum Corbejensem, cujus verba hac de re adducta.*

64. *Recensentur plures scriptores, qui idem post Witichindum statuerunt.*

65. *Approbatur sententia Reineccij de Saxonum in Germaniam migratione.*

56. *Refertur de Saxonum origine opinio Laonici Chalcondylæ Atheniensis.*

57. *Rejiciuntur opiniones Jacobi Wimphelingi, Guillielmi Bellayij aliorumq; qui Gallos Trojano sanguine prodiisse asserunt.*

68. *Adducitur hâc de re locus Hotomanni.*

69. *Reprobatur Joannes Magnus Episcopus Upsalensis, qui Danorum Regum originem à congressu Ursi cum puella derivare conatur.*

70. *Adducuntur delectu jucunda de antiquâ contentione Ægyptiorum & Phrygum de utriusq; gentis vetustate.*

71. *Apud Romanos magni æstimata antiquitas originis & familiæ, quæ in funeribus ipsorum, de plurimum commendata.*

72. *In his rebus, quæ sola nituntur conjecturâ, debent videri verbora quæ veris sunt similiora.*

73. *Dignior est, & reliquis quoad sessio-*

nem

nem præferendus, cujus amicitia & confœderatio quæritur, & qui Princeps Ligæ unionis, vel confœderationis est.
74. *Exempla hujusce ex historia Romana afferuntur.*
75. *Polemo Ponti Rex prima subsellia in theatris per totum suum Regnum Senatoribus Romanis tribuit.*
76. *Inter fratres is ordo servatur, ut qui primo natus est, reliquos præcedat.*
77. *Inter ejusdem familiæ, genere, statu & dignitate pares, seniori ætate debetur præcedentia.*
78. *Quod inter Duces & Proceres Imperij potissimum observatur.*
79. *Idem in Electoratibus Saxonico, Brandeburgensi, Ducatibus Brunsuic. & Luneb. & Domo Hassiaca receptum esse probatur.*
80. *Dignior est te, qui præfertur illi, cui tu prærogativam debes.*
81. *Argumentum ex ordine Scripturæ & & subscriptione Recessuum petitum non prorsus rejiciendum evincitur.*
82. *Dignior & potior judicatur, qui ordine præponitur.*
83. *Quidnam in controversiis Sessionum tribuendum libris Ceremonialibus?*

POsteaquam varias opiniones & sententias clarissimorum Virorum de decidendis præcedentiæ controversiis *cap. præced.* adduximus, & nostram de iis sententiam exposuimus, ostendentes, eas rationes ac argumenta in componendis προεδρίας dissidiis, tuto adhiberi non posse, superest, ut demum argumenta adducamus, quibus uti liceat in hisce & similibus controversiis, eaq; accuratius, & prout possibile, ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται, ut Aristoteles 1. Eth. 1. loquitur, Ego *in tract. de Jure Offerendi cap. 1. n. 2.* examinemus; nec enim de glande legenda heic nobis quæstio, sed de præeminentia & dignitate maximorum in orbe Magnatum, ac Principum, ut proinde caute singula ponderanda. Et vero, qui hasce controversias ex solo Jure Civili Romanorum decidere & de iis disquirere audent, vereor, ne frustra desudent, ac operam & oleum perdant. Equidem ejusmodi argumenta heic producenda potissimum, quæ in decisione hujusmodi dissidiorum sine controversia & contradictione in conciliis & conventibus publicis recepta, à Jure Civili Romano minime abludunt. 1.

Cum vero in hujusmodi controversiis semper inter litigantes primo omnium quæstio de possessione præcedentiæ vel quasi agatur, cum melius sit possidere, quam petere, *l. 24. D. de R. V.* & in pari causa melior sit possidentis conditio, quod non civili tantum juri, sed & naturali convenire, pronunciat Hugo Grotius *lib. 2. de J. B. & P. cap. 23. §. 11.* operæ pretium erit, prius de ea agere. 2.

lib. 5. cap. 3. n. 12. fol. 291. Bodin. *d. lib. 1. de Dæmonom. cap. 6. pag. 83.* & clarissimum virum Henric. Salmuth. *in Resp. juris pro matrim. Princip. cum Virgine Nobili p. 91. & 92.* Confer Binsfeldium *in Comment. in Tit. Cod. de Malefic. & Mathem. ad. l. 3. d. tit. p. m. 420.* ubi disquirit; an in
32 electionibus Ecclesiasticis licitum sit uti sortibus? quod ipsum negat *d. l. per text. express. in cap. Ecclesia vestra 3. de Sortileg. add. cap. non statim & c. non exemplo 26. quæst. 2.* Ratio à Canonistis illa redditur, quia hujusmodi electiones, Spiritus sancti inspiratione fieri debent, & aliter factæ rescindendæ, secundùm Panormitanum *in d. c. Ecclesia vestra 3. de sortileg.* nec obstat Actor. *1. v. ult.* ubi S. Matthias sorte ad Apostolatum electus est. Resp. S. Hieronymus *super Jon. 1.* cujus verba referuntur *in cap. non statim debemus 26. q. 2.* privilegia singulorum non posse legem facere communem. Sanè, in electionibus ad temporales & seculares dignitates licitum esse sortis judicio uti, statuit Panormit. *in d. c. 3. de sortileg. ibique Gloss.* Binsfeld. *d. l.*

(6.) Quidam voluerunt, digniorem esse, & præferendum, qui dignitatem à majori accepit, Bursat. *lib. 4. consil. 343. n. 10.* Peregrin. *vol. 2.*
33 *consil 3, n. 34.* Cravett. *part. 6. cons. 982. n. 6.* idq; in tantum procedere, ut obtineat, etiamsi dignitatem posteriori loco à majori consequutus fuerit, Peregrin. *lib. 1. consil. 84. n. 21.* Natta *tom. 3. consil. 637. n. 15.* Verumenimverò hoc ipsum tum demum procedere, cùm termini ubique sint pares post Menoch. *lib. 2. consil. 126. n. 34.* notat Nolden. *de stat. nobil. cap. 10. n. 35.* Ita videmus, *ait Nolden d. l.* Angliæ aut Hispaniæ Reges jus à Cæsare vel Pontifice non habere, sed eos sibi populi Reges constituerunt; Cedéntne ergo il Bohemo aut Neapolitano Regi, qui à Cæsare, vel à Pontifice ea dignitate sunt cohonestati? Neutiquam. *Hæc Nolden dict. loco.*

(7.) Quidam eò progressi, ut præeminentiam quandam ex claritate virorum, qui floruerunt in Regno, Provincia, vel Civitate, colligere vo-
34 luerint, quo non obscurè propendere video Jacobum Philippum Portium *in consil. 167. n. 11.* Verùm, nec hoc argumentum alicujus ponderis esse patet. Sanè, sicut excellens atq; egregia mens cœleste donum est, atque à Deo cumprimis procedit, ita contingere ubiq; potest. Non illam aut soli confert Nobilitas; aut vilitas loci contra excludit, nec tantùm inter laquearia aurea, ac aulæa purpurea, sed etiam in rure, & inter rastra ipsa adolevere magnæ animæ; & qui scripserunt leges populis; qui imperârunt late

lutè ac dominati sunt; de casis etiam & gurgustiolis prodierunt. Equidem viri egregii, ac docti, si magno numero, aliqua in civitate vel regione sint, non parùm dignitatis & laudis loco conciliant, sed hoc ipsum à præcedentiæ quæstione paulò remotius. Athenas non aliam ob causam, quàm quòd Viri doctrina, virtute, & eruditione conspicui, tanto numero ibi commorarentur, ab extremis orbis terrarum oris petiere homines. Unde 35
Græci eas dixerunt ἑλλάδος μουσεῖον. Diodorus Siculus, πάντων ἀνθρώπων κοινὸν παιδευτήριον appellat, cui adstipulatur Thucydides. Demosthenes verò ψυχὴν καὶ ὅλον ἑλλάδος. Ita Roma ob Jctos celeberrimos, ibidem degentes, famosa fuit, sanè Romam juris discendi causà peti à Provincialibus solitam, non est, quod dubitemus. De Palladio disertè *in Itinerario suo* ca- 36
nit Rutilius:

Facundus juvenis Gallorum nuper ab arvis
Missus, Romani discere jura fori.

Sic & Sidonius Apollinaris *lib. 1. epist. 6.* hortatur Eunapium, ut juris discendi gratiâ Romam pergat, domicilium legum, gymnasium literarum. De Alypio S. Augustinus *lib. 6. Confess. cap. 8.* hæc memorat: Non sanè relinquens incantatam sibi à parentibus terrenam viam: Romam processerat, ut jus disceret. Ita de Roma, quæ legum patria ab Imp. Justiniano *in Novell. 9. in princ.* vocatur, Claudianus *de laudib. Stilic. lib. 3.*

Armorum, legumq; parens quæ fundit in omnes
Imperium, primiq; dedit cunabula Juris.

Zonaras *ad Canon. & constit. Apostol. lib. 7. cap. 27.* ait, Deum elegisse Romanos, ut per eos justitiâ suâ orbi terrarum luceret & splenderet. Idem post S. Augustinum *lib. 5. de Civit. Dei c. 12. & 15.* notârunt Aquin. *lib. 2. de regim. Princ. c. 5.* Alvar. Pelag. *lib. 1. de planct. Eccles. c. 42.* & Bellarminus *lib. 3. de Laicis c. 6.* dum tradunt, Imperii gloriam Romanis à Deo concessam esse propter eorum virtutes & bona opera, præcipuam verò dicunt fuisse causam, leges eorum justissimas & sanctissimas, quas orbi terrarum condiderunt, ad quas, tanquam ad communem totius Europæ propemodum *...* omnes confugiant, Eguinar. Baro. *lib. 1. de jur. Benefic. Tit. 2. & ad l. si reus C. de Pact.* confer Ant. Contium *Lect. jur. c. 9. &* L. Charond. *Respons. du droict. Franç. lib. 3. Resp. 81.*

(8.) Quibusdã placuit, digniorẽ esse, & præferendũ, qui altero est ditior, 38
Cephal. *lib. 5. cons. 615.* Menoch. *tom. 3. cons. 226. n. 26.* vid. Nolden *in Synopt. tract. de stat. nobil. civil. c. 10. n. 80.* ubi adducit Chassanæũ *in catal.*

glor. mund. part. 10. consid. 38. ſtatuentem, Ducem Mediolanenſem cæteris anteferri, quòd ditiorem & opulentiorem Ducatum obtineat. Sed Chaſſanæus *d. part. 10.* hoc ipſum non tradit, & præterea tantum 52. conſiderationes *in d. part. 10.* exſtant, *in part. 11. Conſiderat. 27.* verò ſcribit Chaſſanæus, divites præferri cæteris in honoribus, ſed de Mediolanenſi Duce id ibidem non legi. Prædictorum ratio eſſe poterit, quòd
93 propter divitias illuſtrentur dignitates, ſordeſcant verò ob paupertatem, veriſſimum enim iſtud Theognidis.

Πᾶς τις πλούσιον ἄνδρα τίει, ἀτίει δὲ πενιχρὸν.
Πᾶσιν δ' ἀνθρώποις αὐτὸς ἔνεστι νόος.

Et Timoclis apud Stobæum *Serm. 89.*

Τ' ἀργύριον ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς.
Ὅστις δὲ μὴ ἔχει τοῦτο, μηδὲ κτήσατο,
Οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατεῖ.

Et ſanè, ecquid nobilitas ſine divitiis? ut Hoſtienſ. multiq; alii haud immeritò dixerint: quod diſputans de nobilitate ſine pecunia, diſputet de nobili ſtercore. Vide dilectiſſimum parentem meum Chriſtophorum Cruſium Jctum *part. 1. de indiciis delictorum cap. 43. n. 151.* & Lather. *de cenſib. lib. 3. c. 13. in fin.* proinde Philotheus Achillinus, Conſiliarius Regis Galliæ *in Somnio Viridarij lib. 1. in princ.* apud Melchiorem Goldaſtum *in tr. de Monarchia Rom. Imp. p. m. 60.* Ubi nummus loquitur, ait Philoteus, Tulliani eloquii tuba rauceſcit; cùm pugnat pecunia, virtus expugnatur Herculea: nummus vincit: nummus regnat: nummus imperat univerſis. Horat. *lib. 3. Carmin. od. 6.*

Aurum per medios ire ſatellites
Et perrumpere amat ſaxa, potentius
Ictu fulmineo, concidit auguris
Argivi domus ob lucrum.
Demerſa excidio, diffidit urbium
Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos
Reges muneribus — — —

hinc Philippus omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in quæ modò aſellus, onuſtus auro poſſet aſcendere, Cic. *lib. 1. Attic. Epiſt. 13.* expertus erat Philippus, nihil eſſe tam ſanctum, quod non violari; nihil tam munitum, quod non expugnari pecuniâ poſſit. Idem Cic. *Act. 1. in Verr.*
40 Cæterùm, nec hoc argumentum ad jus προεδρίας tribuendum, quicquam facit, cùm divitiæ non tollant prærogativam temporis, Natt. *tom. 3. con-*

ſil.

fil. 635. n. 49. nec argumento locus, si aliæ in contrarium exſtent rationes, & quid demum divitiæ? quæ apud ſapientem virum in ſervitute ſunt; apud ſtultum in imperio, ut Seneca loquitur *de vit. beat. cap. 25.* immodicæ planè divitiæ, veluti ingentia & enormia gubernacula, faciliùs mergunt, quàm tegunt; quòd habent irritam copiam, noxiam nimietatem, Apul *in Apolog.* præterea ditiores tum demum digniores eſſe 41
putat Nolden *d. c. 10. n. 83.* ſi Candidati hujus gloriæ in pari ſtatu ſint, Cravett. *tom. 6 conſil. 982. n. 33.*

(9.) Alii ſtatuerunt digniorem, & quoad præcedentiam præferendum eſſe eum, qui in nobiliores dominatum habet, Menoch. *lib. 2. con-* 42
ſil. 126. n 15. Cephal. *lib. 5. conſil. 615. n. 3.* vel qui illuſtrioribus regulas præſcribit, Scip. Ammirat. *lib. 2. diſcurſ. politic. cap. 8.* cùm eò quis exiſtimetur nobilior, quò nobilius habet ſubjectum, Capic. *deciſ. 27. n. 23.* Simon Piſtor. *vol. 1. conſil. 18. n. 17.* Limn. *de jur. publ. tom. 2. lib. 4. cap. 9. n. 81.* & ex dignitate ſubditorum, dignitatis præeminentia dignoſcatur, Marzar. *conſil. 26. n. 63. & ſequent.* & hinc Ferrarienſem, quòd nobilioribus ſubjectis præſit, Florentino præferendum eſſe, reſpondit Jacobus Philippus Portius *conſil. 167. n. 87.* Contrarium placuit Speron. Speron. *in tr. della precedenza de Principi,* ubi, cùm oſtendiſſet, huic opinioni adherendum non eſſe, ſubjungit. Et in ſomma, ſi come è vero, che la potenza, la quale è forma del Principato ſpecialmente, è adoprata ſopra i ſoggetti, che ſono al Principe inferiori, così è falſo, che da' ſoggetti diſcenda in eſſo l' autorità dello eſſercitarla, ma vienne al Principe tal potenza dà maggior coſa, che eſſi non ſono forſe ancor dà maggior coſa, che non è il Principe, il che in parte ſi è moſtro, è poſcia à pieno ſi moſtrerà: e queſta è quella, che à dir il vero ha privilegio di dare al Principe il primo luogo deſiderato: la qual coſa non ſendo propria de' ſudditi, ne della terra ſignoreggiata, reſta à dire, ſe ben ſi contra, che dote ſia di eſſe Principe: dunque à conoſcer quale ella ſi a cercar dovemo trà le ſuè molte conditioni di corpo, di animo, è di fortuna ſempre parlandone con riguardo di non deſcendere in qualche baſſo accidente commune al Principe, è à ſogetti.

(10.) Porrò, quidam exiſtimârunt, ex ordine Scripturæ colligi prærogativam & præcedentiam, nec non inter diſpares dignitate voluerunt ordinem Scripturæ eſſe ſequendum, ut dignior ille ſit, qui primo loco 43
nominatus, *Dd. ad cap. qui prior. D. de R. J. in 6.* Goldaſtus *de Senior.*

lib.

lib. 1. c. 23. n. 1. 2. & seq. Vide Franc. de Ponte *consil. 14. n. 57. cum. se-*
44 *quent.* Modest. Pistor. *consil. 51. n. 34.* in sigillando enim & subscribendo quandam consistere præcedentiam; atq; ideo majorem prius sigillare debere, tradit Abbas *in c. 1. n. 2. de Major. & obedient.* aliiq; relati à Paciano *lib. 2. de probat. cap. 26. n. 112.* Theodor. Hoeping *in tract. de prisco & novo iure sigillorum cap. 8. n. 73. & sequent.* inde fieri, quod scriptura & ordo probet, illum, qui posteriori loco scriptus est, minoris esse dignitatis illo, qui priori loco scriptus reperitur, text. expressus *in l. 1. D. de alb. scriben.* & ibi Dd. ad unum omnes. Decian. *vol. 1. resp. 21. n. 9.* Petr. Gregor. *lib. 15. Syntag. jur. univ. cap. 22. n. 8.* ac in genere receptum,
45 ut digniores Senioresve primo loco in consiliis & instrumentis subscribant, *Gloss. in cap. cum olim de Consuet. & in cap. Statuimus 1. destinct. 61.* Sic Primicerius primus scriptus in foro cantor, dignior. Petr Gregor. *d. cap. 22. n. 1. & 8.* Goldast. *de Senior. lib. 1. cap 23. per tot.* Verum-
46 enimverò, rejicit, ut spuriam eam notam, quæ ex ordine Scripturæ colligitur, prærogativam, Andreas Knichen *in Commentat. de Saxonico non provocandi jure cap. 2. n. 39. 94. 95 & sequent.* ubi ad possessionem vel quasi sessuræ in Comitiis accommodari non posse statuit, ubi enim constat de majori dignitate vel præcedentia, ordo scripturæ nullam illationem conciliat, nec enim, ut notanter Paulus noster *in l. 6. D de solut.* lo-
47 quitur, ordo Scripturæ spectatur, sed potiùs ex jure sumitur id, quod agi videtur, *l. cum pater 77. §. fidei tutela D. de Legat. 2. in terminis.* Decianus *Resp. 58. n. 18.* Antonius Quetta *consil. 1. n. 3.* & talis ordo scri-
48 pturæ, uti præposterationis inconsideratæ, non pervertit naturam subjectæ materiæ, *arg. l. 24. C. de testam.* Idem Knichen *d. l. n 99. & 100.*
49 ubi eidem notatus Joan. Fichardus *t. 1 consil. 77. n. 12.* existimans præcedentiam & sessuram ex subscriptionibus Statuum desumi in Recessibus Imperii der Reichs Abschieden. Equidem hoc argumentum pro parte
50 admittendum, pro parte verò rejiciciendum esse, puto; admittendum scilicet ordinem scripturæ probare tunc, quando dispositio dignitatum, aut personarum expresse ea continetur, arg. *l. 1. in pr. D. de alb. scribend.* quod obtinet, quando lege, albo, aut alia matricula certa dignitatum, aut eorum, qui in dignitate constitui sunt, enumeratio continetur, & ita quodammodo sustineri posset Fichardi *d. tom. 1. consil. 77. n. 12.* opinio, nisi tamen adjecta fuerit clausula, salvo cujusq; jure, quæ ut pluri-
51 mum subjecta Recessibus Imperii reperitur. R. A. zu Speyer de Anno 1542.

1542. §. Demnach wollen wir / daß einem jedem R. A. zu Augsburg de Anno 1555. §. Es sol auch die Session, qua de re infrà. Rejiciendum hoc argumentum, si ordo Scripturæ simpliciter & enunciativè personas tantùm demonstret; Verùm de ordine Scripturæ ac subscriptionis in Recessibus Imperii quædam adhuc afferemus capite sequenti.

CAPUT VI.

In quo argumenta & rationes adducuntur, quæ in decidendis & dirimendis Sessionum controversiis in conciliis & conventibus publicis receptæ, & proinde tam in possessorio, quàm in petitorio tutò adhiberi possunt.

SUMMARIA.

1. *Ex solo Jure Civili controversia sessionum decidi non possunt.*
2. *In pari causa melior est possidentis conditio, quod non civili tantum juri, sed & naturali convenit.*
3. *In jure præcedentiæ is tuendus, cui sessio ex usu longævo institutoq; majorum, & observantiâ longissimâ competit.*
4. *Quasi possessio præcedentiæ omnino debet attendi, tam in publicis quàm in privatis processionibus.*
5. *In controversiis ortis quoad sessionem & prærogativam standum est observantiæ & consuetudini, id quod pluribus Dd. testimoniis adductis confirmatur.*
6. *In tantum statur observantiæ & consuetudini in materiâ Sessionum, ut licet aliter de jure censeatur, nihilominus illa obtineat, quam usus longævus firmavit.*
8. *Præjudiciis id ipsum confirmatur, ex sessionum controversia inter Gallum & Hispanum Florentinum & Ferrariensem aliosq; petitis.*
9. *Actus possessionis vel quasi quod quis in loco stetit vel sedit antevertendo alium tribuit prærogativam.*
10. *Aureum hac de re dictum Menochii ex ejusdem consiliis desumptum adducitur.*
11. *Qui ratione consuetudinis in quasi possessione præcedendi vel sedendi est constitutus, poterit armatâ manu resistere turbatori.*
12. *Exemplis hoc ipsum illustratur.*
13. *Qui in quasi possessione præcedentiæ & sessuræ, reapse est constitutus, habet fundatam intentionem tam in possessorio, quàm in petitorio.*
14. *Protestationibus & reprotestationibus ratione sessionis interpositis nihil frequentius est in Comitiis Imperii.*
15. *Concertantes de sessione in Comitiis*

Imperij fundare se solent in nuda Sessura possessione vel quasi, allegando actus hinc inde exercitos.

16. *Multa alteri ab altero hospiti scilicet civilitatis & humanitatis causa tribuuntur, quæ tamen nec hujus dignitatem augent, nec illius prærogativæ præjudicant.*

17. *In sessionis materia urbanitas & modestia non inducit obligationem.*

18. *Nec ideo Regi Hispaniæ præjudicat, quod Carolum Walliæ Principem, Iacobi Regis Angliæ filium, superiori sibi ad dextram loco collocaverit.*

19. *Nec Innocentio VIII. Pontifici, quod Mahometis Turci filio minori in palatio mansionem supra se deputaverit, quã in rem adducta verba Alberti Crantzij.*

20. *Quamnam sessionem occuparit Romæ in Sixti facello Christina Regina Sueciæ, refertur, & probatur eam cum à Cardinalibus visitaretur primum occupasse locum.*

21. *Titulus, utpote qui ad petitorium propriè pertinet in possessorio regulariter nec probandus, nec allegandus.*

22. *De controversia urbium de Burgos & Tolede ratione præcedentiæ & prioris voti agitur & adducuntur verba Dn. Estevan de Samoza.*

23. *Possessionem longævam in sessionum materia potissimum in considertionem venire ex Auberij Advocato Regio Parlamenti Parisiensis adducitur.*

24. *Quæ de possessione præcedentiæ vel quasi dicta, ea etiam in Ecclesiasticarum Principum dissidiis ratione sessionis obtinent, & laudatum hac de re notabile consilium Iacobi Philippi Portij.*

25. *Vera & realis quasi possessio, quam ipse actus sessuræ conciliat, summovet præsumptam quasi possessionem ex prioritate dignitatis resultantem.*

26. *Non minorem in decidendis sessionum controversiis vim obtinet, si lege vel pragmatica constitutione loca sedendi certa assignata.*

27. *Ejusmodi constitutiones exstant in jure Civili, Canonico, & Bullis Pontificum, quo etiam refertur A. B. Caroli IV. de sessione & ordine Electorum Imperij.*

28. *Controversias sessionum inter Ecclesiasticos deciderunt, tum Pontifices, tum patres Conciliorum; quod ex Sigonio & actis Concilij Tridentini evincitur.*

29. *In Concilio Nicæno, non ex cujusque merito, sed ex urbis vel provinciæ dignitate, cui præsidebat Episcopus, ordo sessionis & subscriptionis observatus.*

30. *Episcopus Diœcesanus in sua diœcesi in functionibus Episcopalibus præferendus est omnibus Archiepiscopis & Episcopis etiam ipso antiquioribus & dignioribus, excepto Metropolitano suo.*

31. *Ita judicatum fuisse ex Augustino Barbosa probatur.*

32. *Idem*

32. *Idem exemplo Hecolonis Episcopi Hildesheimensis, ex Lamberto Schafnaburgensi Monacho deprompto illustratur.*

33. *Majores dignitate, aliis, qui in minori dignitate constituti præferendi sunt.*

34. *Major dignitas non facit quem præcedere, si illa non sit ordinata ad istum actum, pro quo tractatur de præcedentia.*

35. *Majori dignitati non debetur prærogativa, si lex, sanctio, vel pactum sit obstaculo.*

36. *Inter Equites Aurei Velleris, non qui dignitate majori conspicuus, sed qui prior in ordinem receptus est, alteri præfertur.*

37. *Qui prius electus sive provisus fuit de aliquo Episcopatu, alteri postea electo ac promoto præfertur eumq; præcedit.*

38. *Præcedentiam Episcoporum in Conciliis Provincialibus statuendam esse juxta tempus ordinationis non autem secundùm dignitatem Ecclesiasticam, præjudiciis quamplurimis evincitur.*

39. *Probatur ex constitutione Theodosii & Valentis, in uno eodemque genere dignitatis priorem esse debere, qui prior meruit dignitatem, quod argumentum in controversia sessionis inter Regem Sueciæ & Poloniæ rectè adhibuisse Mithobium docetur.*

40. *Prædicta procedunt, ubi prior dignitas jam esset in administratione & exercitio.*

41. *Dignitatis & officii privilegia non habet, nisi qui re ipsa gessit & etiamnum functionem exercet.*

42. *Confirmatur id præjudiciis diversarum Curiarum, Parisiensis & Tholosanæ, idemque apud Romanos receptum fuisse exponitur.*

43. *Aliis hoc ipsum confirmatur præjudiciis ex Lucio & Paponio desumptis.*

44. *Præclarè evincitur inter Reges & Principes seculares semper in Conciliis hunc ordinem observatum fuisse, ut qui primi Christianismum professi essent, cæteris præferrerentur in Sessionibus, id quod multis firmatur authoritatibus Dd. & Historicorum, nec non præjudiciis quamplurimis.*

45. *In Curia quoque Romana Regum Christianorum hic ordo servatur, ut ei priores partes tribuantur, qui prior ad fidem Christianam accessit, id quod ex Martino Polono, Auberto Miræo, aliisq; probatur.*

46. *In decidendis Sessionum controversiis ratio quoque habenda rerum bello præclarè gestarum, qua ratione Suecos in Sessionibus cæteris Christiani Orbis Principibus præferendos esse in Concilio Basileensi contendit Nicolaus Ravallus Archi-Episcopus Upsalensis.*

47. In dissidiis sessionum inter Reges & Principes respectum habendum ad magnitudinem seu potentiam probatur.

48. In precedentiæ quæstione tria respicienda esse evincitur, antiquitatem originis, nominis rerumq; gestarum celebritatem, nec non magnitudinem seu potentiam, deniq; juris illius possessionem vel quasi.

49. Argumentum à magnitudine sive potentia desumptum, cæteris paribus intelligendum est.

50. Regnum Hispanicum decuplo majus est, quàm Turcarum Imperatoris.

51. Romanum Imperium quando vel maximum, Hispanico minus fuit, & de magnitudine regni Hispanici disquiritur.

52. Solymanni tempore totum Imperiũ Turcicum solvit quotannis decem milliones, nongenta quadraginta octo millia ducatorum, & quingentos.

53. Adducuntur plura de reditibus imperij Turcici.

54. Quantum contribuant Turcico Imperio Principes Christiani.

55. Reditus Ægypti quales olim fuerint?

56. Asia ætate Syllæ quatuor millia talenta annui tributi exsolvit.

57. Probatur antiquitatem originis sive familiæ præcedentiam tribuere.

58. Quò antiquior eò illustrior æstimanda Nobilitas.

59. Augustus Imperat. prout quæq; Resp. antiquitate superior exstitit, ita dignitate voluit esse priorem, & adducta hac de re verba Dn. Auberij.

60. Principes communiter antiquioris originis famam aucupantur.

61. Bohemi ex confusione turris Babylonicæ se jactant oriundos.

62. De Hispanorum origine, disquiritur.

63. Saxones originem suam deduxerunt à Macedonibus, quæ fabulosa Saxonum origo primum habuit assertorem Witichindum Monachum Corbejensem, cujus verba hac de re adducta.

64. Recensentur plures scriptores, qui idem post Witichindum statuerunt.

65. Approbatur sententia Reineccij de Saxonum in Germaniam migratione.

56. Refertur de Saxonum origine opinio Laonici Chalcondylæ Atheniensis.

57. Rejiciuntur opiniones Jacobi Wimphelingi, Guillielmi Bellayij aliorumq; qui Gallos Trojano sanguine prodiisse asserunt.

68. Adducitur hac de re locus Hotomanni.

69. Reprobatur Joannes Magnus Episcopus Upsalensis, qui Danorum Regum originem à congressu Ursi cum puella derivare conatur.

70. Adducuntur [illegible] jucunda de [illegible] quâ [illegible] Ægyptiorum & Phrygum de utriusq; gentis vetustate.

71. Apud Romanos magni æstimata antiquitas originis & familiæ, [illegible] ipsorum [illegible] commendata.

72. In his rebus, quæ sola [illegible] conjecturâ, debent videri [illegible] sunt similiora.

73. Dignior est, & reliquis quoad sessionem

nem

nem præferendus, cujus amicitia & confœderatio quæritur, & qui Princeps Ligæ unionis, vel confœderationis est.

74. *Exempla hujusce ex historia Romana afferuntur.*

75. *Polemo Ponti Rex prima subsellia in theatris per totum suum Regnum Senatoribus Romanis tribuit.*

76. *Inter fratres is ordo servatur, ut qui primo natus est, reliquos præcedat.*

77. *Inter ejusdem familiæ, genere, statu & dignitate pares, seniori ætati debetur præcedentia.*

78. *Quod inter Duces & Proceres Imperij potissimum observatur.*

79. *Idem in Electoratibus Saxonico, Brandeburgensi, Ducatibus Brunsuic. & Luneb. & Domo Hassiaca receptum esse probatur.*

80. *Dignior est te, qui præfertur illi, cui tu prærogativam debes.*

81. *Argumentum ex ordine Scripturæ & & subscriptione Recessuum petitum non prorsus reficiendum evincitur.*

82. *Dignior & potior judicatur, qui ordine præponitur.*

83. *Quidnam in controversiis Sessionum tribuendum libris Ceremonialibus?*

Posteaquam varias opiniones & sententias clarissimorum Virorum de decidendis præcedentiæ controversiis *cap. preced.* adduximus, & nostram de iis sententiam exposuimus, ostendentes, eas rationes ac argumenta in componendis *προεδρίας* dissidiis, tutò adhiberi non posse, superest, ut demum argumenta adducamus, quibus uti liceat in hisce & similibus controversiis, eaq; accuratiùs, & prout possibile, *ἐφ᾽ ὅσον ἡ τῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται*, ut Aristoteles 1. Eth. 1. loquitur, Ego *in tract. de Jure Offerendi cap. 1. n. 2.* examinemus, nec enim de glande legenda heic nobis quæstio, sed de præeminentia & dignitate maximorum in orbe Magnatum, ac Principum, ut proinde cautè singula ponderanda.
Et verò, qui hasce controversias ex solo Jure Civili Romanorum decidere 1.
& de iis disquirere audent, vereor, ne frustra desudent, ac operam & oleum perdant. Equidem ejusmodi argumenta heic producenda potissimum, quæ in decisione hujusmodi dissidiorum sine controversia & contradictione in concillis & conventibus publicis recepta, à Jure Civili Romano minime abundunt.

Cùm verò in hujusmodi controversiis semper inter litigantes primò omnium quæstio de possessione præcedentiæ vel quasi agitur, cùm melius sit possidere, quàm petere, *l. 24. D. de R. V.* & in pari causa melior sit possidentis conditio, quod non civili tantùm juri, sed & naturali convenire,
pronunciat Hugo Grotius *lib. 2. de J. B. & P. cap. 23. §. 11.* operæ 2.
pretium erit, priùs de ea agere.

Quod igitur possessorium in materia juris *praecedentiae* concernit, pro Regula positum à Dd. quod is tuendus in jure praecedentiae, cui sessio, de qua controversia, ex usu longaevo, institutoq; majorum & observantiâ longis-
3. simâ competiit, ex solo enim actu possessionis vel quasi desumitur decisio, Ruin. *vol. 1. consil. 19. n. 6.* & quod in praecedentiae jure is manutenerí debeat, qui tempore motae litis reperitur in possessione, asserit Riccius *part. 1. decis. 132. per tot.* Novarr. *decis. 123.* Planè constans sapientum senten-
4. tia est, jure gentium recepta, & ab interpretibus nostris approbata, quod quasi possessio praecedentiae omnino debeat attendi, tam in publicis, quàm in privatis processionibus, Perez. de Lara *de anniversar. & Capellan. lib. 1. cap. 24. n. 26.* Salgado *de protect. Regiâ tom. 1. part. 2. cap. 9. n. 26.* Por-
5. rò, quòd in controversiis ortis quoad sessiones & praerogativam standum sit observantiae & consuetudini communiter à Dd. traditum, Bald. *in cap. Cum olim num. 1. & seq. de consuet.* Felin. *in cap. statuimus in princ. de major. & obedient.* Rim. Jnn. *lib. 1. consil. 95. n. 22.* Natta *consil. 62. in fin.* Menoch. *consil. 51. n. 49. & consil. 126. n. 2. & 3.* Valenz. *tom. 2. consil. 201. n. 42. cum sequent.* Peregrin. *consil. 3. n. 1. & sequent.* & Wamesius *Responsor. de jur. Pontif. tom. 1. consil. 10.* qui tradunt, antiquam consuetudinem & observationem in dubio retinendam & servandam esse, in constituendo & servando ordine vel paritate graduum inter homines, ita ut priorem locum deferre debeat is, qui antea deferre solebat, conferantur Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 106. n. 8. & tom. 2. c. 298. n. 8. & tom. 3. cap. 590. num. 93.* Michael Ferrus *de praecedent. Ecclesiast.*
6. *quaest. 18. n. 7.* adductus Barbosae. Vide D. Augustinum Barbosam Jctum incomparabilem *in Collectaneis Dd. in Concil. Tridentinum Sess. 25. cap. 13. n. 11.* ubi ita aliquoties in Curia Romana judicatum fuisse testatur. Atqui rerum judicatarum magna auctoritas est, quae vim legis obtinere debet, *l. 38. D. de LL.* praesertim in judicio contradictorio, *l. 34. D. eod.* Guilielm. Stuckius *in Helvetia gratulat. ad Galliam n. 58.* Carol. de Grassalio *lib. 1. Regal. Franciae. cap. 17. n. 3.* quinimo in tantum statur hoc in casu observantiae & consuetudini, ut, licet aliter de jure censeatur, nihilominus illa obtineat, quam usus longaevus firmavit, Andr. Kni-
7. chen. *in Comment. de Sax. non provoc. jure ad verb. Ducum Saxoniae cap. 2. n. 183. p. 144.* Confer Menoch. *d. consil. 51. n. 51.* Seraph. *decis. 964. n. 1.* Praedicta etiam consensu gentium moratiorum approbata, & usu recepta, Grotius *lib. 2. de J. B. & P. cap. 4. §. 9.* confer ea, quae Grotius

d. l.

d. l. §. 2. affert, ex quibus patet, magnam apud gentes possessionis longævæ, nec interruptæ habitam rationem. Nec desunt exempla in hac sessionum materiâ, etenim in controversiâ præcedentiæ inter Galliæ & Hispaniæ Reges, illi adduxerunt præ cæteris possessionem præcedentiæ, qua de re infrà, ita Fridericus Imp. ortâ controversia sessionis inter Electorem Coloniensem & Abbatem Fuldensem, dixit; Veteres approbamus Imperii nostri consuetudines, quocirca major, an minor, æquo nobis discrimine est, Crantz. *in Saxon. lib. 6. cap. 46.* eâdem decidendi ratione usus Ferdinandus Imperator, in dirimendâ lite Ducis Florentini & Ferrariensis; nimirum quòd ita fuerit observatum in aula Caroli V. ut Florentini Oratores præcesserint, & proinde Florentinus constitutus in quasi possessione obtinuit egregiè, Modest. Pistor *vol. 1. consil. 51.* Knichen *d. l. n. 113.* Sanè, actus possessionis vel quasi, quod quis in loco stetit vel sedit, antevertendo alium, tribuit prærogativam, debetq; in eo tueri; Gail. *lib. 1. observat. 21. n. 21.* consuetudo enim in sessionibus plurimum habet momenti ex sententia Innocentii III. Pontificis *in c. cùm olim de consuetud.* ibi: Statuentes, ut Præcentor taliter institutus, in sessionibus, processionibus, & aliis illam haberet in Londonensi Ecclesia dignitatem, quam habent alii Præcentores in aliis Ecclesiis Anglicanis. Quocirca mandamus, quatenus si secundùm diversas consuetudines locorum, diversas habere noveris præcentores in Anglicanis Ecclesiis dignitates, jam dictum Præcentorem, illam habere facias in Londonen. Ecclesia dignitatem, quam (rationabilibus & adprobatis consuetudinibus Ecclesiæ salvis) sine præjudicio alieno poterit obtinere. vid. Gail. *d. l. 1. O. 21. n. 21.* & Menoch. *cons. 157. n. 36.* cujus aureum hac de re dictum, dignum est, ut subjiciatur: Is judicandus est major, *ait*, & dignior, atq; in cæteris anteponendus, qui pro veteri more & consuetudine ita habitus est: *Et vero hæc est omnium penè sententia*, & sufficere hoc casu unicum actum non pauci volunt, Fab. de Anna *cons. 7. n. 17. cum seq.* & Menoch. *d. cons. 51. n. 40.* qui ex Baldo *in l. observare §. antequam in fin. D. de offic. Proconsul.* annotat, quod is qui ratione consuetudinis in quasi possessione præcedendi vel sedendi constitutus est, possit armata manu resistere turbatori. Ita Bellivreus, Gallicus Legatus apud Rhætos adversus Hispaniæ Regis Legatum, gladio pugnare voluit, P. Matthieu *livr. 1. de l'histoire de France du regne de Henry IV. narrat. cap. 41.* Et an. 1663. in Comitiis Ratisponensibus legati quatuor familiarum Pomeraniæ, Wirtembergicæ Hassiacæ ac

8.
9.
10.
11.
12.

Badensis,

Badensis, quibus cum Megapolitana de sessione lis erat, directores consilii Principum rogârunt; Sie wolten den Mechelburgischen Gesandten von dem innenstandenem Vorsitz abhalten; da solches nicht geschehe/ wehren sie von ihrem HErrn befehligt/ Ihn mit Gewalt herauß zurücken/ und an die untere Stelle zu weisen/ Joh. Limnæ. *tom. 4. de Jur. publ. in Addit. ad lib. 4.*
13 *cap. 9. p. m. 662.* Et cùm maximum pondus habeat quasi possessio in sessionibus; adeò ut qui in quasi possessione præcedentiæ & sessuræ reapse constitutus sit, habeat fundatam intentionem, tam in possessorio, quàm in petitorio, Leonin. *consil. 1. n. 9.* hinc si quando turbari se vident in sessionis possessione legati Principum, interpositis protestationibus, jura
14 sua sibi reservare solent, quibus protestationibus & reprotestationibus, ut loquuntur, nihil frequentius est in Comitiis Imperii, ut testantur Acta Comitiorum Ratisponensium de Anno 1640. & 41. qua de re pluribus
15 infrà dicturus sum. Sanè prout rectè Andreas Knichen *d. cap. 2. n. 122.* loquitur, in Comtiis se fundant concertantes in nuda sessuræ possessione vel quasi, allegando actus hinc inde exercitos.

Cæterùm observandum, quoad actus possessorios in sessionibus, cùm honor dantis sit, non accipientis, multa alteri ab altero hospiti scilicet civilitatis & humanitatis causâ tribui, quæ tamen nec hujus dignitatem
16 augeant, nec illius prærogativæ præjudicant, non aliter, quàm si quis in Comœdia Dominum suum vocet, cui mox imperet. Vide Boer. *decis. 153.*
17 *n. 37.* Vietor. *de Exempt. Imp. concl. 37.* & quòd in hac sessionis materia urbanitas & modestia non inducat obligationem, asserit Decianus *vol. 2. consil. 67. n. 67.* Arnold. de Reyger *in Thesaur. jur. tom. post. voce Sessio n. 7.* Sic Rex Hispaniæ Carolum, Walliæ Principem, Regis Angliæ Ja-
18 cobi filium, superiori sibi ad dextram loco collocavit, ut refert Mercur. Gall. *t. 9. hist. ad an. 1623.* Confer M. Caspar Lundorpium Historiographum *part. 7. Actor. publ. cap. 47. pag. m. 239.* idem annotantem, cujus verba digna, ut subjiciantur. In dem nun/ ait, die Sachen in solcher Beschaffenheit stehen/ und menniglich erwartet/ wan und welcher Gestalt die Heurath geschlossen/ und was für ceremonien dabey gebraucht solten werden/ der eine sagte Heut/ der ander Morgen/ der eine so/ der ander also/ konte man doch anders nicht vernehmen/ dan allein/ daß der Printz sampt dem König etlich mahlen die Infantin/ welche inmittelst jederzeit in der Königin Quartier sich verhalten/ besucht hat: Und seind solche Besuchungen zum offtermalen offentlich mit beglaitung aller Guardien geschehen.

Und

Und ist gewißlich wol zusehen gewesen / indem sie zween mächtige Monarchen neben einander gangen / als daß der König in Spannien dem Printzen die rechte Hand allzeit gegunnet / der Printz aber allzeit einen halben Fuß hinterwerts dem Könige gegangen. Sic Innocentius VIII. Pontifex Mahometis Turci filio minori, anno 1481, in palatio mansionem supra se deputavit, ut loquitur Crantzius *lib. 13. Vandal. c. 22.* Minor Imperatoris Turcorum (Mahumetis) filius, *ait Crantzius d. l.* dum fraterna factione undique se cernit exclusum, ad magnum Rhodi magistrum pervenit, illi se permittens, promittensq; : si Christianorum ope reducatur in regnum Constantinopolitanum, Imperium se redditurum. Magister cau- 19.
satus se imparem tanto negotio, majoribus eum commendare Christianissimi Principibus repromittit: mittitq; Imperatori dedititium. Ille etsi in culmine sederet Imperii, magnis tamen rebus gerendis se non natum sæpius ostendit. Acceptum Turci magni filium, introrsus mittit Francorum Regi: simul ut se pro animi sui non æqua magnitudine, tantis pro alieno Principe exoneret impendiis. Jactatur nobilissimus adolescens inter Principum manus, ad modum pilæ, quibus, si ad quod debuit, animus esset, magna rerum momenta præstare potuisset, ad Christianissimi sublevandam, quæ in ejus parte jacet, dignitatem. Sed Rex tamdiu servavit hominem, quoad Regni Cancellarius illum divenderet summo Pontifici: pactus unum aut alterum, pro amicis rubeum galerum. Per quam occasionem venit idem missus Romam: ut à Pontifice Innocentio servaretur: qui illi in palatio supra se mansionem deputavit. *Hæc Crantz. d. l.* Sic Christinæ Reginæ, quondam Sueciæ, major honos est habitus à Cardinalibus, quod tamen factum non minus illis præjudicat, quàm ut Hispani illud, aut ipsius Papæ. Verùm operæ pretium existimo addu- 20.
cere heic verba, Levini Nicolai Moltken, Viri clarissimi, ac testis oculati *in præfat. tract. de Conclavi.* quando agit de Innocentii X. Pontificis, antecessoris moderni Pontificis Romani Alexandri VII. vita & Cardinalium origine & auctoritate. Vidi nuper, *ait Moltken d. l.* Christinam Reginam Sueciæ in Sixti Sacello, illa tamen non ibi, sed alibi, & peculiarem honoratiorem occupabat locum. Illa etiam in proprio conclavi, cùm visitaretur à Cardinalibus, primum tenebat locum: Sella etiam, cui insidebat, ex pretiosiori materia erat confecta, quàm illæ, quibus Cardinales utebantur. *Hæc Moltken d. l.*

Porrò, in quæstionibus de præcedentia & sessione, in tantum inhæ-
rendum possessioni & consuetudini longævæ, ut non obstantibus ratio-
nibus speciosis in petitorio adductis, nihilominus hactenus pro possessore
judicandum, cùm possidens pro se habeat præsumptionem, & alioquin
21. constet, titulum, utpote qui ad petitorium propriè pertinet, regulariter
in possessoriis, nec probandum nec allegandum esse, *l. cogi 11. D. de petit.*
hered. l. fin. D. de Rei vindic. Herm. Vult. *vol. 2. consil. Marpurg. 30. n. 27.*
Ita in controversia urbium de Burgos & Tolede, ratione præcedentiæ &
22. prioris voti, à parte civitatis de Tolede plurimæ quidem egregiæ rationes
in petitorio adductæ, de quibus alio loco dicturus, sed rectè econtra à ci-
vitate Burgos adductum, quòd ipsa in possessione antiqua præcedentiæ
& prioris voti fuisset; Exponit id ipsum Estevan de Garibay & Samalloa
en son abregé Historial des Chroniques d'Espagne lib. 14. c. 23. fol. 291. quæ-
dam ipsius verba huc pertinentia subjicere placet: Elle (*civitas Burgos*)
alleguoit encore quelques autres raisons, ait, dont elle tesmoignoit ne-
antmoins ne faire pas elle mesme beaucoup d'estime, ne pretendant op-
poser principalement aux nouvelles instances de Tolede, que l'ancienne
& immemoriale possession, en laquelle elle auroit tousiours esté, de parler
la premiere en de pareilles assemblees. Eandem possessionem immemo-
23 rialem & longevam in sessionum materiâ potissimùm in consideratione
venire, ostendit Auberij *en traitté de la Preeminence de Roys de France, &*
de leur Presceance sur l'Empereur & le Roy d'Espagne partie 1. p. m. 124.

Proinde in quæstione ista, An justa ratione Regnum Castellæ Re-
gno Legionis in armorum delatione præferatur? Carolus Molinæus *in*
24 *consuet. Paris. tit. 1. §. 29. n. 3.* liberè pro Regno Legionis contra Castella-
nos pronunciavit ac decidit, inductus hac ipsa ratione, quòd legionis Re-
gnum velut antiquius & nobilius Castellæ Regno meritò præferendum
& preponendum; Verùm Ludovicus Molina *lib. 2. de Hisp. Primog.*
cap. 14. n. 40. & seqq. tribus de causis hoc factum esse defendit: Primò,
quòd quamvis satis compertum sit, Regnum Legionis vetustius Regno
Castellæ fuisse: attamen angustias ejus Regionis nullatenus cum Castellæ
amplitudine potuisse conferri: sive quæsita jam & erepta à Mauris, sive
eripienda postmodum quisquam consideraret. Indeq; ex his, quæ Mo-
linæus protulit, optimo jure Regni magnitudo vetustati præfertur. Se-
cundo, ut compertum est in Ferdinandi I. persona, cui Castellæ Regnum
jure hereditario obvenit: Legionense autem dotis nomine cum Sanctia,

Vere-

Veremundi III. sorore, ad eundem Regem Ferdinandum pervenit, unde factum, ut primus Castellæ & Legionis Rex diceretur. Præcessit autem Castellæ nomen in titulo, tum quia ei jam Regi Castellæ exsistenti accessit seu supervenit Regnum Legionis, quamvis secundùm jura Regni Legionis nominatio, tanquam antiquioris debuisset præcedere: Jo. Lupus de Palacios Ruvios *de obtent. & retent. Regni Navarræ part. 6. §. 8. in princ.* Tum, quòd virilis stirpis imperium præferri debuit fœmineo, maternaq; insignia parentis insignibus cedere debuerunt, Molina *d. cap. 14. n. 42.* Tertiò, quòd cùm Castellani ac Legionenses eo tempore antiquam Hispaniæ Regni originem contemplarentur, & pristinam Gothorum gloriam recolerent, Castellæ fuisse Imperium ac Principatum animadvertebant, & ut antiqua illa Regni Hispaniæ gloria restituta videretur, non denuò exigua aliqua & obscura origine inchoata Regni Principatum & honorem in Castellam ab Legione meritò transferendum concessere. Suam namq; gloriam esse Legionenses verè reputabant, quicquid æstimationis, dignitatis & gloriæ in Castellam transfunderent, quasi ab ipsis priorem amplitudinem & Majestatem Hispaniæ restitutam esse facto declararent, Hęc Molina *d. c. 14. n. 44.* ita tandem concludens; ideoq; id, quod tot civilibus & moralibus rationibus in Hispania observatum hucusq; fuit, immeritò à viro Gallo & extero, Hispaniæq; observationis ignaro taxatur.

Quæ modò de possessione præcedentiæ vel quasi diximus, eadem etiam in Ecclesiasticorum & ordinum dissidiis ratione sessionis locum sibi vindicant, cùm ab hisce testante experientia hinc inde actus possessorios 24. allegatos videamus. Vide ea de re notabile consilium Jacobi Philippi Portii. Consilium est numero 166. ac idem sentiunt supra adducti Perez. de Lara *de anniversar. & Cappellan. lib. 1. c. 24. n. 26.* Salgado *de protect. Regia tom. 1. part. 2. cap. 9. n. 26.* aliive, qui actus possessionis vel quasi, quod quis in loco stetit, vel sedit antevertendo alium, tribuere prærogativam asserunt. Vide Corn. *vol. 2. consil. 193. n. 14.* Joan. Franc. de Ponte. *consil. 14. n. 67.* & Knichen *d. comment. de Sax. non provocand. jur. cap. 2. n. 118.* qui ibidem *n. 118.* ex Cephalo, *consil. 615. n. 40.* annotat, veram & realem quasi possessionem, quam ipse actus sessuræ conciliat, 25. summovere præsumptam quasi possessionem ex prioritate dignitatis resultantem, indeq; in quasi possessione præcedentiæ & sessuræ reapse constitutum habere fundatam intentionē tam in possessorio, quàm petitorio.

 Confer

Confer Hoepingium *de jur. Insignium cap. 12. §. 7. n. 213. p. m. 1087.* Non minorem vim & authoritatem in decidendis sessionum controver-
26. siis obtinet, si lege vel pragmatica constitutione loca sedendi certa constituta & assignata, cujusmodi Legem in Imperio nostro Romano-Germanico habemus, quoad dissidia sessionum & praecedentiae inter Electo-
27. res, quae composita in Aurea Bulla Caroli IV. Dubrav. *lib. 22. Hist. Bohemiae.* Geminae constitutiones exstant in jure nostro Romano, *T. T. C. Ut ordo dignit. servet. l. 1. & seq.* D. de Alb. scrib. & inter Ecclesiasticos Magistratus & ordines, quoad praecedentiam multorum Pontificum Bullae exstant, talis est Bulla Gregorii XIII. incip. Exposcit 15. Julii 1583. quam saepius hac in re adducit Augustinus Barbosa, *in Collectan. Dd. in Concil. Trident.* & in Apostolicis Decisionibus passim, ut omittam, quae in jure Canonico ea de re habentur. Et quidem controversias sessionum
28. inter Ecclesiasticos composuerunt & deciderunt tum Pontifices, tum Patres Conciliorum, exemplum est apud Sigonium *lib. 8. Regni Italiae.* De inferiorum vero Ecclesiasticorum dissidiis sessionum dijudicandi potestatem ad Episcopos pertinere constat, idque constitutum in Concilio Tridentino, ut patet *ex sessione 25. cap. 13.* qua de re infra opportunior dicendi locus.

Hactenus de possessorio, super est, ut de petitorio subjiciamus, ex quibus argumentis & rationibus in petitorio hae sessionum controversiae decidendae sint. Argumenta vero, quod initio capitis monuimus, ejusmodi hoc loco adducenda, quae in ejusmodi litium compositione approbata, & usu recepta.

Quod igitur Ecclesiasticos attinet, primo omnium magna ratio ha-
29. bita urbis sive provinciae, cui iidem praeerant, ita in Concilio Niceno, ut constat ex vetustatis relatione, non ex cujusq; merito, sed ex urbis, vel provinciae dignitate, cui praesidebat Episcopus, ordo sessionis & subscriptionis, uti & in conciliis sequentibus, observatus, prout ostensum a Claudio Salmasio *in lib. de primatu Papae c. 8. in fin.* vid. Christophor. Crusium parentem meum dilectissimum *de pass. domin. c. 6. sect. 2. n. 27. p. 179.* & proinde pro Dioecesaeos & provinciarum amplitudine Patriarchae Patriarchis praelati, Salmas. *d. l.*

(2.) Recepta & approbata sententia est, Episcopum Dioecesanum in sua
30. Ecclesia & dioecesi in functionibus Episcopalibus praeferendum esse omnibus Archiepiscopis & Episcopis, etiam ipso antiquioribus & dignioribus,

Metro-

Metropolitano suo excepto, ita judicatum & decisum fuisse, notat Augu- 31.
stinus Barbosa *Apostolicarum Decision. Collect. 296.* adducens S. Cong. Rit.
in Barchionen. 10. Januar. 1609. idem tradit Sellius *in select. Canon. c. 3.*
n. 32. ex hac ratione & fundamento præcedentiam sibi competere contra 32.
Abbatem Fuldensem Wideradum probare & evincere voluit Hildesheimensis Episcopus Hecelo, apud Lambert. Schafnaburgensem Monachum *in annal. p. m. 482.* Quod ipsum etiam inter seculares principes obtinere constat. Notat verò Sellius *d. l.* Episcopum Diœcesanum ex urbanitate debere honorare in sua diœcesi alios Episcopos advenas & extraneos.

(3.) Constat, & extra omne dubium est, quòd majores dignitate, aliis,
qui in minori dignitate constituti sunt, præferendi, id quod non modò in- 33.
ter Ecclesiasticos, sed & seculares Principes obtinet, ita Pontifices Cardinalibus, Archiepiscopi Episcopis, presbyteri diaconis in sessionibus præferuntur *c. præcipimus ult. dist. 93.* eodem modo Reges Principibus, Archiduces Ducibus, Duces Comitibus præferri in sessionibus, dubio caret, & ex actis Comitiorum patet. Hoc tamen Axioma exceptiones admittit,
(1.) major dignitas non facit quem præcedere, si illa non sit ordinata ad il- 34.
lum actum, pro quo tractatur de præcedentia, ut loquitur Gratian. *tom. 1. disceptat. forens. c. 298. n. 4. in fin.* Unde Electores S. R. I. anno 1471. in Comitiis Ratisponensibus Caroli Burgundiæ Ducis legatis fecerunt inti-
mari, se ne Regibus quidem, si adessent, cessuros. (2.) Majori dignitati 35.
non debetur prærogativa, si lex, sanctio, vel pactum sit obstaculo. Ita inter Equites Aurei Velleris, non qui dignitate majori conspicuus, sed qui prior
in ordinem receptus est, alteri præfertur, excepto Imperatore, Regibus & 36.
Ducibus, quibus isto in ordine ætas prærogativam tribuit.

(4.) Approbata & usu recepta sententia est: Ut qui prius electus sive
provisus fuerit de aliquo Episcopatu, alteri postea electo ac promoto præ- 37.
feratur, eumq; præcedat. Augustinus Barbosa *in summa Apostolicarum Decisionum Collect. DXC. n. 3.* adducens Sacr. Congr. Rit. in Segobricen. 21. Martij 1609. quæ exstat penes Sellium *in Selectis Canon. c. 47. n. 5. qui &*
n. 7. tradit præcedentiam Episcoporum in conciliis provincialibus statuen- 38.
dam esse juxta tempus ordinationis, non autem secundum dignitatem Ecclesiasticam. Idem Sell. *in select. Canon. c. 13. n. 28.* ubi attestatur sic fuisse decisum sub die 19. April. 1596. Sic etiam præscripsit Gregorius Magnus Papa *lib. 7. Regest. epist. 112.* Episcopos secundùm ordinationis suæ tempus sive ad considendum in concilio, sive ad subscribendum, vel in qualibet

 alia

aliare, sua attendere loca decernimus & suorum sibi prerogativam ordinum vindicare. Ita Henricus VIII, Rex Gallię in Statuto Parlamentario constituit, ut Episcopi utriusq; provincię Cantuariensis, scilicet & Eboracensis, sedes capiant in parte eadem Parlamenti, quisq; pro antiquitatis ratione. Quod ipsum etiam inter seculares principes locum sibi vindicat, ut qui prius ad dignitatem Regiam vel Ducalem pervenerunt, sive in quo ducatu primò omnium dignitas ista obtinuit, cæteris præferantur, quod & juri Romano conveniens, proinde graviter Theodosius & Valens in constitutione de ordine inter Consules servando *in l. 1. C. de Consulib.* Quis enim in uno eodemq; genere dignitatis, *inquiunt*, prior esse debuerat, nisi qui prior meruit dignitatem, adde *l. omnes. 2. C. ut dignitat. ordo servet. l. ult. C. de Tyron. & l. 1. in fin. C. de prepos. sac. cubicul. lib. 12.* ubi dicitur, oportere illum subsequi, quem recentiùs probaverit examen, quemodo etiam statuit Hugo Grotius *lib. 2. de Jure Bel. ac Pacis c. 5. §. 21.* & hoc argumentum quoq; in decisione controversiæ sessionis inter Re-
39. gem Sueciæ & Poloniæ adhibuit, excellentissimus Vir Hector Joannes Mithobius *in Differt. de Controversiis Sueco-Polonicis cap. 4.* Confer tradita Joannis Corasii *in Centuria Memorabilium Senatus Consultorum Curie Tholosana cap. 12. per tot.* Prædicta tamen legum auctores rectissimè
40. ita interpretati sunt, ut procedant, ubi prior dignitas jam esset in administratione & exercitio, *l. fin. §. viros. C. ubi Senat. vel Clariss. l. 2. in fine C. de primicer. lib. 12.* Coras. *d. l.* dignitatis enim & officii privilegia non
41. habet, nisi qui re ipsa gesserit, & etiamnum functionem exerceat, *l. fin. D. de excusat. tutor. l. neminem. C. de Consul. lib. 12.* præterea constat apud Romanos, designatos consules nunquam adæquatos his fuisse, qui
42. reapse administrabant, atq; ita Senatum Curiæ Tholosanæ judicâsse, & jamdiu ante Parisiensem Curiam decrevisse, testatur Corasius *d. l. p. 55.* adde Maynard. *lib. 4. Quest. Notabil. cap. 27.* & notat Paponius *lib. 6. tit. 2. Arresto. 5.* quòd officiarius, qui superstite officiario, designatus est
43. ad officium, post ejus obitum, nec id exercuit, non possit eos præcedere, qui etsi postea recepti fuerint, antea tamen exercere cœperunt. Ita judicatum fuisse Arresto 11. Julii an. 15. 51. tradit idem contra Dn. Archerium Consiliarium in Curia Subsidiorum. Curia enim decrevit, Consiliarios admissos post Archerium, qui tamen officia sua ante ipsum exercere cœpissent, eum præcedere oportere. Cæteris paribus igitur prælatio pendet à prioritate cooptationis sive receptionis, quæ controversia fuit in-

ter Præsidem Dacy & Perotum. Porrò, primò receptus ad officium non semper præferendus. Præjudicium hujus rei affert Lucius *lib. 4. tit. 6. Arrest. 4.* & ex eo Paponius *lib. 6. tit. 2. Arresto. 5.* Verba ejus digna, ut subjiciantur, sunt verò hæc: D. Jacobus Brulardus Præses, Dominus Wilhelmus Guido Consiliarius in camera inquisitionum admissi fuerunt: nempe prædictus Guido primus: prædictus verò Brulardus postea, consiliarii in majore Camera: Dubitatum fuit, quisnam in sede præferendus esset? Guido dicebat, se primò fuisse receptum, Brulardus dicebat se ipsius Præsidem esse, neq; honestum fore, si ipse primus sederet, sibiq; præferreretur. Arresto Curiæ 28. Junii 1323. Brulardus prælatus fuit.

(5.) Quoad Reges, & Principes seculares notari meretur, ita semper in Conciliis observatum fuisse, ut, qui primi Christianismum professi essent, cæteris præferrerentur in sessionibus, Joh. Fice. *cons. 77. n. 16.* Bart. *in l. 1. D. de Alb. scribend.* Innoc. *in c. Tua de Majoritat. & obedient.* Bal. *in L. decernimus in 2. notabili C. de SS. Eccles.* Innocent. Butr. Felin. *in C. statuimus de Majoritat.* Anton. Tessaur. *1. quæst. for 48. n. 5.* Tiber. 44. Decian. *Resp. 19. n. 183. & seq.* ita in Concilio Basileensi observatum, attestante Ænea Sylvio *in Concilij Basileensis historia.* Idem Æneas Sylvius *lib. 2. de gestis concil. Constantiens.* Ego nequaquam timebo, *ait*, Nationum servare ordinem qui Constantiæ fuit servatus, nec mihi invidiam timeo, quia nec præpositis gratiam, nec postpositis injuriam faciam. Ordinem namq; istum, neq; nobilitas, neq; majoritas peperit: quia, ut quæq; NATIO Verbum Dei prius suscepit; sic prior habetur. Hoc fundamento motum fuisse Pontificem Max. ut pro Gallo pronunciaret, memorat Cavitellius *in Annalibus Cremonensibus in Anno Dom. 1564.* Summus Pontifex declaravit, *ait*, debere præcedere Lagatum Regis Galliæ, sub fundamento, quòd Galliæ Regnum sit antiquius Hispaniæ, & Galli priùs Hispanis fidem Christi receperint. *&c.* Sanè, in Curia Romana, Regum Christianorum hic ordo servatur, ut ei priores partes tribuantur, qui prior ad fidem Christianam accessit, quemadmodum ex ordine Romanæ Ecclesiæ, & vetusto Provinciali tradunt, Martinus Polonus *in Chronic.* Anton. Corsetus *in tract. de potest. Reg. tom. 5.* Mart de Cazatiis Laudensis *in tr. de princip. quæst. 76.* Aubert. Miræus *in Notitia Episcopat. Orbis Christian.* & alii 45. Dd. quos allegat Theod. Gothofred. *in annotat. sur l'histoire du Roy Charles VI. fol. 124.* Preclare Hugo Grotius in excellenti opere *de Jur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 5. §. 21.* Hic mos, *ait*, antiquitus in Christianorum

Regum

Regum ac Populorum societate obtinuit, ut, qui primi Christianismum
professi sunt in Conciliis ad rem Christianam pertinentibus, præcedant
cœteros. *Hæc Grotius d. l.* Sanè, hoc argumentum, utpote receptum,
in considerationem venire debere in confesso est.
45. (6.) Præprimis etiam, in decidendis hisce sessionum controversiis,
ratio habenda rerum bello paceve præclare gestarum, qua ratione Suecos
suos præferendos in sessionibus cœteris Christiani orbis Principibus, ani-
mose contendit in concilio Basileensi Nicolaus Ravallus, Archiepiscopus
46. Upsalensis, Erici Gothorum & Suecorum Regis Orator, attestante Joan-
ne Magno *histor. Gothica lib. 16.*

(7.) In dissidiis sessionum inter Reges & Principes respectum quoq;
habendum ad magnitudinem seu potentiam utriusque partis, omnes in
47. universum tam JCti, quàm Politici & Historici, qui de jure προεδρίας quic-
quam notârunt, tradunt. Vide Hector. Mithob. *d. dissert. de Controvers.
Sueco-Polonicis cap. 4.* ubi rectè annotat, in præcedentiæ quæstione una
præcipuè respiciendà esse: Antiquitatem originis seu Reipublicæ duratio-
48. nem, nominis rerumq; gestarum celebritatem, necnon magnitudinem
seu potentiam, deniq; juris illius possessionem vel quasi. Hoc ipsum ar-
gumentum tamen à magnitudine sive potentia desumptum, cœteris pa-
ribus intelligendum esse, putat Bodinus *lib. 1. de Republ. cap. 9.* cujus opi-
nio verosimilis, etenim si sola potentia tribueret præcedentiam, Hispa-
49. no proculdubio primus deberetur locus, cùm Regnum hoc decuplo esse
majus, quàm Turcarum Imperatoris, scribat Bodinus *lib. 2. de Republ.
cap. 2.* & Romanum imperium, quando vel maximum fuit, Hispanico
minus fuisse, ostendit Lipsius *de magnitud. Roman. lib. 2. cap. 3.* quin nulli
50. Imperatorum, Regum, vel Principum à condito mundo majus impe-
rium obtigit eo, quo Philippus IV. Hispaniarum & Indiarum Rex poti-
51. tus, Jacob. Valdes. *de dignitate Hispanica c. 12. fol. 243. & sequent.* Boter.
in Relat. part. 2. l. 4. & quocunq; se die nocteq; Sol vertit, nunquam in
hoc Regno Regem cernere occasum, tradit Joan. Bapt. Villapand. *præ-
fat. in Ezech. p. 7.* Præter Hispanum quis major Turcico Imperatore, tot
regnorum & ditionum Christianis ereptarum Domino? ut nihil dicam
de incredibili reditu & proventu, qui ex tot regnis Turcæ accrevit. So-
52. lymanni tempore totum Imperium Turcicum solvit quotannis decem
miliones, nongenta quadraginta octo millia ducatorum, & quingentos,
ut refert Theodorus Spandugius Patricius Constantinopolitanus, adductus

Caspari

Caspari Klockio *lib. 1. de Ærario cap. 5. n. 47. & n. 64.* ubi refert Turcicos reditus annuos, efficere viginti milliones auri, & præterea Turcam adhuc alias viginti milliones, â Christianis percipere Principibus, adeoq; totius summa erit quadraginta milliones, quæ quotannis ex provinciis colliguntur, quæ Romano Imperio olim erant subjectæ. Sane, quod ex Syria & Mesopotamia hodie colligantur octies centena millia ducatorum, mirum videri non debet: testatur enim Herodotus, Darium Histaspis filium, primis suæ Monarchiæ annis, ex his duabus provinciis contraxisse quotannis quatuordecim talentorum millia, & quinquaginta, quæ efficiunt octo milliones & septies centena millia aureorum. Constantinopolitanus Patriarcha quotannis aureorum triginta millia, præter alias expensas, Turcico Imperatori pendit, Joan. Bapt. Montalbanus *in comment. Rer. Turcicar. sub tit. Regiones sub Turcis in Europa. fol. 81.* Waiwodæ sive Principes Wallachiæ & Moldaviæ singuli quadraginta millia Thalerorum Ottomannico Imperatori quotannis pendunt. In Ungaria Cæsar, pacis fruendæ gratiâ, superioribus annis Turcarum Sultano, ejus regni nomine 45000. Thalerorum solvit, quam annuam pensionem nullam inducere subjectionem, neq; Imperii dignitatem imminuere, tradit Klock. *in tr. de contribut. cap. 3. n. 219. & sequent.* Cicero alibi reditus Ægypti commemorat talentorum 12. millia quingenta in annum. Asia ætate Syllæ 4. millia talenta annui tributi exsolvit. Ætate M. Antonii triumviri, Asia pependit annui tributi viginti millia talenta, id est, 12. auri milliones, quod probat ex veterum monumentis Julius Cæsar, Bullingerus *de Imper. & Imperat. Roman. lib. 9. cap. 95.* Olim testante Alexand. ab Alexandro tantùm ex offensione æris in Macedonia singula talenta singulis diebus solvebantur. Quales reditus & opes non percipiat hodie Turcicus Imperator ex hisce Regnis devictis, cuilibet conjicere in promptu est. 53. 54. 55. 56.

(I.) Recepta sententia est, antiquitatem originis sive familiæ, præcedentiam tribuere, *Dd. in l. 2. §. quæ omnia v. 5.* sed & natalium, *C. de vet. jur. enucleand. & l. 1. C. de Consul.* Marzar. *consil. 26. n. 17.* Decian. *Resp. 19. n. 229. & 234.* Scot. *Resp. 28. n. 10. & 102.* Hieron. Gigas *consil. 70. n. 60. 83. 84. 136.* subjiciens absolutam censeri & perfectam nobilitatem, antiquâ prosapiâ oriundam, nam quò antiquior, eò illustrior æstimāda nobilitas, quæ ex antiquo deducitur, Knich. *in Comment. de Sax. non provoc. iur. cap. 2. n. 38.* Cravetta. *t. 3. consil. 489. n. 1. & 10.* Anton. à 57. 58.

59. Gama *decis. 1. n. 21.* ita Augustus, prout quæq; Respublica antiquitate superior exstitit, ita dignitate voluit esse priorem, Bodin. *lib. 1. c. 8. n. 149.* confer Menoch. *cons. 51. n. 39.* & Drauthium *in continuat. dier. canicul. tom. 5. colloq. 5.* qui tradunt; digniorem eum habendum esse, qui in pari dignitatis gradu antiquior est tempore. Hinc inter Consulares Romanos præferebatur is, qui prior gesserat consulatum. Adrian. Turnebus *lib. 29. Adversarior. c. 12.* Christophor. Colerus Parerg. *c. 34.* & Cujac. *ad l. 2. C. de Consulib. lib. 12.* Præclarè hac de re disquirit, & antiquitatem infallibilem notam præcedentiæ esse ostendit Aubery *de la preeminence de Roys France & de leur preseance sur l' Empereur & le Roy d' Espagne p. m. 86.* L' ancienneté est infalliblement un Titre naturel de la Preseance, & ce seroit non seulement une temerité, mais aussi une espece de prodige & de monstre, qu' un enfant voulust preceder un viellard; sur lequel exemple nous voyons, que dans les Compagnies & les Communautez le Doyen marche sans contredict le premier, & que les autres gardent en suitte leur rang, selon l' orde du tableau ou de la matricule. Fatendum
60. tamen heic cum Knichio, *d. l. n. 43.* quòd si de vetustiori familiæ, vel domus principalis ortu disquisitio instituatur, nulla major controversiæ ansa
61. oriri possit; communiter enim Principes antiquioris originis famam aucupantur, ita Bohemi ex confusione turris Babylonicæ se jactant oriun-
62. dos, *Æn. Sylv. c. 2. hist. Bohem.* Hispanorum originem à Japhet tertio filio Noe deducunt Scriptores Hispanici. Damianus à Goes, Eques Lusitanus *in Hispan.* Vasæus *in Chronic. Hispan.* Et tradit Damianus à Goes Tubal quintum filium Japhet, & nepotem Noë, primum Hispaniæ cultorem & Regem anno post diluvium 143. fuisse, deinde idem scribit, post Abidum Regem Hispaniæ numero 27. (qui vixit anno diluvii 1292. regnavit verò 35. annos) usque ad Carthaginiensium & Romanorum ætatem nullos in Hispaniæ Regno Principes Regesve successisse; idq; factum ob ingentem, quæ in Hispania fuerit, & celeberrimam illam ariditatem, adeò ut Petrus Medina *in lib. de præclaris & memorabilibus Rebus Hispaniæ cap. 8.* attestetur per 26. annos continuos, nullam in ea pluviam decidisse. Cujus quidem siccitatis, subjungit Damianus à Goes *d. l.* omnes Hispanorum Historici constanter & disertè meminerunt. Quod cùm nuspiam terrarum amplius contigisse legatur, ob eximiam ejus raritatem, hic annotare libuit. Idem habetur *in Chronica* à D. P. Ant. Beut. primò edito, translato deinde Italicè M. Alfonso Ulloâ interprete, *cap. 12. part. 1.*

Medina

Medina *c. 9.* & Beut testantur Hispanos destitutos Rege variis catervis & itineribus per 26. aut 28. annos ex Hispania discessisse, factamque istam siccitatem anno à diluvio 132. & ante natum Christum 1009. Cæterùm, Joannes Vasæus, non postremus Hispanicorum Scriptorum *in Chronico Hispaniæ cap. 10.* ejusmodi siccitatem in Hispania aliquando factam fuisse negat. Circa hunc annum, *ait,* ponunt admirabilem illam siccitatem, qua negant Hispaniam per viginti sex annos ullis omnino pluviis cælitus irrigatam, omnes fluvios præter Iberum & Bætin exaruisse, Hispaniam ferè omnem incolis exinanitam. Quod mihi quidem non fit verosimile: quia nulla ejus rei memoria in veterum libris reperitur, qui rem tam stupendam ac raram proculdubio non tacuissent, quum alia minùs miranda non sint passi silentio perire. *Hactenus Vasæus.* Porrò, Saxones originem 63.
suam deduxerunt à Macedonibus, quæ fabulosa Saxonum origo primum habuit assertorem Witichindum Monachum Corbejensem *annalium l. 1. in pr.* Nam super hac re, *ait Witichindus d. l.* varia opinio est, aliis arbitrantibus de Danis Nortmannisq; originem duxisse Saxones, aliis autem æstimantibus, ut ipse adolescentulus audivi quendam prædicantem, de Græcis, quia ipsi dicerent Saxones reliquias fuisse Macedonici exercitus, qui secutus magnum Alexandrum immatura morte ipsius per totum orbem sit dispersus. Idem Witichindus *d. lib. 1.* ibi: Ex hoc æstimationem illorum apparet utcunq; probabilem, qui Saxones originem duxisse putant de Græcis, quia Hirmin vel Hermes, Græcis Mars dicitur: quo vocabulo ad laudem vel vituperium, usq; hodie etiam ignorantes utimur; *Hactenus Witichindus,* quem deinde secuti fuere infiniti alii, Gotfridus Viterbiensis *in Pantheo,* Conradus à Lichtenaw Abbas Urspergensis, Albertus Stadensis *in Chronico,* Theodorus Niemius Westfalus *lib. de pri-* 64.
vilegiis & juribus Imperij, Gobelinus *Cosmodromio ætate 5. cap. 11.* Wernerus Rolevingius *de laudibus Westphaliæ* Chronic. Saxon. Moguntiæ Anno 1492. impressum. Ex recentioribus hoc commentum defenderunt Joannes Boemus Aubanus *libro tertio cap. 13.* Cornelius Kempius *historiæ Frisicæ lib. 1. cap. 9.* præ cæteris verò mordicus defendit & argumentis fulcire conatur Suffridus Petrus *libris de origine Frisiorum,* meras verò nugas planeq; aniles fabulas esse, quæ ille magnâ fiduciâ de Frisone, Saxone, & Brunone, totidem in Germania distinctarum gentium conditoribus, ex vetustis rerum Frisicarum Scriptoribus ipsis tenebris obscurioribus, inculcat, asserit Henricus Meibomius *in Notis ad praadductum*

 Witi-

Witichindi locum. Græcam verò istam Germanorum originem refutârunt jampridem plurimi, & in his Crantzius *præfat. in Saxon.* Reineccius *Comment. de Mysorum origine.* Fabricius, *Origin. Saxon. lib. 1.* Albinus *Progymnas. histor. Saxoniæ.* laudati Meibomio *d. l.* Equidem, quo pacto
65. Saxones in Germaniam migrârint, non ita expeditum, si quid tamen conjecturis dandum, mari appulisse eos, credit Reinerus Reineccius *de Saxonum Originibus p. 8.* Hinc enim de Saxonibus & Turingis apud Witichindum *d. l.* fabula, hinc piratica ipsorum apud Romanos scriptores, ut ne commemorem, *ait,* eadem ratione eos Britanniam anteriorem, quæ hodie Anglia, occupasse, uti Scoti ulteriorem. Nec dissimilia his, quæ de Herulis à Procopio memoriâ prodita *lib. 2. de bell. Gotth.* Posteaquam verò se in Germania confirmârunt in veteribus Germaniæ gentibus, tum iis se conjunxere Angrivarii & Angli, nam inde Bonifacio Archiepiscopo ad Zachariam Papam, Saxonia transmarina, quæ eadem Anglia, nempe de Anglo-Saxonibus, à quibus Anglia occupata, inde Angarii tertia Saxonum natio. Addit Beda Vitas, qui Ptolomæo Gutæ sunt, hodie Jutæ, ut elementi unius μετάθεσιν auguremur. Distinxere verò se Saxones in hæc tria genera: Ostvalos, Westvalos, Angarios. Laonicus Chalcon-
66. dylas Atheniensis *in historia Græca Rerum Turcicarum lib. 2.* tradit de origine Germanorum, quosdam putavisse, eos quondam Dacos fuisse, quosdam tradere, eos antiquitus Getas exstitisse; sedesq; habuisse, quas insederint, sub monte Hæmo: tandemq; pulsos à Scythis, concessisse in eam
67. regionem, quam nunc tenent. Cæterùm, Gallos Trojano sanguine prodiisse, quidam statuere & propugnare conati fuere. Vide Jacobum Wimphelingum *in Epitom. Rer. Germanicar. cap. 21.* ibi: A Francis Orientalibus, qui Germaniam incolunt, ipse Carolus genus duxit, omnésque Franci Transrhenani à Trojana stirpe post Ilium captam longa serie progeniti, adde Ænæam Sylvium *in Histor. Bohemica. cap. 2.* & Henricum Aquilium Arnemiensem *in Compendio Chronici Geldrici cap. 4.* Similis quoque error, *ait,* de primis Francorum sedibus invaluit, multíque scriptores Gallici & illos à Trojanis descendisse existimant. Quorum fabulas Albertus Soter, insignis sanè antiquitatum indagator, in lucem prodit *lib. 1. sua Saxonia cap. 16.* cujus hæc sunt verba: Quanquã de Francis majores etiam ineptiæ memorantur, quòd originem ducant à Trojanis, & consederint ad Mæotidas paludes in Sicambria, quid autem per tot egerint secula, quos Duces habuerint, ne somniare quidem possunt. Præclarè hac de re Franciscus Hotomannus in perelegant *Franco-Galliæ*

libello

libello. cap. 4. in fin. De cæteris verò propè omnibus, *ait,* qui fabulis delectati, Francorum originem ad Trojanos, & Priami filium Francionem, nescio, quem, retulerunt, tantùm dicimus Poëtis illos, non historicis scribendi argumentum præbuisse: eoque in numero primum meritò locum Guillielmo Bellayo tribuimus: qui, cùm omnium optimarum artium doctrinâ, summaq; ingenii laude præstaret, tamen in libello de Galliæ & Franciæ antiquitatibus, non FrancoGallicæ historiæ, sed Amadisicarum Fabularum instituisse tractationem, videtur. Gregorius Turon. Episcop9, qui de Francorũ ortu scripsit, initio historiæ suæ testatur; se, cùm accuratè de Francorum ortu quæsivisset, nihil tamen certi comperisse: quamvis veterem quendam illorum historicorum habuerit Sulpitium Alexandrum, qui neque de primis illorum sedibus, neq; de Regni primordiis quicquam tradiderit. Ast Hotomannus *d. cap. 4.* ex ea regione Francos primùm ortos putat, quæ inter Albim & Rhenum interjecta, Oceano alluitur: ubi 68.
ferè Chauci majores & minores collocantur, populus testimonio Taciti inter Germanos nobilissimus: quique magnitudinem suam, justitiâ tuetur, & Batavorum regioni finitimus erat, proinde apud Claudianum *de Stiliconis victoriis* ita scriptum:

> *Ut jam trans-fluvium non indignante Chayco*
> *Pascat Belga pecus, mediumq; ingressa per Albim*
> *Gallica Francorum montes armenta pererrent.*

Nihil nunc dicam de Danorum fabulosa origine. Joannes Magnus Episcopus Upsalensis *lib. 18.* memorat, Reges Danorum originem sui 69.
Stemmatis à congressu Ursi cum puella derivare, ex quo concubitu natus pater, cui fuit filius Trugillus Syrachaleg, qui genuit Ulfonem, à quo Rex Sueno, & cæteri Danorum Regum longo successionis ordine (teste Saxone) profluxerunt. vid. Marcellum Donatum *lib. 2. c. 1. de medica historia mirabili.* Marchionum Badensium originem ad Romanos transfert Felix Faber *lib. 1. hist. Suev. cap. 11. in fin.* Equidem semper de antiquitate originis apud moratiores gentes etiam antiquis temporib9 disceptationes fuerunt. Nota vetus illa contentio Scytharum & Ægyptiorum, de utriusq; gentis vetustate, utrinq; plurimas maximasq; rationes afferentium, quib9 probare nitebantur, se alteris esse vetustiores, quas videre poteris apud Justin. *lib 2. post pr.* Et rursum Ægyptiorum & Phrygum apud Herodotum *in Euterpe,* ubi latè describit, quomodo ea contentio dirempta fuerit; hinc istud Claudiani adversus Eutropium:

> *——— —— Dat cuncta vetustas,*
> *Principium Phrygibus, nec Rex Ægyptius ultra*
> *Restitit humani postquam puer uberis expers*
> *In Phrygiam primùm laxavit murmura vocem.*

Apul. *lib. ult. Metamorph.* non multò post princ. Phryges primogenios vocat. De Ægyptiis in contrarium est istud Luciani de Ægyptia Deâ, ἀιγύπτιοι λεγόμενοι πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων, idem tradit Aristoteles *7. Polit. cap. 10.* Similis de antiquitate disceptatio Phrigum & Arcadum, qua de re Lucianus *in Astrolog.* Josephus *in Appionem lib. 1.* aliive. Arcades enim se προσελήνους sive ante Lunam creatos gloriabantur. Apollon. Rhodius *lib. 4.* τῶν ἀργοναυτικῶν:

Ἀρκάδες, οἳ καὶ πρόσθε σεληναίης ὑδέονται ζώειν.

Et Statius *lib. 4. Thebaidos:*

Arcades hinc veteres astris Lunaq; priores.

Confer Senecam Tragicum *in Hippolyto,* Plutarchum *Problem. c. 76.* & Servium ad istud *lib. 8. Æneid.*

-- -- -- Arcades ipsum
Credunt se vidisse Jovem.

Athenienses se hominum primos jactitabant, vid. Cicer. *in orat. pro*
Luc. Flacco & Aristophanem *in Avibus.* Apud Romanos magni æstimata
71. antiquitas originis & familiæ, quæ & in funeribus ipsorum utplurimum
commendata, qua de re eruditè more suo Johannes Kirchmannus, *de Funer. Romanorum lib. 2. cap. 19.* ita apud Tacitum *lib. 13.* ibi: Die funeris, laudationem ejus princeps exorsus est, dum antiquitatem generis, consulatus, ac triumphos enumerabat, Livius *lib. 8.* cùm varias ac discrepantes Historicorum Romanorum sententias recitâsset, addit: Nec facilè est, aut rem rei, aut authoritatem autori præferre. Vitiatam memoriam funebribus laudationibus reor, falsisq; imaginum titulis, dum familia ad se quæq; famam rerum gestarum honorumq; fallente mendacio trahit. Ex prædictis apparet, quàm difficilis sit omnis de origine antiquioris familiæ, sive antiquitate gentis dijudicatio, ut idcirco magna cautione opus sit, præprimis cùm sæpius solis conjecturis innitantur scriptores. In
his verò rebus, quæ sola nituntur conjecturâ, debent videri veriora, quæ
72. veris sunt similiora, ut ait Claudius Salmasius in Epist. 2. de Cruce ad
Bartholinum. Equidem, si constet de originis antiquitate, dubium non est, quin plurimum ad dijudicandam præcedentiæ quæstionem faciat.

(9.) Approbata à gentibus moratioribus sententia est, ut dignior,
73. & in jure προεδρίας præferendus cæteris is sit, cujus amicitia & confœdera-
tio quæritur, & qui Princeps ligæ, unionis vel confœderationis sit. Hinc Parthorum legati confœderati cùm vires suas Romanis æquales fecissent, se

se tamen cedere iidem per reverentiam dixerunt, apud Tacitum *12. Annalium*, apud quem legati Parthorum: Veterem sibi, *ajunt*, ac publicè cœptam nobiscum amicitiam; & subveniendum sociis virium æmulis, 74.
cedentibusq; per reverentiam, quam tamen orationem excepit Cæsar, de fastigio Romano Parthorumq; obsequiis disserens, teste eodem Tacito *d. l.* Et Vologeses Rex Parthorum, licèt regnum invitis Romanis teneret, ac Cæsaris mandata, quibus Romam evocabatur, rideret, aliquando etiam Neroni rescriberet: Tibi longè facilius est, tam magnum mare transire, quàm mihi, Dio. *lib. 63. hist.* continuâ fœderis reverentiâ eò inductus, ut postmodum cedere voluerit, Tacit. *15. annal.* Nec alia de causa Masanissa, cùm ad Scipionem se reciperet, primum locum concedere protestabatur, quàm quòd ejusdem amicitiam prior ambiisset, Liv. *lib. 28. histor. Rom.* Simile quid tradit Dio *lib. 53.* quòd Polemo Ponti 75.
Rex inter socios ac fœderatos populi Romani asscriptus, statim prima subsellia in Theatris per totum suum Regnum Senatoribus Romanis tribuerit. Ita naturalem ordinem inter socios hunc esse, prout quisq; in societatem venit, scribit Hugo Grotius *lib. 2. de Jure Belli & Pacis cap. 5. §. 21.* quemadmodum inter fratres, ut idem ait *d. l.* is servatur ordo, ut qui pri- 76.
mò natus est, reliquos præcedat, atque ita deinceps, ἰσοι γὰρ, inquit Aristoteles, eidem adductus, πλὴν ἐφ᾽ ὅσον ταῖς ἡλικίαις διαλλάττουσι, pares enim sunt fratres, nisi quatenus ætas eos distinguit.

Cæterùm, inter ejusdem familiæ, genere, statu, & dignitate pares 77.
seniori ætate debetur præcedentia, *l. 5. D. de jur. immunitat.* Goldast. *in Senior. lib. 1. cap. 22. per tot.* Decian. *vol. 1. Resp. 21. n. 60.* Riminald. Jun. *consil. 740. n. 9. & sequent.* Cothman. *vol. 5. consil. 23. n. 9.* idq; in ordine aurei Velleris observatur, Seb. Münster. *l. 3. Cosmogr. c. 204. art. 27.* ibi: Und unter denselben auch der Elter im Orden den Vorsitz haben. Hoc ipsum præprimis inter Duces & Proceres Imperii nostri observari, 78.
constat ex Jacobo Aleman. *Consult. 7. p. m. 361. & 365.* ubi dicit, tam jure ordinatum, quàm consuetudine receptum esse, Seniorem, Juniori præferri, & præsertim inter Principes, ut, qui hic ambigat, nodum in scirpo quærat, confer Simon. Pistoris *Consil. 18. n. 13. versic. Præcedentia debetur illi Duci, qui est major natu, p. 989.* Decian. *d. vol. 1. Resp. 21. n. 61.* ubi jure gentium id obtinere dicit. Equidem id in S. R. Imperio receptum inter Principes & Magnates esse constat, vid. A. B. *c. 7.* in Electoratibus Saxonico & Brandenburgensi id semper observatum, necnon in ducatibus

Brunsu.

79. Brunsu. & Luneb. Pertinent huc ea, quæ habentur in informatione Christiani Episcopi Mindensis, Ducis Brunsuicensis & Luneburgensis de præcedentiæ controversia contra Fridericum Ulricum Ducem Brunsuicensem & Luneburgensem directa, atq; in circulari conventu Halberstadii Anno 1614. exhibita, ibi: Es ist bekand / daß Ihre Fürstl. G. G. beyderseits aus einem Fürstlichem Stamme entsprossen / auch Hertzog Christian mehr / als noch so alt / als Hertzog Friederich Ulrich / dannenhero Hertzog Christian / als Eltern / die Natur und GOtt den Vorzug gonnen. Inter pares enim ætas semper prælationem tribuit, & ita consuetudine quoque receptum. Zugeschweigen dero vor viel 100. Jahren Kayserl. Resolutionen / Declarationen / Confirmationen / Decreten / Belehnung / und Verträge / da jederzeit der Elteste vorgesetzt / und nur zugedencken / was seithero der letzten zwischen Hertzog Bernhards / als des Eltern (Hertzogs Christians Anherren) und Hertzog Heinrichen den jungern Brudern (Hertzog Friederich Ulrichs Anherrn) auffgerichteter Brüderlicher Landtheilung Anno 1428. vorgangen / da sich befindet / daß unangesehen Hertzog Bernharden der Zellische / Hertzog Heinrich aber der Wolfenbütlische Theil zugetheilet / nichts desto weniger Hertzog Bernhard den Vorsitz und præcedentz ohn einige contradiction gehabt / so ist auch in Belehnungen / stets der Elter vorgesetzet / &c. Idem etiam receptum in Domo Hassiaca inter Landgravios Hassiæ, ut patet ex transactione Anno 1627. 24. Sept. facta, ubi inter alia habetur: Daß unter beeden Regierenden Fürsten des gesamten Hauses Hessen / allzeit dem jenigem / der von Jahren der ältiste ist / die præcedentz / und was derselben auff Reichs deputation, Craiß / Muntz probation, und andern Tagen / wie auch sonsten anhangt / so lange Er der ältist ist / zuständig und gehörig seyn solle / und daß hierinnen lediglich auff das Alter der Persohn / und nicht auff die Anzahl der Regierungs Jahr gesehen werde / und also am Vorgang keine Hinderung bringe / daß unter denselben regierenden Fürsten der ältiste von Jahren / etwa langsahmer oder später / dan der jüngere in die Fürstliche Lands-Regierung getreten wehre / &c. Eadem ratione ob prærogativam ætatis præcedentiam sibi deberi contendit Vinariensis contra Altenburgensem, qua de re Jacobus Alemannus *in palæstra Consultat. jur. illustrium Consult. 7. per tot.* & Author des warhafftigen gegründeten Berichts / was sich nehst abgewichenen Jahr hero / zwischen denen Churfürstlichen Sächsischen in Vormundschafft beyderseits verordneten Regierungen zu Weimar und Altenburg: in

In der erwegeten præcedentz und primogenitur streit fürgelauffen / qua de controversia infrà in specie dicturi sumus.

Porrò, digniorem esse te, qui præfertur illi, cui tu prærogativam debes, statuit Menoch. *lib. 2. consil. 126. n. 25.* & Nolden *de stat. Nobil. c. 10. n. 107.* si vinco enim vincentem te, multo magis vinco te, *l. de accessionibus D. de divers. & temp. præscr.* nisi adsit diversa ratio vincendi, Covarr. *v. Var. Resol. 7. n. 3.* vel adsint diversa jura, Nolden *d. l.* De argumento petito ex subscriptionibus Recessuum capite præcedenti diximus, cui modò adjicimus illud, scilicet hoc argumentum ex ordine scripturæ petitum rejiciendum prorsus non esse, proinde Decianus *vol. 1. Resp. 21. n. 83.* putat subscriptionem ex decreto publico factam, prælationem & prærogativam arguere, idq; non malè eum docere existimat, Nolden *d. cap. 10. n. 78.* Et licet ἄλλως rejiciatur à quibusdam opinio Johannis Fichardi, *tom. 1. consil. 77. n. 12.* dum præcedentiam & sessuram ex subscriptionibus Recessuum Imperii argui statuit, attamen argumenta & rationes, quæ contra eum à Dd. & Politicis afferuntur, ex subscriptionibus Recessuum desumptæ, & ab ispo Noldenio *d. c. 10. n. 77.* adducta verba ex Recess. Imperii zu Augsburg de Anno 1555. §. Es sol auch die Session, loquuntur tantùm de eo casu, quando subjectum & additum Recessibus Imperii, ne subscriptio & ordo ejusdem præjudicaret subscribentibus, quod frequenter factum, ut ex perlectione Recess. & actorum publicorum patet. Sed quid si ista clausula vel protestatio cesset, nec subjecta sit Recess. Imperii, licebitne hoc casu nonnihil de præcedentia & præeminentia subscribentium arguere, concurrentibus aliis argumentis? Videri id posset non planè absonum. Hinc quæ non prosunt singula, multa juvant. Sanè, in Comitiis Imperii, ortis de Sessionibus inter Principes & Status Imperii dissidiis recurrunt inter alia Legati ad subscriptionem Recessuum, quod factum etiam à Legatis Megapolitanis, qui contra Duces Juliacenses, Pomeraniæ, & Marchiones Badenses *&c.* eorumq; Legatos, ratione præcedentiæ adduxerunt subscriptionès Recessuum Imperii, in quibus Megapolitani Juliac. Pomeran. & Badens. præpositi leguntur. Id quod etiam in aliis Sessionum litibus factitatum fuisse constat, permitto tamen heic judicium doctioribus. Equidem ab ordine Scripturæ argui prærogativam, ut ille dignior vel potior judicetur, qui ordine præponitur, tradunt communiter *Dd. ad c. qui prior de R. J. in 6. ad c. mandato de præbend. in 6. ad l. generalit. D. de fideicommiss. libert.* Joan. à Reberteria *Topic. jur. lib. 2. c. 11.* Nicol. Everhard. *in Topic. in loco ab ordine* Carol. de Grassalio *Regalium Franc. l. 1. c. 1.* Philip. Dec. *cons. 161.* Felin. *in rub. de majorit. & obed.*

80. 81. 82.

Modestinus Pistoris *vol. 1. consil. 51. n. 34.* Joh. Meursius *Animadvers. miscell. lib. 1. cap. 1.* Hoc argumento usus fuit B. Paschasius Diaconus Romanus *lib. 2. de Spiritu sanct. cap. 3.* ut confundat Macedonii hæretici instantiam. Pluribus & infinitis ferè exemplis id probari posset, ni magna cum laude jam antea id fecisset Vir summus Goldastus, *lib. 1. de Majoratu. cap. 23.* quò lectorem remitto.

83. Ultimo loco non prætereundum duxi, aliis concurrentibus argumentis, quædam, quæ ad præcedentiæ quæstiones earumq; compositionem pertinent haberi posse ex Ceremonialibus libris: Gallicis quidem doctissimi Gothofredi; Italicis verò Paridis de Grassis & aliorum, quomodo etiam statuit clarissimus Vir Gabriel Naudæus *in Bibliographia Politica p. m. 77.*

CAPUT. VII.

De variis mediis, quæ adhiberi solent in controversiis sessionum componendis vel removendis, quoties utriusque partis jura dubia.

SUMMARIA:

1. *Quando utriusque partis jura dubia, litigantes de sessione eò inducendi, ut alternativè sedeant, & præcedentia utantur.*
2. *Exemplis probatur hoc medium alternationis inter plurimos Principes & Status saluberrimè receptum.*
3. *In alternatione Sessionis prima partes Seniori tribuenda.*
4. *Inter partes in alternationem consentientes, ne ulli propter præcedentiæ primum actum, majus jus tribui videatur, sorti relinquendam esse primam præcedentiam & cæteras alternationi probatur.*
5. *Alternationis medium in Domo Hassiaca inter Landgravios Hassiæ receptum.*
6. *Hoc medium nec ipse Imperator alienum à sua persona, aut indignum majestate Cæsarea reputavit.*
7. *Idem medium in Gallia receptum esse ex Johanne Tilleto Protonotario Regni Gallici probatur.*
8. *Nec veteribus hoc ipsum alternationis medium ignotum fuisse demonstratur.*
9. *De Sessione litigantibus interdum extra ordinem cæterorum sessionis locus assignatus, id quod exemplo legatorum Caroli Ducis Burgundiæ illustratum.*
10. *Mendoza Hispaniæ Legatus seorsim*

sedem

sedem extraordinariam, ex opposito Regis Franciæ, ad latus Secretarij Concilij Tridentini nactus fuit.
11. *Remedium ad præscindendas sessionum controversias est, orbiculari mensa collocare Principum Legatos.*
12. *Veteribus mensas rotundas fuisse ideo, ne quem sibi prælatum quispiam conquereretur, probatur.*
13. *An sorte dirimendæ sessionum controversiæ?*
14. *Sorte derimi controversiam de præcedentia aliquando tam in Imperio, quàm extra illud conveniens cautela visa fuit.*
15. *Apud Athenienses uniuscujusq; tribus Senatores sederunt, & sententiam dixerunt in sua Tribu eo ordine quem sors unicuiq; adsignasset.*
16. *Ad removendas Sessionum lites in Comitiis Imperij frequenter observatum ut status Imperij promiscua uterentur sessione.*
17. *Quod ipsum ex Recessibus Imperij probatur.*
18. *In controversiis sessionum etiam hoc quibusdam observatum, ut prorsus non compareant, præsentibus iis, cum quibus ipsis lis de præcedentia intercedit.*
19. *Ejusce rei exempla quamplurima adducuntur.*
20. *Receptum inter pari & æquali dignitate coruscantes principes, ut simul se in locum destinatum conferrent, cujus rei exemplum ex Guicciardino adducitur.*
21. *Magna cautione opus, ne Princeps vel Respublica inter æmulos subditos, unã partem alteri præferre videatur, quod exemplis illustratum est.*

CUm sæpius contingat, quòd de sessione inter se litigantium jura vel æqualia, vel ita dubia & obscura videantur, ut facilè non appareat, cui præcedentia & honoratior locus competat, publicorum verò imperii negotiorum tractatio, eorumq; celerrima expeditio non admittat, ut utriusq; partis jura proponantur, discutiantur, & dissidia componantur, varia media olim & hodienum usurpata, quibus adhibitis, utriq; præeminentia & jura sua salva manerent, & ad tempus conquiescerent hæ sessionum concertationes.

(1.) Receptum hoc casu, ut litigantes & de sessione inter se disceptantes eò inducantur, ut alternativè sedeant, & præcedentiâ utantur, 1. id quod notatum ab Andrea Knichen *in comment. de Sax. non provoc. jur. cap. 2. in fin. n. 123.* Interea, ut concertationes sileant, *inquit*, ne salus Reipub. sistatur, quidam protestando jus suum conservant; Quidam verò conveniunt, ut alternatim sessurâ potiantur, sicuti aliquando per decretum sedendi eminentiam hoc modo compositam autumat Choppin.

 Hactenus

Hactenus Knichen. d. l. Quidam planè ultrò in id medium consenserunt.
2. Ita inter Archiduces Austriæ, atq; Archiepiscopum Salisburgensem aliquando factum. Herbipolensis & Wormatiensis Episcopi itidem per vices alter alteri præsidet, ita quoq; inter alios Imperii Proceres observatum. Sic alternare soliti fuere in Comitiis Dux Mekelburg. Marchio Badensis, Landgr. Hassiæ, Dux Wurtenberg. & Dux Pomeraniæ. prout patet ex Actis Comitiorum Ratisponen. A. C. 1613. De Lubeca & Wormatia, quæ in Comitiis Imperii alternis vicibus præeminentiâ sessionis utuntur, res notissima est. Itidem inter se alternant Comites partis Suevicæ, & partis Wetteravorum, Præpositus Elwangensis & Abbas Murbacensis, nec non Episcopi Brixiensis & Basileensis. Cæterum, hoc casu in alter-
3. natione primas partes seniori tribuendas esse, asserit Goldastus *in tr. de Senior. c. 31. n. 22. & 23.* ubi inibi notat, ex hoc jure, in Senatu Electorum, Archiepiscopum Trevirensem primum votum dare, licet ille & Coloniensis in Sessione utantur alternatione, ita Archidux Austriæ, ut modò dixi, cum Archiepiscopo Salisburgensi in directorio & Sessione quidem alternat, sed Archiducis honori semper primæ partes remittuntur, Johann. Limnæus *tom. 4. Jur. publ. in Addit. ad lib. 4. cap. 9. n. 97. p. 659.*
4. putat, inter partes in alternationem consentientes, vel ad id à superiore admonitos, ne ulli propter præcedentiæ primum actum majus jus tribui videatur, sorti relinquendam primam præcedentiam, & cæteras alternationi. Idem ante Limnæum placuit Matthæo Wackero à Wackenfels, S. Imperialis Consistorii Adsessori, in voto super illustrissima Ducum Saxoniæ controversia, de jure præcedentiæ in dignitate & successione *p. m. 18.* ibi: Quod si fortè de primo actu alternationis non conveniret inter partes: Sorti rem committendam putaremus; & protestationiones pro utraq; parte adhibendas, ut salvum cuiq; & illæsum jus suum permaneret. Alternationis medium in Domo Hassiaca quoq; inter Landgra-
5. vios Hassiæ receptum, ut apparet ex Transactione Anno 1627. 24. Sept. facta, ubi inter alia hæc habentur: Item/ Weil alle Jahr das Hoffgericht zu Marpurg visitiret, auch Appellation oder Revision Gericht gehalten werden soll/ so ist vereiniget/ daß ohnangesehen des Alters der Regenten/ von Zeit gedachten Vertrags an/ ein Jahr precediren solle die Casselische Lini in visitation des Hoffgerichts/ und dan die Darmstatische Lini in haltung des Revision Gericht/ und also fortan/ je ein gantzes Jahr umbs ander wechselweis zu erhaltung guter Gleichheit. Equidem hoc remedium utiliter ac salubriter est inventum in ambiguitate litigiosæ possessionis, ad

pacem

pacem inter æquales ordines in Imperio conservandam; Nicol. Betsius *de pactis famil. illustr. fol. 371.* quod nec ipse Imperator alienum à sua persona, aut indignum Majestate Cæsarea reputavit. cùm enim summus Pontifex satis ambitiose Imperatori Augusto controversiam præcedentiæ movisset, nixus prætextu patriæ potestatis, quòd scilicet spiritualis pater Imperatoris esset: Fridericus I. Cæsar, re cum ordinibus deliberata, quia & ipse esset pater secularis & Dominus Pontificis, amore pacis publicæ, & mutuæ affectionis eidem indulsit, ut vicariâ prærogativâ uteretur. Rescripti verba ad Pontificem hæc sunt; Unde, cum Romano Pontifici scribimus, jure & ex antiquo nomen nostrum præponimus, & ad justitiæ normam eidem nobis scribendi concedimus, Goldast. *in collect. constitut. Imperial. tom. 1. fol. 263.* Idem in Gallia receptum esse testatur Johan. Tilletus Protonotarius Regni Gallici *In tract. du rang des Grands de France cap. de Prince du sang de France fol. 316.* ibi: Autre differend entre les dits Princes du saug, chefs de leurs maisons, y sa, sçavoir si l'ordre de leur rang est selon la proximité de la Couronne, ou selon la plus grande dignité feodale? Par exemple, si un Prince Duc plus esloigné de la dite Couronne precede le Prince Comte plus proche? Ce differend fut meu entre les Ducs de Burbon & Comte d'Alenco. Le Conseil privé du Roy Charles VI. pour les contenter, ordonna, que l'un serroit avant l'autre par tour, ainsi qu'il est recité au Registre du Parlement du 20. Novemb. 1414. Quin imò hoc alternationis medium olim veteribus receptum fuit, in administratione regnorum, de Pyrrho & Neoptolemo fratribus id ipsum memorat Plutarchus *in Pyrrho*, de Thyeste & Atreo fratribus, Pelopis filiis, idem tradunt, Pausanias *in Corinthiac.* Seneca Tragæd. *in Thyeste act. 1.* M. Anton. Delrius. *comment in Thyest.* Idem judicium Thebanorum fuit de Regno alternis annis administrando, inter Reges suos Etheoclem & Polynicen fratres, testibus Euripide *in Phæniss.* ibiq; Scholiaste, Pausania *in Baeotic.* Apollodoro *lib. 1.* & Satio Papinio *lib. 2. Thebaid.* Vid. Frid. Taubm. *in comment. in Virg. Cul. fol. 247.* & Arnisæum *de Rep. lib. 2. c. 2. fol. 102.* Idem Arnisæus *d. lib. 2. c. 2. sect. 2. n. 21.* annotat Romanos Consulum eadem de causa imperia voluisse esse alterna, ne contrariis jussis sese mutuò impedirent, & potestatis vim, in unione sola efficacem, obtunderent. Idem medium in Austria quondam receptum, & de Leopoldo & Ernesto fratribus, Athiducibus Austriæ, in administratione Austriæ, per vices menstruo spatio partienda, vide Cuspinianum *in Descript. Austriæ* & Gerhardum à Roo *lib. 4. histor. Austriac. Anno 1406.*

5. 6. 7. 8.

(2.) Hoc casu placuit, extra ordinem cæterorum sessionis locum as-
9. signari. Ita Anno 1471. in Comitiis Ratisbonensibus Legatis Caroli Ducis Burgundiæ, Electoribus de sessionis loco controversiam moventibus locus extra ordinem alteris subselliis ad frontem Cæsaris assignatus. Campanus apud Freherum *tom. 2. Germ. hist.* idem factum in Concilio Tridentino Anno 1564. oborta de præcedentia disceptatione inter Gallum & Hispanum: Mendoza enim Hispaniæ Legatus, ne Gallico Lega-
10. to postpositus videretur, seorsim extraordinariam sedem, ex opposito Franci, ad latus Secretariii Concilii nactus fuit. Vid. *liv. 8. de l'histoire du Concile de Trente pag. 828. & 851.* Majolum *tom. 4. dier. Canicul. Colloq. 5. p. 328.* & Limnæum *in Notitia Regni Franciæ*, opere erudito ac lectu dignissimo *lib. 2. cap. 6. in Test. ad istud caput lit. (ddddd.)*

(3.) Remedium ad præscindendas Sessionum controversias, nec nostro ævo ignotum, est hoc, orbiculari mensa collocare Principum Le-
11. gatos, ut nullus alteri prælatus videatur, quo remedio usus Artus Britanniæ Rex, qui habuit mensam orbicularem, ad quam sui Ordinis Equites adsidere voluit, idcirco rotundas olim Veteribus mensas fuisse, ne quem sibi prælatum quispiam conquereretur, suspicatur clarissimus Michael Prætorius *in Syntagmat. Musico part. 2. cap 17. p. m. 264.* sanè mensas rotundas Veteribus fuisse, constat ex Varrone *lib. 4. de ling. latin.*
12. ibi: Mensa vivaria rotunda nominabatur Cilibantum *&c.* Rationem hujus rei & hanc affert Myrlianus *apud Athenæum lib. 11. Dipnosophist. cap. 13.* Quod figura circularis absolutissima esset, ac perfectissima, maximeq; ad perpetuam Cœli omnia continentis conversionem accommodatissima. Romanæ verò mensæ referebant figuram sigmatis græci. Jul. Poll. *lib. 6. Onomast. cap. 1.* ibi: ἀκκάτης, σιβάδις, ἡμικύκλια, κλιντήρια, χαμεύνια. Ad extrema hujus cornua honoratiores convivæ collocabantur. Gregorius Turonensis, observante Savarone *lib. 1. de Miraculis. cap. 80.* ibi: Discumbentibus autem ad convivium, Vir ille cum presbytero, dextræ partis cornu occupat, Catholicum ad sinistram statuens. Sidon. Apollinar. *lib. 1. Ep. 11.* Primus jacebat cornu sinistro Consul ordinarius Severinus, Juvencus Hispanus *lib. 3. Sacrorum carminum.*

Si vos quisque vocat, cœna convivia ponat,
Cornibus in summis devitet ponere membra,
Quisque sapit, veniet forsan si nobilis alter
Turpiter eximio cogetur cedere cornu.

Equi-

Equidem superiorbus seculis, cum virtutis bellicæ exercendæ gratiâ hastiludia, digladiationes ac decursiones equestres (Torneamenta vulgò nominant) frequenter haberentur, ejusmodi mensas rotundas in usu fuisse: ne quod inter nobiles discrimen ex ambitione existeret, notat Nicolaus Henelius ab Hennefeld in Otio Vratislaviens. *cap. 7.* Gallos antiquos circularibus quoq; mensis circumsedisse, testatur Athenæus libro διπνοσ. quarto. Vid. Johann. Meurs. *de luxu Rom. cap. 9.*

(4.) Quamvis sorte sessionum controversiæ dirimendæ non sint, secus ut existimant, Cothman. *vol. 5. consil. 25. n. 4.* & Ventura de Valentiis *in Parthenio Litigioso lib. 2. c. 5. n. 9.* ibi: Hoc sortionis remedio lites sessionum honestiùs tollerentur, quàm taxillis, ut Legatus quidam existimârat: Man solte mit Würffeln darumb spielen/ attamen si utriusq; partis jura dubia sint, & litigantes in id medium consentiant, rectè id adhiberi posse, *suprà capite 5.* monuimus. Sanè, sorte dirimi controversiam de præcedentia aliquando, tam in Imperio, quàm extra illud conveniens cautela visa fuit, de qua Tiraquellus *de jure Primogenituræ qu. 17. & 19.* ac Goldastus *in tr. de Senior. lib. 1. c. 17. n. 16.* Non absimile quid de Civitatibus Clamecy & Desize, in Ducatu Niverniensi in Gallia refert Coquille sur les Coustumes de Nivernois *ad tit. des maisons & servitutes reelles art. 18. p. 371.* Ont long temps contendu, *ait*, du second rang apres Nevers, és assemblées du pays. Nevers sans difficulté à le premier rang, le debat de deux villes Clamecy & Desize à esté quelques fois terminé par sort; autres fois les deux villes marcherent en mesme rang, l' une à dextre, l' autre à senestre, l' une à l' aller, & l' autre au retour. Vid. Alc. *lib. 5. Pererg. cap. 22.* ubi tradit tum admitti hoc per sortes judicium, quum res est adeò incerta & perplexa, ut exitum non habeat. Bartol. *in l. si duo. D. Uti possid.* Jas. *ad l. ult. C. comm. de leg.* Alberic. Gentil. *ad tit. C. de Malef. & mathemat. p. m. 9.* quò spectat istud Quintiliani *l. 7. c. 1.* Multis millibus versuum scio apud quosdam esse quæsitum, quomodo inveniremus, utra pars deberet prior dicere, quod novissimè sorte dijudicatur. Equidem olim apud Athenienses uniuscujusq; Tribus Senatores sederunt, & sententiam dixerunt in sua Tribu eo ordine, quem sors unicuiq; adsignavit. Sors fiebat per literas, ita qui A. sortitus esset, primus sedebat, secundus cui obtigisset B. & ita de cæteris deinceps. Quod, ut observaretur, est relatum in capita Jurisjurandi, quod præstabant οἱ πρυτάνεις. Jurabant enim in hæc verba, se eo ordine

13. 14. 15.

dine, quem literæ Sors attribuisset in Senatu sessuros. Id nos docet Græcus Aristophanis Interpres; constitutum id à Glaucippo Athenis prætore, hoc est, anno tertio Olympiadis nonagesimæ secundæ. Vide Samuelem Petitum *in Commentar. ad Leges Atticas lib. 3. tit. 1.*

16 *(5.)* Ad impediendas & removendas Sessionum lites in Comitiis Imperii frequenter observatum, ut Status Imperii promiscuâ uterentur sessione, halten ihre session gesellziglich/ ungefehrlich/ und ohn alle ordnung/ ne interim, dum de Sessionibus disputatur, & altercationibus mutuis tempus consumitur, publica negotia seponantur nec expediantur, quod ob hasce lites sæpius factum fuisse, cōstat ex Recessu Imperii de Anno 1603. §. da in dem H. Reich. ibi: des Reichs gemeine obliegen und vorfallende Nohturfft zuruck gehalten/ & eleganter Albertus Crantzius *lib. 11. Wandaliæ. cap. 17.* de conventibus Germanorum hæc memorat: Aberat eâ tempestate Fridericus in Conventu Principum Noremberga detentus: ubi de gerendis rebus consultabant Germanorum more: qui longis Conciliis & frequentibus Conventibus, magis destinent, quam finiant res cæptas, Dietam ut vocant, ex dieta creantes. *Hæc Crantzius d. l.* Ejusmodi promiscua Sessione usi Status Imperii in Comitiis Spirensibus attestante Recessu de Anno 1526. §. Item als sich im anfang R. A. zu Regensburg de Anno 1532. §. Item/ als sich im anfang,

17 Proinde Subscriptiones ejusmodi nulli Statuum præjudicant. Johann. Limnæ. *tom. 2. de jur. publ. c. 9. n. 98.* quod præter adductos Recessus Imperii evincunt R. A. zu Regensburg Anno 1541. § demnach wollen wir R. A. zu Nürnberg de Anno 1542. §. Als sich auch etliche Fürsten R. A. zu Speier de Anno 1544. §. und nachdem in solcher & §. und als sich im anfang. R. A. zu Worms Anno 1545. §. und nach dem auch R. A. zu Augsburg de Anno 1548. §. Als sich auch im anfang. R. A. zu Augsburg de Anno 1551. §. und ob einige irrung §. Letzlich cum sequent. R. A. zu Augsburg de Anno 1555. § und ob einige irrung/ & §. Es soll auch die Session R. A. zu Regensburg de Anno 1557. §. Es soll auch daneben R. A. zu Augsburg Anno 1559. §. Als sich dan auch bisher. R. A. zu Augsburg de Anno 1566. §. Als sich auch noch etwas. R. A. zu Speier de Anno 1570. §. zum letzten R. A. de Anno 1594. §. letzlich. Idem fermè observatum in Concilio Tridentino, vide Drauth. *in continuat. dier. canicular. tom. 5. colloq. 5.* Verba Concilii in ejus calce hæc sunt, Declarat sancta Synodus ex loco assignato Oratoribus tam Ecclesiasticis, quàm secularibus, in sedendo, incedendo, aut quibuscunque aliis

aliis actibus, nullum cuiquam eorum fuisse factum præjudicium; sed omnia illorum, Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, ac Principum suorum jura & prærogativas illæsas & salvas esse, in eodemq; statu permanere, prout ante præsens concilium reperiebatur

(6.) Qui nec prædictis contenti sunt, ii ut Andreas Knichen in præallegat. *tr. de Sax. non provoc. jur. cap. 2. n. 124. in fin.* ait in abstemiorum concedunt castra, & prorsus non comparent, præsentibus iis, cum quibus ipsis lis de præcedentia intercedit. Ita coronationi Caroli V. Pontificius & Anglicus Legatus propterea interesse noluerunt, ne post Principes Electores ordinarentur, prout tradit Hartmannus Maurus. Et Paulus Jovius Novocomensis Episcopus Nucerinus *tom. 2. historiarum sui temporis part. 1. lib. 27.* de Federico Gonzaga memorat, eum quoq; non adfuisse inaugurationi Caroli V. ne de loco certaret cum Bonifacio Montisferrati Regulo. Fridericus verò Gonzaga Mantuanus, *ait*, ad exornandam urbem, ut summo cum honore Cæsar exciperetur, domi remanserat, & ob id etiam, ne cum Bonifacio Montisferrati Regulo, de loco & dignitate disceptaret. Ita Jacobus Angliæ Rex Londinum pompâ ingrediens Anno 1604. ad exornandum hunc actum, Legatos Galliæ & Hispaniæ Regum non invitavit, ut evitaret contentionem de sessione inter eosdem. Pierre Matthieu, *livr. 7. narrat. 1. p. 651.* & Venetiis, Romæ, ac aliis in locis Legatus Hispaniæ, ubi Galliæ Regis legatum, publicis festivitatibus, vel aliis conventibus interesse novit, congregatione abstinet, causam haud dissimulans, ita in Comitiis Ratisponensibus de Anno 1640. & 41. Legati Ducum Saxoniæ, lineæ Vinariensis, ante adventum Legatorum Ducis Saxoniæ, lineæ Aldenburgensis, consilio Principum interfuerunt, post adventum minimè. Anno 1658. in funere Cromweli Protectoris, sive oppressoris potiùs Angliæ, Legati Sueciæ, Daniæ, & Venet. non interfuere pompæ funebri, ne de sessionibus disputare necesse haberent, si fides adhibenda relationibus publicis.

(7.) Receptum quoque inter pari & æquali dignitate Principes ut simul se in locum destinatum conferrent. Ita Margarita Caroli Cæsaris amita, & Aloysia Francisci Regis mater, quod pari dignitate viderentur, eodē momento per diversas Cameraci portas ingressæ sunt, Guicciard. *19.* Sanè, quoad principē vel regem magna cautione opus est, ne inter æmulos subditos, ubi alii præ aliis sibi honoratiorem locum debere contendunt, unam partem alteri præferre videatur, quod ipsum rectè notatum

à Christophoro Forstnero in elegantissimis *Notis Politicis ad lib. 1. Annalium Taciti, ad verba:* Quos igitur anteferret? ac ne postpositi contumeliâ incenderentur. Ita Octavius Farnesius eodem *d. l.* referente, cùm urbium suarum Parmæ & Placentiæ æmulationes sciret, ne postposita altera contumelia incenderetur, nomen suum, sicubi scribere necesse erat, hoc modo signâsse dicitur; Octavius Farnesius Dux P. & P. ut scilicet libera cuiq; esset interpretatio, ita veterem inter Scotiæ & Angliæ Regnum de primo loco controversiam fuisse, idq; non ignorâsse Regem Jacobum, ac proinde eum, postquam Scotiæ & Angliæ Sceptro potitus esset, non se Scotiæ ac Angliæ, sed Britanniæ Regem scripsisse, ne æmulatione populi in exitium commune incideret, alterum alteri præponendo. refert August. Buchnerus *in Observat. Polit. manuscript. ad praeadducta Taciti verba.*

Caput VIII.

De Judice controversiarum in causis præcedentiæ & Sessionis, necnon procedendi modo.

SUMMARIA.

1. *In controversiis sessionum inter Ecclesiasticas personas, Pontificem Romanum decisionem sibi vindicasse probatur.*
2. *Controversia sessionum interdum in Conciliis à Patribus Concilij composita.*
3. *Cognitionem de Sessione dissidiorum inter inferiores personas ecclesiasticas ad Episcopos pertinere, ostensum, & eam in rem adducta verba Concilij Tridentini.*
4. *Si inter Reges & Principes neminem superiorem recognoscentes ejusmodi lites de pracedentia oborta, tertio cuidam vel pluribus utriusq; partis consensu dijudicandi potestas concessa fuit.*
5. *Factum id in famosissima pracedentia controversia inter Gallia & Hispania Reges, qui duci, & Senatui Veneto potestatem de utriusque praeminentia dijudicanda concesserunt.*
6. *Unanimi moratiorum gentium consensu receptum, ut inter eos, qui communem judicem nullum habent, arbitri assumantur.*
7. *Ejusce rei exempla quamplurima cùm ex veteribus tum recentioribus adducta.*
8. *Inter Reges ac populos liberos provocationem locum non habere ex Grotio notatum.*
9. *Jure Civili ab arbitris conpromissariis eorumq; sententia appellare non licet.*

10. Di-

10. *Diversum obtinet in arbitris, qui ex juris necessitate recipiuntur, à quorum sententia appellare licet.*

11. *Refertur sententia Bertrami, qui in controversiis sessionum inter Principes & Statu imperij obortis soli Imperatori jus ferendæ sententiæ tribuit, quod ipsum ex Recessibꝰ Imperij confirmatur.*

12. *Adducitur hac de re sententia Limnæi; qui soli Imperatori heic dijudicandi potestatem concessam non esse, asserit.*

13. *Author suam exponit ea de re sententiam.*

14. *Nonnunquã ad Austregas controversia præcedentiæ decidendæ, remissa sunt, id quod ex Recessibus Imperij probatur.*

15. *Hoc ipsum tamen ita accipiendum, si principes ex conventione suos peculiares judices habeant.*

16. *Alioquin regulariter Austregarum Judices in hisce litibus competentes non sunt.*

17. *Intra quod tempus secundum Ordinationem Cameræ Austregarum processus absolvantur.*

18. *Si ulterius dilata definitiva demũ post annum & aliquot menses feratur sententia, an ista sententia nulla? disquiritur.*

19. *Tribunal coram quo ordinariè discutienda controversia sessionum inter status Imperij, est aula Imperatoris.*

20. *Quod in hoc usq; tempus indecisæ hæ lites Sessionum permanserint non stetit penes Imperatores, sed ipsos Imperii Status.*

21. *Rejicitur opinio Hermanni Vultejj existimantis, harum de sessione inter status Imperij, controversiarum judicem esse Cameram Imperialem.*

22. *Tempore Augusti & subsequentium Imperatorum Romanorum lites de sessionibus per solos Imperatores decisas fuisse probatur.*

23. *Controversias de Sessione interdum ad Senatum Romanum delatas fuisse, ex C. Tacito evincitur.*

24. *Nostro tempore controversiarum de sessione competens judex habetur ipse Cæsar.*

25. *Lites sessionum, si inter Principes disceptantes coram Austregis proposita, decisio non Austregis, sed soli Imperatori competit.*

26. *Status Imperij de Sessionibus disceptantes jura sua in scriptis adducta Cæsari offerre tenentur.*

27. *Quoties à Carolo V. Imperatore, & Ferdinando spes facta statibus Imperij, fore ut sessionum lites componerentur, ex Recessibus Imperij ostensum.*

28. *De sessione litigantes in aula Cæsaris tam in petitorio, quàm in possessorio actiones invicem instituere, & causæ merita ternis, in universum, scriptis, proponere coguntur.*

29. *Status Imperij ex possessione vel quasi, aut inveterata consuetudine sibi præcedentiam asserunt, quò etiam referendum argumentum à subscriptione Recessuum Imperij petitum.*

DE Judice Controversiarum de præcedentiâ & Sessione, nec non modo procedendi acturus, ante omnia distinguendum existimo inter dissidia Sessionum, inter Ecclesiasticos & Seculares Proce-
1. res oborta. Quod Ecclesiasticas Personas Archi-Episcopos, Episcopos, aliosve concernit, constat, Pontificem Maximum harum Controversiarum decisionem sibi vindicâsse, & exstat ea de re Bulla Gregorii XIII. incip. exposcit. 15. Julii 1582. Cujus Bullæ frequens mentio apud Augustinum Barbosam *in decision- Apostolic. passim, & in Collectan. Dd. in*
2. *Concil. Trident. Sess. 25. cap. 13. n. 11*, Interdum & in Conciliis à Patribꝰ Conciliorum hæ Sessionum quæstiones compositæ, uti videre licet apud
3. Sigonium. *lib. 8. Regni Italiæ.* Quoad inferiores Personas Ecclesiasticas cognitionem harum de Sessione litium ad Episcopos pertinere constat, unde in Concilio Tridentino *Sessione 25. cap. 13* hâc de re sequentia habentur. Controversias omnes de præcedentia quæ persæpe cum scandalo oriuntur, inter Ecclesiasticas Personas tam seculares, quam Regulares, cùm in processionibus publicis, tùm in iis, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferenda umbella & aliis similibus, Episcopꝰ amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscunq; componat. *&c.*
4. Quoad Seculares Principes, si inter Reges neminem superiorem recognoscentes, aut liberas Respublicas ejusmodi controversiæ moveantur, cùm nemo sibi judicandi potestatem vindicare possit, cuidam vel pluribus, utriusq; partis consensu dijudicandi de hisce potestas concessa fuit. Factum id in famosa ista Præcedentiæ Controversia inter Christianum
5. Galliæ & Catholicum Hispaniæ Reges, etenim Duci & Senatui Veneto petentibus id, & instanter flagitantibus amborum Regum Legatis judicium commissum sive potestas judicandi de utriusq; præeminentia & juribus, à quibus pro Gallo judicatum fuit, Goldast. *in Senior. lib. 1. c. 30. n. 11.* idq; in similibus dissidiis observatum. Sanè, jure gentium moratiorum
6. unanimi receptum, ut inter eos, qui communem judicem nullum habent arbitri assumantur, in eosq; conpromittatur ac judicium hisce permittatur, quod & in aliis causis sæpius factum fuisse Historici testantur. Ita Magnus Rex Suediæ arbiter sumptus inter Ericos duos Daniæ & Norva-
7. giæ Reges. Arbitri itidem sumpti inter magnum Norwagiæ & Canutum Daniæ Reges de regno utroq; certantes, & Comes Holsatus arbiter electꝰ inter Regem Danię, & fratres, Pontano memorante *libro 7. Historiæ Danica.* Adde exempla apud Marianam *lib. 24. cap. 20. 29. cap. 23.* Parutam *lib.*

lib. 7. & 11. Crantzium *lib. 6. Saxon. c. 15* In fœdere Lacedæmoniorum & Argivorum apud Thucydidem *lib. 5.* inter alia hæc habebantur: αἰ δέ τι τῶν ξυμμάχων πόλις πόλει ἐρίζοι, ἐς πόλιν ἐλθεῖν ἄν τινα ἴσαν ἀμφοῖν ταῖς πολίεσσι δοκοίη. M. Antonium multi extra Romanum Imperium populi Controversiarum suarum, ut bella vitarent, arbitrum sumpsere, cujus rei meminit Victor, aliive. Cyrus sibi & Assyrio arbitrum esse voluit Regem Indorum; Xenoph. *Cyrop. lib. 2.* Isocrates *in Oratione adversus Ctesiphontem* laudat Philippum Macedonem, quòd, quas habebat cùm Atheniensibus controversias, de iis paratus esset arbitrium permittere alicui civitati, æquæ utrique parti, ἐπιτρέπειν πόλει τινὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ. Romani ipsi de controversia cùm Samnitibus apud Livium *lib. 8.* ad communes socios provocant. Cæterum, an ab ejusmodi sententia ab arbitris prolata appellare licebit? sanè, inter Reges ac populos provocationem locum non habere, 8. notat H. Grotius *lib. 3. de Jure Belli ac Pacis. cap. 20 §. 46.* Nulla enim hic est potestas superior, subjungit idem, quæ promissi vinculum aut impediat, aut solvat. Standum ergo omnino sive æquum, sive iniquum pronuntiaverint, ita ut Plinii illud *in præfat. Nat. hist.* huc rectè aptes: summum quisque causæ suæ judicem facit, quemcunq; eligit. Hæc Grotius *d. l.* alioquin jure civili ab arbitris conpromissariis, qui voluntate 9. partium electi, eorumq; sententia appellare non licere, patet ex text. expresso *in l. 1. C. de recept. arbitr. l. non distinguemus 32. §. cùm quidam arbiter. 14. D. eod. l. ult. D. Famil. ercisc. Gail. 1. O. 1. n. 49. & O. 149. n. 1. & seq & O. 50.* Mynsing *Cent. 4. Obs. 68. n. 2. & sequ.* secus obtinet in arbitris, qui non ex voluntate & consensu partium, sed ex juris necessitate recipiuntur, à quorum sententiis appellationes permissæ, text. express *in l. arbitrio. 9. D. qui satisdar. cogunt. l. ult. sub finem. C. de judic.* 10. *c. arbitris 11. de offic. Deleg. in 6.* Ratio diversitatis est, quia in illis arbitris partes sibi imputare debent, quod in ejusmodi imperitos vel iniquos arbitros compromiserint; hi verò ex necessitate juris dati, nihil aliud sunt, quàm judices, & proinde ab iis appellari posse constat, *d. l. 9. D. qui satisd. cogunt. d. c. 11. de offic. deleg. in 6.* Vide Belichium *practic. Conclus. Conclus. 35.*

Cæterùm, quod Contoversias Sessionum inter Principes & Status Imperii concernit, Bertramus *de Comitiis th. 67.* soli Imperatori jus ferendæ sententiæ tribuere videtur, à quo non sunt alieni alii Juris publici authores, & confirmant id ipsum textus satis aperti in Recessibus Imperii

R. A. zu Augspurg de Anno 1551. §. letzlich. ibi. das wir oder unsere Commissarien sie gutlich oder rechtlich entscheiden wollen / R. A. zu Regensburg de Anno 1567. §. Als sich auch. ibi. und seyn wir nachmahls des gnedigen erbietens / moglichen fleiß fürzuwenden / nach befindung eins jeden Gerechtigkeit sie solcher Irrung der Session / auff ziemliche leidliche wege zuvereinen und zuvertragen / oder sonsten nach billichkeit zuentscheiden. R. A. zu Regensburg de Anno 1576. §. Ferners & §. sequenti. wan dan/ibi. Aber dieweil diese streitige Sessions sachen / dermasen beschaffen / das dieselbigen mehrertheils / die Chur und Fürsten / so einander verwandt und befreündt / mit belangen thäten / darumb ihnen nicht gebüren wollen / derselben Relation und Decision beyzuwohnen: und das nicht allein verdacht zuvorkommen / sondern auch weil sie mit relaxirung ihrer aide darzu nicht qualificiret, derhalben uns unterthänig gebeten / sie für entschuldiget gnediglich zunemen: mit dem angehengten unterthänigsten vermelden / weil uns uber solche Sachen / vermöge Speirischen Reichs Abscheids / zuerkennen gentzlich heimgestellet / das sie kein zweifel trügen / wir würden selbst darüber / was da Recht und billich seyn würde / zuerkennen und ergehen zulassen
12. geneigt seyn. Contrarium, scilicet Imperatori soli dijudicandi potestatem concessam non esse, arridet Limnæo *tomo. 1 de Jure publico lib. 2. cap. 9. n. 92.* propter ea , quæ habentur in Recessu Imperii zu Augsburg de Anno 1500. sub Tit. Wie die irrung der Session zwischen den Fürsten hingelegt werden soll durch das Regiment. §. Weiter nach dem. ibi. die wir den jenen / die es betrifft / furter zusenden / ihr antwort darin vernehmen / und alsdan solche schrifften und antwort unsern Chur-Fürsten zuschicken / ihren raht darinn hören / und darnach solch schrifft und antwort / auch mit den gemelten unsern und des Reichs Regenten besichtigen / ermassen und erwegen / und darauf zwischen den Partheyen deßhalb entscheidt thun wollen / damit hinfür ein jeder derselben gegen dem andern seinen standt und Session wissen mög / und deßhalb irrung verhüt und vermithen bleib / confer præadductum Recessum Imperii Ratisbon. de Anno 1576. §. Wan dan die Churfürstliche Räht / ibi. doch da wir es ja nötig erachten würden / etlicher Stände oder Abgesandten bedencken / auch bey der Relation zuvernehmen: das wir etliche aus ihnen / so den sachen und Partheyen nicht verwandt / nachmahls darzu gnediglich erfordern möchten. Quod verò in eodem Recessu dicitur, decisionem harum Controversiarum , vigore Recessus Imperii Spirensis, soli Imperatori competere, ibi das uber dise Sachen vermöge Speirischen

Abscheids

Abscheidts dem Keyser zuerkennen gentzlich heimgestellet/ id ita interpretatur & exponit Limnæus d. l. quod (1.) Imperatori id specialiter tum concessum fuerit, & (2.) concessionem istam se extendisse ad certum individuum. Equidem constat, sæpius hujusmodi Controversias Sessionum inter Status Imperii Imperatorem solum dijudicâsse, prout legitur in der Churfürsten / Fürsten / und gemeiner Stände erster Relation und antwort auf dem Reichstag zu Augspurg Ann 1566. ibi. die erkäntnus zwischen den Ständen / so der Session halber streitig / hanget der Keyserlichen hochheit an / ist ihrer Majestäth / als dem Oberhaupt allein zustendig. Sæpius verò & cùm statuum Imperii consensu Imperatorem id fecisse constat, uti apparet ex Recessu Imperii zu Regensburg de Anno 1603. §. der in dem H. Reich pag. 788. ibi. Erklären Wir uns abermahls/ daß Wir zufolge unsers bey unterschiedlichen Reichstagen/ als im Jahr 76. 82. 94. und 98. gethanen Erbietens nach complirten Actis sambt etlichen auß Mittel des H. Reichs Churfürsten/ Fürsten/ und Stände Rähte darzu deputirten Personen/ und das jenige/ was hierunter von den Partheien einbracht/ einkommen / so forderlich es müglich referiren/ und alsdann was recht seyn wird/ erkennen und aussprechen wollen. 13.

Nonnunquam etiam & ad Austregas controversiæ præcedentiæ decidendæ ac componendæ remissæ sunt, ceu apparet ex Recessu Imperii Spirensi de Anno 1570. §. Zum letzten ibi: Als auch zwischen etlichen Ständen nun ein lange Zeit hero/ der Session wegen/ keine geringe Streitigkeiten sich erhalten / so eines Theils seithero in der Güte verglichen/ theils auff unsere Außträge gestelt / die andern aber noch bey ihrer Unrichtigkeiten schweben/ dardurch dann die Stimmen in den Rähten abgehen/ und die furderliche expedition gemeiner Geschäfft nicht wenig verhindert werden; 14.

Hoc tamen ita accipiendum, si Principes ex conventione suos peculiares judices habeant, uti constat ex §. sequenti. Damit nun d. Recess. Imperii de Anno 1570. ibi. Wollen/ ordnen und statuiren Wir hiemit/ daß die der Session wegen streitige Stände/ so sich auff sondere Außträge mit ein ander verglichen/ darauff ihrer Vergleichung nach ferners doch zugleich in possessorio & petitorio biß zum endlichen Beschluß verfahren/ und unsere Erkandnüß darüber erwarten sollen; 15.

Alioquin Austregarum Judices in hisce litibus, judices competentes non esse, tradit Frider. Lentius *de Austreg. cap. 9. conclus. 84.* 16.

Requirit verò Ordinatio Cameræ, ut Austregarum Processus intra semestre spatium à die inchoati judicii supputandum, vel ad summum, si justę & relevantes, 17.

protra-

protractionis causę sint, intra annum & diem absolvantur. §. Dieselben &c.
18. *ordinat. t. 4. & in fin. tit. 3.* Sed, quid si ulteriùs dilatâ definitivâ demum post annum & aliquot menses sententia feratur, an sententia erit nulla? Negat Petrus Frider. Mindan. *lib. 1. de process. mand. & monit. c. 19. §. 5. p. m. 84.* quod ille terminus in causis arduis, non possit ita strictè observari, quod sanè in causis sessionum, utpote quę magni pręjudicii, locum sibi potissimùm vindicat. De Austregis vide eund. Mindan. *d. lib. 1. cap. 16. 17. 18. & 19.* Lent. & Seubhard. *in specialib. tr. de Austregis.* Et verò
19. ordinariè Tribunal, coram quo discutiendę controversię Sessionum inter Status Imperii, est aula Imperatoris. R. A. zu Speyer de Anno 1570. §. Den andern aber/ ibi. darin ein jeder Stand/ so zu den andern der Session halben zuklagen &c. an unsern Kays. Hoff duplirt eingeben. Sanè,
20. quòd in hoc usque tempus indecisæ hæ lites manserint, non stetit penes Imperatores, sed ipsos Imperii Status, uti dicitur in Recessu Imperii Ratisbonensi de Anno 603. §. Der in dem Heil. Reich/ ibi. Dann sie sich bißhero mehrentheil selber gehindert & in §. seq. Imp. Rudolpus. Demnach befehlen Wir denenselben / daß sie ihre jura, oder andere Notturfftliche Handlung/ dardurch jeder Theil sein Vornehmen zu beschönen vermeinet/ zum forderlichstem bey uns anbringen/ und deduciren sollen/ ohn daß ihnen die verbleibende Abhelffung solcher Streit / selbst mochte zugemessen werden. Porro, Hermannus Vultejus Jure Consultus acutissimus *ad l. 1.*
21. *n. 30. C. ubi caus. fiscal.* putavit Judicem harum controversiarum esse Cameram Imperialem, quod rectè improbat Nolden *in Synopt. tract. de stat. Nobil. civili. cap. 19. n. 62.* cùm hujus jurisdictio in materia Sessionis fundata non sit.

Cæterum tempore Augusti & subsequentium Imperatorum Romanorum, lites de Sessionibus per solos Imperatores decisas Historici testantur De Augusto id ipsum tradit Suetonius *in ejus vita cap. 44.*
22. Facto igitur decreto patrum, *ait*, ut, quoties quid spectandi usquam publicè ederetur, primus Subselliorum ordo vacaret Senatoribus, Romæ legatos liberarum sociarumque gentium vetuit Orchestra considere, cum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset. Militem secrevit à populo, maritis è plebe proprios ordines assignavit, prætextatis cuneum suum & proximum pædagogis, sanxitque, ne quis pullatorum mediâ caveâ sederet. Fæminis, ne gladiatores quidem, quos promiscuè spectari solenne olim erat, nisi ex superiore loco spectare concessit. Solis virginibus Vestalibus locum in theatro sepa-

separatim, & contra Prætoris tribunal dedit. *Hæc Suet.* Causam verò quæ movit Augustum, ut hæc constitueret, exponit Suetonius *capite præcedenti 43. in fin. ibi.* Spectandi confusissimum ac solutissimum morem, correxit ordinavitq; motus injuria Senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos consessu frequenti nemo receperat. Post Augustum ab Imp. Claudio certa Senatoribus promiscuè, non quidem cum equitibus, (quod ipsum ne ultra fieret Augustus ipse caverat) sed nunc hic, nunc illic spectare solitis, & propria loca constituta sunt, in aliquâ regione Circi maximi: idque Suetonius in Claudio cap. 21. ostendit, si ut oportet, explicetur, ex Dione lib. 60. cujus hâc de re locum observavit Petrus Faber *lib. 2. Semestrium cap. 6. p. m. 79.* Equidem ut Claudius Senatoribus, ita etiam Nero loca equiti secreta à cæteris tribuit ludis circensibus, id quod à Suetonio cap. 11. traditum scimus: & leviter à Plinio lib. 8. Natural. histor. cap. 7. notatum. Porrò cùm ista Claudii ac Neronis constitutio non amplius observaretur, & plebs in equestribus promiscuè cùm equitibus spectaret: hanc theatralem licentiam Domitianus inhibuit, testes hujus rei Suetonius in Domitiano *c. 8* & Martialis, qui ejus Principis temporibus vixit *Epigr. 8. lib. 5. ibi.*

Edictum Domini Deique nostri,
Quo subsellia certiora fiunt,
Et puros eques ordines recepit:
Dum laudat modò Phasis in theatro,
Phasis purpureis ruber lacernis:
Et jactat tumido superbus ore,
Tandem commodiùs licet sedere,
Nunc est reddita dignitas equestris,
Turba non premimur, nec inquinamur:
Hæc & talia dum refert supinus:
Illas purpureas & arrogantes
Jussit surgere Lectius lacernas.

Porrò, constat Justinianum Imperatorem constituisse certum ordinem sedendi inter Magistratus Romanos *in Novell. 131.* Interdum quoque de Sessione controversias ad Senatum delatas fuisse, Romani historici testantur. 23. Tale quid de Domitio Corbulone memorat Cornelius Tacitus *Annalium lib. 3.* Domitius Corbulo, *ait*, prętura functus de L. Sulla nobili juvene questus est apud Senatum, quòd sibi inter spectacula

M gladia-

gladiatorum loco non decessisset, pro Corbulone ætas, patrius mos, studia Seniorum erant: contrà Mamercus Scaurus, & L. Arruntius, aliique Sullæ propinqui nitebantur. Certabant orationibus, & memorabantur exempla majorum, qui juventutis inreverentiam gravibus decretis notavissent, donec Drusus apta temperandis animis disseruit, & satisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus simul ac vitricus Sullæ, & oratorum ea ætate uberrimus erat. *Hactenus Tacitus d. l.* Spectat huc Senatus Consultum L. Cornelio Cinna & Valerio Messala Coss. factum, ex quo Senatusconsulto ludis circensibus separatim Senatores, separatim Equites à reliquo populo spectasse, Dio *lib. 55.* idque suis adhuc temporibus observatum tradit his ferè verbis: καὶ τὰς ἱπποδρομίας χωρὶς μὲν οἱ βουλευταί, χωρὶς δὲ οἱ ἱππεῖς ἀπὸ τοῦ λοιποῦ πλήθους εἶδον, ὃ καὶ νῦν γίγνεται. Ludi circensci seorsim à patriciis, ac equestribus spectati sunt, quod adhuc moris est: *&c.* Ex
24. quibus apparet etiam antiquis temporibus cognitionem de hisce litibus Impp. competiisse. Sanè nostro tempore harum controversiarum, ut dixi, competens Judex habetur ipse Cæsar. R. A. de Anno 1594. §. Letzlich/ Schrader. *vol. 1. consil. 4. n. 303. vers. Sed hæc causa.* cùm enim magni sint præjudicii, sine superioris authoritate componi non possunt, Grat. *tom. 2. discept. for. c. 268. n. 2.* Et notari meretur, quòd hæ lites
25. Sessionum, si inter Principes disceptantes, coram Austregis propositæ, & utriusq; partis jura adducta, decisio tamen controversiæ non Austregis, sed soli Imperatori competat, per textum expressum in Recess. Imperii Spirens. de Anno 1570. §. Zum letzten/ & §. sequenti, Damit nun/ ibi. Daß die der Session wegen streitige Stände/ so sich auff sondere Außträge mit einander verglichen/ darauff ihrer Vergleichung nach ferners/ doch zugleich in possessorio & petitorio biß zum endlichen Beschluß verfahren/ und unsere Erkandnuß darüber erwarten sollen/ Denais. *in jur. Camer. tit. 287. §. 2.*

Modum procedendi quod attinet, jam dudum in Comitiis August. de Anno 1500. constitutum, ut Status Imperii disceptantes, de sessio-
26. nibus jura sua in scriptis adducta, offerrent Cæsari, prout testatur R. A. zu Augsburg de Anno 1500. tit. Wie die Irrung der Session zwischen den Fürsten hingelegt werden soll. §. Weiter/ ibi. Setzen/ ordnen/ und wollen darauff/ daß alle und jede Stände des H. Reichs/ was Würden/ Standes/ oder Wesens die seynd/ so der Session oder Standes halben gegen oder mit einander streitig oder irrig seynd/ ihre Gerechtigkeit oder Grund in sol-

chen

chen Sachen/ hie zwischen S. Martins Tag negst kompt/ Vns oder dem/ so an unser statt sitzen wird / und Vnsern und des Reichs verordneten Regenten gen Nurnberg in Schrifften zuschicken sollen/ die Wir den jenen die es betrifft furter zusenden / ihr Antwort darin vernehmen/ &c. & paulò pòst, und darauff zwischen den Partheyen deßhalb entscheid thun wöllen/ Postmodum in Comitiis Imperii de anno 1530. zu Augsburg Carolus V. gloriosissimus Imperator promisit, post oblatas deductiones jurium, se sessionum lites intra annum compositurum, R. A. de dicto Anno 1530. §. Item als sich. ibi. Vnd sollen und wollen Wir / unserer ihnen beschehenen Vertröstung nach / allen moglichen Fleiß fürwenden / nach übergebung eines jeden Gerechtigkeit / in Jahrs Frist darnach sie solcher Irrung der Session auff zimlich leidlich Wege zuvereinen und zuvertragen. Sequenti Anno 1530. in Comitiis Ratisbonens. iterum spes facta Statibus Imperii, fore, ut componerentur hæ lites, à Cæsare Carolo V. ante proximorum Comitiorum adventum, R. A. zu Regensburg de Anno 1532. §. Item/ ibi. zum forderlichstem / und hie zwischen dem nechsten Reichstag/ sie solcher Irrung der Session &c. zuvertragen. Repetita hæc promissio à Carolo V. in Comitiis Ratisbonensibus de Anno 1541. testante Recess. d. Anno 41. §: Wir sollen/ ibi solche Irrung der Session halben/ zum forderlichsten zu gutlicher Vergleichung oder Erorterung zubringen/ wie Wir solches gemeine Stende zu etlichen mahlen vertröst haben. Itidem factum & promissum toties quoties à Carolo V. in Comitiis Spirens. de Anno 1542. R. A. zu Speyer de Anno 1542. §. Wir sollen/ necnon in Comitiis Spirens. de Anno 1545. R. A. zu Speyer de Anno 1545. §. Vnd als sich im anfang adde R. A. zu Augsburg de Anno 1551. §. Letzlich als im jungstem. Tandem in Comititiis Augustæ Vindelicorum anno 1559. habitis Ferdinandus Cæsar, Magni Principis Caroli V. successor in Imperio, promisit Statibus Imperii, fore, ut Commissarii constituerentur qui amicabilem compositionem litium de sessione tentarent, quòd si id fieri non posset, neque compositionem amicabilem status de sessione disceptantes admitterent, se assumptis quibusdam Electoribus & Principibus qui nullum interesse, quoad lites sessionum haberent, perceptis utriusq; partis juribus pronunciaturum R. A. zu Augsburg de anno 1559. §. Als sich dann auch biß hero. ibi. Wie wir dann auch gnediglich bedacht/ zwischen denselbigen Ständen/ so der Session halben streitig/ Commissarien, doch allein zu gutlicher Handlung/ und Vergleichung/ zu 17.

verordnen. Im fall aber / sie darin allerseits gütlich nicht vertragen werden mögten / wollen wir alsdann / auff nechst künfftiger Reichsversamblung / etliche der Sachen unverwandte Chur / Fürsten und Stände zu uns ziehen und sambt denselbigen nach gnugsahmer Vernemmung / jedes theils habenden Gerechtigkeiten / in Sachen endlichen rechtlichen Außspruch / und Erkandnüß thuen; Hoc ipsum tamen factum non fuisse, patet ex Comitiis sequentibus de Anno 1566. testante R. A. zu Augspurg de Anno 1566. §. Alß sich auch. Porrò, cùm ut fieri possit, summariissimè, ut loquuntur, heic procedendum, Bursat. *lib. 4. consil. 343. n. 74. Dd. in c. Ecclesia de caus. possess. & propriet.* in Recessu Imperii Spirensi de Anno 1570. constitutum, ut de Sesione litigantes, in aula Cæsaris tam in pe-
28. titorio, quàm in possessorio, actiones invicem instituerent, & causæ merita ternis in universum scriptis proponerent. Denais. *in jur Camer. tit. 287. §. 2.* & expresse id habetur in §. Den andern aber d. Recess. Imperii de anno 1570. ibi. darin ein jeder Stand / so zu den andern der Session halben zuklagen / seine Klage auch sämptlich in possessorio & petitorio an unserm Keys. Hoff duplirt eingeben / darauff sein Gegentheil (der seyen ein oder mehr) auch in Zeit sechs Monat antworten / und darneben seinen Gegenbericht an Unserm Keys. Hoff auch duplirt fürbringen / darauff dann einjeder mit noch zweyn Rechtsätz oder producten gehört / damit zu unserer endlicher Erkändnüß gestelt werden soll / *&c.* Ex quibus verò argumentis inter Reges Principesve hæ controversiæ Sessionum decidendæ sint, *supra cap. 6.* diximus. Quoad Status Impe-
29. rii itidem dictum, eos ut plurimum ex possessione vel quasi, aut ex inveterata consuetudine argumentari, sibiq; præcedentiam asserere, ut nihil nunc dicam de subscriptione recessuum Imperii, aliisve rationibus, quæ in hisce litibus adduci solent, cùm ea de re supra actum. Interea verò, dum Imperator de hisce controversiis cognoscit, meritò quilibet in possessione Sessionis vel quasi tuendus, quod expressè habetur in d. Recessu Imperii Spirensi de Anno 1570. §. Aber im mittelst / ibi. sol ein jeder bey seiner possession vel quasi, wie die hergebracht gelassen seyn &c. Porrò Status Imperii jura sua ratione præcedentiæ adduxerunt in posterioribus Imperii Comitiis, & usq; ad conclusionem perventum, ita ut exspectata decisio Cæsaris, prout apparet ex actis Comitiorum Ratisbonensium de Anno 1576. attestante R. A. zu Regensburg de d. Anno 1576. §. Ferners und zum siebenden ibi. und aber theils in solchen sachen

nun

nunmehr / vermög Speirisch en nechsten Reichs Abschiedts / zum beschluß kommen / so seye unser gnediges begehren / etliche personen aus allen dreyen Reichs Rähten zuverordnen / so neben unsern Keys. Commissarien solche Acten ersehen / und uns ordentlich / was darin zusprechen referiren solten. Ast verò ista decisio secuta non fuit. Ex quibus apparet, verissimum esse, quod suprà diximus, non penes Cæsarem, sed ipsos Imperii Status stetisse, quod hactenus hæ lites indecisæ manserint, qua de re etiam Cæsarea Majestas conqueritur in Recessu Imperii Ratisbonensi de Anno 603. §. der in dem H. Reich. Cæterùm, quæ actiones ratione præcedentiæ & Sessionis, tam in possessorio, quàm in petitorio competant capite sequenti dicturi sumus.

CAPUT. IX.

De actionibus & remediis tam possessoriis, quàm petitoriis, quæ pro tuendâ & conservandâ Sessionis prærogativâ competunt.

SUMMARIA.

1. Pro conservanda possessione Sessionis competunt remedia possessoria.

2. De sessione litigantes in possessorio & petitorio simul agere possunt, & ad hoc tenentur, vigore Recessuum Imperij.

3. Referuntur Dd. qui respectu jurium & rerum incorporalium possessorium & petitorium, in uno eodemq; libello proponi, & cumulari posse statuunt.

4. Adducitur Wesembecij opinio de cumulatione interdicti unde vi recuperanda, & uti possidetis retinenda.

5. Hæc duo remedia in puncto sessionis conjungi & cumulari posse constat.

6. An secundum rationem juris possessorium cum petitorio cumulari possit?

7. Evincitur multis juris textibus, ordinarij juris esse, ut prius de possessione judicetur, ac tunc demum proprietatis causa ob eodem judice decidatur.

8. Alia argumenta afferuntur, quibus probatur secundum rationem juris possessorium cum petitorio cumulari non posse.

9. Allegans contraria audiendus non est, sed à limine judicij repellendus.

10. Referuntur Dd. qui statuunt interdicta recuperandæ & retinendæ in uno libello cumulari non posse.

11. Respondetur ad argumenta dissentientis Noldenij.

12. Argumentis evincitur, possessionem bonorum defuncti, ne quidem in suum

suum heredem absq; nova apprehensione possesionis transire, contra Carpzovium dissentientem.

13. *Exponitur l. 18. §. 1. D. de vi & vi armat.*

14. *Lex quæ varios intellectus habet, nullum certum præbere argumentum, nec ad causæ decisionem allegari potest.*

15. *Possesio vel quasi sessionum & jurium incorporalium, neque per unum neq; per plures actus acquiritur, nisi intercedat scientia & patientia ejus de cujus præjudicio agitur.*

16. *Cæteroquin ista præcedentiæ possesio pro injusta & violenta habetur.*

17. *Examinatur opinio Noldenij existimantis turbatum in possessione sessionis, animo possessionem sessionis vel quasi retinuisse.*

18. *Sessionis nomine competit interdictum uti possidetis.*

19. *Examinatur & rejicitur opinio Noldenij, qui existimat hoc interdictum possidetis esse recuperandæ possesionis.*

20. *Interdictum uti possidetis non modo pro rebus corporalibus, sed etiam incorporalibus competere probatur.*

21. *Datur hoc interdictum ei, qui turbatur in possessione Regalium, & jurisdictionis vel quasi possessione.*

22. *Agens ex hoc interdicto. Uti possi[illegible] respectu Sessionis, duo, nimirum [illegible] pore turbationis possedisse, & turbatum esse, probare tenetur.*

23. *Possesio Sessionis ab actore primo omnium probanda.*

24. *Possidentem possessione sua privare non licet, antequam per [illegible] de veritate causæ principalis constiterit.*

25. *In possessionis quæstione ipsa possessio pro titulo est.*

26. *Actor in hoc interdicto, probare etiam debet, quod eo tempore quo turbaretur, & quo lis contestaretur in possessione vel quasi præcedentiæ fuerit.*

27. *Quomodo conclusio in hoc interdicto in libelli narratione formanda?*

28. *Illustratur hoc ipsum exemplo Legatorum Megapolitanorum, qui super turbata sessionis possessione conquesti fuerunt.*

29. *Ratione Sessionis competit remedium c. redintegranda.*

30. *Hoc remedium conceditur pro rerum incorporalium possessione recuperanda, ac plenissimum ac tutissimum remedium dicitur.*

31. *Quid in hoc remedio probandum?*

32. *Probatur in terminis, quod remedium c. redintegranda competat iis, qui à possessione sessionis dejecti fuerint.*

33. *Idem remedium competit patrono Ecclesiæ, qui sedem in Ecclesia habuit, & ab ea dejectus est.*

34. *Patronus Ecclesiæ, primum locum in processione Ecclesiæ obtinere debet, & si Princeps sit, eidem processione Clericorum obviam eundum, quod exemplo Ducis Veneti, qui S. Marci Ecclesiæ, quæ Venetiis est, patronus existit, illustratur.*

35. *Ob sellas & sedes in templis, competentes, remedia possessoria dantur.*

36. *An remedium c. redintegrandæ cum interdicto retinendæ hâc in sessionis materia cumulari possit?*

37. *Si metus sit, ne partes litigantes ad arma deveniant, sequestrari poterit possessio, vel quasi juris praeundi.*

38. *Reprobatur opinio Franc. Sarmient. qui distinctionem judicij possessorij in ordinarium & summariissimum, purum commentum interpretum esse, asserit.*

39. *Ratione Sessionis competit actio confessoria & negatoria utilis.*

40. *Hæc actio non modò pro jure corporali, sed & incorporali competit, quod exempl[illegible]ratur.*

41. *Ratione Sessionis competit quoque remedium extraordinarium, officium scilicet judicis.*

42. *Imploratur officium judicis adversus eum, qui ordinem turbare, & sessionem alteri debitam, sibi vindicare cupit.*

43. *An ratione sessionis & præcedentiæ competat actio injuriarum?*

44. *Exponitur l. 13. §. 4. D. de injur.*

45. *Nobiles sibi rationabiliter honorem arrogant.*

46. *Sessionum jura conservantur etiam per factas protestationes.*

47. *Hujusce rei exempla quamplurima ex actis publicis adducuntur.*

48. *Per protestationes interpositas integrum servatur jus protestantium.*

49. *Protestatio non ex intervallo: sed in ipso facto interponi debet.*

50. *An protestationi non contradicens sibi vel principali suo præjudicet?*

51. *An is, qui in prælatione & præeminentia dignitatis turbatur, possit armata manu turbanti resistere?*

52. *Exempla hujusce rei quamplurima afferuntur lectu jucunda.*

53. *Authoris ea de re sententia proponitur.*

DE judice controversiarum in causis sessionum competenti, pro instituti ratione dictum fuit, superest ut de actionibus & mediis, quæ ratione præcedentiæ & sessionis jure conceduntur, quædam subjiciamus. Et quidem quod possessorium attinet, pro conservanda possessione Sessionis, competunt remedia possessoria, 1.
& licet cumulationem petitorii & possessorii non admittere videantur, P. Barbosa *ad l. si de vi 37. n. 377. D. Sol. matr.* & Menochius *de retin. poss. rem. 3. n. 513. & seqq. ac n. 526.* attamen de sessione litigantes in 2.
possessorio & petitorio simul agere posse voluerunt, Schrader. *vol. 1. consil. 4. n. 257.* & Knichen *de Sax. non prov. jur. c. 2. n. 152.* quinimo simul agere & respondere tenentur, vigore Recessus Imperii Spirensis de Anno 1570. §. damit nun ibi. doch zugleich in possessorio & petitorio bis zum endlichen beschluß verfaren. & §. sequenti den andern aber ibi.

ein jeder Standt / so zu den andern der Session halben zuklagen / seine klag auch samptlich in possessorio & petitorio an unserm Keys. Hoff duplirt eingeben / planè respectu jurium & rerum incorporalium, possessorium
3. & petitorium in uno eodemq; libello proponi & cumulari posse, statuerunt Gylman. *Symphor. tom. 2. p. 3. tit. 10. voto. 4. n. 17. & 19.* Cothman *vol. 4. consil. 47. n. 9.* Arnold. de Reyger *in exercitat. practic. Disp. 1. th. 10.* add. Gail. *1. O. 63.* & utrumq; interdictum unde vi recu-
4. perandæ, & uti possidetis retinendæ rectè cumulari posse, tradit Wesembecius *part. 1. consil. 7. n. 5.* ibi. rectè posset utrumq; cumulari: videlicet & recuperandæ, & retinendæ: sicut diversis respectibus, & præsertim in dubio possessionis conjungi possunt, Ias. *in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 154. de acquir. possess.* petendo scilicet restitui possessionem quatenus de facto & re ipsa spoliata & possessori adempta est. *Hæc Wesembec. d. l.* ubi plura de cumulatione possessorii cum & petitorio ad-
5. duxit. Atq; in puncto Sessionis hæc duo remedia conjungi & cumulari posse, responderunt, Lud Gremp, & Hier zum Lamb *in consil.* von der Erbaren Frey und Reichs-Statt Session &c, *circa finem. §.* So viel nun erstlich &c. & factum id esse in Camera in causa Imling contra Heilbrun 20. April Anno 91. notat Gylmann. *tom. 3. Symphor. verb.*
6. *Injuria, fol. 195.* Sanè, si in puncto juris hæc examinetur quæstio, an possessorium cum petitorio cumulari posit? res est summæ difficultatis, & vocat Menochius *retinen. possess. rem. 3. n. 511.* hanc quæstionem difficilem, & quæ omnium ingenia exercuerit. Quâ de quæstione diversæ Veterum exstant opiniones, ut refert Bartol. *in l. 12. §. 1. de acquir. possess. n. 14.* Quidam, uti Joh. Anan. & Azo, statuerunt, nullum possessorium posse concurrere cum petitorio. Alii, inter quos Marcellus, putarunt, petitorium & possessorium retinendæ tantùm non posse concurrere, cætera verò bene cumulari posse. Ast Pet. de Bellapert. omne possessorium cum petitorio intentari posse scribit, adde Arnold. de Reiger *exercit. pract. disp. 1. th. 10.* ubi plures hujus opinionis authores adducit. Quam opinionem Cyn. *in l. ordinarii. C. de R. V.* veram esse dicit, sicut Evangelium, sed Bartold. *d. l.* falsam esse ait, sicut Judam Ischarioten. Cæterum, quòd possessorium cum petitorio jure civili commodè cumulari non possit, suadere videntur textus juris expressi, in quibus contine-
7. tur, ordinarii juris esse, ut prius de possessione judicetur, ac tunc demum proprietatis causa ab eodē judice decidatur, ut loquuntur Impp. Dioclet.
&

& Maxim. *in l. 13. C. de R. V.* & iidem Impp. *in l. 3. C. de interdict.* Incerti juris non est, *ajunt,* orta proprietatis & possessionis lite, priùs possessionis decidi oportere quæstionem competentibus actionibus. Et Callistratus *in l. 37. D. de judic.* Si de vi & possessione quæratur; *ait,* priùs cognoscendum de vi, quàm de proprietate rei, Divus Hadrianus τῷ κοινῷ τῶν θεσσαλῶν idem rescripsit. Ulpianus idipsum luculenter confirmat *in l. 7. §. 3. D. de liberal. caus.* Cùm, *inquit,* incertum est in controversia de libertate, uter sit actor aut reus? primò disceptandum, uter sit in possessione libertatis aut servitutis. idem dicitur *in l. 1. C. de appellat.* ibi: priùs de possessione pronunciare præses provinciæ debuit, *l. 3. C. Finium Regundorum,* ibi: priùs possessionis quæstio finiatur. *& §. 4. Inst. de Interdict.* ibi: antè quæratur, uter ex litigatoribus possidere, & uter petere debeat, namq; nisi antè exploratum fuerit, subjungit sacratissimus Imperator Justinianus, utrius eorum possessio sit: non potest petitoria actio institui: quia & civilis, & naturalis ratio facit, ut alius possideat, & alius à possidente petat. Deinde (2.) constat *ex l. 12. §. 1. D. de acquir. vel amit. poss.* quòd nihil commune habeat, proprietas cum possessione. Porrò, (3.) Quandocunq; contrariæ actiones in judicium deducuntur, locum non habet cumulatio. Atqui, qui possessorium & peti- 8.
torium simul intentat, contrarias actiones in judicium deducit Ergo, locum non habet cumulatio. Major habetur *in c. sollicitudini ext. de appellat.* ubi dicitur, quòd allegans contraria audiendus non sit, sed potiùs 9.
à limine judicii sit repellendus, idem habetur in jure nostro civili *in l. 188. D. de R. J. l. 13. §. 3. l. 27. D. de Reb. dub. l. 16. D. de condit. instit.* Minor patet, quia quatenus petitorium intentat quis, eo ipso adversarium possidere dicit, *l. 1. C. de alienat. judic. mut. caus. fact. §. 2. Inst. de action.* quatenus verò possessorio experitur, se possessorem contendit, Ergo, si hæ actiones simul intentantur, simul actor dicit, se non possidere, & possidere, & sic sibi contrarius est. Vide Georg. Frantzkium *Exerc. 14. Qu. 1. n. 20. & 21.* Porrò, qui petitorio agit, is se probationi offert, qui verò possessorio experitur, is se eadem re verâ eximere vult. Aut igitur, quia non constat, cui onus hoc injungendum sit, judicium hoc exitum habere non poterit, aut, si habere debet, necessariò alterum alteri erit præferendum: non petitorium, *d. l. 37. D. de judic. l. 3. C. fin. reg.* quia nec hoc consultum *l. 24. D. de R. V. E. possessorium,* quod legibus suprà ad- 10.
ductis conveniens est. Cæterùm, qui varias ac discrepantes Dd. hac de

re ſententias legere cupit, eum remitto ad Dominicum Cardinalem Tuſchum *tom. 6. Practic. concluſ. Concluſ. 550. per tot. p. m 181. & 182.* Sanè, eandem ob rationem utilia interdicta recuperandæ & retinendæ, in uno libello cumulari non poſſe, ſtatuerunt Meiſchner. *deciſ. Cam. 2. n. 5. tom. 4.* Colerus *conſil. 54. n. 10.* Bero. *lib. 3. conſil. 51. n. 2.* aliíve. Neq; rem expediunt aut nodum ſolvunt, quæ ad hæc affert Nolden *in Synopt. tract. de Stat. Nobil. civili. c. 138.* ſcilicet hæc intelligenda eſſe reſpectu
11. unius poſſesſionis. Cùm verò duæ ſint poſſesſiones, una naturalis, altera civilis, quæ apud diverſos eſſe poſſunt, *l. ſi duo in pr. D. Uti posſidet.* proinde eum, qui naturali poſſesſione ſpoliatus fuit, cùm civilem retinuerit, agere poſſe interdicto recuperandæ Unde Vi, nomine amiſſæ naturalis, petendo ſcilicet reſtitui poſſesſionem, quatenus de facto & re ipſa ſpoliata & poſſesſori adempta eſt, Bald. *in l. ſi de proprietate n. 15. C. ſi non à comp. judic.* Et interdicto Retinendæ Uti posſidetis, pro civili retenta, petendo retineri ac relinqui imperturbatum, quatenus civilis poſſesſio animo retenta fuit, & adhuc retinetur, ſicuti retineri animo civilis, quamvis amisſa naturâli poteſt. Verùm hæc reſponſio ſuſpecta videri posſet, cùm dependeat ex non rectè explicata civilis & naturalis posſesſionis diſtinctione. Supponit enim Nolden *d. l.* civilem poſſesſionem eſſe, quæ intellectu & animo; naturalem, quæ corpore detineatur, quæ ipſa à juris civilis ratione paulò aliena. Sanè, cùm omnis retentio præſupponat acquiſitionem, ſequitur certè, eam poſſesſionem ſaltem retineri, quæ antea erat acquiſita. Illa autem non nudi intellectus fuit, ſed ſimul corporis, quandoquidem nulla posſesſio animo ſolo acquiri posſit, *l. 3. §. 1. D. de acquir. posſes.* in qua Paulus. Et adipiſcimur posſesſionem corpore & animo. proinde etiam hæc ipſa, quæ animo retinetur, corporalis ut ſit, neceſſe eſt, Frantzk. *d. l. n. 28.* cui conſequens eſt, naturali posſesſione amisſa, confeſtim nos posſidere deſinere, nec animo posſesſionem amplius retineri, text. aperti, *in l. 3. §. 13. & ſeq. l. 6. §. fin. cum ſeq. l. 18. §. pen. l. 25. §. 1. l. 46. D. de acqu. vel amitt. posſ.* Deniq; huic diſtinctioni diſertè contradicit Scævola apud Ulpianum *in l. 1. D. ſi is qui teſtam. lib. eſs. juſs. &c. §. Scævola 15.* ibi: Idcirco hereditati furtum non fieri, quia posſesſionem hereditas non habet, quæ facti eſt & animi. Planè, ſi posſesſio & facti & animi eſt, quomodo præadducta Noldenii reſponſio ſubſiſtere poterit, ratione civilis posſesſionis præcedentiæ animo retentæ competere Interdictum Retinendæ uti posſi-

possidetis, ut scilicet imperturbatum relinquat in civili possessione, Recuperandæ verò interdictum unde Vi ratione naturalis possessionis amissæ dari. Equidem, si civilis est possessio, quæ animo retinetur, consequens est, discessu nostro naturalem possessionem nos amittere, & recessu iterum acquirere, quod ipsum etiam statuere videtur Coler. *part. 2. de process. exsecut. c. 3. n. 268.* sed hæc à mente JureConsultorum abhorrent. Vide Jas. *in l. 1. in pr. de acqu. possess* Obrechtum *part. 1. de possess. cap. 3. n. 119. & seq.* & post hos Frantzkium *d. l.* Planè, uti antè diximus, possessio acquiritur animo, & corpore, & quidem conjunctim, *d. l. 1. §. 3. & §. 9. D. de acquir. & amitt. poss.* nam ubi animus deest, hoc est, proæresis & electio, hoc vel illud faciendi, ibi ne actio quidem humana est, adeoq; ea nec hominem obligari, neq; alios obligare potest, prout nervosè demonstratum ab Aristotele *lib. 3. Eth. cap. 1.* Quemadmodum verò nulla possessio sine animo ac corpore acquiritur, ita sine iisdem nullam amitti posse, disertè habetur *in l. 8. D. de acquir. vel amitt. possess.* quamvis verò principaliter animo statim amittatur, *l. 17. §. 1. l. 44. §. fin. D. de acquir. vel amit. posses.* tamen etiam per consequentiam corpore amittitur, uti explicanda *d. l. 8.* quæ hac ratione non obstat, hisce consequens est, possessionem bonorum à defuncto relictorum, ne quidem in suum heredem absq; nova apprehensione possessionis transire, ut- 12.
ut contrarium visum fuerit Benedicto Carpzovio *in part. 3. decis. 224.* Equidem ubicunq; animus possidendi amittitur, ibi procul omni dubio & possessio ipsa amittitur. Atqui per mortem animus possidendi amittitur. E. & ipsa possessio. Major ex suprà dictis probata. Minor est *in d. l. 8. l. 17. §. 1. l. 44. D. de acquir. vel amitt. poss.* Defuncti igitur possessio exstincta, transire non potest. Quod enim exstinctum est, illud transire non potest, cùm non entis nullæ sint qualitates. Aut si transiit vivo testatore, tum aut utriq; possiderunt in solidum, quod est contra *l. 3. §. ex contrario. 5. D. de adquir. vel admitt. possess.* Non magis enim eadem possessio apud duos esse potest, quàm ut tu stare videaris in eo loco, in quo ego sto, vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris, ut eleganter Paulus loquitur *in d. l. 3. §. 5. D. de amittt. possess.* ubi Dionys. Gothofred. contraria solvit. add. *l. duo in solidum D. de precario.* & alioquin duo non possunt simul esse, & non esse. Aut verò possessio ex parte in heredem devoluta, & tum non tota transiit. Aut solus heres vivo testatore possidet, quod iterum contradictionem implicat, cùm viventis nulla sit he-

 reditas.

reditas. Et verò non opus multis rationibus id confirmare, cùm textus ea de re expressus & notabilis habeatur *in l.23. D. de acquir. vel amitt. possess.* vid. Gail. *2. observ. 129. per tot* Non obstat *l. miles. 30. D. ex quib. caus. major.* quia ibi non de possessione, sed de usucapione agitur, quæ ab herede, si possidet, compleri potest, *l. 13. D. de acquir. vel amitt. poss.* neq; novum in jure nostro est, possessionem sumi pro usucapione, *l. 19. D. de Acquir. vel amitt. poss. l. 26. D. ibid. l. 16. de usucap.* nec contrariatur *l. 2. §. 2. D. pro hered.* quia ibidem non agitur de re hereditaria, sed de re donata filio vivo testatore. Et quamvis filii patre adhuc vivente Domini existimentur, *§. 9. Inst. de heredit. quæ ab intest. l. 11. D. de lib. & posth. hered.* tamen id tantùm verum est κατ' ἐλπίδα sive πρόληψιν. neq; inde ad possessionem inferre licet. Moribus Gallorum alioquin receptum, possessionem transire posse in suos heredes absque nova apprehensione, teste Tiraquello in peculiari tractatu le mort saisit le Vif *part. 1. declarat. 6. & 7.* confer Augustinum Barbosam *ad c. 2. ext. de consuetud.* Covarruviam *variar. Resolut. lib. 3. cap. 5. n. 6.* & Corasium *lib. 6 Miscell. 13.* De tota ferè Italia idem testatur Nicolaus Bellonus *cons. 42. in pr.* In Germania tamen nostra contrarium receptum, ac in supremo judicio Spirensi ita
f. hactenus observatum, Gail. *lib. 2. obs. 129. n. 2.* Græviæus *lib 2. conclus. 129. n. 10.* Vide latè hâc de re disquirentem Valentinum Forsterum *de successiοn. ab intestato lib. 2. cap. 3. p. m. 108. & seq.* Confer Dn. Joh. Eichelium JC. eximium, & Professorem Helmstadiensem, Fautorem nostrum pl. colendum in erudita *dissertat. inaugural. de Transit. possess. in suos heredes per tot.* Ex prædictis patet, quid de cumulatione Interdictorum retinendæ & recuperandæ in uno libello, necnon possessorii & pe-
13. titorii secundùm rationem juris nostri civilis sentiendum, scilicet omne possessorium & petitorium commodè cumulari non posse, suprà legibus & rationibus evicimus. Sanè, dissentientes Dd. in legibus nullum ferè aliud fundamentum repositum habent, præter istud *in l. 18. §. 1. D. de vi & vi armat.* quam adduxit etiam Arnold. de Reyg. *d. Exercit. pract. disp. 1. th. 10.* in qua dicitur, eum, qui fundum vindicavit pendente judicio vindicationis, posse Interdicto Unde Vi experiri, & ita de possessione fundi. Verùm, ut rectè observatum à Frantzkio *Exercit. 14. quæst. 2. n. 18.* verba pendente judicio *in d. l. 18.* ambigua sunt, vel enim pro judicio durante & non intermisso, vel suspenso & ad aliquod tempus omisso explicari possunt: quæ posterior explicatio proculdubio heic arripienda, tum quia

in

in simili ita accipitur *in l. 22. §. 2. D. de capt. & postl. revers. & § 5. Inst. quib. mod. patr. potest. solvit.* tum quia hac explicatione admissa, leges suprà adductæ, quæ non parùm obstare videntur, & salvæ manent, & cum hac explicatione conveniunt, constat præterea, in dubio eam significationem esse arripiendam, quæ vitio caret, & propter analogiam cum aliis legibus concordat, & planè tutius est adductam *l. 18.* cujus verba ambigua sunt, ex aperta Imperatorum decisione *in d. l. 3. C. de interdict. l. 13. C. de R. U.* & aliis juris textibus, qui possessorium primo loco determinari jubent explicari, quàm tam certissima & expressa responsa per ambiguæ legis interpretationem eludere, præsertim cùm adductæ leges *l. 13. C. de R. U. & l. 3. C. de interd.* sint Impp. Diocler. & Maxim. qui longè post Papinianum, qui sub Severo & Antonino Caracalla, post A. D. 202 secundùm supputationem Jacobi Gothofredi floruit, & cujus est *d. l. 18. D. de Vi & Vi armat.* imperio præfuerunt, ast constat *ex l. ult. D. de constitut. princip.* Constitutiones tempore posteriores, potiores esse his, quæ eas præcesserunt, ibi: αἱ μεταγενέστεραι διατάξεις ἰσχυρότεραι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσίν. Præterea verba ista pendente judicio *in d. l. 18.* eodem modo exposuerunt, Jacob. de Butr *in cap. pastoralis ext. de caus. poss. & propriet.* Coler. *num. 10.* & Frantzkius *d. l.* ne hæc expositio nova cuipiam videatur. Porrò constat, legem, quæ varios intellectus habet, nullum certum præbere 14. argumentum, nec ad causæ decisionem allegari posse, Hier. Scurff. *Cent. 2. consil. 48. n. 3.* Frid. Pruckman. *lib. 1. consil. 50. n. 142.* Gratian. *decis. 17. n. 19.*

Cæterùm, possessio vel quasi Sessionum, prout & jurium incorpo- 15. ralium, neq; per unum, neq; per plures actus acquiritur, nisi intercedat scientia & patientia ejus, de cujus præjudicio agitur, *l. si aquam. 2. & ibi Dd. C. de Servit. & aqu.* Modest. Pistor *vol. 1. consil. 51. num. 10.* & in terminis præcedentiæ Farin. *lib. 1. consil. 95. n. 22.* alioquin ista præce- 16. dentiæ possessio pro violenta & injusta haberetur Seraphin. Olivar. *p. 1. decis. 964.* quoniam turbatus possessionem Sessionis vel quasi animo retinuerit, ut post Schraderum *vol. 1. consil. 4. n. 156.* statuit Nolden *dict. cap. 19. de stat. Nobil. n. 142.* cujus opinio dubio non caret, cùm posses- 17. sio, ut suprà dictum, absq; animo & corpore non amittatur. *l. 8. D. de acquir. vel amitt. possess.* & nemo possit possidere solo corpore, nisi animus concurrat. Videatur Petrus Peckius *ad Reg. jur. Canonici. ad Reg. 3. n. 5.*

18. (2.) Sessionis quoq; nomine præstò est interdictum uti possidetis, quod tam pro rebus incorporalibus & immobilibus, quàm pro corporalibus & mobilibus jure tributum est, *l. fin. & ibi. Dd. D. Uti possidet.* Decius *consil. 124. 125. & 129.* Menoch. *Retinend. Rem. 3. n. 126.* Matt. Mager. *de Advoc. armat. cap. 17. n. 31. & seq.* Sixtin. *lib. 1. de Regal. cap. 7. n. 28. 29. & sequent.* & in terminis nostris huic interdicto locum esse tradunt Boer. *decis. 151. n. 2.* Purpur. *lib. 2. consil. 540 n. 19* Rebuff. *in l. un. gl. 1. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest n. 355.* Nolden. *d. cap. 19. n. 149. & seqq.* qui existimat, quòd, licèt hoc interdictum Uti possidetis sit retinendæ possessionis civilis, quæ penes ipsum actorem exstat, per consequentiam tamen sit etiam recuperandæ; respectu possessionis naturalis, quam adversarius possidet.
19. Verùm enimverò probabilius hoc Interdictum possidetis, non esse recuperandæ possessionis, ut existimat Nolden, *d. l.* cujus opinio reprobatur per expressum textum *in l. 1. §. 4. D. Uti possidet.* in qua Ulpianus; Est hoc interdictum, *ait,* quod vulgò Uti possidetis appellatur retinendæ possessionis, nam hujus rei causa redditur, ne vis fiat ei, qui possidet, & consequenter proponitur post interdictum unde Vi: illud enim restituit vi amissam possessionem, hoc interdictum tuetur, ne amittatur possessio. Neq; obstat adducta à Noldenio *l. 3. D eod.* ubi dejectus superior esse hoc interdicto dicitur, hoc enim verum est, non ubi experitur dejectus, quod facere non potest, quia non possidet *l. 1 §. 1.* ibi: hoc interdictum de soli possessore scriptum est, *D. uti possidet.* sed ubi conventus de turbatione excipit, ut absolvantur: per rationem, quæ habetur *in d. l. 1. §. fin. D. uti possid.* Vide Donell. *ad. l. un. C. uti possid. n. 12.* & Frantzk. *Exerc. 14. qu. 4. n. 22.* Equidem hoc Interdictum Uti possidetis, ut dixi, competit, non modò pro rebus corporalibus, quomodo conceditur, cui traditum à Domino
20. pignus fuit *l. qui pignus. D. de adquir. vel. amitt. possess.* licèt aliud obtineat, in creditoribus, missis in possessionem rei servandæ causa, *l. 3. §. creditores. D. uti possidet.* Ego *in tract. de jure offerendi c. 16. n. 40.* Sed & in corporalib9 & immobilib9, quomodo competit tum ratione præcedentiæ, tum ratione indebitæ servitutis continuæ, *l. 3. §. si vicinus meus, D. uti possidet l. quoties D. de servitut. l. 2. in fin. & l. si fortè §. & sciendum, D. si servit. vend.* Joann. Oldendorp. *Class. 2. Act. 4. p. m. 156.* usufructuario contra dominum rei. *l. ult. D. uti possid.* & ei, qui turbatur in juris-
21. dictionis quasi possessione *l. 1. C. uti possidet. & ibi Dd. l. 1. in pr. D. uti*

pos-

possidet & c. licet ext. de probat. præterea Vti possidetis remedium datur ei, qui possessionem regalium aliorúmve jurium habet & in eâ turbatur, Aretin. *in §. Retinendæ n. 3. vers. Tertio competit. Inst. de Interdict.* Schneidw. *in d. §. Retinendæ n. 6.* ubi in specie Vectigalium aliorúmque regalium meminit Menoch. *remed. de retinent. possess. n. 103. 145. & sequent.* & hanc sententiam decisione Cameræ Imperialis comprobatam fuisse, in causa Brandenburg contra Nürnberg & in causa Episcopi Herbipolensis contra Comitem Henricum Adolphum de Castell. tradit Regnerus Sixtinus *lib. 1. de Regalibus cap. 7. num. 32. p. m. 207.* Vide plura apud Menoch; *d. l.* quò lectorem remitto.

Porrò, agentem ex hoc Interdicto Vti possidetis, respectu Sessionis duo, nimirum se tempore turbationis possedisse, & turbatum esse, 22. ab eo, qui convenitur, probare debere, in propatulo exsistit. *uti cap. cùm olim extra de causa poss, & propr. & cap. cùm ad sedem extra de Restitu. Spoliat. item cap. Consultationis extra de offic. Iudic. delegat.* expressè ostendunt, & ipsi rei veritati conveniens est. Quomodo enim à possessione dejici potest, si eam non habuit? aut si eam habuit, nec tamen dejectus sit, quomodo queri potest? & hæc communi Dd. calculo approbata opinio est, Oldendorp. *d. l.* Menoch. *d. rem. 3. de retin. possess. n. 556. & 559.* Treutler. *vol. 2. disp. 25. th. 3. lit. K.* Cacher. *decis. pedem 43. per tot.* Wesembec. *consil. 20. num. 1.* Curt. Jun. *vol. 3. consil. 334. n. 8.* Boer. *p. 2. decis. 228. n. 3.* Gail. *lib. 2. Observ. 129. n. 10. & obs. 152. n. 2. ejusdem lib. 2.* & adde Bernhardum Græváeum *Practicar. Conclus. ad Gail. lib. 2. Conclus. 63. & Mascardum vol. 3. de probat. conclus. 119. n. 25.* Sanè, possessio Sessionis ab Actore, primò omnium probanda, hæc enim facit præsumptionem 23 pro possidente Carpzov. *in I. P. F. p. 2. Const. 3. Definit. 34.* veritatiq; comparatur & habet vim instrumenti publici Afflict. *decis. 239.* proinde possidentem possessione sua privare non licet, antequam perfectè de veritate causæ principalis constiterit, quod distinctis casibus illustrat eminentissimus Dominicus Cardinalis Tuschus *tom. 6. Pract. Concl. jur. Concl. 400. p. m. 119. & seqq. & Conclus. 441. p. m. 176.* ubi per totam Conclus. ostendit & evincit, Possessorem quantumcunque injustum deberi manuteneri. Guid. Pap. *decis. 366.* Alex. *lib. 3. cons. 6.* Ant. de Butr. *in c. sæpe de restitut. spoliat.* præterea in possessionis quæstione, ipsa Possessio pro Titulo est, & titulus ex possessione in dubio præsumitur, non tan- 25

tùm

tùm immemorialis vel longiſsimi temporis, Maſcard. *de probat. concluſ. 1213. n. 6. & ſequent.* verùm etiam ex poſseſsione admodùm recenti. Idem *Concluſ. 1140. n. 7. concluſ. 1323.* & conſtat, cùm obſcura ſunt jura partium contra eum, qui petitor eſt, judicandum eſse *cap. 6. ext. de fid. inſtrum. c. in pari. de R. I. in 6.* & ibi latè Petrus Peckiús.

26 Actorem etiam probare oportet, in hoc interdicto, quòd & eò tempore, quo turbaretur, & quo lis conteſtaretur, in poſseſsione vel quaſi præcedentiæ fuerit, *§. ſed interdicto quidem. Inſtit. de interdict.* Hiſce requiſitis in libelli narratione obſervatis, annectenda Concluſio, quæ tria continebit, ſcilicet, quòd reus à moleſtatione & turbatione poſses-

27 ſionis deſiſtat, quòd in futurum tale quid non attentet, & quòd condemnetur reus actori ad intereſse præteritæ moleſtationis, Menoch. *d. rem. 3. n. 455.* Gylman. *deciſ. 1. n. 27. lib. 2.* Oldendorp. *d. Claſs. 2. act. 4. p. 150.* ubi dicit, poſseſsionis utilitatem heic æſtimandam eſse, non pretium rei, *l. 3. §. ult. D. uti poſsid. l. ſi aliquam. D. de acquir. poſseſs.* ac putat idem Olendorp. *d. l.* præterea exigi poſse cautionem à reo, ut de

28 cætero à moleſtatione abſtineat. Atq; prædicta in litibus Seſsionum inter Status Imperii obſervari conſtat. Ita Legati Megapolitani ſuper turbata Seſsionis poſſeſsione anno 1603. conqueſti fuerunt, petentes daß ſie bey dem anno 1594. getroffenem Vortrag zwiſchen Gülich und Mechelburg pendente lite ohnverhindert möge erhalten bleiben/ und denen Nachſitzenden Ständen mit Ernſt aufferleget werde/ von obberürter ihrer unbefügten turbation abzuſtehen/ und da ſie je der Seſſion halber Mechelburg zu belangen befugt ſeyn vermeinen/ ſolches ordentlicher weiſe thuen/ ihre intention mit Recht außführen/ und inmittelſt Mechelburg bey der Seſſion ungehindert bleiben laſſen ſollen/ ſunt verba ſcripti exhibiti Commiſſariis Cæſareis, à Legatis Megapolitanis, Anno 1603. 19. Februar. in Comitiis Ratisbonenſibus, quod ſcriptum lectu dignum integrum inſeruit Limnæus *tom. 4. Juris publici in Addit. ad lib. 5. cap. 12. p. m. 900. & ſequent.*

Porrò (3.) ratione Seſsionis competit remedium *c. redintegranda 3. c. 3. quæſt. 1.* Hoc enim remedium conceditur etiam pro rerum incor-

29 poralium poſſeſsione recuperanda, Soc. Sen. *lib. 2. conſil. 187. n. 24.* Bero *vol. conſil. 24. n. 1.* ſine ulla perſonarum, Menoch. *rem. 15 n. 13. & Reſp. 1.*

30 *in cauſa Finarienſi. n. 8.* & rerum diſtinctione, Treutler. *vol. 2. Diſp. 25. th. ult.* cùm detur contra quemcunq; poſſeſſorem, etiam bona fide

&

& cum titulo possidentem, Cacher. *decis. 93. per tot.* Ioh. Lud. *decis. 50. n. 8.* Mynsing. *cent. 3. obs. 85.* & Gail. *lib. 2. observat. 75. n. 10.* ubi hoc remedium *c. reintegrandæ* vocat omnium plenissimum & tutissimum, & 31
quod in hoc remedio *d. c. redintegrandæ* sufficiat probare antiquiorem possessionem, & adversarium nunc possidere, cùm per hoc re ipsa de spolio appareat, tradit idem *d. l. n. 12. text. in c. licet causam de probat.* In 32
terminis, quod remedium *c. redintegrandæ 3. qu. 1.* competat iis, qui à possessione Sessionis dejecti sunt, responderunt Lud. Gremp. & Hier. zum Lamb/ *in Resp. de Sess. Civit. Imperial. circa finem.* add. Menoch. *de recup. poss. rem. 15. n. 45.* ubi tradit, competere hoc remedium etiam patrono 33
Ecclesiæ, qui sedem in Ecclesia habuit, & ab ea dejectus fuit, ac testatur Hostiensis *ad c. nobis 25. extr. de jur. patronat.* Patronum ecclesiæ, primum locum in processione Ecclesiæ obtinere debere, & si magno loco sit, 34
putà Princeps, ut ei etiam processu Clericorum obviam eatur, cujus exemplum de Duce Veneto, venerabili S. Marci Ecclesiæ, quæ Venetiis est, patrono, qui primum locum obtinet in processione Ecclesiæ memorat Petr. de Ancharano *ad d. c. nobis 25. n. 14.* Ut autem honor ejusmodi Patrono, qui patris instar Ecclesiam fundando deduxit ad esse, & dotando ad bene esse exhibeatur, ipsa jubet naturalis ratio, & in eâ fundata lex scripta, hoc fine, ut ad Ecclesias fundandas & dotandas simul & alii inducantur. Dn. Binnius, JCtus & Professor Helmstadiensis, Fautor & amicus noster *de jure patronat. concl. 110.* Et quod ob sellas & sedes in 35
templis competant remedia possessoria, tradunt Felin. & Canonistæ *in cap. 1.* ibi: stare vel sedere inter clericos non præsumant, *ext. de vit. & honestate Clericorum.* Pontan. *ad consuetud. Bloisens. art. 5. fol. 68.* Franc. Marc. *decis. Delphinat. 153.* Menoch. *vol. 1. consil. 51.* Johan. de Platea & Luc. de Penn. *ad l. 1. C. de dignitat.* adde Cottam. *in Memorab. vocab. Sella.* Robert. *l. 4. Sent. jur. cap. 5.* Equidem, si possessio Sessionis vel negligentiâ vel titulo quodam, sive sine eo ad alium pervenerit, intentari poterit condictio *C. redintegrandæ,* Capell. Tholos. *decis. 488. n. 1.* Bero. *vol. 3. consil. 61 n. 19.* & heic in possessorio obtinebit, qui antiquiorem possessionem probavit. Berlichius *in Decision: aureis: decis: 26:* An verò remedium *c. redintegrandæ* cum interdicto retinendæ hac in Sessionis 36
materia cumulari poterit? Ita asserit Nolden *d: c: 19. n: 177:* in puncto Sessionis ita responderunt, Lud: Gremp & Hier: zum Lamb/ *in d: Respons: de Sess: Civ: Imp: circa finem.*

37 Quod si metus sit, ne partes litigantes desuper ad arma deveniant, sequestrari poterit possessio vel quasi juris præeundi, Modest: Pistor: *vol: 1, consil, 51, n. 11.* id quod in ejusmodi & similibus casibus receptum esse, constat ex ordinat. Cameræ *part. 2. tit. 21.* ibi: auf anruffen der Partheyen/ oder für sich selbst ex officio die possession zu sequestriren/ oder aber der quasi possession halben / an statt der sequestration beyden Theilen zugebieten/ sich derselben zu enthalten/ und alsbald darauff summariè &c. zu erkennen. Mynsingerus *Cent. 2. observat. 96.* ubi dicit, communiter Dd. concludere, quòd, quando inter duos plurésve de possessione controvertatur, resq; ad arma spectare videatur, posit superior tali casu ex officio possessionem litigiosam sequestrare, & citare partes ad summariè deducendum jura sua, *&c.* Et tum quidem summariè possessionis litigiosæ causâ cognitâ, alter litigantium in possessione momentaria constituitur, donec in possessorio ordinario causa veræ possessionis, vel proprietatis in petitorio deducta, Capic. *decis. 55. & 96.* Castrens: *vol, 2, cons, 3,* Vult: *ad l, un, C, ubi de poss, n, 29,* adeoq; sententia heic lata temporale saltem præjudicium affert Vult: *d, l,* Gail: *1, O, 7, n, 6,* Mynsing: *cent, 6, obs, 13, n, 5,* Covarruv: *pp, qq, c, 17, n, 1,* Carpzov: *lib, 1, Resp, t, 2, Resp, 2,* Vid.
38 Franc: Sarmient: *lib, 2, select, c, 13,* ubi licet distinctionem judicii possessorii in ordinarium, & summarium, sive summariissimum, purum commentum interpretum esse, neq; in universo jure vestigium ejusdem exstare putet, quod etiam placuit Baro: *ad tit, Instit, de Interdict:* attamen si rem ipsam, & non verba spectemus, existimo, non obscura hujus possessorii vestigia in jure exstare. Vid. *text. in l. 13. §. æquissimum. D. de usufr. l. si coloni C. de agr. & cens. lib. 11. ibi: celeri reformatione, l. liberis. 7. §. fin. D. de lib. caus.* ubi dicitur; oportere summatim tractare de possessione libertatis vel servitutis, ut constet, quis actor sit, quis reus, & quid lite pendente agendum, *l. fin. C. de offic. proc. l. si super possessione. 9. C. de transact. l. pen. D. de aqu. quot. & æst. l. 1. §. 2. D. de itin. actuq; privat.* adde text. *juris Canonici in c. cùm venissent. 6. extra. de Instit.* ubi Pontifex Innocentius III. decidit, Archidiaconum Richimundiæ in possessione juris instituendi ministrum tuendum esse, donec ex parte Archiepiscopi Eboracensis contrarium probetur, quod jus instituendi ad se tanquam Diæcesanum spectet. Carpz. *d. lib. 1. t. 2. Resp. 9.* Menoch. *in remed. ult. retinen. n. 1. & seqq.* Fachin. *lib. 9. contr. c. 15.*

Atq;

Atq; tantum de remediis possessoriis, quæ ratione Sessionis compe-
tunt, quod petitorium attinet, variæ itidem exstant actiones, modi &
remedia, tam realia, quàm personalia, quibus experiri Status & debitam
sessionem sibi vindicare ac tueri possunt.

Inter quæ primum meritò locum sibi vindicat Actio Confessoria &
Negatoria utilis, quæ actiones non modò pro omni jure reali & corpo- 39
rali competunt §. *aquè & §. præjudiciales, ubi Dd. Faber ibid. n. 13.* Jason.
n. 34. & 35. Zas. *n. ult. in fin.* Schneidw. *n. 10. Inst. de action.* Koppen 40
decis. 12, n. 7. & 8. sed etiam pro omni jure incorporali, ita in servitu-
tibus hæ actiones locum habent, §. *aque inst. de action. l. 1. in pr. l. uti
frui. D. si ususfruct. petat. l. binas. D. de Servit. urban. prædior. l. si prius. §.
sic & si D. de aqua & aqu. pluv. l. 2. & 1. t. D. si servit. vindicet. l. quem-
admodum, §. 1. D. ad L. Aquil.* in materia Regalium, Regner: Sixtinus *lib. 1.
de Regalibus, cap. 7. n. 15. & sequent: p. m. 201:* Insignium, Theodorus
Hoepingius *de Jure Insignium cap. 14. §. 2. n. 41. & seqq. p. m. 790.* alio-
rumq; jurium incorporalium, Scurff: *cent. 1. consil. 69. n. 12.* Villalob:
in Communib. Opin: verb: Actio Confessoria: Rulant: *p. 3. de Commiss:
lib. 3. cap. 1.* Caspar Klock: *de Contrib. cap. 19. n. 412. & sequent: &
n. 428. cum sequent:* ubi eleganter de cumulatione cum Interdicto Uti
possidetis agit. In specie, quòd Actio Confessoria & Negatoria heic
locum habeat, tradit Nolden *d. c. 19. n. 184.* qui *n. 187.* addit, petito-
rium etiam intentatum videri, si quis in libello ponat, dan daß Reus jhm
an seinen wolerlangten habenden Kayserlichen und Königlichen privile-
gien des Adels oder Session halber unbillichen Intrag zu thuen offtermahls
unterstanden/ in terminis vide Matthæum Wackerum â Wackenfels
Imperialis Consistorii Assessorem *in Voto super illustrissima Ducum Saxo-
niæ controversia de jure praecedentiæ in dignitate & successione p. m. 21.* ibi:
Videri intentatam per Aldenburgenses confessoriam vel negatoriam vul-
garem, hoc modo: Ajo, mihi jus præcedendi præ te deberi: Peto igitur,
hoc ita declarari, & tibi injungi, ut à turbatione desistas; Vel negatoriè:
Nego, te mihi parem dignitate esse: itaq; mihi antecedere non debes: &
hoc ita declarari peto, ita Dd: *in § aquè si agat Instit: de act:* &c:

(2.) Competit ratione Sessionis remedium extraordinarium offi- 41
cium scilicet Judicis: Andreas Gailius *lib: 1. observat: 21:* ibi: ratione Ses-
sionis & honoris competit officium judicis, quod ipsum, licèt revera
actio non sit, competit tamen loco deficientis actionis ex æquitate,

Signorol. *conf. 135. in fin.* Guid. Pap. *decis. 362.* Anch. *consil. 483.* ut scilicet turbanti inhibeatur, Bald. *lib. 5. consil. 337.* Dominicus Cardinalis Tuschus *tom. 5. Pract. Conclusion. Juris lit. O. Conclus. 108. p. m. 611. & seqq.* Imploratur verò, ut dixi, adversus eum, qui ordinem turbare, &
42 sessionem alteri debitam, sibi vindicare cupit, Gail. *d. l. 1. O. 21. in fin.* Fichard. *tom. 1. consil. 77. n. 28.* & quod plebejus possit cogi officio Judicis, ut nobiliori cedat, tradit Petr. Gerardi de Pet. sanct *in singulari suo 33. incip.* Nobiles præhonorantur. per ib. not. quid enim rectius, ut inquit Salvianus *lib. 3. p. 107.* quid magis justum, quàm, ut qui meliores sunt, iidem & honoratiores essent? & qui vincunt judicio, iidem vincerent præmio &c. add. Nicolaum Boerium *ad consuetudines Civitatis Bituricensis. tit. des Coustumes & usaiges des droicts de lestat des Personnes §. 6* ubi agit de controversiis Sessionis inter uxores nobilium, & Ang. Aret. *in §. aliam. Instit. de bonor. possess.* qui *d. l* notat, quòd, quamvis actio injuriarum, si inferior non cedat superiori, cesset, possit tamen superior & nobilis, cui inferior cedere recusat, implorare officium judicis, ut cedere cogatur, quod ipsum refert & sequitur, dicitque bene notandum, Joan. Raynutius *in tractat. nobilitat. in octava quæst prin. in princ.* Idem statuit Baldus *in c. licet causam extr. de probat.* ubi dicit esse expeditum, quòd pro honore competat officium Judicis per eleganter not. *in l. si duo patroni. in princ. D. de jurejur.* adde tradita ab Andrea Tiraquello *in tract. de Nobilitate cap. 20. n. 54. 55. 56. & 57.* confer Martin. Zeiler. *in addition. ad trist. histor.* Francisci de Roschet *histor. 27. p. m. 1017.* ubi ex Hieron. de Urrea *part. 3. del vero honore pag. 171.* inter alia refert, daß als sich auff eine Zeit zwischen der Frawen von Vergas, und der Frawen von Brederode zu Brüssel/ des Vorgangs halber/ ein Streit erhoben/ so habe Keyser Carolus V. dieß Urtheil gefält/ daß die/ so die gröste Närrin unter jhnen/ den Vorzug haben solte.

(3.) Quidam Dd. statuunt, ratione Sessionis & præcedentiæ, com-
43 petere quoque actionem injuriarum, quæ sententia arridet Gailio *dict. lib. 1. Observ. 21. in fin.* & eandem ante Gailium amplexus fuit. Baldus, qui cùm *in l. observare 4. §. antequam. 3. D. de offic. Proconsul. & legat.* dixisset, quòd altiorem locum ex vetustissimo usu digniores tenere debeant, subjungit, illum, qui honoris ordinem turbet, aut turbare velit, actione injuriarum esse compescendum, cùm nemo teneatur pati injuriam & contemptum proprii honoris, *arg. l. 1. D. de postuland.* Hoc ipsum displicet Francisco Zoannetto Antecessori Academiæ Ingolstadiensis.

diensis in tract. de empt. & vendit. sub pacto Retrovenditionis ad l. 2. C. de pact. inter emtor. & venditor. n. 157. idque per *l. Injuriarum 13. §. si quis de honoribus decernendis. 4. D. de injur.* ubi *Dion. Gothofred.* notat, eum, qui honorem alteri decerni non patitur, non esse in eum injurium, adde Tiraquell. *d. c. 20. de Nobilit. n. 54. & sequent.* Verùm enimverò, alii putant, dictam *l. 13. §. 4. D. de injur.* non obstare, quominus detur actio injuriarum, cum *d. l. 13.* ut diximus, loquatur de eo, qui impedit, ne alicui honor decernatur, quem injuriarum non teneri constat; aliud obtinet, quando quis prohibet honorem præstari ei, qui est in quasi possessione illius juris, tum enim actioni injuriarum locum esse, Gratian. *tom. 2. discept. c. 210. n. 23. & sequent.* nec enim sine causa hoc honore quempiam privandum, cùm secùndùm Aristotelem *3. Politic. cap. 8.* nobiles & ingenui sibi rationabiliter honorem arrogent, atq; hanc honoris & reverentiæ dignioribus exhibendæ consuetudinem, quum inter omnes gentes observari generaliter videamus: cur illam jus gentium quoque non appellemus, nulla certè nobis ratio suadet, ait Zoannettus *d. l. n. 159.* Atqui etiam jure divino is honos majoribus debetur, *Eccles. 32. Jos. 24. & 1. Reg. 8.* & antiquitus non idem locus in Theatris constitutus fuit Nobilibus & plebejis, uti testantur Sueton. in August. *cap. 44.* & Valer. Max. *lib. 2. cap. 1.* sed illi meritò hisce prælati. Equidem constat jam tum usque ab Augusto separatim spectasse ludos à Senatoribus equites, ab equitibus etiam, ut anteà populares. Sanè popularia apud Suetonium, ut rectè arbitratur Petr. Faber *lib. 2. Semestr. c. 6.* vocantur loca circi vel theatri, ex quibus spectaret populus, id est, alios omnes gradus exceptis quatuordecim primis ordinibus, aut locis potiùs illis, quæ deinde jussu Neronis in circo anteposita sedilibus plebis fuere: exceptis, inquam, illis quæ similiter à Suetonio *in Caligula c. 26.* Seneca *lib. 4. Controvers. 19.* & Petronio Arbitro *in Satyrico* Equestria ἱππικὰ ut (loca) suppleas: vocantur. Equidem jus προεδρίας sæpius à Senatu Romano singulari ex ratione certis personis tributum. Ita Messalinæ primùm Imperatoris Claudii temporibus, Senatus & προεδρίαν, & ut carpento uteretur, permisit: Καὶ τῇ Μεσσαλίνῃ, ait Dio *lib. 58. histor.* τὴν προεδρίαν, ἥν ποτε ἡ Λιουία ἐσχήκει, καὶ τῷ καρπέντῳ χρῆσθαι ἔδοσαν. i. e. Sedes primas, quas & Livia quondam tenuerat, & carpento vehi Messalinæ permiserant. Vid. Xiphilin. *in Claudio*, cujus rei Suetonius in Claudio *c. 11. & 17.* commeminit. Idem honos Agrippinæ quoq; à Senatu concessus fuit, postquam à Messalinæ obitu Claudio Imperat. nupsit, prout paulò post tradit Dio *d. l.*

44 and 45 (right margin): 44 beside "Verùm enimverò, alii"; 45 beside "atq; hanc honoris".

 Porrò

Porrò (4.) Sessionum jura conservantur per factas protestationes,
46 prout patet ex Recessu Imperii Wormatiensi de Anno 1521. §. doch hat/ ibi: Unser Oheym Hertzoch Friederich von Beyern/ dergleichen unser Oheym/ Hertzog Jorg von Sachsen/ mit offentlicher protestation vor Uns/ Churfürsten und Ständen/ nicht anders in dies nachfolgend Einschreiben der Fürstlichen Persohn/ und sonst bewilligen wollen/ dan ihnen/ ihren Vättern/ und beyden Häusern/ Beyern und Sachsen/an ihrer Session, altem Herkommen und Gebrauchen unabbruchig und unbegeben. Equidem frequentes occurrunt in Comitiis Imperii, Legatorum ratione Sessionis Protestationes & Reprotestationes, ut loquuntur, idq; apparet præprimis ex Actis Comitiorum Ratisbonensium de Anno 1640. &
47 41. in quibus ratione sessionis & præcedentiæ, protestationes factæ à Ducibus Saxoniæ, contra Bavariæ Ducem, Ducibus Saxoniæ Vinariensibus, contra Altenburgenses, Episcopo Wormatiensi contra Episcopum Herbipolensem, Corbejensis Abbas ratione præcedentiæ protestatus est, & contradixit Stabulensi, Bambergensis sibi debere præcedentiam ante Magistrum Ordinis Teutonici contendit, Comites Wetteravienses Comitibus Suevicis contradixerunt, ut alias nunc omittam protestationes interpositas, & certamina ratione Sessionis inter Status Imperii, de quibus testantur Acta Comitiorum d. Anni 1640. & 41. & Limnæus *tom: 4: Jur: publ: in Addit: ad lib. 4. cap: 9: n:* 17. Non aliter factum fuisse in nuperimis Imperii Comitiis, de anno 1654. ex actis d. Comitiorum apparet, & in ipso inaugurationis actu defuncti in flore ætatis Ferdinandi IV. felicis & gloriosæ recordationis Rom. Regis, magnæ spei Principis, ejusmodi protestationes auditæ, quomodo protestatum à legatis Serenissimi ac potentissimi Dn. Electoris Brandenburgensis ratione loci honoratioris contra Electorem Palatinum. Ut recentiora tangamus, constat, quomodo hoc ipso Anno 1663. Ratisbonæ Legatus Potentissimi Sueciæ Regis protestatione interpositâ d. 7. Januarii petierit, ne Legatus civitatis Imperialis Bremensis ad Sessionem admitteretur, cui tamen, Legatus civitatis Bremensis oppositâ reprotestatione contradixit, exhibito postmodum d. 27. Februarij memoriali status immedietatis Civitatis Bremensis, indeq; dependentis Sessionis & Voti in Comitiis Im-
48 perii, strenuè vindicatus. Cæterùm jure expeditum per ejusmodi protestationes interpositas integrum servari jus protestantis, *l. 14. §. 8. D. de Relig. l. 20. §. 1. de acqu. hered.* Carpzov. *in J. P. F. p. 1. Const. 17. Def. 16. n. 16.*

n.6. D. Hahn *ad Par. Wesembec. de acq. hered. n.4. p.288.* Gædde. *vol. 4. consil. Marp. consil. 32. n. 236.* modò tamen protestatio non ex intervallo; 49
sed in ipso facto interponatur, Carpzov. *in J. P. F. p. 2. Const. 10. Def. 22. n. 7. & p. 2. Const. 30. Def. 11.* latè Dominicus Cardinalis Tuschus *tom. 6. practicar. conclus. lit. P. conclus. 939.* post factum enim, quia non retrotrahitur frustranea est, Pruck. *vol. 1. consil. 8. n. 55.* Bald. *lib. 3. consil 489.* Deinde protestatio non debet esse ipsi facto contraria, *l. 21. in pr. D. de acquir. hered.* Gail. *2. observat. 101. n. 5.* Modest. Pistor. *p. 2. q. 88. n. 1.* & tolli ac cessari protestationem per actum subsequentem. Contrarium statuunt Signorol. *cons. 75. n. 21. & 22.* Cephal. *cons. 222. n. 14.* Surd. *consil. 8. n. 28.* Tuschus *d. tom. 6. concl. 944.* Paris. *lib. 1. consil. 70. n. 12.* Cæterùm, an protestationi ita interpositæ non contradicens sibi vel principali suo præjudicet? 50
Ita sentiunt Dd. adducti ab Abb. *in c. Cumana n. 5. de Election.* vide Tusch. *d. tom. 6. conclus. 941.* ubi dicit, non contradicentem protestationi sibi non præjudicare in iis, quæ sibi competunt de jure, quia, cùm sciat jus suum durare; non censetur ex taciturnitate sibi præjudicare, Tusch. *d. l.*

(5.) Quintò, non pauci Dd. statuerunt, quòd, quando quis in præsatione & præeminentia dignitatis turbetur, quòd tum armata manu tur- 60
banti resistere possit, G. Pancirol. *cons. 6. n. 2.* Fab. de Anna *cons. 40. n. 10.* Marzar. *consil. 26. n. 5* Gratian. *tom. 1. discept. for. cap. 110. n. 20. & seq.* unde Bartholomæus Chassanæus *in Catalog. Glor. mundi part. 1. con. 2.* tradit inculpatæ tutelæ moderamine jus præcedentiæ tueri licere. Nec desunt exempla, ita Bellivreus Gallicus Legatus pro defensione Sessionis contra Hispanum gladio pugnare voluit, P. Matthieu *livr. 1. de l'histoire de France narrat. 2. p. 41.* non absimile exemplum vide apud Michael. Heberer. *in Servit. Ægypt. lib. 2. p. 314.* Don Juan de Sylva, Legatus Hispaniæ ad Concilium Basileense, Angliæ Legatum, admota violenta
manu removit. Antonio de Vera *en son parfaict. Ambassadeur livr. 3.* 61
p. 94. & seq. ita Holmiæ, cùm Regina Christina regno Suecico adhuc præesset, pro defensione honoratioris loci Gallicus Legatus Dano colaphum infregit, vicissim pugnis exceptus à Dano, Gottlieb de Hagen, p. m. Consiliar. & Legat. Danic. *in Comitiolog.* Sanè, si vi quis alterum deturbare è loco digniori sibi competenti velit, putarem, rectè eidem resistere posidentem posse, cùm rectè possidenti, ad defendendam posses- 62
sionem, quam sine vitio tenebat, inculpatæ tutelæ moderamine illatam vim

vim propulsare liceat, ut rescribunt Impp. Dioclet. & Maxim. *in l. 1. C. unde Vi.* adde *l. si vitem 22. §. si ad januam* & ibi Dd. D. *Quod Vi aut clam.* alioquin ad hoc medium non facilè confugiendum, quamvis id usurpatum sæpius fuisse, exemplis ostendi posset, ita quando Maria Medicea desponsata Henrico IV. Galliarum Regi ad portam Massiliensem pervenerat, insigni navium comitatu, acerrimè disputatum fuit, cui dexterum latus post Generalem deberetur, Equites Melitenses controversiam decidere parati stabant pugna, quinque navibus actuariis, quas Galleres vocant, oppositis septem aliis Florentinorum, Pierre Matthieu, *tom. 1. livr. 3. narrat. 5. p. 668.* Ita Carolo V. Aquisgranum inaugurationis causâ petente, Dux Clivensis Joannes Equites adduxerat quadringentos, insigniter armatos, iis contentio ingens fuit, cum Saxonicis, utri præcederent: ita quidem, ut pompam istam, quâ vix ullam Germania viderat illustriorem, nox interpellaret, Sleidan. *de statu Relig. lib. 2. p. 37.*

CAPUT. X.

De Sententia in Sessionum controversiis proferenda, Et an ab eadem appellare, vel revisionem petere jure concessum?

SUMMARIA.

1. *Pro possessore vel quasi, qui possessionem sessionis sibi competentis per actus possessorios melius probavit, pronunciandum:*
2. *In Sessione tuendus is sententia judicis, qui in possessione vel quasi constitutus est.*
3. *An à sententiis in controversiis sessionum prolatis appellare liceat?*
4. *Hispaniæ Rex à sententia lata in controversia sessionis inter ipsum & Galliæ Regem, à Senatu Veneto, provocavit ad Curiam Romanam.*
5. *Imperatores Romano - Germanici appellationes à sententiis Archiepiscoporum & Episcoporum ad Curiam Romanam devolvi prohibuerunt.*
6. *Præjudiciis hoc ipsum confirmatur.*
7. *Appellans à sententiis Cameræ ad Pontificem, etiam in causa pia & tutelari, tanquam contemptor jurisdictionis Cæsaris & imperij 100. marcis auri puri mulctatur.*
8. *Plurima ejus rei præjudicia afferuntur.*
9. *A sententia Cæsaris in sessionum dissidiis inter Status Imperij, prolata, appellare non licere probatur.*

10. An

10. An in sententia sessionis à Cæsare prolata, à Cæsare male informato ad melius informandum provocare liceat? disquiritur.

11. Exempla ejuscemodi provocationis facta adducuntur.

12. Non vacat reprehensione, qui summum Principem in cognitionibus causarum, incuria & negligentia insimulat, cujus acta omnia maturo consilio confici existimantur.

13. In dubio præsumitur pro prima sententia, à qua appellatum.

14. Appellatus justam litigandi causam habere præsumitur.

15. A sententia Cæsaris in controversia sessionis prolata, quemadmodum appellare non licet, ita multominus Revisioni locus est.

16. Revisio tantùm in Camera, & sententiis ibidem prolatis, locum habet.

17. Si inter alios qui status Imperij non sunt, lites de sessione oriantur, decisio earundem ad ordinarium istius loci Magistratum pertinet.

18. An si judex in summariissimo possessorio, prævia quali quali cognitione cuipiam inhibeat, ne alterum in possessione honoratioris loci turbet, locus sit appellationi?

19. Appellationis beneficium in summariissimo possessorio locum non habet.

POsteaquam de Judice controversiarum Sessionis, & actionibus eo nomine competentibus, diximus, superest, ut de sententia in hac Sessionum materia aliquando proferenda, & siquidem appelletur, utrum Provocationi deferendum? dispiciamus.

Et quidem, quod possessorium attinet, constat pro possessore, vel quasi, qui possessionem suam Sessionis sibi competentis, per actus possessorios, melius probavit, pronunciandum esse, arg. *l. un.* C. *Uti possidet.* Jac. Philipp. Port. *consil. 146. n. 48.* Bursat. *lib. 4. cons. 443. n. 75.* 1
& verò in Sessione sententiâ Judicis tuendum eum, qui in possessione vel quasi constitutus, communiter juris publici autores tradunt, & habetur 2
in Recessu Imperii Spirensi de Anno 1570. §. Aber immittelst/ ibi. soll ein jeder bey der possession vel quasi, wie die hergebracht gelassen. Unde in Rescripto Electorum & Principum ad Imperatorem super controversia Sessionis inter Duces Megapolitanos & Duces Pomeraniæ, Juliacenses, Hassiacos, ac Wurtembergenses, exhibito Ratisbonæ d. 16. Augusti Anno 1594. inter alia hæc habentur. In dem gleichwol erachtet wird/ in erwegung bey etlichen Reichs Versamblungen befundener Session, oder anderer im Reich gehaltener visitation, designation, und Ordnungen/ das Fürstliche Hauß Mechelburch in gebührendem respect wol gehalten werden

 kan,

fun. Ex quibus apparet in possessorio actus possessorios potissimum in considerationem venire. De argumentis, quæ in petitorio in proferendâ sententiâ attendenda, suprà à nobis actum fuit.

Cæterùm, dubium emergit; an à sententiis, in materia Sessionum
3 prolatis, appellari liceat? Et verò, si inter Reges & Principes neminem superiorem recognoscentes, tertius quidam arbiter electus, ad instantiam utriusque partis sententiam dixerit ab eadem appellare jure gentium non licere, cùm nulla heic potestas sit superior, *suprà cap. 8.* diximus. Vide H. Grotium, *lib. 3. de J. B. ac P. cap. 20. §. 46.* Ast in quæstione præce-
4 dentiæ inter Galliæ & Hispaniæ Reges, cùm ab utraque parte judicandi de hac controversia potestas Senatui Veneto concessa fuisset, & illustris Senatus pro Gallo judicâsset, à sententia hac Hispanus provocavit ad Curiam Romanam. Verùm enimverò, an hoc casu Pontifex vel Curia Romana in ejusmodi quæstione præcedentiæ inter seculares Principes pro judice competenti habenda, meritò dubites. Sanè, Imperatores nostri
5 Romano-Germanici appellationes, ne quidem à sententiis Episcoporum, Archiepiscoporum, & Abbatum ad Curiam Romanam devolvi permiserunt, quinimo in eos, qui contra fecerunt, graviter animadverterunt, prout latissimè demonstravit Author dero gründlichen information juris & facti in Sachen Hildesheim contra Braunschweig *cap. 4. à pag. 113. usq; ad pag. 121.* ne ullam scilicet jurisdictionem in Imperium sibi arrogare posset Pontifex, prout patet ex mandato Friderici III. Imperatoris de d. 6.
6 Novemb. Anno 1476. ad Episcopum Halberstadiensem, qui cùm à præcepto Cæsaris Romani ad Pontificem appellâsset, mandatur eidem, præmemorato decreto, sub pœna privationis omnium Regalium & privilegiorum, ab Imperatore dependentium, intra 15. dies post insinuationem inhibitionis, ut ab ejusmodi appellatione desistat, in eodem decreto adducitur, prohibitionis ratio, daß dadurch dem Reich und der Keyserlichen Majest. seine Obrigkeit und gerechtigkeit entzogen würde. Quin appellans à sententiis Cameræ ad Pontificem etiam in causa pia, & tutelari, tanquam contemptor Jurisdictionis Cæsaris & imperii 100. marcis auri puri mulctatur, uti decisum in Camera Anno 1512. 20. Februarij. Sententia exstat apud Seilerum *in suis sententiis Cameralibus sub* Anno 1512. 20. Februarij. Vide Reinckingk *de R. S. & E. lib. 1. Class. 2. cap. 3.*
8 *4. & 5.* Ita teste Ottone Frisingensi *de Reb. gest. Frider.* Conradus Romanorum Rex, Trajectenses, quod à se ad Pontificem provocâssent, pro

reis

teis majestatis, habuit. Senatus Parisiensis itidem decreto statuit, reos Majestatis esse, qui à lege, per Regem latâ, ad Pontificem appellâssent, Petr. Costal. *ad l. de quibus D. de Legib.* Aruisæ. *de subject. & exempt Clericor. cap. 2.* Equidem, cùm illustris Respublica Veneta neminem superiorem, ne quidem ipsum Pontificem, in causis secularibus recognoscat, appellatio in prædicta Sessionis controversia inter Gallum & Hispanum, à parte Hispani facta proculdubio invalida fuit, & quem demum exitum habebunt hæc Sessionum dissidia, si sententiæ tertii, ab utraque parte electi, standum non esset? Sanè, sententiam hanc Reipublicæ Venetæ, in Curia Romana improbatam non fuisse, infrà dicemus. Porrò, 9
quod sententiam in materia hac Sessionum inter Status Imperii à Cæsare prolatam concernit, nec ab ea appellari posse, constat, & probatur per Recessum Imperii Spirensem de Anno 1570. §. den andern aber ibi: Was dann darauff von Uns mit Recht erkent/ darbey soll es endlich bleiben/ præterea stultum esse, illud admonere, à Principe appellare fas non esse, cùm ipse sit, qui provocatur, ait Ulpianus *in l. 1. §. 1. D. à quib. appellare non licet.* Gabriel *in commun conclus. tit. de Appellat. conclus. 1.* Paurmeister, *lib. 2. de jurisdict. cap. 4. n. 159.* Cæterùm, an hoc casu sententiâ Sessionis à Cæsare prolatâ, à Cæsare malè informato & instructo, ad melius 10
informandum & instruendum provocare licebit? Non putarem. Exstant quidem non pauca hujus rei exempla; Sic Principes & Duces Lunæburgenses, Henricus & Wilhelmus in causa inter ipsos ex una, & Civitatem Magdeburgensem, atque Hamburgensem ex altera parte, vertente Anno 1569. mense Augusto, à Cæsare malè informato, ad ejus Majestatem melius informandam provocâsse, notat Johann. Dauth. *in tr. de Test. p. 68. n. 30. in fin.* add. Joann. Jacobum Speidelium *in Notabil. Juridic.* 11
Historic. lit. A. voce Appellation. p. m. 42. Eodem genere provocationis usum fuisse, Ludovicum Borbonium, Principem Condæum, anno 1560. qui à sententia Francisci II. Regis Galliarum, ad eundem provocavit, scribit Bodin. *lib. 1. de Republ. c. 10. in fin. n. 263.* du Roy mal conseille, au Roy bien conseille. Castelnau *en ses Memoires liv. 2. pag. 98.* Limnæus *tom. 1. Notitiæ Regni Franciæ. lib. 2. cap. 7. in Testimon. ad istud Caput lit. (nnn.)* Ita Machætas ille, teste Plutarcho in Apophteg. à Philippo Macedonum Rege dormitante, ad eundem vigilantem & attentum provocavit, & apud Valer. Max. *lib. 6. cap. 2.* mulier, quæ à Philippo eodem temulento immerenter damnata: Provocarem, *inquit*, ad Philippum,

 sed

sed sobrium. Vide Polletum *in Historia Fori Romani lib. 5. cap. 16. p. m. 758.* Bodin. *lib. 1. cap. 10.* & Petrum Heigium *part. prior. quaest. 10. n. 19.* ubi addit. Superioribus temporibus anno 1585. similem appellationem, per quosdam Capitulares Argentinenses, ab Imperatore malè informato, ad melius informandum, interpositam fuisse. Verùm enimverò constat, non tam exemplis, quàm legibus judicandum esse, nec reprehensio-
12 ne vacat, qui summum Principem in cognitionibus causarum, incuriæ & negligentiæ insimulat, cujus acta omnia maturo consilio confici existimantur, *l. ult. C. de fideicomm. l. penult. D. de his quæ in testam. delent.* Petr. Heig. *d. quaest. 10. n. 22.* ut proinde rectè Heig. *d. l.* post Gailium rejiciat ejusmodi appellationem, quæ improbata jure communi, & usu imperii, idq; eò magis in litibus Sessionum obtinere puto, cùm nullum exstet in hâc Sessionis materia exemplum, quo probari possit à sententia Cæsaris provocatum, ac ab eodem malè informato ad melius informandum jure vel effectivè appellatum fuisse, & si hoc modo res bene judicatas à summo Pridcipe per ejusmodi provocationes eludere & irritas facere liceret, quis harum litium demum finis erit? præterea constat, sæpius bene latas sententias per appellationem in pejus reformari, ut dicit Ulpianus *in l. 1. in pr. D. de Appellation.* unde in dubio præsumitur pro pri-
13 ma sententia, à qua appellatum, *c. in præsentia. 6. ext. de Renunciat. c. quoniam in fin. ext. de probat.* & ibid. Mynsing. *n. 122. & sequent.* cùm quivis Appellator in dubio censeatur fovere malam causam, *l. ult. §. illud. C. de temp. Appellat.* Cephal. *lib. 5. consil. 778. n. 5.* Appellatus verò ju-
14 stam litigandi causam habere præsumitur, & pro eo contra illum pronunciatur, Felin. *in c. Capitulum. n. 21. de Rescript.* Gail. *1. observat. 128. in fin. obs. 137. n. 4. & obs. 152. n. 4.* Anton. Fab. *ad tit. C. de Appellat Desinit. 22. n. 3.* Unde haud immeritò potissima Appellationum pars habetur pro illegitima manifestissimeq; frivola, ait Auth. Discurs. von *Justitien Werck/ &c. pag. 10.* adde D. Johannem Eichrod/ *in Apologia & anticategor.* Wustrov. *Qu. 1.*

Porrò, quemadmodum à sententia Cæsaris, in Sessionis controversia prolata, appellare non licet; ita multominus Revisioni locum heic
15 esse, in propatulo exsistit, tum ob verba expressa suprà adducta ex Recess. Imperii Spirensi de Anno 1570. §. den andern/ ibi: Was dann darauff von uns mit Recht erkent/ darbey soll es endlich bleiben/ tum quia Revisio
16 tantùm in Camera, & sententiis ibidem prolatis locum habet, attestante

Joanne

Joanne Ludovico Bendero Cameræ Imperialis Assessore *in libr. Conclusion. Decisivar. de Revisione. Conclus. 25. n. 4. p. m. 333.* Ast verò, suprà diximus, competentem Judicem harum controversiarum de Sessione inter Status Imperii, esse ipsum Augustissimum Cæsarem, non verò Cameram Imperialem. Cæterùm, si inter alios, qui Status Imperii & immediati non sunt, hujusmodi lites oriantur, dubium non est, earum decisionem ad ordinarium istius loci Magistratum pertinere. Dubium verò hoc loco oritur; an, si in summariissimo possessorio, prævia quali quali cognitione, judex cuipiam inhibeat, ne alterum in possessione honoratioris loci turbet, vel eidem cedat, locus sit appellationi? Quod negatur à Ruginello *in tract. de Appellat. §. 2. cap. 3. n. 698.* Ratio est, quòd secundùm veriorem Dd. opinionem Appellationis beneficium in summariissimo possessorio locum non habeat, arg. *l. un. C. si de mom. possess. appell. l. 6. C. quor. appellat. non rec. l. ult D. de Appell. recip.* Castr. *consil. 39.* Capic. *decis. 55.* Menoch. *ret. poss. rem. ult. n. 48.* Mynsinger. *cent. 3. Observ. 13.* Gail. *lib. 1. Observat. 7. n. 7.* ubi tradit, quòd in momentaneo possessorio Appellationes in Camera non recipiantur. Hoc ipsum & hodie usu approbatum esse testatur Carpzovius *in Jur. For. p. 1. Const. 19. Definit. 24. & lib. 1. Respons. tit. 2. Resp. 13. & 14.* & in Leuteratione locum sibi vindicat. Idem Carpzov. *Jurispr. For. p. 1. Const. 19. d. Definit. 24.* Secus obtinet de Jure Canonico *c. 2. ext. ut lit. non contest. c. 15. de Restit. Spoliat. Clem. 1. de seq. poss. & pr. Clem. un. de caus. poss. & propr.* Gail. *1. O. 147.* Rauchb. *p. 2. quæst. 6.* Vide Contard. *rubr. l. un. C. si de mom. poss. n. 48. & sequent.* qui tamen quoad Jus Canonicum contrarium sentit. Confer tradita Benderi, *de Revision. Conclus. 35. per tot.* ubi exponit, quòd licèt appellare in summariissimo possessorio non liceat, id tamen procedat, quoad effectum devolutivum, non suspensivum, ubi & Gailii & Mynsingeri hac de re opiniones examinat, quò benevolum Lectorem remitto.

17

18

19

Caput XI.

Quid Legati Regum & Principum in hisce Sessionum litibus observare debeant, & an subdelegatus delegantis Sessionem obtinere possit?

SUMMARIA.

1. Tanti ponderis est dignitatis & præcedentiæ prærogativa, ut nihil hac iure à Legatis fieri debeat, nisi quod in mandatis habent.

2. Adducuntur hac de re verba Alberici Gentilis, & Pierre Matthieu.

3. Legati imaginem ac vicem Principum, à quibus mittuntur, referunt, & ideo eandem Sessionem occupare debent, quam principes eorundem.

4. Romæ in Consistorio, præsente Pontifice legati Principum Christianorum, ea sede locantur, quæ illis quos præsentant, convenit.

5. Legati si ipsis de Sessione quæstio moveatur pro Regum & Principum suorum sessione, tanquam pro aris & focis certare, & potiùs congressum vitare, quàm inferiori loco sedere debent.

6. Exemplis hoc ipsum illustratum, & adducta ea de re verba Friderici de Marselaer.

7. In electione Regis Romani si quendam Electorum abesse contigerit, legatus ab eodem missus, licet Domini sui personam repræsentet, in mensa tamen, quæ Domino deputata est, sedere non potest.

8. Exempla hujusce rei adducuntur.

9. In Comitiis Imperij receptum, ut Principes in persona ordine posteriores, præcedant Legatos Principum ordine priorum.

10. Diversum obtinet in legatis Domus Austriacæ, Burgundicæ, & Episcopi Salisburgensis, qui ipsis Principibus in persona præsentibus præferuntur.

11. Idipsum in Comitiis Imperij de Anno 654. observatum fuisse probatur.

12. Quid inter cæteros Imperij ordines receptum, docetur.

13. An subdelegatus delegantis sessionem obtinere debeat? disquiritur.

14. Hujus rei exempla lectu jucunda adducuntur.

CIrcumspectos Legatos Regum & Principum in controversiis Sessionum esse debere, causæ magnitudo & rei difficultas exposcit, præcedentia enim, non minima honoris pars est, welche Glimpff und Ehr betrifft/ ut legitur in propositione Imperii Anno 1608. 12. Januarij, cui consequens est, Legatos sollicitos esse debere, ne Dominis suis

suis ullo modo præjudicent, quod & unanimis prudentum consensus requirit, & experientia testatur. Tanti planè ponderis est hæc dignitatis & præcedentiæ prærogativa, ut nihil hac in re à Legatis fieri debeat, nisi quòd in mandatis habent, prout ad Legatum suum rescripsit Henricus II. Galliæ Rex, Bodin. *lib. 1. de Republ. c. 9.* unde rectè Albericus Gentilis *lib. 3. de Legation. cap. 19.* Hoc quidem est, *ait*, in quod valdè recteq; incumbere Legati solent, ne aliis supra se locum digniorem esse, si non postulet ratio, patiantur: aut quid hujusmodi fieri. Eleganter hac de re disserit Pierre Matthieu *en l' histoire de France & d' Henry IV. lib. 1. narrat. ult. p. 191.* On dit bien, *ait*, que la souveraine loy c' est le salut du peuple: mais celle du respect du Prince, & du rang qu' il doit tenir sur les autres est tousiours immuable: Il ya des loix qui sont mortelles, & d' autres, qui ne meurent jamais: celles la ont leur dureé selon le temps: la necessité rend celles cy tousiours durables pour le perpetuel bien, que l' on trouve en leur observation, comme disoit Lucius Valerius haranguant contre la loy Oppienne. De la condition des loix immortelles est le droit de la preseance, celuy qui en souffre la diminution est indigne de l' accroissement. Sanè, eodem teste, *tom. 1. liv. 3. narrat. 5. p. 668.* In quæstionibus de præcedentia, si tantillum remittatur, totum perditur, ibi: Car en ce questions on ne peut rien quitter, qu'on ne perde tout. Equidem, cùm Legati imaginem ac vicem Principum, à quibus mittuntur, referant, Natta *tom. 3. consil. 638. in pr. l. offa 8. §. ult.* ibi: *etiamsi non ipse probibitus sit, sed procurator ejus, quia intellectu aliquo ipse probibitus videtur,* consequens est, ut regulariter etiam eadem ipsis competat Sessio, quam Principes eorum, si præsentes essent, habituri fuissent, quam occupare iidem jure possunt, per tradita Antonii Coleri *de Jur. Imper. German. sect. 68.* cujus rei ratio potissima est, quòd Legati & nuncii ex eorum persona, quorum vices gerunt æstimentur, *l. 1. C. de offic. Vicarij. Cap. præcipimus. dist. 93.* Proinde testatur Coquille sur les Coustumes des Nivernois, *ad tit. des fiefs, art. 49. pag. 141.* Romæ in Consistorio, præsente Pontifice, legatos Principum Christianorum, ea locari sede, quæ illis, quos repræsentant, convenit, idemq; fieri in Comitiis Imperii, nisi quòd Principes præsentes ibi præferantur absentium Legatis, ac in funebri pompa Principum, idem tradit, magistros Cæremoniarum ac Caduceatores, eundem deferre honorem Legatis eodem ordine, qui debetur Principibus, qui suos legatos miserunt. Verba notatu digna d. Coquille

sub-

subjicere placuit: Les envoyés & Commis des Seigneurs, ait, tant à marcher, qu'à seoir, hormis qu'és ceremonies, quant aux Princes, le Herault ne baise pas ce, qu'il presente à l'envoyé, & ne s'agenoville pas, comme il feroit au Prince, S'il estoit present. Ainsi au Consistoire à Rome, en presence du Pape, les Ambassadeurs des Princes Chrestiens ont seance selon la dignité de leurs maistres: ainsi és dietes Imperiales, sauf toutesfois que les princes presens sont preferés aux envoyés des absens, ainsi est es pompes funebres des Princes, és quelles les maistres des Ceremonies & les Heraux deferent l'honneur aux Princes, qui les ont
5 envoyes. Sanè, prædictis consequens est, Legatos, si ipsis de loco honoratiori & Sessione quæstio moveatur, pro Regum & Principum suorum Sessione tanquam pro aris & focis certare debere, Ruland. *p. 1. de Commissar. lib. 7. c. 2. n. 11.* & potiùs congressum uitare, quàm ut inferiori
6 loco sedeant, vel minimum præjudicii Domino suo inferatur. Fecerunt id aliquoties Legati Regis Hispaniæ, in controversia Sessionis cum Legatis Regis Galliæ, & Pontificius ac Anglicus Legatus coronationi Caroli V. non interfuerunt, ne post Principes Electores ordinarentur, uti refert *Hartmannus Maurus.* Præclarè idem notavit Frider. de Marselaer *in Legat. lib. 2. dissert. 32.* Legatus inquit, (cui idem, qui Principi mittenti, si adesset honor debetur) etiam in loco prærogativam sui Principis animosè asserere debet, & fugere potiùs congressum, quàm sinistrè vel inferiùs sedere, aut subscribere: ni faciat plurimum Principi suo detracturus, ipse velut homo nihili habendus. Pluris enim apud Principem dignitatis possessio fit, quàm cæterarum rerum quæ dignitati ancillantur *Hac Marselaer. d. l.*

Equidem rectè eminentissimæ eruditionis Vir *Carolus Paschalius Consiliarius quondam Regis Galliæ & apud Rhætos Legatus, in Legato suo cap. 67.* admonet Legatos Principum, ut sint animosi assertores loci sui, viriliterq; propulsent omnem injuriam sinistræ aut inferioris sessionis. Ipsa numina antiquitas finxit hujus dignitatis retinendæ cupientissima, ita apud *Homer. odyss. 3. v. 55.*

Χαῖρε δ' Ἀθηναίη πεπνυμένῳ ἀνδρὶ δικαίῳ
οὕνεκα οἱ προτέρῃ δῶκε χρύσειον ἄλεισον.

Gavisa est Pallas propter prudentem virum justum,
Eò quod ipsi priori præbuit aureum poculum.

Sane cùm plerunque fiat, ut judicio illius, qui colitur frequentia legationum, legatis hic aut ille locus à designatore monstretur ut suus,

legati

legati officium erit, ut hujus tantæ rei non omnem judicationem patiatur esse illius, ad quem aditum est, sed & suam; non ut ipse quenquam cubito depellat, sed ut ne quis ipsum. Quippe inveniuntur Principes omnis respectus contemtores, ut Nero, qui legatos qui ex Achaja citharædorum coronas ad se pertulissent, non modò primos admisit, sed etiam familiaribus epulis interposuit, *Suet. in Neron. cap. 22.* Ita Legatos Thebanos Rex Persarum sedere jubebat supra legatos Regum. Hoc videlicet veluti præmio donabat illos, quorum auxiliis sæpiusculè juvabatur, *Diod. Sic. lib. 17. Bibl.* Tunc ad fidem aliorum Legatorum maximè pertinuit, id agere quî Legati Thebani sederent apud Regem, non utique primi aut superiores, sed potiùs soli; ne ex discrimine ipsis dignitas, reliquis accederet contumelia. Cui vitandæ interdum in orbem sedetur, ubi loci nullius prærogativa, hinc olim rotundas veteribus mensas fuisse, ne quem sibi prælatum quispiam conquereretur suprà *capite 7.* diximus, neq; omittendum, quod & tripodes sacros, sicut mensas Deorum, hoc est aras, orbiculata sive circulari formâ veteres Græci compingere soliti, ad mundi sphærici honorem, ut *Eustathius* memorat *ad illud Homeri πάντοσε κυκλοτερέας,* mutatus nimirum ab illo, quem crebrò in testimonium citat, Deipnosophista Athenæo *lib. 11. conf. Polluc. Onomastic. lib. 10. c. 23.* Vid. *Petr. Fabr. lib. 3. semestr. cap. ultimo.* Cæterùm interdum controversias ejusmodi Sessionum per sortem dirimi, itidem suprà monuimus. Vid. *Ventur. de Valentin in Parthenio Litigioso lib. 2. c. 5. n. 9. & Cothman. vol. 5. consil. 25. n. 4.* Sic Cæsar, Pompejus, Antonius, inito fœdere, sortiti sunt, quis ipsorum primo loco, quis altero, quis postremo cæteros exciperet. Itaque eo ordine, qui sorti complacitus est, convivia celebrarunt in ipso littore Appia. Civ. 5.

Porrò cum ab ordine Scripturæ arguatur quædam prærogativa, *Felin. in rub. de majorit. & obed Joh. Meurs. lib. 1. Animadvers. miscell. lib. 1. c. 1. Modestin. Pistor. vol. 1. consil. 51. n. 34.* legatus operam dabit, ne nomen Principis, aut Reipublicæ suæ in publicis actis, locisq; illius nomini postscribi patiatur, cui neq; virtute, neque ullis fortunæ muneribus concessum velit. Sacerdos Vulcani nequaquam passus est signum Darii esse editiori loco, quàm Sesostridis. Neque enim, inquit, Darii res gestæ Sesostridis conspicuæ famæ facinoribus æquari possunt. *Herod. l. 2. Lucan. l. 10.*

Venit ad occasum, mundique extrema Sesostris,
Et Pharios currus regum cervicibus egit.

Equidem non omittendum hoc loco duxerim, cujus est prima sessio, huic jus esse, ex omnibus eligere, quam vult, atque adeò ultimam, si est, ut hanc negotium desideret, puta cùm forte sententiam cujusque non simulanter exquirit. Hâc sanè de causâ in concilio Ætolorum, etsi primus locus erat magnitudinis Romanæ, tamen permissu Legatorum Romanorum Athenienses & Macedones primo loco dixerunt. Ipsi ultimo maluerunt, ut objectis respondere possent, teste Livio *lib. 21.* Quâ causâ remotâ, legati de suo largiri possunt, de alieno & publico minimè. Nam loco asserendum est jus & dignitas imperii, prout rectè observat *Paschalius laudato loco.*

Porrò, licèt regulariter Legatis Principum idem honor, præminentia, & sessio debeatur, quæ competit Principibus, à quibus missi, tamen
7 in Imperio nostro quibusdam casibus id non observatur. Ita si in electione Regis Roman. quendam Electorum abesse contigerit, legatus ab eodem missus, licèt Domini sui personam repræsentet, & ad mandatum sibi datum admitti debeat, in mensa tamen, quæ Domino, qui ipsum mittit, deputata est, sedere non potest, prout expresse habetur in Aurea Bulla Caroli IV. *cap. 25. §. finali.* ibi: Quandocunq; insuper aliquis Princeps Elector, Ecclesiasticus vel etiam secularis, justo impedimento detentus, ad Imperialem Curiam vocatus venire non valens, nuncium vel Procuratorem cujuscunque dignitatis vel status transmiserit, missus ipse, licet loco mittentis, juxta datum sibi ab eo mandatum, admitti debeat: In mensa tamen vel sede, quæ illi, qui ipsum transmittit, deputata fuerit, non sedebit.
8 Sic in Coronatione Caroli V. attestante Hartm. Mauro *de Coronat. Caroli V.* cùm Rex Bohemiæ abesset, & Legatum misisset, ejusdem mensa vacua edulio mansit. Idemq; in Ferdinandi II. fœlicis recordationis gloriosissimi Rom. Regis coronatione observatum fuisse constat. Vid. Gothardum Artum apud Goldastum *Politic. Imper. part. 1. pag. 178.* ubi refert in coronatione Matthiæ Imper. mensam, quæ pro Electore Brandenburgico parata fuerat, holoserico rubro instratam, mansisse vacuam, & sine eduliis, cùm ipse non esset præsens, sed misisset Legatum. De mensis absentium Electorum tradit Sprenger. *in Jurisprud. publ. pag. 181.* quod credentias quidem habeant, sed stratæ non sint, positis in singulis tribus clausis patinis. Sanè non est alicubi insolitum etiam absentium mensas ferculis onerare, æquè ac si præsentes forent: idemq; fit Regi Franciæ mortuo, cui vicenos ad dies epulæ apponuntur, æquè

æque ac si vivus mensæ adsideret, Limn. *in Notit. Regn. Franciæ lib. 2. c. 17. p. 116, & in observ. ad A. B. Caroli IV. ad Cap. 28. §. 6. Observ. 5. p. 594.* Secundò, receptum in Comitiis Imperii, ut Principes in personâ, ordine posteriores, præcedant Legatos Principum ordine priorum, id quod præprimis inter Electores S. R. Imperii observatur, Christ. Lehman/ *in Chronic.* der Freyen Reichstadt Speyer *lib. 7. c. 124.* exceptis Domus Austriacæ, Burgundicæ & Archiepiscopi Salispurgensis Legatis, qui ipsos Principes in persona præsentes præcedunt. Gottlieb von Hagen/ *in Comitiolog. Ratisbonens. Anni 1654.* Observatum id in nuperrimis Imperii Comitiis de Anno 1654. in quibus Elector Palatinus Carolus, qui prædictis Comitiis ipse interfuit, absentium Electorum, Coloniensis, Bavari, & Saxoniæ Legatis prælatus fuit. Equidem cum in prædictis Comitiis Ratisbonensibus Anno 1654. Electorum secularium legati, Electori Palatino, Carolo Ludovico cedere nollent, à Collegio Electorali ita decisum; Wo die Herren Churfürsten nicht alle persöhnlich gegenwärtig/ und mit den abwesenden Gesandten concurriren wurden/ daß alßdan die in eigner Persohn anwesende HErrn Churfürsten/ der abwesenden oder sonst quacunq; occasione bey denen actibus tam publicis, quàm collegialibus nicht erscheinender Herrn Rähten/ Gesandten/ und Bottschafften (ohn respect ihrer gnädigsten HErrn Principalen sonsten vor/ oder nachsitzen/ wann sie selbst gegenwärtig wehren) in sedendo, eundo, & procedendo, es werden gleich die Keyserliche insignia vorgetragen oder nicht/ doch salvo semper directorio, ac laterum ac votorum ordine, vorgezogen werden sollen. 9 10 11

Nec verò id inter Electores tantùm obtinet, sed & inter cæteros ordines receptum, ita Anno 1542. in Comitiis Norimbergens. ipsius Caroli V. augustissimi Imperatoris Legati Ferdinando fratri postpositi fuerunt, prout ex scripto quodam Johannis Friderici Electoris Saxoniæ & Philippi Lantgravii Hassiæ demonstravit Ant. Coler. *sect. 68. de Jur. Imper. Germ.* Tandem, peculiari transactione Anno 1566. cautum fuisse, ut Electorum Legati in generali Curia præcederent Principes, comparati verò cum Electoribus qui in propria persona adsunt, infra illos sedeant, tradit Nolden *de Stat. Nobil. c. 9. n. 348.* quod ante eum notavit Bernh. Bertram *de Comitiis memb. 5. th. 67.* 12

Cæterùm, quod alterum capitis membrum attinet, *An subdelegatus delegantis Sessionem obtinere debeat?* Prius dicendum: *Utrum Legato ob morbum, infirmitatem, aut aliam prægnantem causam, alium pro se* 13

vel suo nomine substituere liceat? Et cùm hanc quæstionem eruditè resolverit Fridericus Marselaer *in suo Legato lib. 2. cap. 9.* verba ejus subjicere operæ pretium duco. Quod si autem, *inquit*, unus quidem sit, qui mittitur, & hic necessarium sive ab ægritudine, sive alio infortunio impedimentum in via sustineat; anne aliquem è Comitibus sive domesticis sibi Vicarium eligere, & mandata credita transferre in eundem poterit? Nolim affirmare. Nimia certè hæc potestas sit, & majori periculo, quàm commodo exposita. Si hanc fortunæ moram excludere Princeps velit; jam in antecessum permittat constitui Vicarium posse: imò, ut amplius rebus consulat, ipse constituat. Sanè, si legibus stare velimus, quæ de Legationibus sunt, Legati Vicarios dare non alios possunt, nisi filios suos. *Hæc Marselaer d. l.* vide *l. 4. §. 4. D. de Legationibus*, in qua Marcianus JCtus. Legati, *ait*, Vicarios dare non alios possunt, nisi filios suos. Jam quod subdelegatum attinet an ille Delegantis Sessionem in Comitiis Imperii habeat, addubito, nam si delegati Principum Legati non habent præcedentiam præ præsentibus Electoribus ordine posterioribus, quibus Principes sui præferuntur, quid dicemus de subdelegatis? Equidem usu receptum, subdeleganti eam Sessionem, quæ de legato dabatur, non competere, nec desunt exempla recentiora. Ita Anno 1641. Cæsarea Majestas & Principes Brunsuicenses Calenbergensis ditionis convenerunt, ut Legati ab utraque parte mitterentur, qui de controversiis, quoad Episcopatum Hildesheimensem inter se conferrent, easque, si fieri posset, componerent. Imperatoris vices sustinuit tum temporis Archidux Leopoldus Wilhelmus delegatus. Hic subdelegaverat Comitem de Tattenbach, & cùm ad tractationem harum litium, ad petitionem Brunsuicensium, cum iisdem se conjunxisset Legatus Regis Daniæ Christiani Quarti, Legatus hic Danicus adductis rationibus, cedere noluit, aut primum locum ac Sessionem concedere Comiti de Tattenbach, prout hoc ipsum refert Dn. Gottlieb von Hagen *in Comitiolog.* Iidem cùm apud Reginam Sueciæ Christinam, Holmiæ inter alios deputatos, ut hodie eos appellare amant, duo Residentes Legati essent, unus nomine Regis Galliæ, alter Regis Daniæ nomine, contigit, ut Legatus Gallicus evocaretur in Galliam, ut de negotio Regi referret. Is subdelegaverat alii vices suas. Tum Danicus Legatus noluit præcedentiam subdelegato huic Galliæ Legato concedere, sed supremum & honoratiorem occupare locum voluit, ibi cùm quilibet præeminentiam & jura Regis sui tueretur,

nec iidem sibi invicem cedere vellent, à verbis ad verbera pervenerunt; Eam ob rem varii sermones tum in aula Galli, quàm Dani, sparsi, tantùm verò abfuisse, tradit idem Gottlieb von Hagen *d. l.* ut Legatus Daniæ P. W. ullam animadversionem incurreret, ut potiùs ad dignitates & honores longè majores promotus fuerit. Sanè Gallum alioquin Dano quoad præcedentiam præferendum esse, à nullo juris publici autore hactenus in dubium vocatum fuisse legi, & infrà *lib.* 3. pluribus probabo.

CAPUT XII.

In quo disquiritur: An consuetudine induci possit, ut minor in dignitate præferatur quoad Sessionem Majori?

SUMMARIA.

1. *Consuetudo magnæ authoritatis est, & vice privilegii, ac præsumitur justè, sanctè, & magna cum ratione introducta.*
2. *In sessionum materia in tantum ratio habenda consuetudinis, & observantiæ, ut licet aliter de jure censeatur, nihilominus illa obtineat, quam usus longævus firmavit.*
3. *Consuetudo in Sessionibus plurimum habet momenti.*
4. *Consuetudinem illam, quâ inductum, ut minor in dignitate præferatur majori, repugnare naturali rationi, probatur.*
5. *Eandem consuetudinem juri divino contrariam esse evincitur.*
6. *Consuetudo hæc jure Canonico & Civili improbata est.*
7. *Præcedentia semper majoribus & dignioribus tribuenda.*
8. *Consuetudo prædicta, ut injusta, irrationabilis, & omni juri contraria, communiter à Dd. improbata est.*
9. *Consuetudo introducta debet esse rationabilis.*
10. *Omnis consuetudo, quæ repugnat legibus vel Canonibus, irrationabilis dicitur.*
11. *An expresso pacto & consensu fieri possit, ut majori dignitate præditus, postponatur minori?*
12. *Valet argumentum à consuetudine ad pactum saltem negativè.*
13. *Ordines & gradus dignitatum favore publico inducti sunt.*
14. *Pactum hoc, ut majori dignitate præditus, postponatur minori, etiamsi juramento firmatum sit, nihilominus invalidum est.*

PRiusquam huic libro I. colophonem imponamus, operæ pretium esse duximus, summo digito & quasi per indicem, ut sacratissimi Imperatoris nostri Justiniani verbis *in §. ult. Inst. de public. judic.* utamur, attingere nobilem hanc quæstionem; *An scilicet consuetudine induci possit, ut minor in dignitate præferatur quoad Sessionem Majori.*

Prima fronte videbatur dicendum, consuetudine omnino induci
1 posse, ut Minor in dignitate præferatur Majori, (1.) *enim* jure expeditum est, consuetudinem magnæ authoritatis & vice privilegii esse, Zas. *2. consil. 26. n. 15.* ac præsumi justè, sanctè, & magna cum ratione introductam, Bald. *in l. de quibus. D. de ll.* quinimo Legem etiam scriptam vincere *l. 32. D. de ll.* unde *in c. in justis dist. 4.* dicitur. Leges firmantur, cum moribus utentium approbantur, hinc Solon interrogatus quas leges optimas condidisset Atheniensibus, respondit, eas se judicare optimas, quibus populus uteretur, confer Aristot. *2. Politic. cap. 7. & Nar. 39.*

2 *Adde (2.)* quòd in hac sessionum materia in tantum ratio habenda consuetudinis & observantiæ, ut, licèt aliter de jure censeatur, nihilominus illa obtineat, quam usus longævus firmavit, Andr. Knichen *in Comment. de Sax. non provoc. iure ad verb. Ducum Saxoniæ cap. 2. n. 105. p. 144.* sanè consuetudinem in Sessionibus plurimum habere momenti, communis
3 Dd. sententia approbavit. Bald. *in cap. cum olim n. 1. & seq. de Consuet.* Rim. Jun. *lib. 1. consil. 95. n. 22.* Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 106. n. 8.* & Felin. *in cap. statuimus de major. & obedient.*

Verùm enimverò hisce non obstantibus, negativa sententia de jure verior est, consuetudine scilicet induci non posse, ut minor in dignitate
4 præferatur Majori, idq; ob rationes sequentes.

(1.) Quòd talis consuetudo repugnet naturali rationi, cùm ordo in præcedendo secundùm gradus dignitatum sit juris naturalis, secundùm Tiber. Decian. *Respons. 7. num. 71. vol. 3.* quomodo etiam suprà hoc libro evictum, quasvis moratiores gentes, Hebræos, Græcos, & Romanos, nonnisi majoribus & viris egregiis honoratiorem in consessu locum assignâsse, unde à posteriori, si non certissimâ fide, certè probabiliter admodum, juris naturalis esse, colligitur id, quòd apud omnes gentes, aut moratiores omnes tale esse creditur, [illegible] ajebat Heraclitus. Ast ratio naturalis authoritate legis vel consuetudinis immutari nequit, *l. 2. D. de usufr. ear. rer. quæ usu consum.* Philip. Dec. *in Rubr. de Appellat. n. 7.* proinde S. Augustinus *in libro quæstionum Genesis, quæst. 23.* cujus

cujus sententia relata *in c.12. caus. 33. quæst. 5.* Nulla, *inquit*, justitia est,
ut major serviat minori.

(2.) *Hæc* consuetudo juri divino contraria est, cùm eo jure ordo di-
gnitatum, earumq; gradus approbatus, unde eleganter in Concilio To-
letano, prout habetur *in c. ad hoc dispensationis ult. dist. 89.* inter alia se- 5
quentia constituta, ibi: Ad hoc dispensationis divinæ provisio gradus
diversos & ordines constituit esse distinctos, ut dum reverentiam mino-
res potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impende-
rent, vera concordia fieret, & ex diversitate contextio, & rectè officio-
rum gereretur administratio singulorum &c.

(3.) *Eadem* consuetudo non modò jure Canonico *d. c. 12. caus. 33* 6
quæst. 5. & c. ult. dist. 89. improbata, sed & jure civili *arg. l. 1. & ibi Dd.*
D. de albo scrib. l. ut gradatim. D. de muner. & honor. quinimo eandem
contra honestatem esse, & proinde non valere, asserit Chassanæus *in Ca-*
talog. Glor. Mundi part. 4. Considerat. 46. adducens *c. cum decorem ext. de*
vit. & hon. clericor. Panor. verò *in consil. 22.* dicit, hanc consuetudinem
contra rationem esse.

(4.) *Constat* præcedentiam semper Majoribus & dignioribus tribu- 7
endam esse, Sacra *Congreg. Rit. in Sanct. Severin. 1. Septembris 1607.* quam
refert Sellius *in Selectis Canon. c.47. n.5.* Schrader. *de Feud. part. 10. sect. 9.*
n. 151. Bursat. *lib. 4. cons. 343. n. 10.* neque id ipsum heri aut hodie fieri
incipit, prout ait Thucydides *lib. 1 de bell. Peloponess.* sed semper accidit,
ut inferior cedat potentiori. Duro di Pascolo *in aulic. politic. reg. 160*
sanè digniorem locum deberi secundùm dignitatem & honorem, pluri-
bus probatur in Rot. Rom. *apud Gregorium XV. decis. 310. n. 3. & 4.* ubi
dicitur, maximum esse absurdum, quòd inferior præcedat, & præferatur
majori. Vide Jo. Dominic. Cosciam *in Dissertat. Jur. in Respons. de præce-*
dentia inter Lectorem Cathedra Juris Civilis horis vespertinis, & Lectorem Ju-
ris Canon. hor. matutin. in studio Neapolitano. passim.

(5.) *Hanc* consuetudinem, ut injustam, irrationabilem, & omni juri 8
contrariam, communiter Dd. ferè omnes, & interpretes juris, quos ego
quidem legi, improbârunt & rejecerunt, vide Panormit. *p. 1. consil. 21. &*
22. ubi concludit, non valere consuetudinem, quòd Archidiaconus præ-
feratur Vicario Episcopi, tanquam omni jure contrariam, & Bartholo-
mæum Chassanæum *in Catalog. Glor. Mund. d. part. 4. considerat. 46.* ubi
consuetudinem hanc pestem potiùs dicendam esse, quàm consuetudinem
asserit.

asserit. Eandem consuetudinem ceu irrationabilem rejecerunt, Bernardinus Bombinus *cons. 22. n. 3.* Lancellottus *in Templo omnium Judicum lib. 2. cap. 6. §. 2. n. 14.* Johan. Baptist. Ferret. *consil 240. n. ult.* Decian. *vol. 1. consil. 21. n. 65.* Fed. Scotus *tom. 1. lib. 6. resp. 28. n. 5.* Ruin. *lib. 4. cons. 155. n. 11.* qui irrationabilem dicit hanc consuetudinem, etiamsi originis nescia sit. & Martinus Rumelinus Jctus *in Dissertat. ad Aur. Bullam Caroli IV. Rom. Imperatoris part. 3. Dissertat. 1. th. 17.*

Non obstant suprà adductæ rationes pro affirmativa sententia, nam
9 quòd (*1.*) *magna* authoritatis sit consuetudo, & legem etiam scriptam vincat, vel quæ alia de vi consuetudinis afferri possent, istud quidem ultro largimur, modò tamen adsint requisita consuetudinis, etenim præprimis requiritur, ut consuetudo introducta, sit rationabilis, Bernardus Grævæus *in practic. conclus. jur. ad Gail. observat. lib. 2. conclus. 31.* Dn. Henricus Hahn, Jctus clarissimus & Professor Academiæ Juliæ, fautor & amicus noster pl. colendus, *in observ. Theor. pract. ad Wesembec. tit. 3.* consuetudo quippe irrationabilis non ligat, etiamsi Principis consensus accessisset, Alex. Raud. *in tr. de analog. c. 33. n 137.* Jam verò ostensum in rationibus decidendi, consuetudinem hanc, quòd minor præferatur majori, contrariam esse rationi naturali, juri Divino, Canonico & Civili, & proinde irrationabilem dicendam, cùm omnis consuetudo, quæ repugnat legibus vel cano-
10 nibus irrationabilis dicatur, Cravett. *cons. 96. n. 3.* sanè malè adinventa, malæq; consuetudines ex longo tempore non confirmantur, prout dicitur *in Auth. ut nulli jud lic. hab. Gl. in c. quia cognovimus q. 3.* & ejusmodi consuetudines sunt tanquam abortiva statuta, inquit Bald. *de pac. Constan. not. 7.* vid. Carol. Molinæum *contra abusus Papæ.*

Et licet (*2.*) consuetudo in Sessionibus plurimum habeat momenti, attamen hoc effatum ad consuetudinem planè irrationabilem, qualis hæc est, ut modò ostensum, extendendum non est, nec verò de hac consuetu-
11 dine Dd. adducti loquuntur. Cæterùm; *Anne expresso pacto & consensu fieri poterit, ut majore dignitate praditus postponatur minori?* Negat hoc ipsum Martinus Rumelinus *in Dissertat ad Auream Bullam Caroli IV. Rom. Imperatoris part. 3. dissert. 1. th. 18.* post Decian. *vol. 3. resp. 19. n 43.* mo-
12 tus ea ratione, quòd, quicquid per consuetudinem induci non possit, id neque per pactum & consensum expressum confirmetur, valet enim argumentum à consuetudine ad pactum saltem negativè, Nicol. Everhard. *in loc. arg. legal. loc. 120. à pact. ad Leg. Statut. vel consuetud. n. ult. Dd. ind.*

non

non impossibile 50. D. de pact. Fr. Vivius *lib. 2. decis. 255. n. 7.* Cravett. *part. 5. consil. 814. n. 1.* Decian. *vol. 3. Resp. 7. n. 73.* Ordines insuper & gradus dignitatum favore publico inducti sunt, ad societatem humanam in pace & concordia servandam, *can. licet nonnunquam dist. 45.* juris verò expressi est, neminem favori suo renunciare posse, quando ob publicam utilitatem introductus est, *l. 38. D. de pact.* Decian. *vol. 3. Resp. 7. num. 70. & seqq.* Rumelin. *d. l.* quinimo etiamsi pactum hoc juramento firmatum fuisset, tamen invalidum esse Dd. voluere, Ripa *in l. 3. de donat. c. 6. n. 8. c. si diligenti de for. compet.* Vide in terminis Decian. *d. vol. 3. Resp. 19. n. 41.* 13 14

LIBRI SECUNDI

CAPUT I.

De Pontificis Romani præminentia, sessione, & præcedentia, tam inter Ecclesiasticos, quàm seculares Reges & Principes.

SUMMARIA.

1. *Duobus seculis integris post Christi ascensionem in cœlos, Romanus Pontifex nullum præ cæteris Episcopis & Patriarchis primatum obtinuit.*
2. *Quanquam Pontifici Romano etiam antiquis temporibus in Conciliis, ob urbis Romanæ dignitatem* προκαθεδρία *seu prima sessio præ cæteris Patriarchis competierit.*
3. *In concilio Chalcedonensi Leonis Pontificis Romani legati primi sederunt.*
4. *Pontifici Romano primatum sibi asserenti in primitiva ecclesia, acriter contradictum fuisse, luculenter probatur.*
5. *Nulla prærogativa singulari innixa fuit sedes Romana usque ad Nicænum Concilium, circa annum Dni 340.*
6. *Quibus gradibus ac quâ occasione paulatim ad præeminentiam ejusmodi sedes Romana pervenerit latè demonstratur.*
7. *Notatur Cardinalis Baronius.*
8. *In Synodo universali Ephesina nullam prærogativam præ cæteris Romano Præsuli competiisse ostenditur.*
9. *Eadem Synodus voluntate & nutu Theodosij & Valentiniani convocata.*
10. *Agitur de dissidiis, quæ propter primatum*

matum in ecclesia obtinendum fuerint inter Pontificem Romanum, & Patriarcham Constantinopolitanum.

11. *Quando primò omnium Constantinopolitani Patriarchæ Sedi Romanæ se subjecerint?*

12. *Gregorius Magnus Pontifex primatum Constantinopolitani Patriarhæ damnavit.*

13. *Idem Gregorius Magnus Pontifex primus omnium se servum servorum Dei appellavit, ad retundendam Constantinopolitanæ universalitatis ambitionem.*

14. *Alij tradunt jam ante Gregorium M. Damasum Papam primum omnium fuisse, qui se servum servorum dixerit.*

15. *S. Augustinum eodem titulo usum fuisse, ex ipsius scriptis probatur.*

16. *Joannes Jejunator Episcopus Constantinopolitanus primatum sibi in Ecclesia arrogavit, & Oecumenicus vel universalis dici voluit.*

17. *Eidem contradixit Gregorius M. cujus humilitas commendata à Baronio.*

18. *Titulum universalis Episcopi Constantinopolitano ademit Phocas Imperator, & primus Romano Pontifici Bonifacio tertio contulit.*

19. *Respondetur ad argumenta Cardinalium, Bellarmini & Baronij, qui heic dissentiunt.*

20. *Exponitur l.8. C. de Summ. trinit.*

21. *Latè probatur, quot incommoda & schismata attulerit sola disceptatio de tolerandis aut tollendis imaginibus.*

22. *Quâ occasione Constantinopolis pervenerit in Turcarum potestatem? exponitur.*

23. *Jure divino Pontificibus primatum competere, Bellarminus, Alciatus, aliiq; asseruerunt.*

24. *Ex unanimi consensu S. patrum primitivæ Ecclesiæ, qui quinque præprimis prioribus seculis floruerunt, probatur S. Petrum fuisse Romæ.*

25. *An Petro à Christo primatus quidam in Ecclesia, præ cæteris Apostolis concessus?*

26. *Accurate exponitur dictum Matth. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & respondetur argumentis Bellarmini.*

27. *In N. T. in dubiis de textu ad græcum exemplar, tanquam ad infallibilem fontem confugiendum.*

28. *Quid de Syriaca N. T. versione sentiendum, ex mente ipsius Bellarmini.*

29. *Quam ob causam quidam Patrum per petram, Petrum intelligant, exponitur ex Casaubono.*

30. *Per petram in dict. loco Matth. 16. Chrysostomus, Theophylactus, Basilius, Augustinus, aliiq; Patres intellexerunt fidem Petri, aut confessionem à Petro editam.*

31. *Quibus in faciem contradicere ausus fuit Josephus Stevanus de osculat. pedum Pontificis.*

32. *Petrum à Christo propriis manibus baptizatum fuisse ex Euvodio apud Nicephorum, refertur.*

33. *Author existimat ibidem per Petram*

tram intelligi ipsum Christum filium DEI.

34. Quam sententiam probat ex Augustino, Basilio, Beda, aliisq; primitivæ Ecclesiæ patribus.

35. Idem statuit Nicolaus Lyra.

36. Hanc sententiam ex sacra scriptura probat Author.

37. Quid petræ appellatione intellexerint Patres?

38. Exponitur dictum Joh. 21. v. 16. ibi. Pasce oves meas:

39. Verbum pascere Apostolis & præconibus verbi divini tributum, nunquam primatum aut dominatum, sed semper ministerium significavit.

40. Id quod ex Bernhardo, aliisq; probatur authoribus.

41. Exponitur locus D. Pauli 1. ad Timotheum epistola cap. 3. v. 15. quod Ecclesia Dei viventis sit columna, firmúmque sustentaculum veritatis, quod elogium universæ ac Catholicæ Ecclesiæ convenire evincitur.

42. Martyres & Ecclesiæ Doctores στῦλοι dicti, quod multis exemplis probatur.

43. Theodoreti, Chrysostomi, & Hieronymi expositiones supra locum S. Pauli priori ad Timoth. epistola cap. 3. v. 15. referuntur.

44. Clarissimi JCti Jacobi Gothofredi expositio hac de re adducitur & probatur.

45. De templis gentilium quædam afferuntur.

46. Quænam inter στῦλοι & στήλη differentia? exponitur.

47. In columnarum, quæ in templis gentilium erant, fastigiis simulacra Deorum imposita fuerunt.

48. Columnis aliis inscripta fuerunt elogia fœdera, narrationes & traditiones historicæ, cujusmodi usus fuit columnarum Isidis & Osiridis.

49. Quibusdam columnis gentilium inscripta fuerunt oracula, leges, & decreta morum, ut Delphis vel curationis morborum indicia, uti in Serapidis fano.

50. In Æsculapii templo incubare solebant ægroti, iisq; in somno medicina morbi indicabatur, quod ex Luciano, Herodiano, Philostrato, Eusebio aliisq; probatur.

51. In hujus rei memoriam ægroti tabellas suspendebant, continentes remedium morbi per somnum indicatum.

52. Quales ejusmodi tabellæ fuerint?

53. In Italia, Gallia, & Brabantia ægroti, qui morbis liberati auxilio S. Mariæ vel sanctorum, pictas tabellas in eorundem ædibus suspendunt.

54. Cur Ecclesia columnæ titulo gaudeat?

55. Probatur præcipuos Patres secundum Bellarminum & Baronium in quibusdam non leviter lapsos esse.

56. Adducuntur verba Chrisostomi, veritatem scilicet esse columnam Ecclesiæ.

57. Probatur istum locum S. Pauli in priori ad Timotheum epistola cap. 3. v. 15. Patres & Romano-Catholicos Doctores explicari de universali & Catholica Ecclesia.

58. Confirmatur hoc ipsum adductis verbis & testimoniis Alphonsi Testati, Ioannis Francisci Pici Mirandulani, Petri Alliacensis Cardinalis, Nicolai Lyra, aliorumq; Romano-Catholicorum Doctorum.

59. Evincitur ex Romano-Catholicis Scriptoribus Pontificem Romanum labi & errare posse, utut dissentiant Abrahamus Bzovius & Iacobus Gretserus.

60 Marcellinus Papa persecutionis tempore, propter metum pavoris, & crimen avaritiæ grana thuris obtulit.

61. Ostenditur Honorium Romanum Episcopum à rectitudine dogmatum aberrasse, & à sancta & universali Synodo publicè damnatum fuisse.

62. Quales Pontifices sedes Romana habuerit seculo decimo ex Baronio notatum.

63. Expositus locus apud Matth. cap.16. n.19. Tibi dabo claves regni cœlorum.

64. Veritate nihil majus homo accipere, neque dignius dare munus homini DEUS potest.

65. Pontifices Romani honoratiorem locum in Conciliis præ omnibus reliquis Patriarchis & Episcopis occuparunt.

66. Hanc praeminentiam & jus προεδρίας Romani Pontifices non demum post Phoca Imperatoris tempora, sed longe ante Phocam sibi vindicarunt, de primatu aliud judicatur.

67. Iam ante Concilium Constantinopolitanum & Chalcedonense hæc prærogativa Pontificibus Romanis competiit.

68. Verba Cypriani adducuntur, quibus Episcopos Romanos, primæ sedis Episcopos, & Romanam Ecclesiam principalem, & Petri cathedram appellat.

69. Ex actis conciliorum probatur Episcopos Romanos primùm semper nominatos, ac primò omnium subscripsisse.

70. An de prærogativa Pontificis Romani Constantini temporibus quicquam colligere liceat ex c.Constantinus 13. dist. 96.

71. Multis argumentis evincitur famosam istam donaionem Italiæ à Constantino M. Pontifici factam non fuisse.

72. Adducta eam in rem verba Hieronymi Catalani, Canonici Barcinonensis, Alexandri VI. cubicularij.

73. Alia afferuntur argumenta, quibus probatur donationem istam fictitiam esse.

74. Quæ Iulij Cæsaris Bullingeri ea de re sententia?

75. In conciliis Constantinopolitano & Chalcedonensi constitutum, Romanum Præsulem primum inter reliquos locum obtinere debere.

76. In concilio Chalcedonensi Leonis Pontificis Romani Legati primi sederunt, ac primi locuti fuerunt.

77. Quæ praeminentia expressè Pontifici Romano tributa à Iustiniano Imperatore.

78. Inquiritur in causam ac rationes, cur primus in consessu locus Pontifici Romano in conciliis concessus à cæteris Patriarchis?

79. Ex actis conciliorum probatur, ob urbis Romanæ dignitatem, quod ibi sedes Imperatorum esset, hanc prærogativam Ro-

Romano Pontifici concessam fuisse.
80. Roma quibus encomiis à veteribus scriptoribus exornata.
81. Refertur opinio Chassanai existimantis Petrum primum locum in ecclesia triumphante occupare.
82. Post Phocæ tempora itidem Pontifices Romani in Conciliis honoratiorem locum occuparunt.
83. In secunda Synodo universali Nicæna Adriani Pontificis Romani legati primi sederunt, & subscripserunt.
84. Huic Synodo præfuerunt Imperatores, eamq; convocarunt, quod ipsum contra Bellarminum probatur.
85. In occidente circa tempora Caroli Magni in Synodo Francofurtensi Pontifices Romani itidem primum locum occuparunt.
86. Idem in aliis Conciliis observatum fuisse, necnon Concilio Florentino probatur.
87. Transit Author ad Sessionem Pontificis Romani quoad seculares Imperatores & Reges, & ostendit tempore Imperatorum Ethnicorum nullam præeminentiam Pontifici Romano præ secularibus, competiisse.
88. Adducuntur quædam de persecutionibus Christianorum in primitiva Ecclesia.
89. Quamnam Sessionem quoad seculares Imperatores & Principes obtinuerint Pontifices Romani, temporibus Constantini Magni, & subsequentium Imperatorum.
90. Constantinum Magnum in Concilio Nicæno solio parvo posito in medio sedisse ex Eusebio probatur.
91. Evincitur convocationem Conciliorũ ad Imperatores pertinere, actam in Oriente quàm occidente concilia ab Impp. convocata fuisse, solidè probatur.
92. Controversia ista, an Papa ratione Sessionis præferri debeat Imperatori, acerrimè alim dicussa fuit inter Fridericum I. Imp. & Hadrianum IV. Pontificem.
93. In Concilio Florentino Legatus Imperatoris proximus à throno Pontificis locus assignatus fuit.
94. Quid hac de re habeatur in Ceremoniali Romano, & quamnam reverentiam Imperator Pontifici exhibere debeat, ex eodem Ceremoniali proponitur.
95. Vigore ejusdem Ceremonalis Romani, ab Imperatore, si Papa civitatem intraverit, freno duci ejus equum traditur.
96. Exemplis hoc ipsum illustratur.
97. De osculatione pedum Pontificis speciosa adducuntur.
98. Respondetur argumentis Josephi Stevani Valentini in tract. de osculatione pedum Pontificis, qui contendit hunc cultum ex Christi, Dei optimi Maximi imitatione & Apostolorum deferri Pontifici.
99. Reges Hispaniæ olim, cùm adirent Episcoporum Synodum, procumbere soliti fuêre toto corpore terrâ ante ipsos Episcopos & terram osculari.

100. *Quinam Impp. pedes Pontificis osculati fuerint?*

101. *Antiquissimus mos fuit osculandi manum in honore alicui habendo.*

102. *Pedes osculari, olim nimis servile & abjectum habitum fuisse, & nonnisi Tyrannis exhiberi solitum, probatur.*

103. *Quæ causæ fuerint, quod tantam præeminentiam tractu temporis Pontifices Romani sibi vindicarint?*

104. *Pontificatum maximè omnium auxit Mathilda Comitissa per Tusciam & Lombardiæ confinia, Principatus donatio, & quæ hujus muneris limites?*

105. *Pontifices Romani tractu temporis omnia regna & imperia ad se spectare, asseruerunt, quod solidè ostensum est.*

106. *Solidè quoque evincitur Imperatores nostros nec Vasallos Pontificis Romani esse, nec unquam eidem fidelitatem jurasse.*

107. *Evincitur econtra ex Historicis Germanis Pontifices Romanos olim Imperatoribus fidelitatem jurasse.*

108. *Pontifices Romani olim eligi non potuerunt, nisi accedente consensu Imperatorum, quod luculenter probatur.*

109. *Quando hoc jus Impp. ereptum?*

110. *De jussu Urbani VI. Pontificis erga Othonem Ducem Brunsuicensem.*

111. *Agitur de Sessione Legatorum Pontificis Romani quoad seculares Principes.*

112. *Coronationi Caroli V. Pontificius Legatus interesse noluit, ne post Principes Electores ordinaretur.*

113. *Cajetanum Legatum Pontificis, Barnabas Brissonius, qui primas in Senatu Parisiensi tenebat, manu prensum in subselliis inferioribus è regione post se loco secundo sedere jussit.*



SUperiore Libro in genere de Controversiis Sessionum earumq; dirimendarum modis, ac actionibus eo nomine competentibus disseruimus, superest, ut in specie de controversiis illustribus, ratione præcedentiæ enatis agamus. Et quia hodie communi usu Ecclesiastici primum sibi locum sumunt, hoc in libro de Ecclesiasticorum Procerum dissidiis, sessionum respectu, sumus acturi, necnon secularium Regum & Principum controversias sequentibus libris expositur. Hodie verò, cùm primum sibi locum inter Ecclesiasticos vindicet Pontifex Romanus, de ipsius præeminentia primo loco dicemus, ac quomodo ipse ad eam dignitatem successu temporis pervenerit, demonstrabimus. Andreas Alciatus JureConsultus sua tempestate egregius, *in Comment. in Codicem ad l. inter claras. C. de summ. trinit.* fatetur maximam olim controversiam fuisse; *An Pontifex Romanus principatum*

put um Ecclesiarum de jure divino haberet, quem si haberet; An ad eum po-
tius, qui Romæ, quàm qui Constantinopoli esset, quæ nova Roma erat, perti-
neret? Non pauca enim Constantinopolitanus Patriarcha contra Ro- 1
manum Pontificem pro se adduxit, adjutus operâ Orientalium Impera-
torum, qui ibidem residebant, & ne quidem nutantibus & in præceps
ruentibus Orientalis Imperii rebus, utut honoratiorem in sessione locum
Romano concessit Pontifici, non prorsus tamen eidem se submittere vo-
luit, quod ex Actis Concilii Basileensis patet, uti sequenti capite di-
cemus. Verùm enim verò, ut paulò altiùs rem deducamus, constat duo-
bus ferè integris seculis post Christi ascensionem in cœlos, Romanum
Pontificem nullam singularem præ cæteris Episcopis & Patriarchis præ-
eminentiam obtinuisse, quamvis negari non possit προκαθεδρίαν seu primam 2
sessionem in Conciliis, ob urbis Romanæ dignitatem, etiam antiquis
temporibus, præ cæteris Patriarchis, Romano Pontifici competiisse, quod
ultrò fateri cogitur Philippus Mornæus, *in Myster. Iniquitat. p. 152.* ibi:
Ad præsidentiam verò προστασίαν quod attinet, quam nos à προκαθεδρία à pri-
ma sede distinguimus, quæ ultrò fatentibus nobis ob urbis dignitatem
Romano concessa. *Hæc Mornæus.* Et sanè ex decreto Synodi universa-
lis Constantinopolitanæ, prima sedes tributa Romano Pontifici, & post
eum secundam sedem Episcopus Constinopolitanus adeptus fuit. In con-
cilio quoq; Chalcedonensi Leonis Pontificis Romani Legati primi sede- 3
runt, quod ipsum Bellarminus *de Concil. & Eccl. lib. 1. cap. 19.* ad προστα-
σίαν sive præsidentiam, quam tamen Imperatoribus competiisse, ex actis
d. Concilii constat, traxit. Idem in subsequentibus Conciliis ferè obser-
vatum fuisse, ex actis Conciliorum constat. Cæterùm, quòd alioquin
in primitiva Ecclesia Pontifex Romanus primatum quendam in cæteros
habuerit, nuspiam legitur, quinimo sæpius attentanti tale quid, acriter
contradictum à cæteris, & præsertim à Constantinopolitano patriarcha,
ita Anno post Christum 195. in controversia de Paschate, num decima 4
quarta luna Judaico more, dominica sequente celebrandum? cùm Victor
Episcopus Romanus, Ecclesias Asiæ, quod ab eo in hâc controversia dis-
sentirent, à communione excludendos ediceret, cæteri graviter se op-
posuerunt, & pervicaciam ejus notarunt, teste Eusebio *Hist. Eccles. lib. 5.
cap. 22. 23. 24.* inter quos etiam fuit Iræneus, qui Victorem objurgavit
προσηκόντως, opportunè, ut Eusebius loquitur. Anno circiter 250. cùm
Stephanus Pontifex Romanus, exemplo Victoris, Basilidem Episcopum
Astu-

Asturiensem, & Martialem Melidensem idcirco ministerio exauctoratos, quòd sæviente persecutione idolis sacrificâssent, restituere propria authoritate vellet, & ideò Ecclesiis Hispaniæ rescripsisset, opposuit se inter alios Cyprianus, ut patet ex ejusdem *Epist. 35. edit. Turn.* ibi: Cæterùm quòd Romam pergens Basilides, Stephanum Collegam nostrum, longè positum & gestæ rei ac veritatis ignarum fefellit, ut exambiret reponi in Episcopatum, hæc eò pertinere, ut ejus non tam abolita sint, quàm cumulata delicta. Idem Cyprian. *in tract. de unitate Ecclesiæ.* Hoc utique erant & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi, & honoris, & potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, ut una Christi Ecclesia, & cathedra una monstretur. Ut alia nunc omittamus,
5 constat nullâ præterea prærogativâ singulari innixam Sedem Romanam usque ad Nicænum Concilium, nempe usq; annum Domini 340. circiter, id quod præter Patres ejus ævi, testatur Æneas Sylvius, postmodum Pius Secundus Pontifex Maximus eruditione & ingenio nemini secundus, qui in *Epistola 301.* scribit. Ante Nicænam Synodum unusquisq; sibi vivebat, & parvus respectus ad Romanam Ecclesiam habebatur. In ea verò
6 Synodo constitutum, ut singularum provinciarum, una aliqua Ecclesia, & unus aliquis Episcopus supremus haberetur, qui & Metropolitanus vocaretur, quò commodiùs omnia administrari possent. Et ideo factus est Romanus Episcopus Primas suburbanarum sive circumjacentium Ecclesiarum; Carthaginensis, Africanarum; Alexandrinus Ægyptiarum; Antiochenus Syriacarum; Constantinopolitanus Græcarum. Hac occasione arrepta Romani Pontifices ampliorem postmodum potestatem sibi tribuere non dubitârunt, quin ultrò etiam id postularunt, postmodum enim 80. circiter annos post Nicænum Concilium celebrata est sancta sexta Carthaginensis Synodus circa annum Domini 420. in qua Synodo congregati Episcopi 217. inter quos & ipse S. Augustinus, Prosper, Orosius, & multi alii celebres Viri. Aurelius verò Carthaginensis Episcopus præcipuus Africæ totius metropolitanus præsedit. In hac Synodo tres ordine Pontifices summo studio id egerunt cum sanctis illis Patribus, ut sibi jurisdictionem in Africanas & alias exteras Ecclesias concederent, occasione oblata à sacerdote quodam Africano Apiario, Presbytero Ecclesiæ Siccensis, qui à suo Episcopo & Synodo excommunicatus ad Pontificem Romanum confugerat, à Pontifice receptus, ab accusatione absolutus fuit, & Africanis, Pontifex Romanus, ut eum in commu-

munio-

munionem reciperent, præcepit, misitque Zozimus Pontifex ad prædictam sextam Synodum Carthaginensem, legatos à latere Faustinum Episcopum Potentinum, & duos Ecclesiæ Romanæ presbyteros Philippum, & Asellum, iique ex mandato Pontificis pro Apiario recipiendo coram Synodo intercesserunt, simulq; sollicitârunt, ut Episcopis & sacerdotibus liceret à sententia suorum Metropolitanorum Romam ad suam sanctitatem appellare, & quòd Pontifex legatos à latere in Africam mittere posset, qui causas appellantium ad sedem Apostolicam ibi cognoscerent, ut verò idipsum eò faciliùs impetrare possent, ad decreta Synodi Nicænæ provocârunt, in quibus Pontifici Romano hæc ipsa concessa, dixerunt. Vide acta hujus Sunodi *in 1. tom. Concil. p. 519. & seq.* Faustin. *in Comm. ad Can. 1. Syn. Carthag. apud Bals. p. 305. edit. Hervet.* Zozimo intra annum mortuo, qui eidem successit Bonifacius primus idem apud Concilium postulavit, & postremò Cælestinus primus Pontifex. Patres concilii, quibus hæc res nova videbatur, nec succurrebat, tale quid exstare in Decretis Synodi Nicænæ, ad urgentissimam & reiteratam postulationem Pontificis Bonifacii concesserunt, ut quoad afferrerentur authentica Nicænæ Synodi exemplaria Constantinopoli & Alexandria, Pontifex suum prætensum jus & jurisdictionem exercere posset. Postmodum cùm ab Alexandria & Constantinopolitana ecclesia allata authentica Nicænæ Synodi exemplaria fuissent, nihil tale quid in iis repertum fuit. Apiarius verò presbyter, cujus ante mentionem fecimus, à Synodo de omnibus suis erratis veniam petens, communioni restitutus est, & à Synodo Pontifici contradictum, non reperiri scilicet ea, quæ legati Pontificis proposuerant, in allatis Synodi Nicenæ decretis, nec proinde Pontifici competere, sed quæcunq; negotia in suis locis, ubi orta sunt, finenda esse: nec unicuique provinciæ gratiam Spiritus sancti defuturam, sunt verba Epistolæ Africani Concilii ad Pontificem Cælestinum. Et, licèt Cardi- 7
nalis Baronius *vol. 5. ad an. 419.* varia heic reponat, & præprimis patres Synodi Carthaginensis non rem ipsam damnâsse, nec verosimile Africanos appellationes ad Pontificem rejicere voluisse, tamen ex d. Epistola Concilii ad Cœlestinum Pontificem contrarium apparet, quam integram adduxit Flacius Illyricus *in Histor. Certam. inter Rom. Episcop. & Sext. Carthag. Synod.* Paulò pòst hanc Synodum Carthaginensem anno 431. 8
habita Synodus universalis Ephesina adversus Nestorium, in qua nullam planè potestatem vel prærogativam præ cæteris Romano Præsuli compe-

9 tisse constat, Synodus ipsa piissimorum Regum voluntate: & nutu, Theodosii scilicet & Valentiniani convocata, uti vel ex viginti locis Actorum d. Concilii ostendi poterit. Vide acta Concil. Ephes. *in tom. 1. c. 1. tom. 2. c. 17. 18. 19. 20.* & passim, idemq; tradunt Socrat. *lib. 7. cap. 3.* Evagr. *lib. 1. cap. 3.* Niceph. *lib. 14. cap. 34.* De præsidentia verò notum Cyrillum Alexandrinum præsedisse. Vid. Bellarm. *lib. 1. de Con.* & Baron. *tom 5. Ann. 430. art. 3.* Post hæc tempora Præsul Romanus & Constantinopolitanus Patriarcha pro primatu in Ecclesia obtinendo, præeminentia, & titulo Oecumenici inter se certàrunt, & parum absuit, quin Constanti-
10 nopolitanus obtineret, operà Imperatorum Orientalium, qui tum residebant Constantinopoli, eamque quibusvis modis evehere conabantur. Equidem paulò post Leonis primi tempora celebrata Synodus Chalcedonensis, in qua Anatholius Constantinopolitanus Archiepiscopus sibi subjicere voluit Alexandrinam, Antiochenam, & alias Orientales Ecclesias, hoc est, supremus & universalis Episcopus audiri, adducebat is decretum Constantinopolitanæ Synodi, quæ annis 80. ante Macedonium damnaverat, ubi eadem dignitas Constantinopolitano Archiepiscopo concessa erat, & favere etiam videbatur Chalcedonensis synodus, ut ex XVI. ejus actione patet. Verùm enimverò Constantinopolitano contradixit tum temporis Leo Pontifex Romanus, adducens Decreta sacrosanctæ Nicænæ Synodi, quibus cautum, ut per singulas provincias Metropolitani Episcopi, quibus omnes alii subjecti, essent, simul subjungens, se vitam suam pro decretis istis profusurum, nec passurum, ut ulla ex parte violarentur, ut quisquam Episcopus sibi Metropolitanos Episcopos subjiceret. Neminem etiam in Ecclesia Dei debere potentiam peculiarem, aut præeminentiam præ cæteris quærere. Cæterùm, cùm hæc ita inter Romanum Pontificem, & Carthaginenses Metropolitanos Episcopos agerentur, centum postmodum annis, post celebratam
11 sanctam Africanam Synodum, Metropolitanus Carthaginensis, qui præcipuæ authoritatis in tota Africa erat, demum sese Sedi Pontificiæ subjecit, Metropolitanus hic ipse Carthaginensis fuit, Eulalius, Pontifex verò Romanus Bonifacius Secundus. Extat Eulalii hujus Metropolitani Carthaginensis Epistola ad Bonifacium, ubi profitetur, se damnare suos antecessores & successores, ac omnes planè, qui sanctæ Romanæ Ecclesiæ privilegia tollere niterentur, se in omnibus sequi Apostolicam sedem, ac eos pro excommunicatis habiturum, qui non consentirent per omnia Apo-

Apostolicæ sedi, id est, Pontifici, obstringit se in fine ad servandam istam promissionem, hisce verbis: Quod si in aliquo à professione mea deviare tentavero, horum, quos damnavi, complicem meâ sententiâ me esse profiteor. Verùm Eulalii successores, Patriarchæ Constantinopolitani non intermiserunt sibi itidem Universalis & Oecomenici Episcopi nomen tribuere; quibus contradictum à Pontificibus Romanis, & hac de re Pelagius cum Joanne Constantinopolitano acriter concertavit. Gregorius
Magnus Pontifex Romanus demum graviter in Constantinopolitanum 12
Patriarcham invectus fuit passim in Epistolis, asserens, consentire, ut aliquis sit supremus sive universalis Episcopus, esse idem, quod fidem abnegare, idque AntiChristi opus esse. Vide Epistolarum ejusdem *lib. 4. epist. 31. & 35. & lib. 6. Epist. 30.* Idem sanctus Pontifex noluit se vocari Papam, non Patriarcham, non Primatem sive ArchiEpiscopum, sed Episcopum & servum servorum Dei, & primus, ut vulgò traditur, hac
appellatione usus, ad retundendam Constantinopolitanæ Universalita 13
tis ambitionem, ut tradunt ArchiDiaconus & Johannes Andreas *in proœmio lib. 6. Decretalium* Genebrardus Chronogr. *ad annum 604.* Alvarus Pelagius Lusitanus *de planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 13.* Dionysius Paulus *in tract. de vera quatuor Patriarchalium sedium erectione. cap. 17. n. 72.* Confer Authorem Apologiæ Henrici IV. Imperatoris contra Gregorium VII. Pontificem apud Marquardum Freherum *in tom. Germ. rer. script.* Alii,
jam ante Gregorium M. hoc titulo Romanos Pontifices usos fuisse, an- 14
notant, & existimant primum omnium fuisse Damasum Papam, qui se servum servorum dixerit: id quod patet ex Epistola ejusdem ad Stephanum Archiepiscopum, quæ invenitur inter opera Clementis Papæ, & *tom. 1. Concil. in actis B. Damasi Papæ. fol. 229.* ast constat Damasum Gregorium præcessisse 190. anno, cum Damasus floruerit, anno Domini 379. & fuerit 39. Pontifex à S. Petro teste Platina *in vit. Damasi* Gondissal. de
Illescas *in Histor. Pontificum lib. 2. cap. 6.* & hunc Damasum secutum post- 15
modum fuisse Gregorium Magnum in omnibus suis Epistolis, Azor. *Instit. Moral. part. 2. lib. 5. cap. 43.* quin & S. Augustinus eo titulo usus *epist. 107. ad Vitalem Carthaginensem*: Augustinus Episcopus, Servus Christi, & per ipsum Servus Servorum. Et *epist. 121. ad Probam viduam*:
Augustinus Episcopus, Servus Christi, servorumq; Christi. Equidem 16
jam tùm temporis Mauritio Imperatore connivente, Joannes Jejunator Episcopus Constantinopolitanus primatum sibi in Ecclesia arrogaverat

& œcumenicus & universalis Episcopus dici voluerat, cui contradixit
Gregorius in Epistol. vid. *lib. 4. Ep. 34. 32. 36. 38.* in qua ad Johannem
17 Constantinopolitanum scribens. Tu quid Christo, universalis scilicet Ec-
clesiæ capiti, in extremi judicii es dicturus examine, qui cuncta ejus mem-
bra tibimet conaris universalis appellatione supponere? Quis rogo in
hoc tam perverso vocabulo, nisi ille, ad imitandum proponitur, qui de-
spectis Angelorum legionibus, secum socialiter constitutis, ad culmen
conatus est singularitatis erumpere, ut nulli subesse, & solus omnibus
præesse videretur. Cardinalis Baronius *tom. 8. ann. 595. art. 27.* heic
mirum in modum humilitatem Gregorii, extollit, quomodo verò hæc
cum primatu Pontificis Romani conveniant, quilibet facilè conjicere
poterit. Sed hic primatus Constantinopolitani Episcopi non diu per-
mansit, interfecto enim paulò pòst à Phoca Mauritio, quem idcirco tam
immanes luisse pœnas, quod Constantinopolitano primatum contulerit,
existimat Wolffius *1. lect. mem. cent. 7. in prin.* Phocas Imperator factus,
titulum universalis Episcopi Constantinopolitano mox ademit, & pri-
mus Romano Pontifici Bonifacio tertio anno sexcentesimo sexto contu-
18 lit, motus tum obsequiis prædecessoris Gregorii Magni, qui de Imperio
novo gratulatus fuerat, ejusq; facta approbaverat, uti patet ex *lib. 11. epist.
36.* Gregorii, tum hujus Bonifacii blanditiis, & quòd præterea Cyriaco
Patriarchæ infensus esset, quod suis immanitatibus minùs favisset. Et
19 licet Cardinalis Bellarminus *de Pont. Rom. lib. 2. cap. 17.* Phocam non id
novo instituto constituisse, sed vetus & ab omni tempore receptum de-
clarasse dicat. Non instituendo, *inquit*, sed asserendo, attamen hoc ipsum
ejus ævi historicis repugnat, ita Paulus Diaconus scriptor ferè coætaneus
lib. 4. de gestis Longobardorum, cap. 37. Phocas ait, rogante Papa Bonifa-
cio statuit, sedem Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ caput esse omnium
Ecclesiarum, quia Ecclesia Constantinopolitana, primam se omnium
Ecclesiarum scribebat. Et sic posteriores quique, Regino Prumiensis Ab-
bas, Hermannus Contractus, Marianus Scotus, Sabellicus, Blondus,
Platina, & Otho Episcopus Frisingensis *lib. 5. Chronic. cap. 8.* qui omnes
tradunt Bonifacium rogâsse, imperrâsse, obtinuisse à Phocâ, ut Eccle-
sia Romana esset & haberetur, caput omnium Ecclesiarum; Sigonius
lib. 2. de Regn. Italiæ scribit Bonifacium Pontificem legationem misisse ad
Phocam, quâ decretum obtinuit, ut sedes Apostolica beati Petri Apo-
stoli prima esset omnium Ecclesiarum, id est, Romana Ecclesia, sunt

verba

verba Sigonii, qui subjungit, perinde atque in veteribus Conciliis sancitum esset. adde Autor. Anonymum *de Ætatibus Ecclesiæ. cap. 3.* apud Goldastum *in Monarchia S. Romani Imperij. p. m. 27.* ubi tradit idem, Bonifacium obtinuisse ab Augusto Phoca, ut Ecclesia Romana caput esse omnium Ecclesiarum, quia Ecclesia Constantinopolitana, *ait*, primam omniũ Ecclesiarum se scribebat. Porrò scribit Bellarminus *d. lib. 2. cap. 17. de Pont. Rom.* Justinianum Imperatorem multis ante Phocam annis Romam omnium Ecclesiarum caput appellâsse, & ideò Phocam id non primum constituisse, & Cardinalis Baronius *tom. 7. ann. 533. art. 32. & seq.* adduxit eam in rem ex Codice nostro Justineaneo *l. 8. C. de Summ. trinit. & fid. Cathol.* Verùm, ut non dicam, legem istam suppositiam quibus- 20
dam videri, quomodo statuit Hotomannus *lib. 7. observat. cap. 2.* quamvis contrarium dicant, Alciatus *5. Parerg. 23.* Cujac. *12. obs. 26.* & Fachinæ. *8. Controvers. 1.* constat ex præcedenti *l. 7. d. t. C. de summ. Trinit.* ab eodem Justiniano Patriarcham Constantinopolitanum Oecumenicum Patriarcham dici, inscriptio enim *d. l. 7.* hæc est. Epiphanio sanctissimo, ac beatissimo Archiepiscopo regio hujus urbis & Oecumenico Patriarchæ, planè quod verba in *d. l. 8. C. de Summ. Trinit.* ibi: Omnes sacerdotes Orientis subjicere & unire sanctitati vestræ properamus, attinet, Imperator istud subjicere per unire ibidem ipse exposuit, scilicet, non ut Constantinopolitanum eidem Diæcesi submittat, sed ut in ejusdem fidei unionem compellat, quinimo *in l. 16. C. de SS. Eccles.* Constantinopolitana Ecclesia mater pietatis, & Christianorum Orthodoxæ Religionis omnium & regiæ urbis sanctissima sedes appellatur. Cæterùm, post tempora Phocæ Pontifices Romani Oecumenici audire cœperunt, contradicente Constantinopolitano, unde tot schismata & dissidia inter Occidentalem & Orientalem Ecclesiam oborta, cùm & agnoscere Imperatores Orientales amplius recusarent Pontifices, iisq; resisterent quibusvis modis excommunicando eos. Sanè quot incommoda & schismata
attulerit sola disceptatio; de tolerandis aut tollendis imaginibus, cùm 21
pro tolerandis iisdem pugnarent Pontifices Romani, eas verò tollendas esse Imperatores Constantinopolitani mandâssent, historia istorum temporum testatur. Exstant decreta plurima Orientalium Imperatorum de tollendis imaginibus, Philippici Bardanæ ann. Dn. 713. Leonis 3. Isauri. anno Domini 726. Constantini VI. Caballini Anno Domini 741. Leonis IV. anno 780. Michaelis 2. ann. 829. Theopholi ann. Dom. 830.

aliorumque, quæ collegit in unum volumen Melchior Goldastus Haiminsfeldius *in Imper. Decret. de Cultu Imaginum.* Quinimo in occidente contra cultum & adorationem imaginum Francofurti ad Mænum Synodum habuit Carolus M. ac præsentibus Apostolicæ Sedis Legatis, & ultro consentientibus, damnata pseudosynodus Græcorum pro adorandis imaginibus, prout testantur Althelmus Benedictinus Monachus B. Dionisii apud Parisienses *in Annalib. Francor. Anno 794.* Ado Viennensis Episcopus *in Chron. Ætat. 6.* Strabus Fuldensis Monachus *in Annalibus Anno 794.* Egolismensis Monachus *in vita Caroli Magni,* Regino Abbas Prumiensis *lib. 2. Chronicor.* Swarzahensis Monachus *in Chronic.* quod Urspergensis Abbas continuavit. Hermannus Contractus Comes Væringæ, & Monachus Augiensis *in Chronic. Anno 794.* & Joan. Aventin, qui posteriores expresse scribunt, acta Græcorum de imaginibus adorandis rescissa fuisse. Auctoritate hujus synodi, *ait,* Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus *in libro contra Hincmarum Laudunensem Episcopum, c. 20.* nonnihil repressa est imaginum veneratio: sed tamen Hadrianus & alii Pontifices in sua opinione perseverârunt, & mortuo Carolo, suarum pupparum cultum vehementius promoverunt. *Hæc Hincmarus d. l.* Hæc ipsa verò dissidia inter Pontifices Romanos, & Imperatores Orientales, occasum demum Orientali Imperio attulerunt, cum relicto ab omnibus Imperatore Constantinopolitano, & Oratoribus Græcis, qui ad Nicolaum Pontificem, ut implorarent auxilium gentium, & pecuniarum, re
22 infecta redeuntibus, Constantinopolis imperii Christiani in oriente caput à Mahomete II. Turcarum Imperatore A. C. 1453. mense Majo occuparetur. Antonin. qui tum floruit *p 3. tit. 22. c. 13.* Et quod mirum est, congruunt nomina Imperatorum, quibus cœpit & desiit hoc Imperium, à Constantino M. cœpit, à Constantino ultimo desiit, congruunt nomina Patriarcharum à Gregorio cœpit, à Gregorio desiit. Congruunt etiam nomina matrum, Constantini M. mater fuit Helena, idem nomen fuit Constantini Ultimi, prout notatum à Sebastiano Schrötero *in historic. tot. terr. orb. descript. in descript. Ital. p. m. 488.*

Ex prædictis verò & hactenus allatis constare poterit, Primatum, præeminentiam, & Oecumenici titulum, Pontificem Romanum, ex concessione Phocæ Imperatoris & sequentiū, tractu temporis obtinuisse, cùm verò ex jure divino Pontificibus Romanis id ipsum asserere viri eruditi
23 voluerint, videndum paucis & ostendendum, quidnam veri huic senten-

tiæ

tiæ insit, ex Theologis omnium loco sufficiat adduxisse Cardinalem Bellarminum *lib. 1. de Romano Pontifice. cap. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.* Ex JCtis nostris id statuit Alciatus suprà adductus *in Comment. in Codicem ad l. inter claras. C. de Summ. Trinit.* add. Antonium Fabrum *in Codice Saband. ad tit. de Summ. Trinit. p. 13. & seq. passim.* Ut id ostendant, præprimis innituntur duobus scripturæ sacræ locis, altero quidem Matth. *16. v. 18.* Tu es Petrus, & supra hanc petram fundabo Ecclesiam meam, altero verò *Joh. 21. 16. 17.* Pasce oves meas, quæ Scripturæ loca, cùm de Petro, quòd, sicut ipsi dicunt, supra eum fundata sit Ecclesia, loquantur idem de successoribus ejusdem dicendum esse contendunt. Et quidem primò omnium, licèt non pauci negarint, Petrum nunquam Romæ fuisse, ar-argumentis probabilibus, nec adeò levibus adductis, quam opinionem etiam propugnarunt Molinæus *de parv. dat.* & Matthias Flacius Illyricus *in histor. Certam. int. Rom. Episcop. & sextam Carthag. Synodum p. m. 167. & seqq.* ut non dicam de multis nostri temporis Viris eruditis, inter quos etiam est Salmasius *in appar. ad tr. de primatu Papæ.* tamen hoc ipsum negare velle, est toti antiquitati & consensui primitivæ Ecclesiæ contradi-
cere, cùm nemo ex Patribus dubitaverit, Petrum Romæ fuisse, sed omnes 24
unanimiter, & ibidem fuisse, & martyrium subiisse testantur. Ita apud Eusebium *lib. 2. histor. c. 24.* Cajus quidam Vir Ecclesiasticus circa seculum secundum vivens, de sepulchris ac monumentis Petri ac Pauli scribit: Ego Apostolorum trophæa perspicuè possum ostendere. Nam lubet in Vaticanum proficisci, aut in viam, quæ Hostiensis dicitur te conferre, trophæa eorum, qui istam Ecclesiam suo sermone & virtute stabiliverunt, invenies. Similiter S. Dionysius Corinthiorum Episcopus *in Epistola ad Romanos* apud eundem Eusebium, Petrum & Paulum, qui Romanos & Corinthios primùm in Ecclesiam Christi inseruerunt, prudenti quadam admonitione impulsi in unum locum conclusistis. Nam ambo, cùm & nostram Corinthi, & vestram Romæ Ecclesiam fundâssent, & ejusdem doctrinæ præceptis tum nostros animos, tum vestros imbuissent, eodem tempore pariter martyrium subierunt. *Hæc Dionysius* ex versione Christophosoni, nam græca paulò aliter habent, vid. Irenæ. *lib. 3. cap. 3.* & Tertullianum Latinorum Ecclesiæ Scriptorum vetustissimum *in lib. de præscript. c. 36.* Statu felix, *ait,* Ecclesia (Romana) cui totam doctrinam Apostoli cum suo sanguine profuderunt; ubi Petrus passioni Dominicæ adæquatur, ubi Paulus Johannis exitu coronatur. Seculo

tertio

tertio Cyprianus *Ep. 55.* Navigare audent, *inquit,* ad Petri Cathedram. Seculo quarto Lactantius *lib. 4. divin. institution. cap. 21.* Christus futura aperuit illis omnia, quæ Petrus & Paulus Romæ prædicaverunt. Itaque post illorum obitum, cùm eos Nero interemisset, Judæorum nomen & gentem Vespasianus exstinxit. Hieronymus, qui cum Augustino floruit ad finem seculi IV. ad Damasum Episcopum Romanum, *Epist. 57.* ibi: Beatitudini tuæ, id est, Cathedræ Petri communione consocior. Seculo V. idem statuit Theodoretus *in Epist. ad Leonem P.* ibi: Habet etiam (Roma) communium Patrum & veritatis Doctorum Petri & Pauli sepulchra, quæ fidelium animas illustrant. Hoc autem beatissimum & divinum par in Oriente quidem exortum est, & radios quaquaversum diffudit, sed in occidente ultrò occidit, & inde nunc orbem universum illuminat. Hi sedem vestram illustrissimam reddiderunt. Eodem seculo V. idem tradit Severus Sulpitius *lib. 2. hist. Sacræ,* & Prosper:

Sedes Roma Petri, quæ pastoralis honoris
Facta caput mundo.

Finiente seculo V. idem dixit Symmachus *in suo Apologetico adversus Anastasium Imperatorem.* Aurelius Prudentius *in Hymno* de S. Laurentio,

Discede adulter Jupiter,
Stupris sororis oblite,
Relinque Romam liberam,
Plebemq; jam Christi fuge,
Te Paulus hinc exterminat,
Te sanguis exturbat Petri,
Tibi id, quod ipse armaveras
Factum Neronis officit.

Ut nihil nunc dicam de recentioribus Scriptoribus, qui uno ore Petrum Romæ fuisse, tradunt, quamvis circa tempus inter se non adeò conveniant, sanè mirum in modum heic fluctuat Conradus à Lichtenaw Abbas Urspergensis *in Chron. p. 46.* adde Aventinum *2. Annal. pag. 21.* & tradita à parente dilectissimo Christophoro Crusio JCto *de pass. Christi cap. 3. sect. 5.*

Posteaquam verò ostensum, Petrum Romæ fuisse, superest, ut dicamus, an S. Petro à Christo primatus quidam in Ecclesia præ cæteris Apostolis concessus, isq; eam potestatem habuerit, & exercuerit, tam in Ecclesiasticos, Apostolos, & fratres suos, quàm seculares Reges & Principes,

qua-

qualem sibi jam asserunt Pontifices moderni, & verò, quis affirmabit majorem S. Petro potestatem ac authoritatem in ecclesiasticis & secularibus competiisse, quàm ipsi Filio DEI CHRISTO JESU, à quo eum summam & infallibilem authoritatem accepisse gloriantur, ast quoties Christus omnis humilitatis exemplar, discipulos monuit, ne mundana affectarent, Regnum suum non esse de hoc mundo, & minimùm quemq; maximum esse in regno cœlorum. Præterea nullibi constat, S. Petrum prælatum fuisse S. Paulo, aut cæteris Apostolis. Cæterùm, videamus argumenta, quibus primatum Pontificiæ sedis probare voluerunt; Cardinalis Bellarminus suprà add. loco. Alciatus, aliive hujus sententtæ authores adducunt 25
istud Matth. *16. v. 18.* Tu es Petrus, & supra hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, ex quibus verbis Bellarminus determinat, quòd Petrus (hoc est illa persona, quæ dicebatur Petrus) sit petra illa, super qua fundata sit Ecclesia, non tamen ut persona erat particularis, sed ut pastor & caput Ecclesiæ, idq; inde probat, quòd pronomen *HANC*, cùm Christus ait, super hanc petram, demonstret aliquam petram, de qua Dominus paulò ante est locutus. Proximè autem Dominus Petrum vocaverat Petram. Syriacè enim loquebatur, & Syriacâ linguâ Petrus dicitur Cephas, ut habemus *Joh. 1.* Cephas autem petram significat, ut Hieronymus docet *in c. 2. Gal.* & res absque dubio est, ubicunque enim in Hebræo textu est כֵּיפָא i. e. perra, in Syriaco est כֵּפָא Cepha. Cepha autem saxum seu rupem significat, *Jerem. 4. 29.* ad rupes ascenderant. Dixit ergo Dominus: Tu es Cepha, vel latinè; Tu es Petra, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiamm meam. Ex quo sequitur: *HANC* non posse referri, nisi ad Petrum, qui eo loco vocatus est petra. *Hæc Bellarminus.* Robur argumenti in eo consistit, quòd pronomen *Hanc* respiciat petram, proximè antecedentem, Christus verò Petrum Apostolum appellaverit Cepha sive Petram: inde infert, Petrum esse illam ipsam Petram, quæ sit fundamentum, sustinens Ecclesiam. Verùm negatur & propositio, & assumptio. In propositione verum non est, pronomen *Hanc* respicere petram, proximè antecedentem. Non enim pronomen αὑτης, αὕτη, τῆν, est relativum de præcedenti dependens: sed demonstrativum rem præsentem ostendens, id quod ex similibus N. T. locis patet & ex scriptoribus græcis probari posset, si opus esset. Assumptio quoq; laborat, & fictitium in ea est, quòd scilicet Christus affirmaverit, Petrum esse petram, aut dixerit ad Petrum, Tu es ista petra, super quam ædificabo Eccle-

Ecclesiam meam. Et quamvis negari non possit, syriaco idiomate Restauratorem generis humani usum fuisse, cùm tamen N. T. græcè scriptum ab Apostolis relictum sit, ideò in dubiis de textu ad græcum exemplar, tanquam ad infallibilem fontem confugiendum esse, recepta & ab
27 eruditis approbata sententia est. Ut tamen constet, quid ipse Bellarminus de Syriaca versione, quæ hodie exstat, quámve primus in Europa in-
28 primi curavit Albertus Widmanstadius Ferdinandi Imperatoris Cancellarius, statuerit, ipsa verba Bellarmini, quæ habentur *lib. 2. de Verbo DEI c. 4.* subjiciam. Præter Evangelium Matthæi, *ait,* & Epistolam ad Ebræos totum novum Testamentum translatum est ex Græco idiomate in Syriacum, & paulò pòst: Quòd si editio Syriaca ætate horum Patrum (quos ibid. adducit) posterior est, ut ego quidem mihi certo persuadeo, non potest ejus authoritas tanta esse, ut cum editione græca aut latina meritò comparari possit: Hieronymus *in præfat. in Evangelistas, ad Damasum.* De novo nunc loquor, testamento, *ait,* quod Græcum esse, non dubium est, excepto Apostolo Matthæo, qui primus in Judæa evangelium Christi hebraicis literis edidit. Vide Sixtum Senensem Ordinis Prædicatorum *in Bibliotheca sancta lib. 1. p. m. 20.* Ut interim illud omittam, quòd desint etiam quædam in ea editione, quæ viris piis & eruditis non placent. Verùm ponamus, argumentum hoc firmum esse, tamen verum non est, quod asserit Bellarminus, in Syriaca lingua indiscretè Petrum, & petram significare, hoc est, appellativum esse, & proprium. Nam genere distinguitur proprium ab appellativo: & propositio Christi, Tu es Petrus, in versione Syriaca sic exprimitur דַנְתְּ הוּ כֵאפָא. Tu es ille Petrus, apposito ad nomen כֵאפָא pronomine masculino הוּ. At si vera esset Bellarmini sententia, usurpandum fuisset pronomen fœmininum & dicendum דַנְתְּ הִיא כֵּאפָא. Tu es illa petra. Jam autem non dicit Christus Danthi hi Cepha, tu es illa petra, sed ait Dant hu Cepha: Tu es ille Petrus. Porrò pronomen *Hanc* (*super hanc petram*) etiam in Syriaca lingua non potest respicere Petrum; cum in Syriaco Testamento Christus ita loquatur de Petro quidem genere masculino: Danth hu Cepha; Tu es ille Petrus: de petra verò subjiciat genere feminino עַל הָדָא כֵּאפָא Et super istam petram ædificabo Ecclesiam meam. Hinc jam sequitur, pronomen הָדָא *Hanc* si esset relativum, & proximè antecedens nomen repeteret, necessario in genere cum illo consentiret: juxta omnium linguarum proprietatem, omniumque Grammatticorum

unani-

unanimem consensum, qui perhibent: Relativum cum antecedente ne-
cessariò convenire genere & numero. Atqui nomen antecedens
הו כֵּאפָא iste Petrus, sive iste Cephas, non consentit genere cum Ha-
dah Cepha, vel Hadah Cepha non est ejusdem generis cum Hu Cepha,
iste Cepha. Ergo ista petra non respicit S. Petrum Apostolum, sed lon-
gè aliam petram. Verùm hæc Theologis, qui majori linguæ sanctæ peri-
tia præditi, latiùs discutienda permitto. Porrò licet quidam Patrum per
petram Petrum intelligant, tamen illos de S. Petri, vel potiùs Successo- 29
rum Monarchia quicquam cogitasse nego, id quod solidè contra Baro-
nium demonstravit Casaubonus *Exercit. 15. n. 14.* ibi: Petram dixerunt
Petrum Patres aliqui, non ad designandum aliquem principatum aut mo-
narchiam, sed partim ob soliditatem devotionis, partim quia articulus
fidei, quem ipse confessione sua est amplexus omnium fidei articulorum
primus, principium fidei, & universæ Religionis Christianæ fundamen-
tum est; partim deniq;, quia primus in nationbus fidei fundamenta po-
suit, ut loquitur Ambrosius *de sanctis per annum serm. 11.* Equidem
plurimi Patres primitivæ Ecclesiæ sanctitate & eruditione conspicui istud
dictum de Petra longè aliter interpretati fuere, appellatione Petræ in ver-
bis Domini intelligentes, vel Petri fidem, aut confessionem fidei *ὁμολόγη-* 30
σιν à Petro editam, (*Tu es Christus filius Dei vivi*) ut Chrysostom9 & Theo-
philactus in *h. l.* Nazianzenus *de composita differendi ratione.* Augustinus
in Epist. 1. Johann. tract. 10. Basilius Seleucensis *sermone in hunc Mathæi
locum*, quibus S. Patribus in faciem contradicere non erubescit Josephus 31
Stevanus *de Osculat. Ped. Pontificû cap. 7. p. m. 78.* ibi: in propria persona,
non in confessione ejus fundatam exstructamq; fuisse Ecclesiam, ut non-
solùm Petrus totius jurisdictionis caput, sed etiam primus & præcipuus
Sacramentorum minister exsisteret. Idem *d. l.* refert Euvodium S. Petri 32
in Antiochia successorem apud Nicephorum *lib. 11. cap. 111.* & Eu-
thymium *in cap. 3. Evangelij S. Johannis* tradere à Christo Petrum pro-
priis manibus baptizatum fuisse. Mirum verò non est, hunc Josephum
Stevanum pro asserenda osculatione pedum Pontificis, tanquam pro aris
& focis pugnâsse, etenim hic ipse in remunerationem à Papa Gregorio
XIII. ornatus fuit præfectura Ecclesiæ Segobricensis, notante Joanne
Wolffio Jcto *in præclaris operibus Lectionum Memorabilium & recondita-
rum Centenario decimo sexto tom. 2. pag. m. 904.* Porrò, alii ex S. Patribus
rectiùs meâ quidem sententiâ, salvo aliorum judicio, per petram ibidem 33

 ipsum

ipsum Christum intelligunt, & ita vocem Petræ *d. l.* accipiendam esse, docet S. Augustinus non uno in loco, *in Johan. tract. 124. de Trinit. lib. 2.*
34 *cap. 17. de verbis Domini secundum Matth. serm. 13.* Idem sanctissimus pater & Ecclesiæ Doctor *Retract. lib. 1. cap. 21.* ibi: Non dictum est Petro; *Tu es Petra;* sed, *Tu es Petrus*: Petra autem erat Christus, quem confessus Simon, sicut eum tota Ecclesia confitetur. Idem alii patres docuerunt. Basilius *tract. de pænit. pag. 244.* Licèt Petrus suo modo petra dici possit, (quatenus videlicet omnes fideles lapides vivi dicuntur) Christus tamen est illa immobilis petra, quæ concuti nequit. Beda *in Homiliis*: Super hanc petram, hoc est, super Deum Salvatorem, qui fideli suo cognitori, amatori, confessori, participium sui nominis donavit, ut videlicet à petra Petrus vocaretur. Ita quoque Nicolaus Lyra; Et super hanc petram, *ait*, id est, Christum, & paulò pòst: Ex quo patet, quòd Ecclesia
35 non consistit in hominibus ratione potestatis, vel dignitatis Ecclesiasticæ vel secularis. Quia multi Principes, & summi Pontifices, & alii inferiores inventi sunt Apostatæ à fide: propter quod Ecclesia consistit in illis personis, in quibus est notitia vera, & confessio fidei & veritatis. *Hactenus Lyra.* Sanè instar omnium Patrum est S. Paulus, vas istud electum Dei, & interpres verborum Christi, omni exceptione major, qui inquit *1. Corinth. 3. v. 2.* Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id,
36 quod positum est, quod est Christus Jesus. Rectè Casaubonus *Exercit. 13. n. 16.* Si Simon est petra, quomodo Christus est petra, & si primarium Ecclesiæ fundamentum, ut non semel affirmat Baronius Petrus censeri debet, habemus, ut duas petras, sic duos Christos, quæ manifesta est blasphemia. Apostolus Paulus disertè Christum Petrum appellat *1. Corinth. 10. v. 4.* ubi inquit: Bibebant [Israëlitæ] de spirituali, quæ illos
37 comitabatur, petra: Petra autem erat Christus. Gregorius Nyssenus *in libro de perfectione,* exponens Christi nomina, petræ appellatione, *ait*, significari τὸ μέγιστον, τὸ ἀμετάθετον, τὸ στεῤῥόν. Planè in Veteri Testamento κατ' ἐξοχὴν DEUM צור petram dici, ideoque inter nomina divina ab Hebræis poni notat, & ex Judæis observat. Moses ben Maimon *in More Nebukim lib. 1. cap. 16.* Lorin. ad *Psalm. 18. 34.* & *Psalm 19. 16.* Proinde Casaubon. *Exercit. 15. n. 14.* In veteri Testamento, *ait*, DEUS locis penè innumeris dicitur צור quam vocem Græci interpretes, modò vertunt ὄρος montem, modò πέτραν petram aut rupem. Porrò, in verbis istis super petram ædificabo Ecclesiam meam, vocabulo Ecclesiæ non significari

Eccle-

Ecclesiam aliquam singularem, ab omuibus aliis distinctam, sed omnino quamvis non ψευδώνυμος Ecclesiam, cùm simpliciter hoc loco agatur de Ecclesia Christi, constat, Salvator disertè loquitur : Ecclesiam meam. Atqui hoc titulo dignautur Apostoli quaslibet Ecclesias particulares.

Alterum dictum *Joh. 21. vers. 16.* ubi Christus ad Petrum ter dixit: 38
Pasce oves meas, quod attinet, hisce verbis Petro, ejusque successoribus Romanis scilicet Pontificibus datam esse omnem potestatem Ecclesiasticam & politicam super universam Ecclesiam, existimat Bellarminus *lib. 1. de R. P. c. 14. & seqq.* qui nervum argumenti ponit in vocabulo *pascendi,* idemque placuit Greg de Val. *t. 3. quaest. 1. §. 30.* Verùm, licèt concedendum ad solum Petrum hoc dictum, idq; tribus distinctis vicibus, quia Christum ter negaverat; uti exponunt Patres, Augustinus *tom. 9. tract. 123. in Joh. cap: 21. col. 566. edit. Basil.* & Epiphanius *contra Cathar. lib. 2. tom. 1. heres. 59. fol. 255.* attamen verbum *pascere*, Apostolis & 39
præconibus verbi divini tributum, nunquam primatum aut dominatum, sed unicè & semper ministerium significat, cùm Christus omnem primatum prohibuerit, *Luc. 21. vers. 25. & 26.* Reges gentium dominantur, vos autem non sic, & verò nullum locum scripturæ sacræ afferri posse, in quo *pascere* Apostolis & Doctoribus Ecclesiæ tributum Monarchiam quandam aut primatum denotet, rectè asserit Meischnerus *2. part. Philosophia Sobriæ sect. 1. p. m. 32. 33. & sequent.* Quin nec patres aliter hunc 40
locum explicârunt, unde Bernhardus *ad Eugenium;* Evangelizare pascere est: Fac opus Evangelistæ, & pastoris opus implesti. Cusan. *de Concord Cath. lib. 2, cap: 13.* Etsi Petro dictum est, *Pasce oves meas,* tamen manifestum est, quod illa pascentia est verbo & exemplo, ita etiam Nonnus ἄρνας ἐμὰς ποίμαινε ταύφρονας ἄλσεσι βίβλων, Pascito Petre meos Scripturæ fontibus agnos.

Porrò, tertio loco adduci solet ex D. Pauli *priore ad Timotheum epistola, capite 3. v. 15.* quòd Ecclesia DEI viventis sit columna, firmumque 41
sustentaculum veritatis, ibi ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, ex quibus verbis Ecclesiam Romanam, quâ de nulla hic mentio, ac nullum vestigium exstat, ἀναμάρτητον infallibilemque adstruunt, eamq; deficere posse negant communiter Dd. Romano Catholici, cùm tamen hoc Elogium universæ ac Catholicæ Ecclesiæ tribuatur, id quod indicant omnia præcepta, à S. Apostolo ibidem adducta, quibus instruere voluit Timotheum: quæ omnibus Episcopis communia sunt, unde è veteribus non-

nonnulli, & in his Eusebius Nyssenus, Procopius, de Apostolis, Prophetis, & Ecclesiæ Doctoribus hæc verba exponunt, quod & hi στῦλοι nuncu-
42 pentur: ac nominatim Apostoli quidam à S. Paulo ita vocati ad *Galat. 2. v. 9.* quomodo & imitatione Paulina Attalus Martyr στῦλος καὶ ἑδραίωμα Ecclesiarum dictus est Viennensibus & Lugdunensibus Christianis, apud Eusebium *lib. 5. histor. Eccles. c. 1.* Basilius & Athanasius Gregorio Nazianzeno audiunt Ecclesiæ στῦλος καὶ ἑδραίωμα, & στῦλοι τῆς ἀληθείας audiunt Catholici Episcopi in exsilium pulsi ipsimet Basilio *epist. 30.* & martyres à Clemente Romano *in Epist. ad Corinthios* dicuntur πιστοὶ καὶ δικαιότατοι στῦλοι τῆς ἐκκλησίας. Ipse Christus singulari de causa Procopio *in Exodum* est στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. Alii hoc loco fideles ipsos & electos indicari volunt, qui & ipsi στῦλοι dicuntur, qui scilicet veritatem Evangelicam opere & verbo sustinent, & sic Ecclesiam per eos esse columnam & firmamentum veritatis statuunt, quæ sententia quoq; placuit Augustino *in Psalmum 47.* Theodoretus ita interpretatur, cœtum eorum qui crediderunt, supra pe-
43 tram fundatum, stabilem quoq; & immobilem esse in dogmatum veritate & prædicatione permanentem. Chrysostomus & Hieronymus id dici putant, opposite ad Eccesiam Judaicam, & ad umbras legis Mosaicæ, quomodo etiam Augustinus *d. l.* asserit ita vocari Ecclesiam, ob certitudinem dogmatum inviolabilem, cùm Judæi versarentur in umbris. Verùm præclarè JureConsulterum hujus seculi princeps, & Criticus eximius Jacobus Gothofredus, [quem acerrimum Juris nostri vindicem heu immatura morte fata nobis eripuerunt, cujus manuscriptæ lucubrationes
44 posthumæ, utinam aliquando in lucem prodirent] *in Exercitat. de Ecclesia ad d. l. S. Pauli 1. ad Timoth. 3.* probavit Apostolum *d. l.* respexisse ad Templa Gentilium, ac nominatim ad Templum Ephesinum & Eleusinium, & Ecclesiam Dei, seu ἀγυρμὸν integrum fidelium, nec quicquam invidendo illi titulo, στῦλον ἀληθείας vocare, opposite seu allusione facta ad
45 sacras Templorum gentilium στῦλους, quibus Templa inter alia vel maximè commendabantur. Vide Pausan. Eliac. *pag. 152.* Lucianum *de Dea Syria.* Sic Athenis ut templum quoddam Amazonium erat, ita & Ἀμαζονὶς στήλη cujus meminit Æschines in Axiocho, hinc in Glossis Cyrilli, στῦλος columna:
46 mna: στήλη cippus, titulus, & inter στῦλοι & στῆλαι differentiam quandam esse testatur Eustathius *in Odyss. 6. pag. 1848.* licèt hæc sæpe promiscuè
47 ponantur, planè ejusmodi columnæ in templis gentilium positæ varii generis & usus erant, sæpissimè in earum fastigiis statuæ vel simulacra

Deo-

Deorum imposita erant? Pausanias, Corinth. *pag. 59. 61. & 62.* Arno-
bius *lib. 7.* Aliis inscripta fuerunt, elogia, fœdera, [illegible], narrationes 48
& traditiones historicæ, cujusmodi usus fuit columnarum Isidis & Osiri-
dis, de quibus Diodorus Sic. *lib. 1.* vel etiam mystica sive hieroglyphica, de
cujusmodi columna Clemens Alexandrinus *lib. 1. Stromatum pag. 222.*
aut oracula, Pausanias *in Bœoticis p. 340.* item leges & decreta morum, 49
sive virtutis præcepta, ut Delphis, & curationis morborum indicia, ubi
in Serapidis fano, teste Strabone, Geographorum facilè principe, *lib. 17.*
adde eundem *lib. 8.* ubi de Epidauro agit, *p. 258. & lib. 14. p. 452.* nec-
non in Æsculapii templo, in quo incubare solebant ægroti, iisque in so- 50
mno medicina morbi indicabatur, Plaut. *in Curcul. act. 1. sc. 1. v. 61.* Phi-
lostratus *de vita Apollon. Thyanæi lib. 1.* Cicer. *lib. 2. de divinat.* Eusebius
1. contra Hieroclem. Lucianus *in Icaromenippo. p. 706.* Herodianus *lib. 4.*
cap. 8. in cujus rei memoriam ægroti tabellas suspendebant, continen- 51
tes remedium morbi per somnum indicatum, quales ejusmodi tabellæ
fuerint conjicere licet, ex quatuor illis inscriptionibus tabulæ marmoreæ 52
inventis Romæ in Insula Tiberina in templo Æsculapii, quod hodie S. Jo-
anni Colevitæ consecratum, ut testatur Georg. Fabricius *in Rom. p. 94.*
quas tabulas posteritati reliquit Hieronymus Mercurialis *art. Gymnast.*
lib. 1. cap. 1. add. Joseph. Quercetan. *in Dietetico Polyhistorico Sect. 2. c. 10.*
p. m. 105. Sanè, in Gallia & Brabantia vidi, ut morbis aliisve malis li- 53
berati, auxilio & beneficio, vel S. Mariæ gloriosæ virginis, aut alicujus
Sancti, pictas tabellas in Sanctorum aut S. Mariæ Virginis ædibus suspen-
derent, quod & in Italia moris esse novimus. Cæterùm, rectè Ecclesia
columnæ titulo ornatur gaudetq;, duplici usu: Primò, quia Ecclesia ve-
ritatem cultus divini sustinet, hominúmq; oculis spectandam præbet, ceu
Numinis alicujus simulacrum, de fastigio suo & suggesto: ac proinde 54
veritas hujus columnæ [illegible] quoddam est: sic ut veritas operi supero
comparetur, Ecclesia columnæ, ut eleganter Gothofredus *d. l. p. m. 34.*
Secundò, quia Ecclesia velut columna, oracula & eloquia DEI cum popu-
lo suo, Scripturam deniq; sanctam, quam Irenæus fundamentum & co-
lumnam fidei nostræ vocat, hominum mentibus proponit, & posterita-
ti commendat adversus errores & hereses, & verò rectè Augustinus, Ec-
clesiam in Scripturis quærendam dixit, quod enim scripta Patrum attinet,
ea recipienda, quatenus scripturæ sacræ non refragantur, cùm constet
præcipuos patres in quibusdam non leviter lapsos esse, quod fatetur ipse 55
Cæ-

Cardinalis Bellarminus *l. 2. de Concil. cap. 12. & l. 3. de verb. DEI cap. 10.* confer Baron. *in annal. ann. 34.* Alphonſ. Salmer. *diſp. 4. ſuper Timoth. c. 3.* Vide ipſorum Patrum hac de re judicia & præprimis Lactantii *lib. 5. divin. inſt.* Auguſtini *lib. 2. contra Machinæos,* Hieronymi *in epiſt. ad Theophil.* aliorúmve. Et verò hactenus *ex d. v. 15. Epiſt. prior. S. Paul. ad Timoth. c. 3.* conſtat, genuinam & veram Eccleſiæ Chriſti notam eſſe hanc, ut veritatem ſuſtineat, præferat & tueatur, ut proinde veriſſimè Chryſoſto-
56 mus *homilia 11.* ad hunc locum, Veritatem dicat eſſe columnam eccleſiæ, ibi: ἡ ἀλήθεια ἐστὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ στύλος, καὶ ἑδραίωμα. præterea ex hoc loco conſtat, non eſſe heic ſermonem de Eccleſia aliqua ſingulari, veluti de Epheſina, ut quidam putârunt, inde, quod S. Paulus Timotheum inſtruat Epheſinæ Eccleſiæ antiſtitem, quomodo ſe gerere debeat in Eccleſia Dei
57 vivi, & potiſſimùm in illa Eccleſia Epheſina, ſigillatim ipſi concredita; multominus heic agitur de Eccleſia Romana ſola, de qua [illegible], ſed de univerſali & Cahoiica Eccleſia verum eſt, illam eſſe colmnam καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, id quod ſuprà diximus; quomodo etiam hunc locum ita interpretantur Patres, & Romano Catholici Doctores, non infimæ autoritatis, ſed præcipui quique, Cardinales, & Epiſcopi, eruditione præ cæteris conſpicui. Ex multis paucos modò adducam, cùm pleniùs ea de re acturus ſim σὺν θεῷ in libro de Eccleſia & Notis Eccleſiæ Veræ, Alphon-
58 ſus Toſtatus *præfat. in Matth. quæſt. 13. ad prolog.* illud elogium, eccleſiam eſſe columnam & firmamentum Veritatis pronunciat ſoli Eccleſiæ univerſali convenire, quæ nunquam, *inquit,* errat, quia nunquam tota errat. Idem *in Matth. quæſt. 4.* ſcribit: Eccleſia Latinorum non eſt Eccefia univerſalis, ſed quædam pars ejus: ideo etiamſi tota illa erráſſet, non errabat Eccleſia univerſalis, quia manet Eccefia univerſalis in partibus illis, quæ non errant, ſive illæ ſunt numero plures, quàm errantes, ſive non. Eadem eſt ſententia Joannis Franciſci Pici Mirandulani, doctiſſimi & piiſſimi viri *in l. de fid. & ord. credendi theor. 5.* ad ipſum Julium II. Pontificem miſſo. A pleriſque negatur, ex ſcripturis divinis colligi fidem Chriſti neceſſariò in Eccleſia Romana, ut particularis Eccleſia eſt, ab univerſali deſtincta, usque ad finem ſeculi perpetuandam. Et qui hoc aſſerunt, ſententias quoq; illas, quæ in Decretorum libro ad hoc ipſum confirmandum ponuntur, nihil adſtruere putant. Inter quos & Petrus Alliacenſis Cardinalis Cameracenſis hoc ſentit, Abbas quoq; Panormitanus aſſeverat, univerſalem duntaxat Eccleſiam errare non poſſe. Idem quoque

Ni-

Nicolaus Lyra asserere videtur. Ex quibus jam facilè dijudicandum, quid dicendum de quibusdam Pontificum adulatoribus, qui Pontificem judicem controversiarum de fide, nec falli, nec fallere scientem appellare non dubitant, cujusmodi laudes passim tributæ Pontifici ab Abrahamo Bzovio *in Pontifice suo Romano* & à Jacobo Gretsero *defens. Bellarm. tom. 1. f. 1450.* Gregorio de Valentia *in Analys. fid. Cathol. p. 146. & 325.* Contrarium rectiùs statuerunt alii Romano-Catholici Doctores; Joannes Gerson Parisiensis, *part. 1. de Exam. doctrin.* Johannes de Turre Cremata *l. 2. de Eccles.* Melchior Canus, *lib. 6. loc. Theol. c. ult.* Andradius *lib. 1. defens. fidei Trident. p. 51.* & Alphonsus Tostatus Episcopus Abulensis *Defensorij part. 2. c. 30.* Dato, *ait,* quòd Papa damnet aliquam conclusionem tanquam hæreticam, vel aliquem auctorem dicat hæreticè sensisse, non sequitur necessariò, illam conclusionem esse hæreticam, vel auctorem illum hæreticè sensisse: quia potest esse, quòd Papa erraverit, imò quòd ipse Papa fortè sit hæreticus, & per ignorantiam, vel per affectionem aliquam passionalem damnet conclusionem, sive dictum, aut autorem, sicut aliquos summos Pontifices legimus hæreticos factos per ignorantiam, & per timorem, vel per alias passiones, idem statuit Alphonsus de Castro *l. 1. adver. hær. cap. 4.* ita Marcellinum Papam persecutionis tempore, propter metum pavoris, & crimen avaritiæ grana thuris obtulisse, scribit Anonymns *in tract. de Ætatibus Ecclesiæ cap. 6.* apud Goldastum *in Monarchia S. Romani Imperij,* qui hoc delictum & reatum proprium, congregatis Episcopis postea agnovit, præterea constat Honorium Romæ Episcopum à rectitudine dogmatum aberrâsse, & à sancta & universali Synodo publicè damnatum esse, adducit ea de re testimonium Nilus apud Goldastum *d. l. lib. 2. p. m. 34.* ex decimo sexto Dereto Actorum Sextæ Oecumenicæ Synodi; ibi: Sancta Synodus dixit; Quos semel damnatos declaravimus, nostroque decreto, è sacris voluminibus erasimus, eos statuimus oportere etiam per proclamationes publicas nominatim anathematizari. Deinde fausta Principum acclamatione facta, hæc mox subjiciunt: Theodoro Pharanitæ anathema: Sergio hæretico anathema: Honorio hæretico anathema: Cyro hæretico anathema: Pyrrho hæretico anathema: omnibus fautoribus hæreticorum anathema. Idem patet ex Oratione, quâ sacra Synodus Regem compellat, ibi: Novas verò vocum inanitates, earumq; inventores procul ab Ecclesiasticis septis ejicimus, & anathemati justè subjicimus, quales declaramus Theodorum

59
60
61

Phar-

Pharaniten, Sergiumq; , & Paulum ; simul etiam Phyrrhum & Petrum, qui Constantinopoli præsederunt, præterea Cyrum Alexandrinorum Episcopum, simulq; cum iis Honorium, Romanæ urbis antistitem. Notanter subjungit Nilus *d. l.* At si Honorius Romæ Episcopus est, *ait*, simulque est hæreticus; fieri itaq; potest, ut Papa à rectitudine dogmatum excidat. Neque tamen ipso circa fidem errante, sermo Domini irritus factus est, quem de Ecclesia pronunciat, portas videlicet inferni adversus eam non prævalituras. Potest enim in aliis Episcopis & quidem firmiter pietas, religionisq; integritas conservari. Manifestum verò ex his est, neq; hoc Romanæ Ecclesiæ convenire, ut super hanc petram Ecclesia Dei sit ædificata. Durum enim & grave hoc esset, neque multum à Judaica vilitate distans, Ecclesiam Roma circumscribere. Sed ædificavit quidem Ecclesiam Christus; ædificavit autem eam super Petri de Deo professionem, & super omnes, qui ejusdem professionis custodes fuerint.

62 Porrò, de seculo X. scribit Baronius, quòd tunc in eam sedem Angelis reverendam visu horrenda intrusa sint monstra, homines monstruosi, vita turpissimi, moribus perditissimi, usquequaq; fœdissimi, ut nihil nunc dicam in specie de quorundam Pontificum vitâ turpissimâ, qua de re Platina aliive, qui vitam Pontificum descripserunt. Ast verò quis ejusmodi Pontificibus infallibilitatem in causis & negotiis fidei adscriberet? Sanè, quod Christus filius Dei vivi apud Matthæum *c. 16. n. 19.* ad Petrum dixit: *Tibi dabo claves regni cœlorum,* id patres, notante Flacio Illyrico, *in Hist.*

63 *Certam. int. Rom. Episcop. & sext. Carthaginens. Synodum,* explicant, quod ad Petrum sermo dirigatur, tanquam omnium Apostolorum personam gerentem, id quod ex eo apparet, quod jus clavium hîc promissum *Johann. 20. v. 23.* omnibus Apostolis ex æquo detur.

Ex prædictis constat jure divino, Romanis Pontificibus primatum quendam, superioritatem, aut singularem prærogativam ac præeminentiam in cæteros Episcopos, Patriarchas, & Ecclesiasticos, multominùs in seculares Reges & Principes, quam sibi hodie tribuunt, non competiisse. Sed quid hæc ad sessionum materiam dices? Sanè omnino necessarium, primò omnium scire, an præeminentia quædam, cui adhæret jus προεδρίας jure divino præ cœteris Præsuli Romano debeatur, quod ipsum cum Romano-Catholici Doctores communiter statuant, veritatis gratiâ, (qua nihil majus homo accipere, neque dignius dare munus homini Deus potest, ut scribit Plutarchus initio *libri de Iside & Osiride*

64 adde

Cle-

Clementem Alexandrinum 6. *Stromatum p. 473.* & Simplicium, *in Epi-*
cteti differt. cap. 47.) inquirere in hanc ſententiam placuit, & locos
Scripturæ, qui adduci ſolent, pro inſtituti ratione exponere. Viden-
dum jam, *An Pontifici Romano præ cæteris Patriarchis: præprimis*
Conſtantinopolitano, cujus ob ſedem Imperat. Orientalium maxima autori-
tas, honoratior in conſeſſu locus in Conciliis competierit? Et, *quam ob cau-*
ſam, quásve rationes id Pontifici Romano conceſſum? Et quidem initio hu- 65
jus capitis diximus, honoratiorem locum in Conciliis Romanum Pon-
tificem inter Epiſcopos cœteros occupâſſe, idque juris non demum poſt
Phocæ Imperatoris tempora, qui primus conſtituit, ut Pontifex Roma-
nus primus & univerſalis Epiſcopus eſſet; uti *ſuprà hoc capite* monuimus, 66
ſed longè ante Phocam ſibi vindicârunt Pontifices Romani, & ultrò con-
ceſſum à cæteris, neq; contradictum, quinimo expreſſè in Conciliis con-
ſtitutum, & ab Imperatoribus approbatum. Jam ante Concilium Con- 67
ſtantinopolitanum & Chalcedonenſe, conſtat nunquam in ſeſſione Con-
ſtantinopolitanum Patriarcham, aut cœteros Romano Præſuli prælatos,
aut controverſiam de loco honoratiori moviſſe, hinc Irenæum ad Roma-
nos alludere Præſules conſtat, quando dicit, principalis confeſſionis tu-
more eos elatos, & Cypriano Romani Epiſcopi primæ ſedis Epiſcopi au- 68
diunt, & Romana Eccleſia principalis & Petri cathedra ab eodem dici-
tur, quòd ſi & aliquam vim ordini ſcripturæ tribuere quis velit, utpluri-
mum Romanum Pontificem, primum nominatum, & primum ſubſcri- 69
pſiſſe Actis Conciliorum inveniet; Vide Baron. *ann. 248. & tom. 2. ann.*
272. ita in Samoſateni negotio prima ſemper mentio Epiſcopi Romani
Dionyſii. Dionyſii duo, inquit Athanaſ. *in lib. de Synodis,* Samoſaten-
ſem ſuſtulerunt, quorum alter Romæ, alter Alexandriæ Præſul erat. Ba-
ron. *d. l. ann. 272.* Ex actis Conſtantinopolitanæ 4. Synodi conſtat, pri-
mo loco ſubſcripſiſſe Hadriani II. Pontificis Romani legatos, infinita alia
hujus rei exempla ex Actis Conciliorum adducere poſſem, ſed quia *lib. 1.*
dixi fallax eſſe argumentum, ex ordine Scripturę depromptum, & non-
niſi cœteris paribus admittendum, ideo hæc lubens omitto, nec iſtud ur-
geo jam, quod *ex c. Conſtantinus 13. diſt. 96.* adduci poſſet, Conſtanti- 70
num Imperatorem Pontificibus Romanis primatum ſuper cœteras Pa-
triarchales ſedes tribuiſſe, ibi: Atque decernentes ſancimus, ut principa-
tum teneat, tam ſuper quatuor præcipuas ſedes, Alexandrinam, Antio-
chenam, Hieroſolymitanam, Conſtantinopolitanam, quàm etiam ſuper

omnes in universo orbe terrarum ecclesias Dei: & Pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ exstiterit, celsior, & princeps cunctis sacerdotibus totius mundi exsistat. Enimverò constat, ea omnia, quæ *in d. c. Constantinus.* in præjudicium Imperii habentur, & quod de famosa donatione Italiæ à Constantino M. Pontifici facta dicitur, verioribus ejus ævi monumentis & historicis repugnare, nec enim quartus
71 Constantini filii, & Gallicani consulatus reperitur, ut in subscriptione *d. c. Constantinus.* habetur, nec Damasus Episcopus Romanus in vita Sylvestri, aut Anastasius meminere unquam, & in herciscunda Constantini familia testibus Eusebio *de vita Constant. lib. 4. cap. 49. 50. 51.* Zozimo *lib. 2.* Victore *in Constant.* Zonara *tom. 3.* Italia & Roma adeò ipsa recensentur, quomodo igitur donatam fuisse Pontifici Italiam, verosimile est, & Isidorus, Burchardus, Ivo, eam uti Apocripham decretis suis excluserunt, Agatho quoq; Pontifex multa post secula ad Constantinum Pogonatum scribens, urbem Imperatoris servilem vocat. Agatho *in Ep. ad Constant.* Pogon. *in Actis sextæ Synodi.* Candidè & intrepidè Hiero-
72 nymus Paulus Catalanus Canonicus Barcinonensis, utriusq; juris Doctor & Alexandri VI. cubicularius *in practica Cancellariæ Apostolicæ* hæc tradit, de donatione Constantini. Quòd donatio Constantini etiam de facto non fuerit, lege Laurentium Vallam, & Papam pium *in dialogo*, nec de tali donatione quicquam legi apud probatum Historicum, præsertim apud eos, qui scripserunt illa ætate, vel illi proximâ. Nam nec Eusebius, qui fuit diligentissimus scrutator & narrator rerum Christianarum, meminit *&c.* nec Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Joannes Chrysosto-
73 mus, nec Ammianus, nec Beda, nec Orosius meminerunt. Et constat per plures, quàm 300. annos post Constantinum Imperatores tenuisse gubernacula urbis & Italiæ, per Duces, Præsides, & Exarchos, & urbis Romanæ usque ad tempora Innocentii II. ut patet apertè in Chronicis & Historiis. Ut nihil nunc dicam, multa absurda haberi *in d. c. Constantinus* prout ostensum à Theod. Reinckingk. *in tract. de Reg. secul. & Ecclesiast. lib. 1. Class. 2. cap. 7. n. 46. 47. 48. & sequent.* Præterea hanc donationem eminentiores quique Romano-Catholici scriptores pro falsa habuerunt, & refutârunt, inter quos præ cæteris fuerunt Antonius Archi-Episcopus *1 part. 6. tit. 8. cap. 2.* Volaterranus *in vit. Constant.* Marsilius Patavinus *in libro suo, cui titulus Defensor Pacis,* Nicolaus Cusanus Cardinalis *lib. 3. cap. 2. de Concord. Catholica.* Ludol, de Babenberg. *de jure*

jure Regni Imperij Romani cap. 13. Laurentius Valla Patritius Romanus *in disc. de ficta hac donatione.* Ottho Frisingensis Episcopus *lib. 4* quinimo ipse Æneas Sylvius, qui postmodum Pius II. dictus, Pontifex Romanus, eam donationem Constantini falsam esse, libro eam in rem edito, probavit, quem adducit Catalanus supra citat. loc. Sanè summus Vir Julius Cæsar Bullingerus *in tractatu excellenti de Imperio & Imperatore Romano lib. 2. cap. 6.* licet nullum non moveat lapidem, ut donationem hanc defendat, factam fuisse, adducens ipsa verba græca ex scripto Codice Bibliothecæ Christianissimi Regis Galliæ, & deinde innixus autoritati Isidori Hispalensis, qui ante mille plus minus annos veram eam scripsisset, cujus verba adduxerit Nauclerus *Generat. secunda.* ad extremum tamen fictitiam eam, ipse haud obscurè fatetur. Sed ut donatio illa Constantini fictitia sit, *inquit,* jure diuturnæ possessionis, ac legitimæ præscriptionis Romanus Pontifex, justiori titulo Romam obtinet, quàm Imperator Germaniæ Germaniam, sunt verba Bullingeri *d. l. 2. c. 6.* Confer hanc donationem defendentem Augustinum Steuchum Bibliothecarium Pontificium *in duobus libris contra Vallam* scriptis. Joannes Aventinus *lib. 5.* Henrico IV. imperante fabulam donationis Constantinianæ primò excogitatam affirmat. 74

Ex dictis patet, quantum tribuendum autoritatis *d. c. Constantinus,* cui consequens est, parum fidei mereri quod ibidem habetur de primatu & præeminentia Pontificis Romani super Constantinopolitanam & reliquas patriarchales sedes, interim tamen constat, tum temporis honoratiorem in consessu locum in Conciliis, præ cæteris Romano Præsuli competiisse, ita in Concilio Constantinopolitano constitutum, ibi: Constantinopolitanæ civitatis Episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum Episcopum, præterea, quòd sit nova Roma, idque etiam in Chacedonensi Synodo constitutum, ut sedes Constaninopolitana æquis cum Romana privilegiis utatur fruatur, τῶν ἴσων ἀπολαύειν πρεσβείων, ut illa in rebus Ecclesiasticis magnificetur, ita tamen, ut sit secunda, post eam, nempe sessione, ut exposuit Mornæus *in Histor. Papat. p. 278.* idem in aliis Synodis confirmatum, vide in jure nostro Canonico hac de re loca quædam *in c. Constantinopolitana 3. c. Renovantes 6. c. Diffinimus 7. dist. 22.* & in Conciliis observatum fuisse, ut Episcopi Romani primi sederent, vid. Bellarm. *lib. 1. de Concil. & Eccles. c. 19.* in Concilio Chalcedonensi Leonis Pontificis Legati primi sederunt, ac primi locuti fuerunt, *ut suprà* 75 76

 in

in princ. capitis dixi, Paschasinus enim in d. Concilio primus Leonis vice sententiam dixit, & ipsa Synodus ad Leonem: Tu, sicut membris caput, præeras in persona eorum, qui locum tuum occupabant, sive sedem Bellarm. *d. l.* Leo I. Pontifex ipse ad d. Synodum inter alia scripsit: In his fratribus, qui ab Apostolica sede directi sunt, me Synodo, vestra fraternitas existimet præsidere, quibus verbis προκαθεδρίαν potius intelligi quàm προεδρίαν quibusdam verosimilius videtur, cùm in actis Concilii dicatur, Imperatores ad ornandam Synodum præsedisse. Porrò, jus hoc προεδρίας, & primæ sessionis in Conciliis ab antiquis primitivæ Ecclesiæ temporibus Romano Pontifici concessum, confirmatum deinde ab Imperatoribus, & præcipuè à sacratissimo nostro Imperatore Justiniano, cujus ea de re dispositio exstat in Novella *131. cap. 2.* ubi dicitur Episcopum Veteris Romæ primum locum tenere debere, . Novæ secundum. Ex quibus jam apparet, longè ante tempora Phocæ Imperatoris, qui primatum in cæteros, & Oecumenici titulum Romano Pontifici tribuit, ut *suprà hoc capite* notatum, honoratiorem in Conciliis locum inter reliquos Patriarchas & Episcopos, prædicto Romano Pontifici concessum, ut adeò idipsum Phocæ constitutione demum non acceperit.

77

78 Cæterùm dicendum, *quam ob causam ac rationem primus in consessu locus Pontifici Romano in Conciliis concessus à cæteris Patriarchis?* Gelasius Romanus Pontifex *in c. quamvis universæ dist. 21.* contendit Romanam Ecclesiam nullis Synodicis constitutis, cæteris Ecclesiis prælatam esse, sed Evangelica voce Domini, & Salvatoris nostri primatum obtinuisse, adducens istud *Tu es Petrus, & super hanc petram* &c. quod dictum supra exposuimus, nec primatum eo ipso Pontifici Romano tributum fuisse evicimus. Verùm enimverò Acta Conciliorum inspicienti facilè apparebit, ob ur-
79 bis Romanæ dignitatem, quòd ibi sedes Imperatorum, (antequam Constantinopoli residebant) esset, hanc prærogativam Romano Præsuli concessam, idq; expressè dicitur *in Can. 28. sanctæ Synodi Constantinopolitanæ quartæ,* scilicet sedi Veteris Romæ, quòd urbs illa imperatrix esset meritò prærogativam dignitatis Patres tribuisse, etenim Roma erat caput & sedes Imperii orbis æterna, *l. 3. C. de Coss.* unde non modò & urbs æterna, sed & terrarum domina ab Ammiano *lib. 14.* dicitur, & ab Athe-
80 næo ἐπιτομὴ τῆς οἰκουμένης, à Tullio *tertia Catalinaria*, arx gentium; *in dissertatione* Hadriani Imperatoris & Epicteti, fons imperii orbis terrarum, mater gentium, regum possessio, pacis æternæ conservatio dicitur. Vide Christophorum Forstnerum *in Notis Politicis ad lib. 1. Annalium Taciti*, ad

verba

verba: *Non omittere caput rerum p. 86. & 87.* Sanè, ex jure divino præeminentiam hanc evincere vix poterit Glasius, neq; probabit illud, *Tu es Petrus,* &c. & labitur inde Bartholomæus Chassanæus *in Catalogo Gloriæ Mundi: part. 3. considerat. 30.* existimans, Petrum primatum in Ecclesia inter cœteros Apostolos obtinuisse, à Christo principem totius Ecclesiæ constitutum, & ideo primum locum in Ecclesia triumphante, hoc est, in cœlo empyreo, ut ipse exponit, occupare, adducit Chassan. præter dicta, supra à nobis explicata, argumentum ab ordine scripturæ depromptum, nam *Matt. 10. Marc. 3. & Luca 6.* inter Apostolos enumeratos, 81
semper primò vocatum Petrum fuisse, adeoq; eundem cæteris præferendum, quod argumentum parum vel nihil stringere inconfesso est, & ipse Considerat. *sequenti 31. p. m. 252.* adducit Lud. Vival. dicentem; quòd Paulus fuerit Petro sublimior in quibusdam, hincq; quòd in bulla sive sigillo plumbeo ponatur Paulus à dextris, & Petrus à sinistris. Vide pluribus Chassan. *d. l.* Porrò, post Phocæ tempora constat honoratiorem in 82
conciliis locum inter Patriarchas cœteros, Romanum Pontificem, & ejusdem Legatos semper occupâsse, prout ex actis Concilorum patet; Scisso deinde imperio Occidentali ab Orientali, cùm occidentalis Imperii Imperator designatus esset Carolus Magnus, & in Oriente imperio præessent Constantinus & Irene mater, celebrata ac habita est secunda Synodus universalis Nicæna, quæ convocata permissione prædictorum Imperatorum, ut tradit Zonaras *t. 3. p. 95.* & Theophanes: Irene Augusta omnes Episcopos convocavit, ut Synodum Niceæ celebrarent, quod & Adrianus Pontifex ipse Imperatoribus rescribens, ultrò agnoscit, eosque genibus advolutus, & coràm vestigia pedum eorum volutando rogat, ut Synodi authoritate imagines restituantur. In hac Synodo Legatis Pontificis Romani absque ulla contradictione prima sedes delata, quam & oc- 83
cupârunt, ut patet ex actis d. Synodi Nicenæ II. Zonar. *lib. 3. p. 95.* & à nullo hactenus in dubium vocatum, sanè, extra controversiam in hac Synodo Adriani Pontificis Legati primi sederunt, primi nominati fuerunt, & primi subscripserunt, & ita sine contradictione πρωτοκαθεδρίαν seu primæ Sessionis jus obtinuerunt, Bellarminus verò *de Concil. l. 2. cap. 19.* πρωτοκαθεδρίαν cum προεδρίᾳ primæ Sessionis jus, cum præsidendi authoritate confundere videtur. Etenim constat Imperatores huic Synodo præ- 84
fuisse, eamq; convocâsse, ut ex actis d. Concilii Nicæni II. apertè apparet. Quin & peracta Synodo, ut inquit Zonaras *d. lib. 3. p. 95.* qui Concilium cele-

celebrârant προκαθημένων ϗ τῶν βασιλικῶν in urbem Imperatoriam profecti, commentaria in Regiâ, Imperatoribus præsidentibus atque omnibus audientibus, recitârunt, quæ statim ab Imperatoribus κεκύρωται approbata

85 & subsignata sunt. In occidente circa hæc tempora Carolus Magnus Francofurtensem convocaverat Synodum, in qua Synodo etiam affuerunt Legati Romani Pontificis, Theophylactus ac Stephanus Episcopi, vicem tenentes ejus, à quo missi fuerant, Adriani Papæ, ut ait Althelmus Benedictinus Monachus *in Annalib. Francorum ann. 794.* idemq; tradunt Strabus Fuldensis Monachus *in annal. an. 794.* Regino Prumiensis Abbas. *lib. 2. Chronic.* & Ado Viennensis Episcopus *Chronic. ætat. 6.* In hac Synodo inter Ecclesiasticos & cœteros Episcopos, Legatos Pontificis primo loco sedisse constat, quod ipsum extra dubium; Ado Viennensis *d. ætat. 6.* de hac Synodo agens inter alia hæc memorat: Synodus iterum facta contra supradictam hæresin in Franconofort, Legatis Apostolicæ sedis præsidentibus (Goldastus *in Imper. decret. de Cultu Imaginum p. m. 13.* heic pro præsidentibus legit præsentibus.) Theophylacto & Stephano Episcopis, & auctoritate Sanctorum Patrum convictus & damnatus est iterum Felix cum errore suo, perpetuoq; exsilio apud Lugdunum relegatus est. Verùm, cùm in hac Synodo tantùm interfuerint Episcopi Galliarum, Germanorum & Italorum, nec præsentes in ea fuerint Constantinopolitanus Patriarcha, aliiq; ex Oriente, aut eorum Legati, ad alia me converto, nec dicam jam de Synodis, in quibus Patriarchæ cœteri abfuerunt, sed de iis, in quibus iidem præsentes exstiterunt, ubi constat

86 Pontifici Romano primam sedem relictam, id quod post tempora Caroli M. in sequentibus Synodis observatum. Vide Acta Synodi 8. quam universalem dicunt & non obscurè id ultrò confitetur Arnolphus Aurelianensis *in Synodo Rhemensi de Anno 991. in Oratione in d. Synodo habita.* In Concilio Florentino, ut de recentioribus exemplis agam, Pontifex Romanus ad dextram cum occidentalibus consedit, pervincente Eugenio, ut thronus suus ad magnum altare collocaretur, è regione autem Imperatoris Constantinopolitani thronus positus fuit, ad cujus sinistram sedit Patriarcha Constantinopolitanus, qua de re capite sequenti.

Cæterùm, locus postulat, ut jam de Pontificis Romani Sessione

87 quoad seculares Imperatores & Reges agamus, ac quidem; *An Pontifex in Sessione prælatus Imperatoribus Romanis, aut aliis Regibus in orbe Christiano, antiquis temporibus, & quid hodie potissimùm obtineat?* Et quidem,

ut

ut rem ipsam paulò altiùs ab initio nascentis ecclesiæ repetam, notum est, & vel iis, qui nondum ære lavantur, ac à limine salutàrunt historiam, sub Imperatoribus Ethnicis, nullam rationem habitam fuisse Pontificis Romani, multominus eundem honoratiorem locum obtinuisse, nec tale quid unquam iis in mentem venisse, credibile, cùm tot exquisitissimis suppliciis in Christianos partim sævirent Imperatores, idq; in decem præcipuis & vehementioribus persecutionibus, de quibus Augustinus *lib. 18. de Civitate DEI cap. 52.* prout testantur, non modò Christiani ejus ævi scripto- 88
res, Eusebius *in Hist. lib.* passim, Tertullianus *in Apologet.* Sulpitius Severus, sed & ethnici, Tacitus *15. Annalium cap. 44.* Plinius Junior *lib. 10. epist. 97.* aliive. Ego *in Lucubration. de Nocte cap. 16. n. 7. & sequent.* multoque avidiùs tum martyria gloriosis mortibus quærebantur, quàm nunc Episcopatus pravis ambitionibus appetuntur, ut ait Sulpitius Severus *lib. 2. hist.* & constat, fideles ævo Martyrum conventus & preces in cryptis, in cellulis, in cavernis montium, in intonsis sylvis, in specubus subterraneis, quocunq; sors improba eos compulisset, habuisse, Polydor. Virgil. *lib. 5. de invent. c. 6.* Gabriel Biel *in canone missæ lect. 13.* testimonia antiquitatis vide *in Roma subterranea* Pauli Aringhi, quomodo igitur de præeminentia quadam vel cogitare quidem istis temporibus Romani Præsules potuêre. Ad Christianos Imperatores transeo, & quidem ad ipsum Constantinum Magnum, qui religiosissimus Imperator primus fidem veritatis adeptus, licentiam dedit per universum orbem, sub suo degentes imperio, non solùm esse Christianos, se etiam fabricari ecclesias, & prædia tribui posse constituit, ut dicitur *in c. futuram 15. caus. 12. quæst. 1.* Vide Corasium *4. Miscell. 23.* Et quidem videri posset, jam tum temporis prærogativam sessionis præ Imperatoribus competiisse Romano Pontifici, idq; spontanea Constantini M. concessione; etenim *in c. Constantinus 14. Dist. 96.* expresse inducitur Constantinus, qui profitetur, quòd ipse tenuerit frænum equi Pontificis, & pro reverentia B. Petri stratoris officium exhibuerit. Sanè, si in tantum se submisit Constantinus M., quidni etiam honoratiorem in consessu locum Pontifici tribuisse dicemus. Verùm enimverò, nos *suprà hoc capite* argumentis ita 89
evidentibus evicimus *d. c. Constantinus 14. Dist. 96.* suppositititium esse, ut, qui adhuc contradicere velit, veritatem ipsam impugnare videatur. Sanè Constantinum M. Pontifici Romano in Sessione prælatum & honoratiorem locum obtinuisse constat. In Concilio Nicæno Constantinus 90

θρόνου μικροῦ τεθέντος ἐν μέσῳ κεκαθίκει, solio pravo posito in medio sedit. Vide Eusebium *libro 1. in vita Constantini*, ubi de ipso Constantino Imperatore inter alia hæc memorat: Nec dedignatus est adesse & considere in illorum medio, consorsque fieri Episcoporum, & quæ ad pacem faciebant, universis dispensare. Rejectis etiam à se satellitibus & armatis, omniq; genere corporis sui custodum, ac timore DEI præditus & benevolentissimis ex fidis amicis circumdatus, medius inter eos, quasi unus ex multis sedebat, & quos meliori mente affectos morigerosq; & ad tranquillam & concordem sententiam institutos videbat, illos plurimum approbabat, ac communi omnium consensu delectari ostendebat, immorigeros verò aversabatur, quosdam etiam erga se insolentiores sine ultione tolerabat, ac placida eos mansuetaq; voce moderatè agere, non seditionem movere jubebat. Hæc Eusebius *d. l.* & Nos *infrà lib. 3. cap. 1.* plura ea de re adducemus. Idem in subseqentibus Conciliis observatum, in quibus utplurimum Cæsarum Legati adfuerunt, præsiderunt, & ipsa convocatio Conciliorum, ab Impp. facta, nec injuriâ, cùm enim eorum ὧν ἄνευ πόλις
91 οὐκ ἂν εἴη sine quibus civitas esse non potest, πρῶτον primum ac præcipuum sit ἡ περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλεια teste Atistotele 7. Polit. 8. eam summæ potestati subtrahere, est alteri subjicere, & ita duas summas in uno populo agnoscere potestates, ita Nicæna I. Synodus Oecumenica à Constantino indicta & convocata, testis oculatus Eusebius *lib. 3. de vita Constantini c. 6* adde Socrat. *lib. 1. c. 5.* Sozomen. *l. 1. c. 16.* & Theodoret. *lib. 1. c. 7.* Constantinopolitanam I. Oecumenicam Synodum contra Macedonium convocavit Theodosius Imp. testibus Socrate *lib. 5. c. 8.* Sozomeno *lib. 7. c. 7.* Nicephoro *l. 12. c. 10.* ut de aliis nunc non dicam. Porrò, cùm Occidentale Imperium ad Carolum M. pervenisset, nondum Pontificem Romanum honoratiorem locum præ Impp. sibi arrogâsse ex historicis ejus ævi & ex actis Synodi Francofurtensis, à Carolo M. convocatæ, *de qua suprà* egimus, patet, quinimo Ado Viennensis Episcopus *in Chronico an. 798.* tradit, coram altari S. Petri Leonem Papam coronam capiti Caroli M. imposuisse, universo populo acclamante: Carolo piissimo Augusto à Deo coronato, magno, pacifico Imperatori vita & victoria! Post quas laudes ab eodem Pontifice (more antiquorum Principum) imperator adoratus est, sunt verba Adonis *d. l.* Quicquid sit; controversia hæc: *an*
92 *Papa ratione Sessionis præferri debeat Imperatori, eoq; superior sit?* acerrimè discussa olim fuit inter Fridericum I. Imperatorem Romanum, & Hadria-

drianum IV. Pontificem Maximum, ejusq; incendio universam propemodum Christianitatem conflagrâsse, scribit Goldostus *in Sentore l.1. c.23. n. 4.* Sed post hæc tempora usus & ratio apud eos, qui Romani Pontificis agnoscunt jurisdictionem obtinuit, non denegari eidem primum locum, ita in Concilio Florentino, cujus suprà mentionem feci, Papa de- 93
xtram obtinuit, & thronus Pontificis ad magnum altare collocatus fuit, Imperatoris autem Romani absentis Legatis proximus quidem locus, sed aliquot gradibus inferior assignatus fuit; Quinimo in Ceremoniali Romano *lib. 1. fol. 21. 22. 26. 54. & 87.* expressè habetur, in omnibus acti- 94
bus tam Ecclesiasticis, quàm civilibus eminentiori gradu collocari Pontificem Romanum, & definita quidem altitudine, ita ut Imperatoris locus non altior esset, quàm ubi Pontifex teneret pedes: Cathedra etiam minùs alta & larga, & scabellum parvum, sive in Ecclesia, sive in Capella, aut Concilio: Et aquam lavandis manibus Imperator Papæ præbet. Et in collatione mantile ei offert, ut utar verbis authorum. Axioma quandoquidem generale hoc obtinet, nemini omnium mortalium Papam reverentiam facere, vel assurgendo manifestè, aut caput inclinando seu detegendo. Tantum Romanorum Imperatori postquam illum sedens ad osculum pedis & manus suscepit, aliquantulum assurgere, adque osculum mutuo charitatis amplexu illum benignè recipere. Sunt verba Cerem. Rom. *l. 3. sect. 1. fol. 120.* Quinimo 95
& in *lib. 1.* Ceremon. *tit. 2.* relatum: Imperatoris & Regum esse, si Papa civitatem intraverit, freno ducere ejus equum, aut si sella vehi maluerit, eam subire cum primoribus per aliquot passus, donec jubente Pontifice, ascendant equos, & equitent suo ordine. Et hujus quidem rei exempla exstant non pauca apud Historicos: Ejusmodi, quid de Ludovico & Henrico Regibus Franciæ & Angliæ memorat Robertus Abbas *in Additioni-* 96
bus Sigiberti Ann. MCLXIII. verba ejus hæc sunt: Ludovicus Rex Francorum & Henricus Rex Anglorum, super Ligerim apud Tociacum convenientes, Alexandrum Papam Romanum honore congruo susceperunt, & usi officio stratoris, pedites, dextrâ levâq; frenum equi ipsius tenentes, eum usque ad præparatum Papilionem perduxerunt, Pipinum quoque scribunt Martinus *in Pontific. vit.* & B. Anselmus Episcopus Lucensis *lib. 1. Collectan.* Stephano Papæ obviam factum, ejus pedibus oscula impressisse, ut ait Platina, frenóq; Pontificis equum in regiam egisse. Josephus Stevanus Valentinus *in tract. de Osculatione Pedum Romani Pontificis*

cap. 8. p. m. 91. refert, quòd hac de causâ Fridericus Anno MCL. cum
97 Hadriani III. ſtapedam ſuſtinere noluiſſet, Pontificis authoritate, &
omnium Cardinalium conſenſione ab oſculo pacis excluſus fuerit. Ul-
tro citroq; exagitata diſputatione, cù m hinc inde quiſq; ſuas partes pro
viribus defendiſſet, Fridericum variis rationibus ac ſuffragiis impulſum,
ut ſtapedam Pontificis teneret, eique ex equo demiſſo atque detecto ca-
pite famularetur, quam in rem adducit Cardinalem Nicolaum ab Arra-
gonia *in Compilatione Regiſtri Pontificum.* Sanè, quòd Imperatores &
Reges Zelo erga miniſtros Dei, aliquando pedes Pontificum oſculati fue-
re, ex eo poſtmodum debitum quoddam elicere iſti non dubitârunt, ita
ut hodie jure quodām id Papæ ſibi vindicent, qua de re Joſephus Steva-
96 nus Valentinus *in peculiari tractatu, de oſculatione pedum Romani Pontifi-
cis, edito Coloniæ,* egit, ubi *capite 3. & 4.* contendit ex Chriſti, Dei Opti-
mi Maximi imitatione & Apoſtolorum, hunc cultum deferri Pontifici,
adducit locum Eſaiæ *cap. 6. & 66.* qui id non probat, nec ad rem quoq;
facit, quod apud S. Lucam *cap. 7.* de muliere peccatrice dicitur, quòd
pedes Chriſti lacrymis irrigaverit, quod haud dubiè ſpeciali ratione in
memoriam paſſionis Chriſti fecit, nec de oſculatione pedum quicquam
ibidem habetur, ecquid ſi haberetur: nihil tamen hoc ad Pontifices Ro-
manos, eorumq; pedum oſculationem; deinde quod adductum locum
ex S. Matth. *cap. 28.* attinet, quòd mulieres Chriſti pedes tenuerint, neq;
hoc ad oſculationem pedum Pontificis facit, cùm poſt reſurrectionem
Chriſti in ſtatu gloriæ id factum; Jam verò Romano - Catholici Dd. tra-
dunt Petrum & Apoſtolos vicarios Chriſti, pro ſtatu humilitatis factos,
non pro ſtatu gloriæ. Præclarè hac de re M. Guilhelmus de Ockam Do-
ctor Pariſienſis ex ordine Minorum, *in diſp. ſuper poteſtate Prælatis Eccle-
ſiæ, atque Principibus terrarum commiſſa:* Audivi, *ait*, à viris ſanctis, ac
devotiſſimis, duo tempora in Chriſto diſtingui, alterum humilitatis, &
alterum poteſtatis. Humilitatis usque ſuam paſſionem; Poteſtatis poſt
reſurrectionem: quando ipſe dixit, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœ-
lo & terra, *Matth. ult.* Petrus autem conſtitutus eſt Chriſti vicarius pro
ſtatu humilitatis, non pro ſtatu gloriæ & Majeſtatis, non enim factus eſt
Chriſti vicarius ad ea, quæ Chriſtus nunc agit in gloria: ſed ad ea imitan-
da, quæ Chriſtus egit humilis in terra, quia illa nobis neceſſaria ſunt, &c.
quod præterea ex Act. Apoſtol. *c. 10.* de Cornelio Centurione, ad pedes
Apoſtoli venerationis causâ corruente, adducit; in textu non habetur,
quòd

quòd oſculatus fuerit pedes Petri, quinimo ipſe Petrus honorem hunc ſibi delatum averſatus fuit, dum Cornelium elevavit, dicens: Surge, & ego ipſe homo ſum, ut alia nunc omittam ab eodem Stevano *d. tract. de oſculat. ped. Pontificis* adducta, & refert idem *c. 5.* ſe in vetuſtiſſimo Co- 99
dice Ordinis D. Benedicti, ſcriptum legiſſe, olim Reges Hiſpaniæ, cùm adirent Epiſcoporum Synodum, procumbere ſolitos toto corpore terrâ ante ipſos Epiſcopos, & terram oſculari: Neq; priùs ſe attollere humo, quàm hi ſuis ſedibus ſurgerent; & reges eorum pedibus circumfuſos brachiis attollerent, & in cella regia pro dignitate collocarent. Hoc ipſum de moribus Eccleſiæ eſſe, ait Leo de Caſtro *in commentar. in Eſaiam c. 49.*
Hunc honorem Pontificibus detulerunt Henricus IV. anno MLX. teſte 100
Urſpergenſi, Sigismundus Imperator, atteſtantibus Actis Conſtantienſis Concilii, & ipſe Carolus V. Imperator Clementis VII. pedes oſculatus
fuit. Et, licèt antiquiſſimus planè mos fuerit oſculandi manum in ho- 101
nore alicui habendo, vide Muretum *lib. 10. Variar. Lect. c. 1.* & Lipſium *lib. 2. Elector. cap. 6.* adde Giphan. *in Schol. ad Odyſſ. 10.* ac Plin. *lib. 11. N. H. c. 45.* attamen de pedum oſculo ſciendum, id nimis ſervile atque
abjectum fuiſſe habitum, & nonniſi tyrannis exhiberi ſolitum. Vide 102
Dionem *in Cajo Calig.* Capitolinum *in Maximino.* Tacitum *lib. 15. annal.* & Zonar. *tom. 3.* alióſve.

Quæ verò cauſæ fuerint, quòd tantam præeminentiam ſibi tractu
temporis Pontifices Romani vindicârint præ Imperatoribus & cœteris 103
Principibus orbis Chriſtiani, facile eſt colligere, Primò omnium abſentibus Orientalibus Imperatoribus, & irrumpentibus in Italiam barbaris, anſa data Pontificibus, vim & potentiam ſuam augendi, uti alioquin turbatâ aquâ faciliùs capiuntur anguillæ, ut vulgò dicitur. Acceſſit deinde liberalitas & munificentia Principum, quomodo maximè omnium Pontificatum auxit Mathildæ Comitiſſæ per Tuſciam & Lombardiæ confinia
Principatus donatio, quod munus κατ' ἐξοχὴν S. Petri patrimonium vul- 104
gò audit, quamvis non conſtet inter hiſtoricos de hujus muneris limitibus. Carolus Sigonius *lib. 9. de Regno Italiæ.* donatam affirmat ditionem Lombardiæ & Tuſciæ Leo Oſtienſis *l. 3. c. 48.* laudatus Cardinali Baronio *ad Annum 1077.* memorat, Liguriam & Tuſciam donatam fuiſſe. Vide Blond. *dec. 2. lib. 4.* & Arnoldum Lybecenſem *l. 3. c. 10.* Unde Hadrianus Pontifex per Legatos ſuos repetiit à Friderico Cæſare totam terram Comitiſſæ Mathildis, ut liquet ex Radevico *l. 2. c. 34.* hinc Guntherus: Reſtituatur ei, Comitiſſæ terra Mathildis.

Cæterùm donatio Mathildæ præpostera incidit in annum 1077 quo, postposito Henrico IV. Imp. cujus consobrina erat & beneficiaria, omnia sua bona Ecclesiæ Romanæ donavit, ut Baronius tradit. Idem laudat Leonem Ostiensem Episcopum, qui memorat donationem factam metu adventantis in Italiam exercitus Imperatorii, datamq; sedi Romanæ Liguriam & Tusciam, indeq; inprimis causam seminandi inter Pontificem & Regem odii initium fecisse. Godefridus monachus ingenuè scribit, Mathildam decrepitam circumventam à Papa, marchiam Anconitanam, Imperium attinentem, quam regebat, Magistratibus & potestatibus insciis & inconsultis B. Petro tradidisse, eadem verba reperies apud Trithemium *in Chronico Hirsaugiensi.* Flavio Blondo *Decad. 2. lib. 4.* totum hoc negotium suspectum videtur, Mathildam, *ait*, Martinus (*Polonus*) & ipsum secuti scriptores multi, tradunt, Hetruriæ partem hinc à Piscia agri Senensis finium torrente, inde à S. Quiricio dicti agri etiam finium opido, ad inferum mare Tyberimq;, quam patrimonium S. Petri appellant, Pontifici & Romanæ ecclesiæ donâsse. Hostiarius, qui omnibus, quæ apud Pontifices ejus temporis gesta sunt, interfuit, & ad superfluitatem multa scripsit, nullo loco meminit. *Hactenus Flavius Blondus d. l.* confer Arnoldum Lubecensem *lib. 3. c. 10.* & Crancium *lib. 6. Saxoniæ cap. 47.* Aventinus *Annalium Bojorum lib. 6.* scribit, tum temporis vocem cælitus auditam fuisse, venenum melle litum fœminam propinâsse Christianis. Terram verò hanc Mathildæ, Imperatores etiam post factam donationem possederunt, hinc apud Radevicum Frisingensem Canonicum *lib. 2. c. 34.* Legati Pontificis terram Mathildæ a Friderico Cæsare reposcunt, sed frustra. Lotharius Saxo, cùm restituto in sedem Romanam Innocentio secundo exsule, Imperii coronam ab eodem accepisset, terram Mathildæ, ut scriptores ejus ævi loquuntur, possidebat: quo jure exposuit Baronius *tomo 12.* Vide pluribus Henricum Meibomium *in Apologia pro Ottone IV. Imperatore pag. m. 372. & seqq.* & æternum Juliæ decus Hermannum Conringium in præclaro opere *de Finib. Imperij Germanici lib. 1. cap. 10.* ubi accuratiùs adhuc de hac Mathildæ donatione egit. Sanè, jam olim de donationis hujus fide inter Cæsarem Papasque acriter fuisse controversum testatur Arnoldus Lubecensis scriptor σύγχρονος *lib. 3. c. 10.* quinimo ipse Baronius ingenuè fatetur, testamentum illud, quod anno 1097. vivo Henrico Cæsare conditum est, jam olim periisse: contendit tamen, in ejus locum aliud testamentum suffectum Paschali Papa à Ma-

thilde

thilde anno 1102. quod ad istum annum exhibet Baronius, adde Onuphrium in vita Gregorii septimi. Mathildis Bonifacii maximi per Italiam Principis filia & heres, inquit Imperatoris Henrici III. vim metuens, Longobardiæ, Tusciæ & Liguriæ aliquot urbes, jure hereditario ad se pertinentes, Gregorio Papæ & S. R. E donavit. Hinc odii inter Imperatorem & Pontificem seminarium primò exortum, cùm Imperator donationem illam in Imperii, cujus Mathildis erat beneficiaria, præjudicium approbare, nulla ratione voluisset, imò ea omnia occupare tanquam ad se devoluta tentaret. *Hæc Onuphrius d. l.* Tandem paulatim maximam Italiæ partem, non tam ad se traxerunt Pontifices, quàm quod se Dominos totius fere orbis Christiani esse sibi persuaserint; quod Pontificii scriptores passim defenderunt. Sic Neapolitanum Regnum cum Calabria & 105
Apulia Ecclesiæ feuda esse, asserit Gisbert. Genebrard. *in Chron.* & Siciliæ regnum ad Ecclesiæ ditionem pertinere dixit Papa Clemens V. in Clement. Pastoralis *de sentent. & re jud.* & Bohemiæ, Dalmatiæ ac Croatiæ regna Ecclesiæ feuda esse tradit August. Steuchus *in Laurent. Vall. lib. 2. cap. 95.* idémque memorat de Galliæ & Hispaniæ Regnis; quinimo Angliæ & Hiberniæ regna eodem loco à Pontificibus habita fuisse, testatur. Idem Steuchus *lib. in Laurent. Vall. sive de donat. Constantini lib. 2. cap. 95. fol. 138.* de Scotiæ & Poloniæ Regnis idem scribunt Polyd. Virgil. *lib. 17. Hist. Anglic.* & Albert. Crantz. *in Wandal. lib. 3. c. 2.* Sueciæ & Norvegiæ Regna ad eundem refert Catalogum Steuch. *d. l.* Suecia, *inquit,* & Norvegia ut subjectæ solvunt Romanæ Ecclesiæ vectigal, quod in actis summorum Pontificum monumentis, & in antiqua Lateranensi Bibliotheca conspicitur, mirum, ne totum & universum terrarum orbem suum asseruerint Pontifices. Sanè, Imperatores nostros Papæ Vasallos suos 106
vocare non erubuerunt, ita Innocentius II. Pontifex Romæ in Lateranensi Basilica Lotharium Imperatorem depingi curavit, quasi Vasallum ad pedes ejus prostratum, & imperii coronam ab eo petentem, his appositis versiculis:

Rex venit ante fores, jurans prius urbis honores,
Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam. Radevic. *lib. 1.*

Adducitur hac de re jusjurandum Caroli Magni Imperatoris Augusti, pro defensione Ecclesiæ Apostolicæ præstitum Leoni III. Papæ, Romæ in coronatione Anno DCCC. quod ipsum inseruit Melchior Haiminsfeldius Goldastus *tomo 2. Constit. Imperial. p. 5.* jam antea relatum à

Car-

Cardinale Romano Cæsare Baronio Annalium Ecclesiasticorum *tom. 9. Anno 800. n. 7.* ex libro sacrorum Rituum, quem Vetustas, ut ait, Romanum ordinem appellavit, additq; Baronius, jusjurandum tale fuisse: In nomine Christi spondeo atque polliceor Ego Carolus Imperator coram DEO & Beato Petro Apostolo, me protectorem ac defensorem fore hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio, prout sciero poteroque. Cæterùm, an unquam tale juramentum à Carolo Magno præstitum? dubitat Goldastus *in Rationali. tom. 2. Constit. Imper.* inductus ea ratione, quòd res adeò vulgata & usurpata ab ætate Caroli Magni, si unquam talis formula juramenti Carolo M. præscripta fugere non potuerit Gratianum, qui procul dubio, si tale juramentum à Carolo M. præstitum, potiùs primigenium hoc Caroli Magni, quàm posteriùs illud Ottonis Magni decreto suo inseruisset, adeóq; vero simile id fictitium, & ni fallor, puto heic digitum intendere Leopoldum à Bebenburg Episcopum Bambergensem *de zelo veter. Princ. Germaniæ. cap. 7.* cujus verba adduxit Goldastus *d. l.* Et licèt ejusmodi juramentum præstitum, attamen ex forma juramenti constat, juràsse Imperatorem Pontifici & Ecclesiæ solummodo protectionem & defensionem. Aliud verò est fidelitatem jurare, aliud protectionem & defensionem, patet id ex *art. 1. Capitulat. Ferdinandi III.* & jam pridem quoque istud juramentum ita declaràrunt. Otto III Henricus II. Henricus III. Henricus IV. Henricus V. Henricus VI. Henricus VII. Maximilianus I. & Carolus V. Vide Carpzov. *de L. Regia-Germ. cap. 2. Sect. 7. n. 10. 11. & seqq.* ubi plura adducit & Reinckingk. *de R. S. & E lib. 1. Class. 2. cap. 4.* qui dignitatem Imperii satis tuentur, quorum scrinia non compilo. Equidem longè verosimilius & probatu non difficile est, ipsos Pontifices
107 potiùs fidelitatem Imperatoribus juràsse, testatur id Lûitprandus, sive alius quis autor eorum, quæ à capite Sexto sunt assuta. *l. 6.* Lûitprandi ubi posteaquam scripsisset Ottonem Iohanne Papa unctionem suscepisse Imperii addit, jusjurandum verò ab eodem Papa Iohanne supra pretiosissimum corpus Petri atque ab omnibus civitatis proceribus, se nunquam Berengario, atque Alberto auxiliaturos, accepit, & Otto Imperator *c. 10.* conqueritur Iohannem Papam esse immemorem juramenti & fidelitatis, quam sibi supra corpus S. Petri promiserit. In diplomate Ottonis illius Ioanni Pontifici dato, de bonis Episcopatus Romani apud Baronium ad annum *962.* disertè bona illa omnia donantur, sed hac conditione

ditione: Salva in omnibus potestate nostra & filii nostri, posterorumq; nostrorum, & ne quis Pontifex imposterum consecraretur, priusquam talem in præsentia Missorum nostrorum, vel filii nostri seu universæ generalitatis faciat, promissionem pro omnium satisfactione atque futura conservatione, qualem Dominus & venerandus spiritualis pater noster Leo sponte fecisse dignoscetur. Atqui Leo illi Carolo Magno subjecit sese, prout olim Cæsaribus subjecti fuere Papæ, *c. Hadrianus. dist. 63.* idq; testantur, Nicolaus Vignerius Barrensis *in Burgund. Chronic.* ex vetusto scriptore Wernerus Rolewinck. Carthusianus Coloniensis *in fasciculo temporum*, & Martinus Polonus Monachus Dominicanus & Pœnitentiarius Papæ *in Chronico*. Hoc jure deinde idem Otto contra Johannem Papam usus fuit, quem Synodus Episcoporum ab eodem congregata rogavit, ut & Johannem Papam exsui honore & alium in ejus locum eligi pateretur, quod utrumque effectum est, quo tempore de novo cives Romani fidelitatem promiserunt, hæc addentes & firmiter jurantes, nun- 108
quam se Papam electuros & ordinaturos præter consensum atq; electionem Domini Imperatoris Ottonis Cæsaris Augusti filiiq; ipsius Regis Ottonis. Verba sunt Luitprandi *d. l.* Eidem Ottoni Romani Cives perjuri anno 964. tertia vice fidelitatem jurârunt, ut post Reginonem memorat Baronius, ac promisit Leo Papa idem Ottoni, eidem concedens in perpetuum facultatem eligendi successorem atque summmæ sedis Apostolicæ Pontificem ordinandi, ac per hoc Archiepiscopos seu Episcopos, ut ipsi ab eo investituram accipiant, quæ verba habentur ex Bulla quadam Leonis deprompta, apud Gratianum *c. 23. dist. 63.* & Cranzium *metropol. lib. 4. c. 10.* Vide Baronium *ad annum 964.* Leone mortuo legati Romanorum Imperatorem pro instituendo, quem vellent, Romano Pontifice, in Saxonia adeuntes honorificè suscipiuntur & remittuntur. Et Otgarus Spirensis Episcopus & Luitprandus Cremonensis cum iisdem Româ ab Imperatore diriguntur. Tunc ab omni plebe Romana Joannes eligitur, ut loquitur Continuator Reginonis *ad annum 965.* Post Ottonis M. tempora successores ejusdem in Imperio idem juris usurpârunt usq; ad Henricum IV. De Ottone III. Glaber Rodulphus. Contingit, *ait*, initio Imperii Ottonis, ut sedes Apostolica urbis Romæ proprio viduaretur Pontifice (scilicet Johanne XV.) ipse verò illico Imperiali usus præcepto quendam suum consanguineum (Brunonem postmodum Gregorium V. dictum] elegit, atque ex more in sede Apostolica sublimari

 man-

mandavit. Idem Otto Sylvestrum II. Papam instituit, ultro fatente Baronio *Ann. 999.* & Sylvestro Papæ octo urbes Marchiæ Anconitanæ donavit, testante Theodorico de Niem. *in libro de privileg. & jurib. Imper.* ipsum donationis diploma primus edidit & commentario illustravit summus Vir Marquardus Freherus, quod post illum *tom. 12. Annal. ad ann. 1191.* inseruit Baronius. Hoc verò jus Cæsaribus Romanis integrum mansit ad Henricum usque Quartum, cui Gregorius VII. Papa, quanquam ab eo confirmari voluerit, sese opposuit, & eum omni dignitate exsuere ausus fuit, sibiq; sumere potestatem in Imperatorem, Reges, & Principes, cujus vestigia subsequentes Pontifices presserunt. Imperatoribus econtra jura sua strenuè asserentibus, quod & prædictus Henricus IV. non modò fecit, sed & ejus filius Henricus V. Fridericus I. & II. Tan-
209 dem Pontifices jura hæc tractu temporis Imperatoribus eripuerunt, donec tandem electio Pontificis ad solum collegium Cardinalium devolveretur, Gregor Tholosan *in Syntagm jur. univers. lib. 15. c. 3.* Vide Carolum Molinæum *contra parvas datas & abusus Curiæ Romanæ p. 187.* ubi tradit Odoacrum Herulorum Regem legem Romæ promulgâsse, ne sine authoritate sua & consensu fieret electio Episcopi Romani. Expressè Platina *in Pelagio II.* Nihil, *ait,* tum à Clero in eligendo Pontifice actum erat: nisi ejus electionem Imperator approbâsset; & licèt Constantinus V. Pogonatus Imperator Benedicto Secundo Romano Pontifici concesserit, ut in posterum non exspectata Imperatoris auctoritate aut ejus Exarchi, quem sacerdos exercitusq; Romanus in Pontificem elegisset, is Pontifex esset, uti patet ex constitutione prædicti Fl. Constantini V. Pogonati, quam inseruit *tom. 3. Constit. Imp.* Goldastus *p. m. 646.* attamen postmodum *Anno Christi 686.* Fl. Justinianus Imperator Augustus id revocavit, cujus mandatum hac de re exstat apud Severinum Binium *Tom. 2. Concil. general.* Baronium Cardinalem *Annal. Tom. 8.* & Goldastum *d. l. p. 647.*

Cæterùm, plura hac de re afferre, instituti ratio non admittit, ad priora ut revertar, ex dictis constare puto hodie præcedentiam & jus præsessionis sibi vindicare Pontifices Romanos, jure ne an injuriâ ex prædictis itidem faciliè est conjicere, quinimo & servilia officia præstare maximos Reges orbis Christiani Pontifices voluere, ceu etiam habetur in Ceremoniali Romano, ubi dicitur, teneri maximos Reges, cum suarum ur-
210 bium aliquam ingrediuntur Pontifices, ducere freno equos, vel si Ponti-

ti. ex

tifex vehitur sellâ, subire sellam. De Urbano sexto legimus, quod cum electo in Pontificem Otho Dux Brunsuici quadam die potum eidem præbuisset in collatione, in præsentia quorundam Cardinalium, ex fastu schyphum de manibus tanti Principis stantis coram eo, diu genibus flexis recipere tardaverit, donec ad eum quidam ex iisdem Cardinalibus diceret: Pater sancte, tempus est, ut bibatis. uti ex Theodor. à Nyem refert Mornæus, & notissimum de Henrico IV. quàm indignè is habitus fuerit, qui cum Anno 1076. ut à Paschali II. anathematis vinculo liberaretur, Romam accessisset, & eum in oppido Canusino invenisset, per triduum ante portam Castri, deposito regio ornatu nudis pedibus perstiterit, ut alia nunc omittam.

Porrò, quod Legatos Pontificios attinet, licèt Legati jure quodam repræsentationis suorum Principum loca & subsellia occupent, Anton. Hering. *de fidejussor. cap. 7. n. 559.* ac honore & existimatione eadem reputentur. Schrader *de Feud. part. 10. sect. 4. n. 21.* vide in jure nostro Canonico *cap. præcipimus dist. 93.* attamen Legatis Pontificis apud orbis Christiani Principes, non idem honos & loci dignitas delata, quæ ipsi Pontifici competeret, hinc teste Hartmanno Mauro coronationi Caroli V. Pontificius Legatus propterea interesse noluit, ne post Principes Electores ordinaretur. In Galliæ regno idem receptum, ita cum Anno MDXC. Cajetanus Legatus Pontificis Parisiis in Senatum venisset, voluissetq; suggestum uranisco superstructo ornatum, qui Regi soli reservatur conscendere; Barnabas Brissonius, qui primas in Senatu tenebat, manu prensum retinuit, & in subselliis inferioribus è regione post se loco secundo sedere jussit. Thuanus *histor. lib. 98.* Cæterùm cùm lectu ac scitu jucundum, quamnam sessionem Pontifex Romanus cum Cardinalibus obtineat, ac quanam sede Imperatores & Reges exteri, cum convivium Pontificis solenne die coronationis ejus exhibetur, locentur, lubet heic in gratiam lectorum subjicere ea, quæ hac de re habentur apud Christophorum Marcellum, Archiepiscopum Corcyrensem *lib. 1. sacrarum Ceremoniarum sect. 3.* cujus verba hæc sunt: Paratur aula convivii aulæis, & pannis sericeis, aureisque, pro temporis, & loci conditione. In capite aulæ erit suggestus, ad quem triplici gradu ascendetur, longus pro latitudine aulæ. In medio surget quadratus thalamus, palmi altitudine: Super quo mensa paratur Pontificis, apud parietem erit sedes Papalis, ad quam parvo, & deinde magno scabello, ascendetur: ornabiturque sedes

111 (beside line "Porrò, quod Legatos")

cum panno aureo, pendente supra caput; mensa erit alta ad justam proportionem sedentis, à sinistra, super suggestum parabitur alia mensa, pro credentia Papæ cum vasis aureis & argenteis, vino, & aquâ, & aliis consuetis. Credentiam appellant mensam, supra quam vasa argentea, sive aurea ad convivium opportuna, præparantur, & similiter in divinis, supra quam ad sacrificandum necessaria continentur. Dicitur & credentia actus ipse prægustationis cibariorum & aliarum rerum. Antiqui ceremoniarum codices dressatorium dixerunt. A dextra parte aulæ, infra suggestum, parabuntur mensæ pro Episcopis, & Præsbyteris Cardinalibus, & paulò inferiùs, pro aliis Prælatis. Et pro Cardinalibus erunt aliquantò altiores, & sedilia habebunt gradum unum, super quem tenebunt pedes Cardinales. A sinistra, è regione mensæ Cardinalium, parabitur mensa pro Diaconis Cardinalibus, ejusdem altitudinis & cum gradu. Et inferiùs, aliæ mensæ pro oratoribus, nobilibus & officialibus. In fine aulæ, vel in aula præcedente, si erit commoda, parabitur magna credentia, cum pluribus gradibus, ad magnificentiam, & alia super longam mensam, cum vasis, quibus in communi utentur. Si huic convivio interesset Imperator, paratur pro eo sedes ad dextram Pontificis, & mensa super plano suggestus, super quam solus comedet Imperator. Sedes habebit scabellum parvum, viride, & erit ornata panno aureo, non tamen habebit pendentem supra caput; Similiter parabitur pro eo credentia, juxta credentiam Papæ, à sinistris, & ibi erunt familiares Imperatoris pro suo servitio. Si verò adesset Rex aliquis, paratur credentia pro eo paulò remotior ab ea: Sedes verò nulla paratur, quia sedet in mensa post primum Episcopum Cardinalem. Imperator, sive Rex, habebunt tot servitores, quot eis opportunum videbitur. Cardinalibus verò singulis sufficiunt quaterni ministri, quorum unus vinum propinet, alter carnes concidat, alter de culina fercula inferat, quartus prægustet vinum & aquam, & alia subministret. Pontifici servire solent nobiliores, qui sunt in Curia, laici, etiam si sint fratres, aut filii Regum, præsertim in illorum præsentia. Pontifex igitur cum paramentis Pontificialibus, si celebravit illa die, usq; ad Dalmaticam inclusivè, & cum sandaliis, indutus supra Dalmaticã manto rubro, aperto à parte anteriori, & mitram habens in capite, supra favonem, medius inter Diaconos, ducitur ad mensam. Cardinales, & Prælati omnes, habent superpelliceum super rochetum, sive supra vestes sui ordinis, si sint religiosi, & mitram albam in capite. Supra superpelliceum, Cardinales

dinales & Prælati seculares habent mantellum, sine cauda, apertum à parte antè, & coloris violacei, sive obscuri. Religiosi verò coloris sui ordinis, sed eodem modo apertos. Cœteri omnes in suo habitu quotidiano. Aderunt familiares Pontificis, & alii servitores, in copia. Aderunt etiam servientes armorum bene ornati, cum suis baculis argenteis, qui præire debent ante portantes fercula, & removere multitudinem à viâ. Magister sacri hospitii, & Magister domus, provideant in tempore de modo, & ordine ferculorum, de servitoribus, qui priùs, & qui posteriùs; & quælibet mensa habeat præfectos suos, quæ verò priùs, quæ deinceps, & per quos ferenda, & sic de aliis rebus opportunis. Pontifex, remota priùs mensa ad partem, sedeat in sede cum mitra & mantum post collum apertum, ut nihil ante pectus dependeat. Cardinales, Principes, Prælati, & alii convivæ, stent ante mensas paratas. Nobilior Laicus, etiam Imperator, aut Rex, aquam ad lavandas Pontificis manus, primò ferat, hoc ordine: Magister sacri hospitii, cum Clerico ceremoniarum, quem adesse oportet, in ordinandis his rebus omnibus, cum servientibus armorum. Et si Imperator, aut Rex aquam ferre debet, cum aliquibus etiam Principibus sociatis, Imperatorem aut Regem, ad credentiam ducit. Si est Nobilis inferior, solus erit, & in credentia aquam priùs à ministris probatam, accipit in pelvibus, fertque, consuetis ceremoniis, ad Pontificem, præeunte uno ex auditoribus cum mantili, ad tergendum manus. Prior Episcoporum Cardinalium, & duo Diaconi assistentes, depositis, in manibus servitorum mantellis, & mitris, sic in rocheto serviunt Papæ, dum lavat. Episcopus aquam cum portante infundendo, & Diaconi mantile, quod ab auditore acceperant, hinc inde tenendo. Dum Papa lavat manus, Prælati & laici omnes genu flectunt, Cardinales & Prælati stant capite detecto. Cùm Papa laverit reaptetur mensa ante eum & tres Cardinales, qui illi servierant, capiunt suos mantellos & mitras, & vadunt ad loca sua, & Imperator, apud sedem suam primò stans, lavetur suis ceremoniis; deinde Domini Cardinales laventur, stantes ante mensas cum mitris in capite; post eos laventur Prælati, stantes sine mitris, & seculares, (si qui sunt) detectis capitibus. Stabunt ante mensas lavantes eo ordine, quo sedere debent in mensa, Prior Episcoporum, in capite ad dextram; si aderit Rex aliquis, erit in secundo loco, si plures Reges, mixti erunt cum primis Cardinalibus, primò Cardinalis, deinde Rex successivè. Si erunt mixtim Principes, aut Filii, vel Fratres Regum, si non serviunt Papæ,

 debent

debent sedere inter Diaconos Cardinales, vel post eos, pro eorum dignitate & conditione. Primogenitus autem Regis, quia Rex futurus putatur, post primum presbyiterum Cardinalem erit; Sed nullo modo inter Episcopos: Et hoc tam in conviviis, quàm aliis publicis actibus: quamvis nostro tempore, aliquorum, sive ambitione, sive ignorantia, aliquando sit servatum contrarium. Consueverunt antiqui ponere Patriarchas quatuor ecclesiarum principalium inter Episcopos Cardinales mixtim, nostro tempore (credo propter declinationem, sivè potius exstinctionem illarũ, cum sint quodammodo titulares) ponuntur immediatè post Cardinales; Deinde assistentes Papæ, tum oratores, Prælati, inde Archiepiscopi, Episcopi, Protonotarii, Abbates, Subdiaconi, Auditores, Clerici Cameræ, & acoluthi. Ad sinistram verò erunt, & cum eis Principes, quos prius diximus, (si aderunt) post eos autem si præsentes erunt alii Principes inferiores, illi tamen, qui solent præcedere Oratores Regum. Deinde erunt Oratores Laici & non Prælati, & cum eis Senator, & tres conservatores urbis. De aliis autem Laicis, qui sunt extraordinarii, nihil ponimus; nam admitti solent ad voluntatem Pontificis, & non ordinariè. Advertat tamen Magister domus, ut prius cum Clerico ceremoniarum ponat in scriptis nomina, & ordinem invitatorum ad convivium, & maximè laicorum, & si quæ sunt contentiones de præsidentia, componantur prius, quod si ibi orirentur, si nolunt componi, ambo contendentes honestè jubeantur exire: Si tamen esset colorata contentionis causa, & non temeraria, quia tunc solus temerarius ejiciendus esset. Quod autem de Imperatore dicimus, intelligimus de Imperatore Romanorum, non autem Græcorum; nam ille ut Rex tractatur. Poterunt lavari post primos plures eodem tempore. Postquam omnes laverunt, Pontifex benedicit mensam, stans sine mitra, & tunc Diaconi assistunt; finita benedictione sedet, imponitur mitra, & Diaconi vadunt ad loca sua, & sedentibus omnibus ordine, quo steterant, portantur fercula. Primum ferculum portabit nobilior Princeps, sive Imperator, sive Rex sit; Secundum, alius dignior post eum, & sic successivè; & si erunt ex illis qui debeant sedere in mensa, portato ferculo sedeant in loco suo. Et notandum, Imperator, Rex, seu maximus Princeps, capit ferculum, quod portare debet ad Pontificem, extra portam aulæ convivii, ab aliquo familiari Pontificis illuc apportatum; alii inferiores, pro ferculo ad coquinam vadunt. Magister sacri hospitii, & Magister domus, baculos in manibus tenentes, & in habitu sibi condecenti,

centi,

centi, deducunt portantes fercula, quæ quidem fercula ad Pontificem, & Imperatorem, tantum cooperta, portari debent, aliis autem etiam Regibus detecta, & similiter vinum. Possunt tamen portari, & debent maximis Principibus usque ad aulam convivii, & deinde antequam appareant in conspectu Papæ, detegi. Item in præsentia Pontificis nulli omninò fit publicè prægustatio, nisi ipsi Pontifici, & Imperatori tantum. Pro Rege autem, aut maximo Principe, poterit fieri à suis, si voluerint, in credentia, vel ubi capiunt fercula. Pro Pontifice, & Imperatore fiet ibi, unde capiuntur à dantibus, & in mensa à portante, & de omnibus rebus. Cùm primum convivium incipietur in loco convenienti, ponatur pulpitum, & Subdiaconus, sive Capellanus Papæ, aliquid de sacra Scriptura legat usque in finem convivii. Interim cum silentio, & sine strepitu omnia administrentur quam diligentissimè. Cùm Pontifex biberit, consueverunt omnes adstantes, præter Episcopos, & superioris dignitatis viros, genu flectere, quod servari nostris temporibus vidimus: quamvis in nullo ceremoniarum libro id legerimus. Epulis abundè subministratis fit secunda lotio manuum, & tunc secundus Nobilis laicus portat aquam consuetis ceremoniis, prior Episcoporum Cardinalium, & duo Diaconi, dimissis mantellis & mitris, ut supra, serviunt, deinde revertuntur ad loca sua: lavantur & alii ordine suo, quo supra, sedentes tamen, & dum Cardinales lavant, unus servit alteri de mantili illud explicando, & tenendo, dum alius lavat, & sic successivè. Ponuntur deinde vinum & confectiones, sive species, ut habent antiqui codices: & demum finito convivio, lector dicit: Tu autem Domine miserere nobis, nisi sit in cœna Domini, quia tunc non profertur Tu autem: Surgit Pontifex, sine mitra, assistunt ei Diaconi, & redduntur gratiæ, ut in ordinario. Omnibus completis, reducitur Pontifex ad Cameram suam, & alii ad propria divertuntur. Si autem solenne convivium hujusmodi fiet in die, quo Pontifex sacra publicè non celebraverit, omnia, ut prædicta sunt, servabuntur: nisi de sacris vestibus. Papa indutus amictu, alba longa, cingulo, stola preciosa, & manto, rubro, cum parvo caputio subtus, sive, si calores erunt, sine manto, cum caputio tantum ducetur ad mensam. Hæc Christophor. Marcell. Archiepiscopus Corcyrensis *d. l.*

CAPUT

CAPUT II.

De Præcedentia, Præeminentia & Sessione Patriarcharum Constantinopolitani, Antiocheni, Hierosolymitani & Alexandrini.

SUMMARIA.

1. *Refutatur opinio Lancellotti existimantis Cardinales praecedere Patriarchas.*
2. *Patriarchæ Cardinalibus in sessione praferuntur.*
3. *Origo Patriarcharum antiquissima, Cardinalium verò recentior.*
4. *Omnes Patriarchæ Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus olim* καθολικοὶ & οἰκουμενικοὶ *dicti.*
5. *Quid Antiochenus pro asserenda sessionis praeminentia adducere possit?*
6. *Hierosolymitanus allegavit praeminentiam & prarogativam loci, quòd summum sacerdotium aliquando Hierosolymis floruisset.*
7. *Quid Alexandrinus Patriarcha allegare potuerit?*
8. *Agitur de praeminentia Patriarchæ Constantinopolitani, & evincitur eum primum post Pontificem Romanum locum in Conciliis occupâsse, & cur ita constitutum?*
9. *Alia speciosa de Sessione Constantinopolitani Patriachæ adducuntur.*
10. *Quisnam ordo inter Patriarchas observatus fuerit Anno 1582. in solemni ritu circumcisionis Mahometis Turcarum Imperatoris?*
11. *Quibus solemnitatibus instituatur Patriarcha Constantinopolitanus?*

1\. PAtriarchas primum post Pontificem maximum locum obtinere, recepta Dd. sententia est, & veritati historicæ congrua, quæ expresse probatur *in c. Cleros & clericos. 1. dist. 21.* ibi: Patriarcha, græcâ linguâ, summus Patrum interpretatur, quia primum, id est, Apostolicum retinet locum, & ideo, quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus idem habetur *in c. urbes. 1. dist. 80. c. Renovantes. 6. & c. ult. dist. 22.* ubi Cardin. Alexand. *c. antiqua de privileg.* ibiq; Abb. quod ut monerem, opus haud esset, nisi vidissem D. Lancellottum Conradum Laudensem JCtum sua tempestate non incelebrem, *in tract. cui Titulum fecit, Templum omnium Judicum Pontificia, Cæsarea, Regia, inferiorisq; potestatis lib. 2.*

cap.

cap. 2. §. 3. n. 1. & 3. in eam inclinare sententiam, quod Cardinales præcedant Patriarchas, quæ sanè sententia, quàm fragilis sit, cuilibet apparet. Ratio, quæ Lancellottum *d. l.* movet, est, quòd Cardinalium Ordo unà cùm Papa judicet omnes, ipsi verò à nemine judicentur *cap. nemo & cap. aliorum cùm sequ. 9. quæst. 3.* confer adductos eidem Lud. Bolog. *in tractat. de indulgent. n. 34.* & Petrum à Biax *in tractat. Direct. elect. in princ.* per consequens igitur Cardinales præcedere debere Patriarchas. Resp. nullam esse consequentiam, deinde quamvis judicent omnes, tamen non soli id faciunt, cùm constet, præcipuum heic votum esse Pontificis, qui caput, & cui facilè Cardinales adstipulantur. *(2.) movetur* Lancellottus autoritate Canonistarum quorundam, præprimis Hostien. Joan. Andr. *in c. dilectus de Præbend.* & Martin. Laud. *in tract. x. de Cardinal. quæst. 61.* qui affirmant, Curiam Romanam observare, nullam esse hodie majorem dignitatem Cardinalatu, exceptâ Pontificia, quæ etiam comprobat Felin. *in Rub. de major. & obed. colum. 5.* & Cardinales dicuntur pars corporis Pontificis secundùm Jasonem *consl. 117. col. 3. vol. 4.* quinimo membra capitis Ponntificis. Resp. non authoritatibus, sed legibus & rationibus pugnandum esse, cùm constet per adductos *in princ. capitis textus* Patriarchas omnes Ecclesiasticos cœteros præcedere, præterea argumenti hujus nulla consequentia, nam & in Imperio nostro Romano-Germanico nulla major dignitas post Imperatorem est, Electoria dignitate, cùm hi etiam pars corporis Cæsarei in A. B. dicantur, nec tamen inde sequitur. E. iidem omnibus indistinctè Regibus & Principibus exteris præferendi.. Cæterùm, in re adeò manifestâ multa verba facere, opus non est, nullum quippe dubium apud eruditos, Patriarchas Cardinales præcedere, & majores esse quolibet Cardinale, 2.
Jannin. *de citat. real. lib. 1. cap. 1. n. 737.* ac præcedere etiam Archiepiscopos. Flam. de Rube. *vol. 2. consil. 65. n. 128.* & Episcopos omnes, quin imò inter Ecclesiasticos primam sedem post Pontificem tenent Patriarchæ, Novell. *132. c. 2.* Peregr. Jannin. *d. tr. de Citat. real. lib. 1. c. 1. n. 727.* Et cùm Cardinalium origo recentior quomodo iidem præeminentiam quandam præ Patriarchis, cæteris paribus sibi arrogare poterunt? cùm origo Patriarcharum sit antiquissima, & ipsius officii jam 3.
tum Synodi Nicænæ *can. 6.* & nominis à Justiniano *in inscriptione. l. 7. C. de summ. trinit.* mentionem fieri videamus, ut proinde rectè Panormit. *in c. antiqua X. de privileg. & excessibus prælat.*

dicat Patriarchas Cardinales præcedere. Et cùm Ecclesia sub Christianis Impp. caput nonnihil attolleret, Romanus Episcopus, & Patriarchæ,
4. Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, καθολικοὶ dicti fuerunt, & οἰκουμενικοὶ eorumq; sedes καθολικοὶ θρόνοι à Theophane in vita Constant Copronymi, & οἰκουμενικοὶ θρόνοι ab eodem *in Chronolog.* nec ab iis appellatum fuit, Photius in Nomocanone *tit. 9. cap. 6.* ὅτι ἐκκλήσιαι *inquit,* αἱ τῶν πατριαρχῶν ψῆφοι. Cæterùm, cùm satis constet, Patriarchas post Pontifices primum obtinere locum, & ipsos Cardinales & Ecclesiasticos cœteros præcedere, opus non est, ut latiùs ea de re agamus, ne solem facibus illustrare videamur, superest igitur, ut videamus; *Quinam ordo in sessionibus inter ipsos Patriarchas observatus?* Et verò primò omnium Romanum Pontificem in Conciliis Constantinopolitano & cæteris prælatum fuisse, suprà sufficienter, ut existimamus, probatum dedimus. Quoad reliquos Patriarchas, res non caret dubio, cùm nulli non parti adsint rationes speciosæ, quæ adduci possint. Antio-
5. chenus idcirco primas esse concupivit, primumq; locum obtinere, quòd Antiochiæ discipuli Ecclesiæ, nomen Christianorum primùm sortiti fuissent, *Act. 11.* & quòd Antiochiæ docuissent Petrus & Paulus, *Actor. 13.* unde apud Theodoretum Orientales Episcopi Damaso rescribentes, Antiochiam vetustissimam & verè Apostolicam Ecclesiam appellant, & Eustathius Episcopus Antiochenus, teste Theodoreto *lib. 1. c. 7.* quem adducit Baron. *ann. 325.* in Nicæna Synodo; ut Eusebius tradit, in dextero ordine primam sedem occupavit, qui assurgens perbrevi oratione Imperatorem affatus est, hymnumque, quo Deo omnipotenti gratias ageret, recitavit. Johannes Chrysostomus in Homilia tertia ad populum Antiochenum, de Antiochia, eam appellat κεφαλὴν πάσης οἰκουμένης totius orbis caput & summam. Et in Homilia septima in Matthæum ita Antiochenos alloquitur, ὑμεῖς ὅταν περὶ προεδρίας ὁ λόγος, ἀξιοῦσθε τῆς οἰκουμένης προκαθῆσθαι πάσης. Et sanè, si antiquitatis tantum haberetur respectus, hæc omnium hoc nomine principatum habere meruit. Theodoretus *lib. 5. cap. 9.* Antiochenam Ecclesiam appellat πρεσβυτάτην, καὶ ὄντως ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ. Et verò Ecclesia Romana de antiquitate contendere non poterit cum Antiochena. Quod si merito Petri gloriatur Romana, & hanc gloriam prius meruit Antiochena à Petro ante fundata, quam Romam ille cogitaret. Equidem quod Romana Ecclesia priorem locum obtinuit, id ob urbis majorem amplitudinem, & imperialis domicilii digni-

dignitatem factum, prout capite præcedenti notatum. Hierosolymitanus prærogativam & præeminentiam loci allegavit, propterea, quod 6.
summum sacerdotium aliquando Hierosolymis floruisset, & quòd in terra Hierosolymitana mundi creator dignatus esset in humana constitui generatione, ut loquitur Justinianus Imperator *in Novell. 40. in præfat.* Prima sane Hierosolymitana omnium Ecclesiarum & antiquissima. Passus ibi Christus, ibi resurrexit. Apostoli in ea primum prædicarunt ac docuerunt. Hinc Clemens vel ipse Petrus potiùs, Jacobum Domini fratrem Episcopum Hierosolymitanum appellat ἐπίσκοπον τῶν ἐπισκόπων, i. e. Principem vel primum Episcoporum. Hinc Theodoretus *Hist. Eccles. lib. 5. cap. 9.* Hierosolyma vocat omnium Ecclesiarum matricem sive matrem. Si merito antiquitatis certaretur, aut aliquid faceret, quid quid dici potest Ecclesiasticæ & sacræ prærogativæ ad principatum alicui Ecclesiæ adjudicandum, nullam præferri debuisse Hierosolymitanæ inter omnes convenit. Quicquid sit, nihilominus eidem Alexandrinus & Antiochenus semper prælati, non alia de causa, quam quia majorum urbium, & exinde potentiores Episcopi. Ex his intelligi potest, nihil tum profuisse antiquitatem urbium aut sanctitatem, nec ulla sacrorum merita, nec quod ab Apostolis essent fundatæ, ad primatum eis comparandum, sed solam earum dignitatem, quam conciliare solent populus numerosus, ampla mœnia, opes magnæ. His omnibus cum Alexandria & Antiochia præter cæteras Orientis urbes commendarentur, superabat tamen Alexandria, quapropter & præcessit in Ecclesiasticis. Ante conditam Constantinopolim, cùm adhuc unum esset Imperium, & unica sedes ejus Roma, non erat urbs alia in Oriente, quæ cum Româ ex pari certaret præter Alexandriam. Ut enim Roma dicebatur Urbs per excellentiam, ita illa πόλις, κατ' ἐξοχήν. Adrianus in Epistola ad Servianum de ea dixit: Civitas opulenta, dives, fæcunda, digna quæ pro sui profunditate, & magnitudine totius Ægypti teneat principatum. Vid. Cl. Salmas. *de primatu Papæ cap. 12.* Honor hujus ac jus civitatis, non minore ferè ambitu solebat expeti, quàm Romanæ, quin & rarius ac difficilius Alexandrinæ jus civitatis quàm Romanæ indulgere consueverunt Principes Romani, ut perspicitur ex responso Trajani ad Plinium his verbis: Civitatem Alexandrinam secundùm institutionem Principum non temere dare proposui. Sed cum jatraliptæ tuo jam civitatem Romanam impetraveris, huic quoq; petitioni tuæ negare non sustineo. Mirum proinde

non est, si hujus civitatis Episcopus in tantum animum sustulit, ut non contentus omnes Orientales Episcopos longè præcessisse, etiam cùm Romano contenderet, quem cùm ferret parem, vix pati potuit priorem. Eusebius *lib. 11.* de vita Constantini, Alexandriæ Ecclesiam κορυφὴν ἁπασῶν ἐκκλησιῶν appellat, verticem omnium Ecclesiarum, ubi de Arianismo loquens inde incepisse dicit, tanquam ab arce quadam ac vertice, & sic totius orbis provincias pervasisse. De Alexandrino non minus, quàm de Romano dictum est ab antiquis patribus, totius eum Ecclesiæ sollicitudinem gerere, Gregorius Nazianzenus in Orat. XXI. quæ in laudem est Athanasii, de Athanasio Alexandriæ dicit τῆς οἰκουμένης πάσης ἐπισκοπὴν universæ Ecclesiæ curam illi esse creditam. Hæc auctoritas Alexandrini cum Romano exæquata duravit etiam usque ad id tempus, quo jam Constantinopolitanus erat in honore secundi loci, cùm omnium seculorum mos plus semper antiquitati detulerit. Hieronymus in Apologia tertia adversus Ruffinum: Jungamus dextras, animos copulemus, & duos Orientis atque Occidentis πρωτοκορυφαίους alacri sequamur incessu, Theophilum Alexandrinum intelligit, & Anastasium Romanum. Idem Hieronymus alio in loco maximas Ecclesias recensens, Constantinopolitanam secundo loco numerat inter Romanam & Alexandrinam. Præceptor Hieronymi Gregorius Nazianzenus tantùm illi sedi deferebat, ut cum parem Romanæ agnoscat, vix in gradu secundo eam statuat, quasi jam tum temporis de primatu contenderet. Et verò ut æmulatio inter pares, & ex æmulatione simultas & dissensio nascitur, ita & dissidium aliquando inter duas Ecclesias istas intervenit, de quo componendo Carthaginensis Concilii Patres ad Innocentium scribendum censuerunt, quorum decretum super eo legitur inter Canones Ecclesiæ Africanæ in hanc sententiam. Placuit ut de dissensione Romanæ atque Alexandrinæ Ecclesiæ ad sanctum Papam Innocentium scribatur, quo utraque Ecclesia inter se pacem, quam præcepit Dominus teneat. Cæterùm Constantinopolita-
8. nus Patriarcha allegavit, quòd Constantinopolis metropolis & caput esset Orientalis Imperii, quodq; ibi subsisterent Orientales Imperatores, & Chrysostomus de verbis Isaiæ Constantinopolim vocat ὅλου τοῦ κόσμου μητρόπολιν. Zonar. *in Act. Concilij Chalced. c. 22.* νέαν Ῥώμην, qua de re speciosa congessit Bullingerus *lib. 2. de Imper. & Imp. Rom. cap. 8. per tot.* Confer Salmasium de primatu Papæ *cap. 14.* ac istam Impp. Gratian. Valentin. & Theod. *in l. 6. C. de SS. Eccl.* ea, quæ Romæ Veteris, prærogativa gaudere voluerunt. Hæ rationes tanti æstimatæ fuere, ut demum secundum locum

cum

cum post Pontificem Romanum præ cæteris Patriarchis occuparet Con-
stantinopolitanus Patriarcha, quòd in Conciliis postmodum confirma-
tum fuit. Placet hac de re subjicere sanctæ universalis quartæ Synodi
Constantinopolitanæ Canonem numero vigesimum octavum, ibi:
Omnino & per omnia quæcunque à sanctis Patribus definita sunt, sequen-
tes, & modò recitato canone CL. pientissimorum Episcoporum congre-
gatorum sub pientiss. memoriæ magno Theodosio Rege, in urbe Regia
Constantinopoli, nova Roma, perpenso: eadem etiam nos statuimus at-
que decernimus, de honoribus & prærogativis sanctissimæ Ecclesiæ Con-
stantinopolitanæ, novæ Romæ. Etenim sedi veteris Romæ, quòd urbs
illa imperatrix esset, meritò Patres Primatus dignitatem tribuerunt, ea-
demq; ratione moti centum quinquaginta Episcopi sedi novæ Romæ, pa-
rem primatus honorem attribuerunt: consentaneum rationi judicantes,
urbem & Regiâ, & Senatu Imperii decoratam, pari etiam cum veteri re-
gia urbe honoris prærogativâ fruentem, in rebus quoq; ecclesiasticis pa-
rem atq; illa præeminentiam obtinere, cùm tamen secunda ab illa exsiste-
ret. *Hactenus verba canonis.* Quin etiam Chalcedonensis Concilii *ca. 22*,
ita rescriptum est: τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην
οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασιν τὰ πρεσβεῖα: καὶ τῷ αὐτῷ σκόπῳ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεν-
τήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας ῥώμης ἁγιωτάτῳ
θρόνῳ εὐλόγως κρίναντες τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύ- 9.
ουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι ῥώμῃ. Præterea constat ex actis universa-
lis Synodi Constantinopolitanæ IV. primo loco subscripsisse Hadriani
Pontificis Rom. ejus nominis secundi legatos, post hos secundo loco sub-
scripsit Ignatius Archiepiscopus Constantinopolitanus, deinde legatus Pa-
triarchæ Alexandrini, dictus Joseph, legatus Patriarchæ Antiocheni dictus
Thomas, & Hierosolymitani dictus, Helias subscripserunt, uti testatur Jo-
hannes Delphius *in tr. de potest. Pontific.* Porrò, hoc ipsum ab Impp: con-
firmatum, sufficiat nunc omnium loco adduxisse constitutionem sacratis-
simi Imperatoris nostri Justiniani *in Novell. 131. c. 2.* Ideoq; sancimus, *ait
Justinianus*, secundum earum [regularum scilicet Nicænæ synodi, de quibus
antea *c. 1.* locutus] definitiones sanctissimum senioris Romæ Pâpam pri-
mum esse omnium sacerdotum: beatissimum autem Archiepiscopũ Con-
stantinopoleos novæ Romæ, secundum habere locum post sanctam Apo-
stolicam senioris Romæ sedem: aliis autem omnibus sedibus præponatur.
In concilio Florent. qualẽ sessionẽ occupârit Constantinopolitanus Patri-
archa, ex actis Synodi Forent. constat, quæ græcè conscripta exstant in Bi-
bliotheca Regia, ex quibus ea annotavit Mornæus *in hist. Pap. p. 1221. & seq.*

 cui

Cui advenienti Constantinopolitano cùm obviam venissent Episcopi Romani, & nunciavissent, Papam exspectare, ut sua magna sanctitas accedens eum adoraret, & ejus pedem exoscularetur, obstupuit, & omnes, quos secum adduxit Episcopos consuluit, qui una voce decreverunt: hoc non fore neque justum, neque decorum, neque utile: Redeuntibus manè Episcopis Pontificis & osculum pedis exigentibus: Patriarcha indecoram esse hanc instantiam edisserit. Unde nam enim Papa hoc juris habeat, aut quænam Synodus ei contulerit: vel ubinam scriptum sit, inquit, ostendite, præsertim cùm Papa dicat se esse successorem B. Petri: Sed responderunt Episcopi, morem antiquum esse Papæ, & omnes ipsi talem salutationem deferre Episcopos, Reges, Imperatorem Germaniæ ipsum, Cardinales adeò Imperatore ipso majores, utpote consecratos: Ad quæ Patriarcha novum inventum hoc esse, non acquiescam, *inquit*, non hoc faciam unquam, sed si quidem vult Papa, ut ego eum salutem fraternè, secundùm nostrum antiquum morem, eo pacto ego eum accedam, sin hoc non recipit, recuso omnia & revertor. Eo ventum, inquit Græca Synodus, ut Pontifex, qui pedes suos Patriarchæ frequenti conventu exosculandos porrecturus sibi videbatur, cùm id non posset obtinere, eum tandem ἐν ἰδίῳ κελλίῳ, id est, in privata cella suscipere cogeretur, idq; præsentibus tantùm Cardinalibus, quæ omnia gesta ultrò citroque, antequam descendere vellent. Ad ordinem Concilii, contendebat ille Imperatorem Græcum & Patriarcham cum Orientalibus ad Templi sinistram considere debere, Occidentales ad dextram, in quorum omnium capite inter utrosque medius, caput ipse altè super emineret: Imperator contrà, hunc sibi locum deberi. Convenit tandem, ut Papa cum Occidentalibus dextram, Imperator Græcus cum Orientalibus lævam obtineret: pervincente tamen Eugenio, ut thronus suus ad magnum altare collocaretur, Imperatoris Romani, licèt absentis, proximo quidem loco, sed aliquot gradibus inferiori; inq; pari gradu Cardinales & Prælati Occidentales sederent; At Imperatoris Græci thronus è regione Pontificii poneretur, ad cujus sinistram sederet quidem Patriarcha Constantinopolitanus, sed inferiori gradu, cui pari etiam gradu aliorum Patriarcharum Orientalium Legati, Archiepiscopi & Prælati suo quiq; ordine assiderent. *Hæc Mornæus d. l.* Et quidem patet ex dictis Constantinopolitano Patriarchæ primum locum post Romanum Pontificem deberi, post eum verò locus debetur Alexandriæ Patriarchæ, & demum Antiochiæ & Hierosoly-

solymorum, uti habetur *in c. ultimo diffinimus dist. 22.* adde *c. Renovantes 6. d. dist. 22.* ibi: petimus, ut Constantinopolitana sedes similia privilegia, quæ superior Roma habet, accipiat, necnon in ecclesiasticis rebus magnificetur, ut illa: sed hæc secunda post illam exsistens, priusquam Alexandrina sedes numeretur, deinde Antiochena, & post eam Hierosolymitana, ut alios nunc juris Canonici textus omittam. Recentiora exempla ut heic non prætereamus, Anno 1582. quo Mahometes in solemni ritu circumcideretur, & adessent Rudolphi Cæsaris, Regis Galliarum, Poloniæ, Senatus Veneti, Persicus, Marochensis, Fessanus, Tartaricus, Transsylvaniæ, Moldaviæ, & Wallachiæ Principum Legati, processit primò omnium Patriarcha Constantinopolitanus cum toto sacro ordine, secutus sacerdotes Turcicos, qui eorum spectaculis, quæ rei sacræ occasione celebrabantur, intererant, post eum processit Antiochiæ Patriarcha, qui ambo palliis sacris induti, cum muneribus in scenam prodierunt, & fausta omnia Imperio Sultani precati fuere, id quod lamentabile prorsus Christianis spectaculum fuit, prout tradit Besold. *lib. 2 de serie & reb. gest. Turcic. fol. 1245.* & ex eo Caspar Klock, *de Ærario lib. 1. cap. 5. n. 21.* Non prætereunda hoc loco Constitutio Innocentii III. Pontificis de Sessione & ordine Patriarcharum, quæ exstat in jure Canonico *in c. antiqua 23. X. de privileg. & excessib. privilegiat.* ibi: Antiqua Patriarchalium sedium privilegia renovantes, sancta universali Synodo approbante, sancimus, ut post Romanam Ecclesiam (quæ disponente Domino, super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, utpote mater universorum Christi fidelium & magistra) Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartū locum obtineat, *&c.* Cæterùm, ut obiter hoc loco quædam addam, de solennitate instituendi Patriarchas in Orientali Ecclesia, quod Constantinopolitanum attinet, receptum erat, ut postquam hic ipse ab Heracliensi Metropolitano (cui hoc jus antiquitus tributum, & hodienum competit) nominatus esset, & Clero, nobilibus, & primoribus populi, quorum consensus requirebatur, propositus, postea ad aulam Imp. deduceretur, qui, cùm ei vestem undulatam, vel sericam, mitram pretiosissimam, ac pedum pastorale, seu deauratum baculum incurvatum in manus dederat, albo equo impositus solenni processione Clericorum per urbem ducebatur, ac postremò in thorum sive sedem Patriarchalem collocabatur. Qua collocatione jus Patriarchale ac potestas tam in Ecclesiasticos, quàm laicos, in spiritualib9, 11.

trans-

translata in ipsum videbatur, formam hanc institutionis haud obscurè colligere licet ex Gregora *lib.4.* Mahometes secundus Imperator Turcicus Constantinopoli occupatâ, cùm eandem in tranquillum statum, prout ipsi in votis erat, redigere non posset, motus consiliis aulicorum, Græcis superstitibus advocatis, iisdem permisit, ut vacante Patriarchali sede, alium eligere possent, prout tum temporis Georgius Scholarius, Johannis Imp. Paleologi consiliarius & JCtus in Oriente egregius, primo hac solennitate ritus à Græcis Christianis electus, & à Mahomete confirmatus est, quem 24. Patriarchæ hoc ritu electionis secuti sunt, uti patet ex Theodosio Zygomola de Constantinopolis clade, quem adduxit Joachimus Stephani *in Institution. Juris Canonici lib. 2. cap. 10. n. 4.*

CAPUT III.

De S. R. E. Cardinalium Sessione tam quoad Ecclesiasticos, quàm seculares Reges & Principes.

SUMMARIA.

1. Probatur prisco Ecclesiæ instituto, Episcopos cum antiquitate, tum præstantia Cardinalibus superiores fuisse.

2. Quando jus eligendi Romani Pontificis ad solos Cardinales, aliis exclusis, translatum sit?

3. Ex Baronio probatur, antiquis temporibus Cardinales Episcopis minores fuisse.

4. Inter eos, qui sunt ejusdem ordinis, præfertur, qui primo est ordinatus.

5. In Curia Romana Cardinalis Episcopus, Cardinali non Episcopo præfertur.

6. Cardinales Archiepiscopis & Episcopis digniores habentur, & quatenus hoc ipsum accipiendum?

7. Refutatur Barb. qui putat Cardinalatum essentialiter & formaliter à jure divino sumpsisse originem.

8. Instituta in lege veteri quoad ceremonialia, non obligant in nova.

9. An liceat his, qui imperium inter Christianos obtinent, leges ferre ejus sensus, cujus sunt leges per Mosem datæ?

10. Cardinales æquari Regibus; primus vulgato diplomate sanxit Sixtus V.

11. Si Rex in convivio solemni, quod die coronationis Pontificis instituitur, adsit, locus ei datur in mensa post primum Cardinalem Episcopum, si plures adsint Reges mixtim sedent cum Cardinalibus.

12. *Reges in sacello Pontificis sub Cardinale Decano locum tenent.*
13. *Ab Urbano VIII. Pontifice Titulus eminentissimi Cardinalibus tributus.*
14. *De Sessione Legati Cæsarei Don Diego in Concilio Tridentino.*
15. *Cardinales obviam venientes reis, damnatis, & ultimo supplicio afficiendis eosdem à periculo eripiunt, ejusdemque rei exempla adducta.*
16. *Si vestalis casu occurisset ei, quem magistratus ad supplicium ducebat, is quoque apud Romanos periculo eripiebatur, idemq; in Secerdotibus Jovis obtinuit.*
17. *An Cardinales Electores S. R. I. in actibus ad ipsam Curiam spectantibus praecedant?*

DE Cardinalium Sessione & præcedentia oportuno loco heic agemus, cùm nemini non constet, eos cœteros omnes Ecclesiasticos, Episcopos, aliosve præcedere, quamvis prisco Ecclesiæ instituto ipsi Episcopi cum antiquitate, tum præstantiâ Cardinalibus fuerint superiores, quod manifestè apparet ex eo 1. *(1.) quod* fatentibus ipsis Pontificiis ante Bonifacium VIII. vel ut Johan. Andr. *in c. cum aliquibus de Rescr. in 6.* scribit, quod ante Clementem V. nemo Episcoporum Cardinalis munus ambiret, cùm existimarent, se majorem dignitatem cum minori commutare. Vide Barbosam *lib. 1. jur. eccles univ. c. 3. n. 7.* *(2.)* adde *c. 6. de censib.* ubi major equorum numerus Archiepiscopo & Episcopo, quàm Cardinali conceditur. *(3.) Quod* Episcopus nonnisi per testes 72. criminis damnari possit, Cardinalis tantùm per testes 44. *c. præsul. 2. & c. nullam. 3. 11. quæst. 4.* Hostiensis. *in c. licet universis X. de testibus.* Et verò Cardinalium dignitas primitivæ Ecclesiæ incognita fuit, cùm populus & Clerus Pontificem eligerent, isq; electus ab Imperatoribus confirmaretur, uti *cap. 1. diximus,* donec à Nicolao secundo Pontifice primo constitutum, jus eligendi Romani Pontificis, ad solos Cardinales, aliis penitus exclusis, spectare, quamvis non præcisè 2. id eum statuisse, sed Cardinalibus potiùs in ea re primas dedisse putet Carolus Molinæus *contra parvas datas & abusus Curiæ Romanæ.* Posterioribus temporibus expressè constitutionibus ea de re *editis (1.)* Alexandri III. ex Mantuani Concilii decreto *in c. licet de elect. (2.) Gregorij X.* in Concilio Lugdunensi formam electionis continente. *c. ubi periculum de elect. in 6. (3.)* Clementis V. in Concilio Viennensi. Clem. ne Romani. *de elect.* ad unicum Cardinalium collegium potestas eligendi Pontificis translata. Gregor. Tholosan. *in Syntagm. jur. univers. lib. 15. c. 3.* idem

 deinde

deindè repetitum & confirmatum ab Urbano VIII. Pontifice in confirmatione Bullæ Gregorii XV. De electione verò Pontificis Romani, ejusq; solemnibus vide Onuphrium Panvinium *in vita Pontificis Urbani VII.* & Sleidan. *lib. 21. p. 669.* ex neotericis Levinum Moltken *de Conclavi* & ita, quemadmodum Pontifex Romanus tractu temporis imperium sibi in reliquas Ecclesias arrogavit, ita Cardinalium tanquam Consiliariorum suorum honoribus adeò velificatus fuit. Machiav. *lib. 1. hist. Flor.* Alio-
3. quin Baronius *tom. 2. An. 253. n. 95.* probatum dedit, antiquis temporibus Cardinales Episcopis minores fuisse, nec alio honore tum affectos, quàm aliarum Ecclesiarum Archidiaconos & Archipresbyteros, qui Episcopis suis à consiliis erant, idq; non obscurè indigitatur à S. Ignatio, quem adduxit M. Antonius de Dominis, *lib. 1. de Rep. eccles. cap. 12. n. 8.* Sane Sacerdotes Cardinales, antiquis temporibus dicti fuere primi & principales Presbyteri, quos πρώτυς πρεσβυτέρυς Græci vocarunt, qui non solum Romæ, sed etiam in aliis provinciis fuerunt. Cardinalis enim à Cardine, idem quod præcipuus ac principalis in cardine constitutus. Sic Cassiodoro *lib. 7. Variar. Epist. 31.* Princeps Cardinalis, primus Princeps agentium in rebus dicitur. Ita Cardinales venti Latinis, qui Græcis ἀνθελικοὶ ἄνεμοι, ex quatuor præcipuis mundi partibus flantes. Item Cardinales virtutes, & Cardinalia opera, apud Ambrosium. Cæterùm, de præcedentia Cardinalium dicturi, primò exponemus, quemnam locum honoratiorem obtineant inter se ac Ecclesiasticos cæteros, deinde subjungemus de sessione eorundem quoad Principes seculares?

Primò igitur omnium, quod sessionem Cardinalium inter se ipsos attinet, obtinet heic, quod dicitur, inter eos, qui sunt ejusdem ordinis,
4. præferendum sive honorandum illum, qui primò est ordinatus, tam in sede, quàm in prius beneficiendo, ut Dd. loquuntur, Abb. *in c. dudum de election. n. 11.* & *in c. statuimus de major. & obedient.* & notanter Theodosius & Valens Impp. *in l. 1. C. de consul.* Quis in uno eodemque genere, ajunt, dignitatis prior esse debuerit, nisi qui prior meruit dignitatem, ita Bernardinus Caravia Cardinalatui restitutus per Leonem X. eundem locum, quem sub Julio II. obtinuerat, occupare volens, cum Hadriano Cornetano Cardinale contendebat. Hadrianus cessit, sed mordaciter (insectatus) inquiens. Præcedat ergo, quando & panis nauticus (qui bis coctus est) quovis alio pane diuturnior est. Garimbert. *lib. 3.*
5. Sanè, in Curia Romana Cardinalis Episcopus, Cardinali non Episcopo

præ-

præfertur, ficut & Cardinalis Presbyter Cardinali Diacono, *c. cleros dist. 21. c. oportebat dist. 79.* Don. Gars. Maſtrill. *de Magiſtratu lib. 4. cap. 13. n. 61.* Carpzovius *deciſ. illuſtr. Saxon. 7. n. 29. & ſequent.* Henricus Salmuth JCtus *in Reſponſo juris pro matrimonio Principis cum Virgine nobili &* Cardinales in curia digniores æſtimantur iis, qui extra eam ſunt, ſecundum Hoſtien. *in c. antiquâ de privileg.* Porrò, quoad Archiepiſcopos & Epiſcopos cæteros, conſtat Cardinales eos præcedere, ac majores & digniores haberi, cùm pars corporis Pontificis dicantur ſecundum Jaſonem *vol. 4. conſil. 117.* & dignitatem ac poteſtatem hodie a Pontificali proximam ſint conſecuti, arg. *c. venerabilem verſ. rationibus extr. qui filij ſint legit.* Cardin. Tuſch. *tom. 1. pract. concluſ. lit. C. concluſ. 100. n. 3.* Rom. *conſil. 491. n. 11.* Decian. *vol. 1. Reſp. 8. n. 65.* Quod verò dicitur Cardinales majores eſſe Epiſcopis, intelligendum eſt ratione officii, quod dicuntur habere ſecundum Cardin. Floren. *in cap. 1. de tranſlat. Prælat.* & Martin. Laud. non autem ratione dignitatis & ordinis. Bart. *in l. 1. §. ſi quis in appellatione D. de appell. col. 2.* & Abb. *in cap. quod ſuper his in fin. de fid. inſtrum.* Lancellott. *in Templ. omn. judic. lib. 2. cap. 2. §. 3. n. 5.* quam ſententiam etiam propugnat Barb. *in tract. de præſtant. Cardin. in 1. quæſt. 1. partis. n. 52.* qui *in d. tr. 1. quæſt. 1. part. n. 20.* contendit ac exiſtimat Cardinalatum eſſentialiter & formaliter à jure divino ſumpſiſſe initium, quia ſucceſſit ordini Levitarum, ſimulq; eorum originem ex V. T. derivat ex *c. 2. lib. 1. Reg.* ubi dicitur, Domini ſunt cardines terræ & poſuit ſuper eos orbem, quod convenire putat in Cardinales, quorum conſilio regitur Eccleſia. Idem tradit Petrus à Biax *in tr. direct. Elect. c. 32. 2 part.* Verùm enimverò, prout rectè Henningus Arniſæus *de Exempt. Clericor. n. 4.* ait, ſi jus eſt, ita ex jure divino aliquid derivare, nullum erit officium, quod non jus divinum approbet, quia nullum eſt, cujus nomen, vel conjugatum aliquod in ſacris literis non inveniatur. Deinde, quod gradum Levitarum attinet, plurimum is diſtat à Cardinalium ordine, & prout Vaſquius *lib. 2. Controv. illuſt. c. 89.* ait, inſtituta in lege veteri quoad ceremonialia non obligant in nova, quamvis Hugo Grotius *lib. 1. de Jur. Bell. & Pacis c. 1. §. 17.* exiſtimet licere his, qui imperium inter Chriſtianos obtinent, leges ferre ejus ſenſus, cujus ſunt leges per Moſem datæ, niſi, ſi quæ ſint leges, quarum tota ſubſtantia ad tempus Chriſti exſpectati & Evangelii nondum revelati pertineat, aut niſi Chriſtus ipſe contrarium aut in genere, aut in ſpecie conſtituerit. Poſtremò, argumentum

6.
7.
8.
9.

à Levitis ad Cardinales aliter non procedit, nisi proportionaliter, sive ut Abb. *in c. ex gestis de Cler. non residen.* figurativè.

Porrò, quod præcedentiam & sessionem Cardinalium, respectu secularium Principum, attinet, æquari eos Regibus, primus vulgato di-
10 plomate sanxit Sixtus V. ac Dd. communiter Cardinales Romani Pontificis ob gradus amplitudinem Regibus æquiparari notârunt. Cardinal. Palæot. *de Sacri Consistorij Consult. part. 5. quæst. 1. pag. 226.* Heig. *p. 1. quæstion. 4. n. 51.* & quamvis Reges, tam in suo territorio quàm extra, præcedere Cardinales uti singulos, existiment, Gratian. *tom. 1. discept. for. c. 111. n. 6.* & Menoch. *lib. 10. consil. 902. n. 71.* attamen iidem se Regibus æquiparare, & cum ipsis de loco certare ausi fuere. Hinc, si Rex
11 in convivio solemni, quod die coronationis Pontificis instituitur, adsit, locus ei datur in mensa, post primum Cardinalem Episcopum. Si plures adsint Reges, mixtim sedent cum Cardinalibus, hi tamen primum tenent locum. Primogenitus Regis sedet post presbyterum Cardinalem, & non inter Episcopos Cardinales, & hoc etiam fit in aliis publicis actibus, ut videbis hæc in libro sacrarum Ceremoniarum à Christophoro Marcello Episcopo Corcyrensi descripta. Volunt etiam, quòd Reges in
12 sacello Pontificis sub Cardinale Decano locum teneant, ait Levinus Nicolaus Moltken *in præfat. tract. de Conclavi, agens de Innocentij X.* (antecessoris Alexandri VII. hodierni Pontificis) *vita & Cardinalium origine auctoritatéve.* Vidi nuper, *inquit idem d. l.* Christinam Reginam Sueciæ in Sixti sacello, illa tamen non ibi, sed alibi, & peculiarem honoratiorem occupabat locum. Illa etiam in proprio conclavi, cùm visitaretur à Cardinalibus, primum tenebat locum: Sella etiam, cui insidebat, ex pretiosiori materia erat confecta, quàm illæ, quibus Cardinales utebantur. *Hactenus Moltken d. l.* Sed hoc ipsum Cardinalibus nullum præjudicium generare potuit, cùm Reginæ religionem Romano-Catholicam recipienti, tanquam extero hospiti civilitatis & humanitatis causâ hic honos exhibitus sit; At verò constat hac in materia sessionum urbanitatem & modestiam nullum præjudicium gignere, nec inducere obligationem, Decian. *vol. 3. consil. 69. n. 7. l. si operis. D. de oper. libert.* Equidem di-
13 gnitas Cardinalium indies aucta, & aliis titulis & præeminentiis ornata, ita teste eodem Moltken, ab Urbano VIII. Pontifice titulus eminentissimi, quo titulo olim honorabantur Præfecti prætorio, iisdem tributus, qua de re hæc exstant apud Mercure François *tom. 16. p. 592.* Decretum Consisto-

sistoriale S.D.N. Urbani, divina providentia Papæ Octavi de titulis S.R.E. Cardinalium die 10. Junii 1630. in consistorio secreto. Beatissime Pater, fuit facta per D. Cardinalem Pium relatio decreti S. congregationis cæremoniarum S. R. E. Cardinalium, ut infrà. Sacra congregatio cæremoniarum S. R. E. Cardinalium censuit, si sanctitati vestræ placuerit, loco titulorum illustrissimi, & dominationis vestræ Illustrissimæ, quibus hactenus usi sunt Cardinales, titulos Eminentissimi, & vestræ Eminentiæ, unà cum antiquo titulo Reverendissimi, imposterum esse debere proprios & peculiares Cardinalitiæ dignitatis. Ita, ut præfati tituli Eminentissimi, & Eminentiæ, à nemine præterquam ab Ecclesiasticis Romani Imperii Electoribus, ac Magistro Hospitalis Hierosolymitani usurpari possint, aut aliis attribui; eosdemque titulos omnibus & singulis Cardinalibus præsentibus & futuris, omnino assumi illisque inter se, tam voce, quàm scripto perpetuo uti debere. Quod si contigerit, aliquem, cujuscunque dignitatis, gradus, & conditionis (Imperatore ac Regibus exceptis) hujusmodi titulos alicui Cardinalium non tribuere, Cardinalis ille nullatenus cum eo coram agat, nec ejus literas quoquo modo recipiat. Ex quibus patet, Cardinalium dignitatem & præeminentiam indies auctam, ut proinde tractu temporis Regibus æquales se existimarint, nec iisdem loco cedere voluerint. Planè in Concilio Tridentino, licèt Don Diego Cæsareus Legatus omnibus Ecclesiasticis præferri voluerit, Cardinalibus 14
tamen controversiam de loco honoratiori non movit. Petrus de Suavis Polanus *in histor. Concil. Trident. lib. 2. fol. 142.* Ut nihil nunc dicam de insignibus Cardinalium privilegiis, de quibus Barb. *in tract. de præstant. Cardin.* inter quæ non minimum, quòd Cardinales occurrentes reis da- 15
mnatis, & ultimo supplicio afficiendis, eosdem à periculo eripiant, quod privilegium consuetudine inductum Cardinales hodie habere & usurpare Romæ, præter alios testatur Bodin. *lib. 1. de Rep. c. 10.* Et Cardinalem Raymundũ, cùm urbem Bremam anno 1503. ingrederetur, aliquot in eam exsules, quibꝰ ad intercessionẽ ejus, venia præteritorum indulta fuit, secum reduxisse, Chronica Bremensia scribunt, & notatum est à Georgio Rittershusio, *c. 2. de Iur. Asylor.* idemq; tradunt communiter Dd. adducti ab Andrea Tiraquello, in præclaro opere posthumo *de pæn. temp. aut remit. caus.* 16
55. n. 1. & 2. perinde, uti olim, si casu Vestalis occurrisset ei, quẽ magistratꝰ ad suppliciũ duceret, periculo eripiebatur, Plut. *in Numâ. p. 26.* Et si quis ad verberandũ duceretur, si ad pedes Flaminis Dialis supplex procubuisset,

eo die verberari piaculum erat, A. Gellius *lib. 10. Noctium Atticar. cap. 15.* Idemque de Sacerdote Jovis idem Plutarchus refert *in Problem.* quod stare soleat pro foribus Templi, & si qui veniant, seque pedibus ejus advolvant, immunes fiant; ac si vincti sint, illico solvantur.

Porrò, quid de Electoribus Imperii nostri dicendum? *An eos Cardi-*
17. *nales in actibus ad ipsam Curiam spectantibus praecedent?* Ita existimat Barbat. *de præstant. Cardin. part. 1. quæst. 1. n. 42. & per tot.* Et quidem præsupposita priori opinione, vera videri posset prædicti Barbat. sententia, si enim Regibus æquales sunt Cardinales, prout ipsi contendunt, Reges verò in actibus curiæ præferantur Electoribus, excepto tamen Bohemiæ Rege, consequens omnino videtur etiam Cardinales præferri, sed enim aliud observatum in Augustissimi Imperatoris Caroli V. inauguratione, ubi Cardinales, Seduensis, Salisburgensis, & de Seroy, hos subsequi non fastidierunt, Hartman. Maur. *de Coron. Caroli V.* ita in Augustanis Comitiis anno 1530. cùm Carolus Imp. medius inter Ferdinandum fratrem, & Cardinalem Campejum urbem ingredi cogitaret, præter morem Imperii hoc esse Moguntinus & Coloniensis Electores dixerunt; Illi ergo proximè antecedebant, ponè sequebantur Ferdinandus atq; Campejus, Sleidan. *lib. 7. Comm. pag. 169.* ex quibus inductus Gerlacus Buxtorfius *ad Aur. Bull. c. 6. concl. 84. lit. c.* asseruit, Electores Cardinales in actibus, ad ipsam curiam spectantibus, præcedere.

CAPUT IV.

De præcedentia Primatum, Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, necnon Sessionis controversia inter Archiepiscopos Mediolanensem, Ravennatensem, & Aquilejensem.

SUMMARIA.

1. *Primates per omnia Patriarchis æquiparantur, & quoad sessionem omnibus Archiepiscopis & Episcopis præferuntur.*
2. *Primates unde dicti?*
3. *Quænam præeminentia Primatis Lugdunensis & Episcopi Hostiens.?*
4. *Quinam primates in Hispania & Anglia?*
5. *De Sessione primatum Bituricensis, Viennensis & Lugdunensis agitur.*
6. *Rhemensis Archiepiscopi, quænam præeminentia?*

7. Quan-

7. *Quando obtinuerit in Francorum Regno, unctio in Regum inauguratione?*
8. *Post Rhemensem proximum locum deberi Ecclesiæ Catalaunorum ex Fulberto Carnotensi Episcopo probatur.*
9. *In Germania inter Archiepiscopos primas est Magdeburgensis.*
10. *Agitur de controversia Sessionis inter Archiepiscopos, Mediolanensem, Ravennatensem, & Aquilejensem, & adducta, ea de re, verba Caroli Sigonii.*
11. *An Mediolanensis Archiepiscopus præferendus Ravennatensi?*
12. *Adducuntur argumenta & rationes pro Ravennatensi.*
13. *Ravennæ Exarchi substiterunt.*
14. *Quando Ravenna in Pontificum potestatem pervenerit, & de ejusdem civitatis præeminentia.*
15. *De Aquilejensis Archiepiscopi præeminentia agitur.*

POstquam de Pontificis Maximi, Patriarcharum, & Cardinalium Sessione disseruimus, ordo postulat, ut de reliquorum Ecclesiasticorum præcedentia agamus; Et cùm inter omnes constet, præcedentiam dignioribus concedendam esse. Sacra Congr. Rit. *in Sanct. Severin. 1. Septembris 1607.* quam refert Sellius *in selectis Canon. c. 47. n. 5.* post Patriarchas & Cardinales verò primum locum obtineant Primates, meritò hisce quoque primum heic locum tribuimus, quippe Primates per omnia & in omnibus Patriarchis æquiparentur, usque adeo, ut quò ad sessionem omnibus & Archiepiscopis & Episcopis præferri debeant, Schrader. *vol. 1. consil. 4. n. 62.* Et idcirco Primates dictos fuisse, quod primas tenerent sedes, putant Scaccias *de appellat. quæst. 8. n. 97.* Card. Jacobat. *tr. de Concil. lib. 1. art. 1. n. 256.* Sanè in Africa constat primates peculiariter ac propriè appellatos fuisse, singularum Provinciarum primos, vel primæ sedis Episcopos, hoc est, metropolitanos, quos & Græci πρώτους & πρωτεύοντας appellant. Eadem quoq; notio est vocis Persicæ qua Arabes Metropolitanum vocant, Mathran. Qua voce Mathran pro Metropolitano sæpe utitur Saracenicæ Historiæ auctor Elmacinus quæ non videtur intellecta doctissimo in Arabicis ejus interpreti. Persicum istud μίθρας rectè Hesychius interpretatur τὸν πρῶτον ἐν Πέρσαις θεόν. Solem sic vocarunt κατ' ἐξοχήν. Cæterùm ejusmodi primas totius Africanæ diœceseos fuit Carthaginensis antistes, de cujus præeminentia disquirit Salmasius de primatu Papæ *cap. 15. p. m. 249. & seqq.* Inter Galliarum Primates non postremum locum sibi vindicat Lugdunensis qui primas Galliarum dictus est, & Patriarcha. Concilio certè Matisconensi secundo 1.

2.

sub-

ſub Guntrammo Rege, Priſcus Lugdunenſis Epiſcopus Patriarcha vocatur: Priſcus Epiſcopus Patriarcha dixit, gratias agimus Domino Deo noſtro fratres & conſacerdotes mei. Guilhelmus Britto in Philippeide:

Et Lugdunenſis quo Gallia tota ſedebat,
Ut fama eſt, primate regi.

Non primatem unius provinciæ intelligit fuiſſe, ſed diæceſeos Galliarum, cujus prima provincia Lugdunenſis prima, ejusq; metropolis Lugdunum. Vid. Salmaſ. *de primatu Papæ cap. 16. p. m. 260.* Porrò, non prætereundum hoc in loco, quod Bartholomæus Chaſſanæus *in Catalogo Gloriæ Mundi part. 4. conſiderat. 8. p. m. 271. ex Cardin. Zabarel.* & Pet. de Anchoran. *in c. antiqua ext. de privileg.* annotavit, quòd ſi primas & Epiſcopus Hoſtienſ. Gardin. ſit præſens, quod ſeſſionem obtineat prope Papam, rationem ibidem ſubjicit, Papam enim conſecrat, Imperatorem ungit, & eſt palliatus, & ideo videtur eſſe major dignitate Patriarcha Conſtantinopolitano: quia, ut dicunt, prioritas dignitatis declaratur ex prioritate ſedis & loci, *c. ex ore de privileg. c. 1. & c. ſtatuimus de maj. & obed. Hæc Chaſſanæus d. l.* Cæterùm in Hiſpania Primas eſt Toletanus, cui controverſiam de Seſſionis præeminentia movit Epiſcopus Compoſtellanus in Synodo Lateranenſi. A. C. 816. uſus potiſſimum eo argumento, quod Compoſtella Jacobum ſacerdotem Apoſtolicæ inſtitutionis accepiſſet, ejusq; monumentum Compoſtellæ extaret, quod ipſum Rodericus Toletanus Primas negavit, eiq; contradixit. Sane an ea, quæ de prædicatione verbi divini à S. Jacobo apud Hiſpanos facta, afferuntur, vera ſint, non immeritò dubites. Baronius modò affirmat idipſum in Notis ad Martyrologium, modò negat, *in Annal. Eccleſ. tom. 9. A. C. 816.* Porrò in Anglia Eboracenſis & Cantaurienſis, præ cæteris magna olim in Anglia autoritas fuit, de eorum ſeſſione Henricus VIII. in Statuto Parlamentario ita conſtituit: ut Epiſcopi utriusque provinciæ Cantaurienſis ſcilicet & Eboracenſis, ſedes capiant in parte eadem Parlamenti quisque pro antiquitatis ratione. Cæteroquin Archiepiſcopis & Epiſcopis honoratiorem locum præ ſecularibus in Parlamento ibidem competere, atteſtatur Emanuel Meteranus in Beſchreibung der Niederlendiſchen Kriegeshendel *lib. 13.* in quo diligenter Statum Reipublicæ Anglicæ deſcripſit, *p. m. 478.* ibi: da in der mitten ein Königlicher Thron und Seſſel ſtehet mit einem guldenen Himmel/ darauff der König oder Königin neben den Kön. Parlamentsherrn in ſeiner Majeſt. nie-

der-

dersitzet/ vor dem König sitzet der Cantzler/ welcher des Königs Wort thuet/
deßgleichen der Tresorier: auff der Rechten seiten sitzen/ Ertzbischoffe und
Bischoffe/ auff der lincken Hand die Hertzogen/ Margkgrafen/ Grafen/
ViceGrafen/ und die Bannerherren. Mitten in sitzen auff etlichen Wol-
säcken/ welche mit rohten Tüchern bedecket/ die Richter/ Meister von der
Rollen/ oder Archiven/ und die Secretarii: aber diese haben keine Stimme/
sondern seind darumb zugegen/ daß sie die fürfallende Fragen zu recht auff-
lösen oder erklären/ und die Instrumenten oder Brieff/ so von nöten auß
den Rollen einbehendigen. *Hæc Meteran. d. l.* In Gallia Orientali sive
Belgica Primas fuit Trevirensis. In Gallia Celtica sive Occidentali Bi- 5.
turicensis, & Viennensis, huic aliquoties primatus causa quæstio mota
à Lugdunensi, in cujus favorem responsum est, id alteri honoris ergo
tantum tribui, sibi verò de jure competere, Arnisæ. *de jur. majest. lib. 1.
c. 1. n. 3.* Ut nihil nunc dicam de Rhemensi Archiepiscopo, cujus iti- 6.
dem in Gallia magna dignitas, & cui competit potestas inungendi Reges
Galliæ, unde Gervasius Archiepiscopus Rhemensis Anno MLIX. quan-
do Philippus I. Patre Henrico I. Rege adhuc in vivis exsistente, consecra-
batur Rhemis, prærogativam inungendi & consecrandi Reges à Pontifice
Romano Hormisda S. Remigio datam fuisse, postquam Clodoveum ba-
ptisaverat, & inunxerat, eamq; à Victore Pontifice bulla confirmatam
affirmavit. Sanè, in Francorum Regno unctio in Regum inauguratione
obtinuit ferè ab Anno Christiano 740, quando Pipinus in hunc modum 7.
est consecratus, quam in Hispania cœpisse inter Westrogothos, Recca- 8.
redo Rege, circa annum 586. verosimile videtur, ex iis, quæ tradit Vir
summus Joan. Jacob. Chiffletius *l. de Ampulla Rhemensi c. 16.* Post Rhe-
mensem proximum locum deberi Ecclesiæ Catalaunorum, testatur Ful-
bertus Carnotensis Episcopus *in epist. 78. ad Deodatum Episcop. Suessionen-
sem*: Sed ne civitati, *inquit*, vel Ecclesiæ Catalaunorum suum denegetis
honorem, meminisse vos decet, quòd in antiqua descriptione provinciæ
Belgicæ secundæ, ipsa civitas à Rhemensi tertium locum habeat. In Ger- 9.
mania nostra inter Archiepiscopos primas fuit Magdeburgensis, de cujus
sessione *infrà hoc eodem libro* acturus sum. Porrò, quod Primatem Aqui-
lejensem & Archiepiscopos Italiæ attinet, non prætereunda famosa con-
troversia, ratione Sessionis mota inter Archiepiscopos Mediolanensem, 10.
Ravennatensem, & Aquilejensem, quæ composita demum Henrici III.
Imperatoris & Clementis II. Pontificis temporibus. Et verò, cùm ratio-

nes cujuscunq; partis, & Patrum sententiam retulerit fidelissimus Historicus Sigonius *lib. 8. Regni Italiæ,* placuit verba ipsius subjicere: Clemens II. Pontifex, *ait,* annitente Henrico III. Imp. insignem labentis Ecclesiæ reformationem contra Simoniacos aggressus, Concilium Episcoporum in Lateranum vocavit. Cui interfuerunt Herebertus Archiepiscopus Mediolanensis, Eberardus Aquilejensis, & Hunfridus Ravennas. Inter hos primo die, novum de præsessione certamen ortum. Nam cùm Pontifex sedisset, ac Patriarcha Aquilejensis dextram, lævam Ravennas Archiepiscopus occupâsset: inclinante jam ad vesperam die, Mediolanensis advenit, ac dextram sedem postulavit, Aquilejensi & Ravennate reclamante, atque utroque eam sibi deposcente, conventus rem cognoscendam esse decrevit. Cùm Mediolanensis Advocatus Concilium Symmachi Pontificis commemoraret, in quo Mediolanensis priore loco sedisset. Hunfridus literas protulit Joannis Pontificis, qui Symmacho successerat, in quibus scriptum erat, id Petri Archiepiscopi Ravennatis submissione, Mediolanensi concessum: atque Joannem ipsum sanxisse, ut absente Cæsare, dextra Ravennati, præsente, sinistra tribueretur. Atque ita Patres rogati sententias decreverunt. *Hæc Sigonius d. l. 8. Regni Italiæ.* Sanè, summa trium horum antistitum auctoritas fuit præprimis verò Mediolanensis, testante eodem Sigonio, *lib. 7. de Regno Italiæ.* Pontifice & Imperatore excepto, *ait Sigonius d. l.* trium antistitum summa adhuc erat auctoritas, Aquilejensis, Ravennatis, & Mediolanensis. Verùm Imperii ac Regni Italici sede post remotos Exarchos de Ravenna sublata, ac Mediolanum traducta, quantum de Ravennate auctoritatis detractum est, tantum Mediolanensi adjunctum, proinde Bartholomæus Chassanæus *in Catalogo Gloriæ Mundi part. 4. considerat. 21.* asserit, Mediolanen-

11. sem Archiepiscopum præcedere Ravennatensem, illique anteire debere, ut ipse loquitur *d. l.* adducit Chassanæus *text. in c. Bene quidem fraternitas dist. 96.* in quo cap. prius sententiam suam dixit Laurentius Episcopus Mediolanensis, & post eum demum Petrus Episcopus Ravennatensis, unde concludit argumento, ex ordine Scripturæ deprompto, Mediolanensem in Sessione præferendum Ravennatensi allegans Glossam ad *d. c. Bene dist. 96.* Martin. Laud. *in tractat. de dignit. art. 10.* & Dec. *in consil. 161.* quibus à Chassanæo adductis Dd. ego addo, idem statuentes Zabarellam *consil. 2. n. 20.* & Card. Tuschum *tom. 6. pract. conclus. lit. R. concl. 41. n. 5.* Et hæc quidem pro Mediolensi facere videntur.

Nec

Nec desunt rationes speciosæ, quas pro se & honoratioris loci defensione adducere potuit Archiepiscopus Ravennatensis, Ravenna enim jam inde ab Honorii Imperatoris tempore, Imperii sede decorata, demum à successoribus, unde res Orientis proprius spectarent, delecta erat, in qua Justinus secundus Exarcham Longinum Patritium constituerat, quomodo & sequentes Imperatores Romani, Constantinopoli degentes, per Exarchos Ravennæ consistentes superstites Imperii Romani reliquias gubernabant. 12.
Erat autem Exarchus, si Josepho Scaligero *l. 3. Canon. Isagogicor. p. 339.* fides adhibenda, præfecti prætorio Vicarius, qui Ravennam cum aliquot urbibus Imperii Romani nomine adversus Longobardos tuebatur, & verò dum Ravennæ Exarchi subsisterent, Archiepiscopus Ravennatensis parùm cessit Romano Episcopo, qui in temporalibus tum temporis nihil juris ferè habebat, ne Romæ quidem, quem Exarcha in ordinem subinde cogebat, in spiritualibus verò intra suos limites coercebatur, quatenus spiritualis potestas, non secus ac umbra corpus, temporalem subsequi solet, placet hac de re subjicere verba Guicciardini *hist. lib. 4.* ibi: Hac tempestate, qua Hexarcho obtemperabant Romani Pontifices, civilis potestatis penitus expertes, atq; immortalium animis admiratione & observantia, moribus ipsorum ab illa pristina puritate, jam fatiscentibus, obsolescente, tanquam Imperatoribus subjecti, ætatem agebant: sine quorum & eorum, quos Hexarchos diximus appellatos, authoritate, quamvis Sacerdotum populiq; Romani suffragiis renunciati, neq; se pro Pontificibus gerere, neq; Pontificatum capere audebant: quin etiam Episcopi, Constantinopolitanus & Ravennas, quoniam regionis sedes imperii atque armorum potentiam sequi consuevit, cum Romano Episcopo sæpenumero de principatu disputabant. 13.
Postmodum, cùm Exarchatûm Pipinus S. Petro, id est, Romano Pontifici, utut contranitetur Cæsaris Legatus, donâsset, quam rem prolixè post Anastasium, Annales Francios, aliosq; scriptores exposuit Baronius ad annum 753. simul & Ravenna in Pontificum potestatem pervenit. Expresse Annales Francici. Pipinus redditam sibi Ravennam & Pentapolim & omnem exarchatum ad Ravennam pertinentem ad S. Petrum tradidit. Idem prorsus tradit Anastasius Bibliothecarius in vita Stephani, simul enumerans omnes urbes nominatim donatione hac comprehensas, plura narrat donata Leo Ostiensis *lib. 2. Histor. Cassinens. cap. 7.* quem sequitur Baronius. Eadem restituit Carolus Magnus, postquàm devicto Desiderio Longobardorum Rege, Longobardorum regnum subjugâsset: & 14.

& nonnulla etiam addidit, quæ recenset Anastius & ex eo Baronius ad annum 774. Equidem & tum temporis Ravenna post Romam nihilominus inter metropolitanas urbes facilè prima, enimverò apud Eginhardum *in Testamento Carolino,* Metropolitanas inter urbes Regni ejus, primo loco numerantur, Roma, Ravenna.

Aquilejensis Patriarcha sive Archiepiscopus itidem non pauca pro
35. se adducere potuit, Ecclesia enim Aquilejensis Marci Evangelistæ fundatione insignis erat, multis cæteroquin innocentissimis Episcopis & Martyribus olim nobilitata, ut nihil nunc dicam de dignitate Patriarchæ Aquilejensis; Equidem, cùm Odoacer Rex Herulorum à religione Christiana omnino alienus, deleto in Italia Romani Imperii nomine, Regnum satis confirmâsse sibi visus esset, exercere tyrannidem apertam cœpit in Christianos, præcipuéque in Episcopos, tum verò Marcellinus Aquilejæ Antistes, ut ejus Regis impetum declinaret, primus omnium, qui memorantur, in Gradum se recepit, Anno Christi DLXXXV. ubi illæsam fidem & puram cum suis tenuit, populo eum tutante, ut annales Venetorum habent, Postmodum Albuino in Italiam irrumpente, Venetorumq; regionem primam omnium petente, Paulinus & Clerici plerique omnes Aquilejæ preciosam suppellectilem omnem, & sanctorum reliquias, fugientes in Gradum insulam, secum asportârunt, quorum exempla secuti proceres & cives permulti, Albuino adventanti cum maximis copiis fermè vacuam incolis reliquerunt urbem & subjectos pagos. Primus itaque Paulinus in Grado sedem Aquilejensem certam fixit, & locavit, quam deinde duodecimo pòst anno Pelagius secundus auctoritate decretoque suo firmavit, ac sanxit, ut metropolis esset Venetiarum atque Histriæ Gradensis Ecclesia: quamobrem, qui tunc erat Aquilejensis Antistes Helias, deinceps appellatus est Patriarcha Gradensis, prout scribit Nicolaus Crassus *in libro singulari de Forma Reipubl. Venet.* Et verò, cum nomine Ducis & Reipubl. Venetæ Episcoporum, & Cleri, Joannem Contarenum cum Johanne Dente Diacono ablegâssent ad Johannem Papam & Othonem Imperatorem in Synodo Romæ congregata, visis & discussis privilegiis Gradensis Ecclesiæ, definitione Synodi terminatum est, dictam Ecclesiam esse Patriarchalem & metropolim totius Venetiæ, ut loquitur idem Crassus *d. l.* Alias rationes, quæ heic pro utraq; parte adduci possent, afferre supersedeo, cùm controversia hæc composita dudum fuerit Henrici III. Imp. & Clementis II. Pontificis temporibus, uti ex supra adductis Sigonii *lib. 8. de Regn. Italiæ* verbis planum evadit.

CAPUT

Caput V.

De præeminentia ac sessione Archiepiscoporum Bituricensis, Burdegalensis, Hispalensis, & Corduensis &c.

SUMMARIA.

1. *Agitur de controversia sessionis inter Burdegalensem & Bituricensem Archiepiscopos, & uter alteri præferendus?*
2. *An Episcopus Heduen. præcedere debeat alios Episcopos Provinciæ Lugdunensis?*
3. *Pallium plenitudinis officij Pontificalis insigne.*
4. *Pallium non rarò etiam absentibus Episcopis à Pontificibus missum, ejusq; rei exempla adducta.*
5. *De pallij origine, solida disquisitio.*
6. *Quam maximum subditorum onus redemptio pallij, luculenter ostenditur.*
7. *Ante pallij receptionem jura Episcopalia exerceri non posse? probatur.*
8. *Agitur de controversia præcedentiæ inter Archiepiscopos Hispalensem & Corduensem, nec non Legatos Thraciæ & Angliæ.*
9. *De Cracoviensis Episcopi præcedentia disquiritur, nec non de Sessione Episcoporum Poloniæ.*

ARchiepiscopos Episcopis majores & digniores esse, & proinde eosdem Episcopis in sessionibus præferendos, inter eruditos dubio caret. Tholosan. *lib. 15. syntagm. univers. jur. c. 11. n. 1.* Non pauca verò inter ipsos Archiepiscopos de sessione & præeminentia dissidia fuere, quorum passim apud authores exstant vestigia; Sic inter Burdegalensem & Bituricensem Archiepiscopos in Gallia de jure primatiæ & sessionis controversiam fuisse, patet ex *c. exposuit ult. X. de Dilat. c. ult. X. de dolo & contumacia & c. ult. X. de Majoritate & obedientia.* & eodem in Regno olim Senorum Archipræsul cum Lugdunensi certavit de Gallicæ principatu Ecclesiæ. Choppin. *de doman. Franciæ lib. 3. tit. 8. n. 5.* Confer Azorium *part. 2. Instit. moral. l. 3. c. 36. p. 335. & seq.* ubi de lite quorundam Archiepiscoporum propter Primatum egit. Sanè, Bituricensem præcedere Senonen. & Lugdun. Archiepiscopos, qui sunt in Francia, testatur Albericus de Rosate *in Rub. de Statu homin.* qui ipsi licèt asserant se Galliarum primates, hoc tamen de jure cautum non esse, ait Chassanæus *in Catalogo Gloriæ Mundi part. 4. Considerat. 21. p. m. 296.* 1.

 qui

qui ibidem existimat, Bituricensem præcedere etiam Burdegalensem Archiepiscopum, per suprà adductos à nobis textus juris Canonici, in quibus tamen tantùm mentio hujus controversiæ facta, non verò ipsa decisio subjecta. Alb. de Rosat. *d. l.* idem tradit, & dicit, quòd Bitur. sit primas in Burdegalensi provincia & etiam Narbonensi per *text. in c. conquestus 9. q. 3.* Ait Jacob Bonaudi *in add. ad Joan. de Terra rubea in lib. de vinea in art. 2. primi tractatus in 4. conclusione in Gloss. verb à dexteris*, quem authorem adducit Chassanæus *d. l.* dicit: quòd Lugdu. & Senon. Bituricen. Archiepiscopum de facto in Conciliis generalibus Franciæ præcesserint. Porrò tradit Bartholomæus Chassanæus *in Catalogo Gloriæ Mundi parte 4. considerat. 26. p. m. 298.* Episcopum Heduen. præcedere debere
2. alios Episcopos provinciæ Lugdunensis; cùm habeat pallium, quod est signum & auctoritas Archiepiscopi, in quo plenitudo Pontificialis officii continetur, *cap. nisi X. de usu & autorit. pallij*, ita, quòd post receptionem pallii possit se Archiepiscopum nominare. Et ideo ex prædictis inferrem, ait Chassanæus *d. considerat. 26. in fin.* quòd si Episcopus Heduen. impetraverit pallium à summo Pontifice, ex quo tunc poterit se nominare Archiepiscopum, quòd præcedet omnes alios Episcopos, non utentes pallio: sed ante receptionem illius sedebit in suo loco promotionis, ut dictum est ante in 23. Consideratione. Equidem ratio, ob quam Chassan. præferri voluit Heduen. Episcopum assensum meretur, præsupposito enim eo, quòd Heduen. pallium habeat, utiq; major & in sessionibus præferendus videtur cæteris Episcopis provinciæ Lugdunensis. Pallia enim
3. Metropolitanorum, Primatum, & Patriarcharum fuerunt propria, ut scilicet per illa à cæteris Episcopis discernerentur, & privilegiatam dignitatem obtinerent, ut tradunt Compil. *hist. Eccl. Magd. cent. 3. c. 7. p. 714.* unde pallium plenitudinis officii Pontificialis insigne, *cap. antiqua 23. de privil.* & ἀρχιερατικὴ στολὴ dicitur, Nicol. Serrar. *lib. 3. Mogunt. rer. notab. 26.* Azor. *part. 2. inst. moral. lib. 4. c. 4. §. primum quæri solet vers. porrò vera*, quamvis paucissimi quidam ex privilegio Episcopi, ut in Germania Bambergensis, teste Sigeberto: in Italia Lucensis & Ostiensis notante Onuphrio, teste Serrar. *d l.* palliis utantur, Licèt verò olim non nisi præsenti *c. prisca 2. dist. 100.* Platina *in Urbano II. p. 157.* & quidem enixè, & instan-
4. tissimè *d. c. prisca 2. dist. 100.* postulanti, pallium à Pontifice dabatur, post Gregor. Pap. *lib. 7. epist. 1. ind. 1.* Spondan. *in Epit. Ann. Baron. in an. Christ. 597. n. 2.* Alvarez *de jur. & potest. Rom. Pontif. c. 15. n. 3.* Azor. *d. p. 2.*
Inst.

Inst. moral. lib. 3. c. 34. ex Pontificum tamen placito est, quòd absenti non rarò missum fuerit *c. 6. & 10. dist. 100.* sicuti Gregorius Papa Maximiniano Ravennatis Ecclesiæ Episcopo, Spondan *d. l. in Ann. Christ. 432. n. 10.* Leo Fortunato Grandensi Antistiti, Sabell. Ennead. *9. lib. 9. ab init.* & Augustino Londoniensis Ecclesiæ in Britannia Antistiti idem Gregorius pallium misit. M. Westmonaster. *in hist. flor. in Anno Christi 601.* De origine & antiquitate pallii diversæ sunt Scriptorum opiniones, Jo. Azorius *part. 2. Inst. moral. lib. 3. c. 34.* à B. Petro originem ejus deducit, authoritate Ruperti, qui *lib. 2. divin. offic. cap. 27.* Maternum à B. Petro missum Trevirensi Ecclesiæ hæreditatem pallii, ejus successoribus reliquisse tradit, 5.
Ivo *lib. 3. de Consecr. Episc.* Damaso Papæ ejus originem adscribunt. Compil. *hist. eccl. Magd. cent. 4. cap. 7.* Rub. *de Epistol. Decret. quæ falsò adscribuntur Pontifici Rom. p. 579.* Polyd. Vergil. *lib. 4. invent. rer. cap. 12.* Clementem I. usum pallii introduxisse scribit; Cæsar Baronius *Ann. Eccles. in A. C. 336. n. 63.* existimat ad Levitici Sacerdotii exemplum in Christianam Ecclesiam potestatem gestandi pallii introductam esse *arg. Gen. c. 9. v. 23.* ibi: Pallium imposuerunt humeris ejus, confer *Gen. c. 49. v. 11. Num. c. 4. v. 6.* & *Exod. c. 28.* Vide Joan. Gerhard *tom. 6. loc. theol. de Minist. Eccl. §. 132. in fin.* plures authorum hac de re opiniones attulit Theodor. Hoeping. *de jure Insignium cap. 2. Memb. 5. §. 1. à n. 353. usq; ad n. 366. p. m. 80. 81. & seq.* quò lectorem remitto. Baron. *ad Ann. 336. art. 62. 63.* ad Marcum Episcopum Romanum originem pallii refert, de Marco, *inquit,* in libro de Romanis Pontificibus legitur. Hic constituit, ut Episcopus Ostiensis, qui consecrat Episcopos urbis, tunc pallio uteretur, addit mox. Quod pallium spectat, eo donatum à Marco Ostiensem Episcopum haud inficias imus. Verùm, cùm nullus ferè author ejus ævi, hujus rei mentionem fecerit, non immeritò de fide hujus relationis dubitat Philip. Mornæus, Consiliarius Christianissimi Regis Galliæ, Cataphractorũ turmæ ductor, & domus Regiæ Navarrenæ Præfectus *in Myster. Iniq. p. m. 70.* Nec id elicere poterit Baronius ex quadã epistola Isidori Pelusiotæ Chrysost. discipuli *l. 1. epist. 136.* quia ipse ὠμοφόριον illud, de quo sermo, Episcopũ quemq; sacro officio defungentẽ induisse testatur, ut adeò non fuerit privilegium Metrapolitanorum Episcoporum, multominus aut donativum à Pontifice accipiendum, aut prærogativa, præsenti ære ab eo redimenda. Apud Gregorium Magnum Pontificem mentionem pallii fieri, satis expeditum. Vid. *lib. 4. Epist. 51. & 52.* ubi habetur, pallii usum juxta antiquum morem conferri, & ipsius Gregoriii Epistola relata est *in cap. 3. dist. 100.*

Qua

qua interdicitur, ne aliquid accipere liceat pro pallio. Vide Laurent. Ohm. *de jur. Episcop. concl. 14. lit. d.* Id quod postea mutatum, ita ut Romanus Præsul pro Archiepiscopi confirmatione, nimis quam carè linum suum vendens, ut Sleidan. *lib. 13. Commentar. p. 377.* loquitur,
6. sibi acquisierit 25000. florenos, & cùm maximum onus esset redemptio pallii, non immeritò inter gravamina Germanicæ Nationis adversus sedem Pontificiam pretiosa hujus pallii redemptio fuit relata, vermöge und inhalts der Beschwerden der Teutschen nation und des H. Römischen Reichs/ sub Maximil. I. quæ publici juris fecit Goldast. in Reichssatzungen *fol. 215.* ibi: Also daß bey eines Menschen leben auß dem einigem Ertzbistumb Maintz für das pallium oder confirmation eines Ertzbischoffes siebenmahl 25000. flor. ist zusammen 175000 nach Rom kommen und geliefert worden / mit grosser Beschwer der Unterthanen / welchen deßwegen tribut und Schatzung aufferleget worden / confer Hortleder. in Reichshandlung *lib. 1. fol. 515.* Cæterùm, ne extra propositum dilabamur, ad priora ut revertamur, necesse est. Et quidem, quod tradit Challanæus suprà add. loc. quod ante receptionem pallii Heduen. Episcopus cœteros præcedere non possit, sed sedere debeat in suo loco promotionis, ut ipse loquitur, itidem à vero non abhorret, constat enim & receptum, quod
7. ante pallii receptionem jura Episcopalis ordinis exerceri, clerici ordinari, Episcopi & Virgines consecrari, Ecclesiæ dedicari, Synodus celebrari, Archiepiscopi & Episcopi appellari, & Episcopatui inaugurari non possint, *cap. nisi 3. X. de auctorit. & usu pallij. cap. quod sciunt 28. & ibi Gloss. in verb. sine pallio de Elect. c. transmissam 15. eod.* Alvaretz. *d. tr. de jur. & potest Rom. Pontif. cap. 18. n. 3. & 11.* Decian. *vol. 1. Resp. 8. n. 234. & vol. 3. Resp. 26. n. 2. & 3.* quinimo varia ob id schismata sæpe orta fuisse testantur Compil. *hist. Eccles. Magd. cent. 10. cap. 8. p. 426. & cent. 12. c. 8. p. 1142.* & Serarius *lib. 3 Mogunt. rer. notab. 26.* adde Cardin. Tuschum *pract. conclus. jur. tom. 6. lit. P. conclus. 39. p. m. 23.*

Porrò, non prætereundam hoc loco duco memoratu dignam controversiam, de præcedentia inter Archiepiscopos Hispalensem & Cor-
8. duensem, & Legatos Thraciæ & Angliæ. Exponit eam Antonio de Vera en son parfaict Ambassadeur *livr. 3. p. 94. 96 & sequent.* Don Diego de Anaya enim Archiepiscopus Hispalensis & Don Diego Fernandez Corduensis Alcayade de los Don Zelles ad Constantiense Concilium Legati, propter locum honoratiorem se opposuerunt Legatis Thraciæ & Angliæ.

Cùm

Cùm verò Anglus corporis potiùs, quàm animi viribus obsistere videretur, Archiepiscopus intelligens se tota dicendi diligentiâ, adversarium loco movere non posse, ad vim conversus, Anglum, qui statura haud procerus erat, elevavit, & frustra renitentem portavit ad cryptam, vel fossam, aut reconditorium mortuorum, quod in Ecclesia illa, ubi tunc versabantur, erat, inque illud eum conjecit, reversus inde ad Collegam, Feci, *inquit,* quod decet conditionis meæ Clericum, terræ tradidi hominem; Tuum, qui miles es, nunc erit, professionis tuæ specimen edere pro labentia. Quod Poloniam attinet, Cracoviensis Episcopus præ reliquis 9.
sibi præcedentiam in isto Regno, uti metropolitano, asserere non dubitavit, & Ivo Episcopus Cracoviensis, cùm in contentionem de loco cum Laurentio Vratislaviensi Episcopo in synodo provinciali venisset, nec ei, quamvis probanti prærogativam suam sedis Apostolicæ diplomate, Vratislaviensis cederet: profectus ad Pontificem Max., Boleslao Pudico Poloniam regente, metropoliticam dignitatē Cracoviensi Ecclesiæ, quam Lambertus Zula Episcopus ante CL. an. negligentiâ suâ amiserat, recuperavit. Verùm, cùm Romam religionis ergò Perusia profectus esset, revertens æstate media, æstu & itineris labore confectus, in morbum incidit: ex quo non multò pòst prope Mutinam decessit. Nec postea curæ fuit successorib9 ejus Episcopis, ut metropoliticum honorem resumerent, ut tradit Cromerus (quem accuratum scriptorem vocat Velser *lib. 2. Rer. Boic. pag. 141.) de gest. Polon. lib. 8.* Idem Cromer. *lib. 22.* quod Sessionem Episcoporum Poloniæ attinet, tradit, quòd Anno 1447. cùm Casimirus III. Polonorum Rex inaugurandus esset Cracoviæ, priusquam præparatum sibi solium ascenderet, controversiâ inter Episcopos ac Duces Masoviorum, Uladislaum & Boleslaum, de loco, utri dextrum Regis latus tenerent, ortâ, reverti Regem in arcem re infecta coegerit. Cessere tamen postea Duces Episcopis, Cromer. *d. l.* Postmodum, Anno à Christo nato 1496. Lublini iterum certatum & disceptatum est inter Proceres Poloniæ prophani Ordinis, & Episcopos de ordine & ratione sedendi in Senatu regio. Contendebant Proceres, ut Episcopi alterum latus Regis sibi concederent. Tuebantur Episcopi prærogativas suas, quòd utriq; regio lateri assidendi jus ipsis. Post longam altercationem Rex tandem Alexander controversiam ita diremit, ut Episcopis & Ecclesiis prærogativæ suæ salvæ manerent. Idem Cromerus *l. 30.*

De Archiepiscopi Rigensis dignitate nunc nihil dicam, cùm Archiepiscopatus Rigensis à Polonis sub Rege Sigismundo Anno 1566. occupatus fuerit, & in formam Provinciæ redactus, Chytræus *l. 20. Chron. Saxon. circa fin.* Hodie planè Rigam cum circumjacente tractu inclito Suecorum imperio subjectam esse, notissimum est.

CAPUT VI.

De controversia Sessionis, inter Primates ac Metropolitanos Aerelatensem, & Viennensem.

SUMMARIA.

1. *Quid in Concilio Taurinatensi de Primatus honore inter Metropolitanos, Arelatensem & Viennensem constitutũ?*
2. *Ex urbis vel Provinciæ dignitate, cui præsidebant Episcopi, ordo sessionis & subscriptionis observatus fuit.*
3. *Viennam metropolim Viennensis provinciæ fuisse, adductis testimoniis Strabonis, Ammiani Marcellini, & Eusebij probatur.*
4. *Regnum Burgundicum quando Romano Imperio subjectum fuerit?*
5. *Fridericus I. Imp. qua occasione Burgundiam iterum Imperio adjecerit.*
6. *Ab eodem Friderico I. Viennensi principalem locum ac dignitatem inter cæteros Archiflamines tributam fuisse, probatur.*
7. *In Concilo Arelatensi Marinus Episcopus Arelatis prior sedit Viennensi.*
8. *Quis ordo subscriptionis in dicto concilio observatus fuerit?*
9. *Actus possessionis, vel quasi, quod quis in loco stetit vel sedit, antevertendo alium, tribuit prærogativam.*
10. *Adducitur constitutio Honorij & Theodosii, qua Principatus Civitati Arelatensi tributus.*
11. *Exponitur, quomodo à Zozimo Papa, Arelatensis, Metropolitanus trium provinciarum, Viennensis, & utriusque Narbonensis declaratus fuerit.*
12. *In urbe Arelatensi sedes Præfecturæ fuit, quo uno vincere Viennam potuit, & Principatum diœceseos Galliarum jure suo sibi vindicare.*
13. *Ante Constantini M. Imperatoris tempora Vienna metropolis fuit Provinciæ Viennensis.*
14. *An prima intra Gallias Arelatensis civitas missum S. Trophimum à B. Petro Apostolo sacerdotem habuerit?*
15. *In Conciliis semper ita observatum fuit, ut qui primi Christianismum professi essent, cæteris præferrerentur in sessionibus.*

16. An

LOcus postulat, ne hoc loco intactam relinquamus controversiam istam, ratione primatus ac sessionis inter Galliæ quondam Primates Arelatensem & Viennensem obortam. Equidem cùm quæstio inter utrumque de honore primatus mota fuisset in Concilio Taurinatensi anno CCCXCVII. Patres Concilii hanc litem ita dirimere 1. voluerunt, ut penes eum primatus honor esset, hoc est Metropolitani jus, qui suam civitatem probasset metropolim. Illud, ajunt, deinde inter Episcopos urbium Arelatensis & Viennensis, qui de primatus apud nos honore certabant, à sancta Synodo definitum est, út qui ex eis comprobaverit suam civitatem esse metropolim, is totius provinciæ honorem primatus obtineat, & ipse juxta præceptum Canonum, ordinationum habeat potestatem. Interea tamen, dum probatio certa hujus rei existeret, statuit eadem Synodus, ut pacis studio retinendæ inter Episcopos illarum urbium, unusquisq; ex his civitates eas sibi vindicaret, quæ urbi suæ viciniores essent. Cæterum, ut excutiamus argumenta, quæ ab utraque parte in medium allata.

Pro Viennensis Episcopi præeminentia asserenda (1.) adduci posset quod suprà *lib. 1. hujus Operis c. 6. n. 29.* notatum fuit, ex urbis vel provinciæ dignitate, cui præsidebant Episcopi, ordinem sessionis & subscri- 2. ptionis in Conciliis observatum fuisse. Ast verò constat Viennam sedem Viennensis Primatis, metropolim fuisse Viennensis provinciæ. Strabo *lib. 4.* de Vienna jam tum perhibet, eam suæ provinciæ fuisse metropolim: ibi. Καὶ οἱ μὲν ἄλλοι κωμηδὸν ζῶσιν, οἱ δὲ ἐπιφανέστατοι τὴν Οὐίενναν ἔχοντες, κώμην πρότερον 3. οὖσαν, μητρόπολιν δὲ ὅμως τοῦ ἔθνους λεγομένην κατεσκευάκασι τὴν πόλιν. Metropolim jam tum exstitisse, illud etiam argumento est, quod Provincia Narbonensi postmodum trifariam divisa, quæ Viennensis ex his dicta est, primas tulit ante utramq; Narbonensem, non alio ut videtur merito, quàm Viennæ, antiquæ metropoleos etiam tum cum una esset Narbonensis. Sanè

 cum

cum Arelate simul intra ejus provinciæ limites comprehensam esse constet, nec tamen Arelatensem appellatam, ex eo intelligi licet, non fuisse illam metropolim, sed Viennam. Ammianus Marcellinus inter urbes Viennensis provinciæ præcipuas, primam nominat Viennam, deinde Arelate: *Viennensis inquit, civitatum exsultat decore multarum, quibus potiores sunt Vienna ipsa, & Arelate & Valentia.* Eusebius quoque, qui temporibus Constantini vixit, cum gesta martyrum Viennensium ac Lugdunensium narravit, Viennam agnovit metropolim *lib. 5. Hist. Eccles. cap. 1* Quæ cùm ita sint, Viennensem Arelatensi præferendum esse, dubium non esse videtur.

Porrò constat (*a.*) præeminentiam Viennensi præ reliquis competiisse jam ab eo tempore, quo Regnum Burgundicum Romano Imperio cessit, ejusq; victrices aquilas agnovit, quod factum Henrici Secundi Imp. temporibus, quem primum Burgundiam Imperio subjicere intendisse, ac in hoc studio perseverasse memorat Wippo, post Imp. Henricum idem postmodum felici successu tentarunt Conradus Imp. & Henricus III. prout testatur idem Wippo, qui subjicit, se ipsum interdum interfuisse Conciliis & Conventibus ab Henrico III. habitis. Postmodum cum maxima Burgundiæ pars, rebellione Comitum suorum se Imperio aliquandiu subtraxisset, Fridericus I. Cæsar, ducta in matrimonium Beatrice Reinoldi Burgundiæ Ducis & Comitis filia & unica herede, Burgundiam iterum Imperio adjecit, qua de re subjicere placet verba Otthonis Frisingensis *lib. 2. cap. 29.* Beatricem, ait Ottho Frisingensis, Imperator in matrimonio sortitus, non solum Burgundiam, sed & Provinciam, Imperio jamdiu abalienatas, sub uxoris titulo familiariter possidere cœpit. Ab eodem Friderico Imperatore Stephanum Archiepiscopum Viennensem, & Eraclium Archiepiscopum & Primatem Lugdunensem aliosve præsules beneficia sua reverenter suscepisse, & fidelitatem fecisse, scribit Radevicus *lib. 1. c. 11.* Vid. Conring. *de Finib. Imper. German. c. 13.* Hujus Friderici I. Imperat. temporibus magnam præ reliquis regni Burgundiæ præsulibus præeminentiã & auctoritatem Arciepiscopi Viennensis fuisse, quinimo ab ipso Friderico Imp. eidem Viennensi principalem locum ac dignitatem inter cæteros Archiflamines tributam fuisse satis probant ac evincunt tabulæ ejusdẽ Cæsaris ad Viennensem Arhciepiscopũ pertinentes, quas recenset Joan. de Bosco Cælestin9 cænobita Lugdunẽsis in Viennensib9 Antiquitatib9, quarum duæ cumprimis de Archicancellariatu regni Burgundici Archiepiscopo Viennensi commisso, nostro subserviunt proposito,

quarum

quarum alteræ an. 1151. alteræ an. 1176 exaratæ. In posterioribus inter alia hæc habentur: Viennensis Ecclesia, sicut inter cæteras Ecclesias & Metropolitanas sedes regni Burgundiæ gloria & honore, quasi clariore sidere refulget, ita peculiaris gratiæ prærogativa apud Imperialẽ Celsitudinẽ meruit præeminere, ut Metropolitan9 ejus inter cæteros Archiflamines principalẽ locum ac dignitatẽ obtineat, & quia princeps consilii nostri & Archicancellari9 in regno Burgundiæ, & primus in aula Regali & in administratione Reipublicæ, cæteris excellentiori dignitate præpolleat.

Cæterùm videam9 modo argumenta, quæ pro Arelatensis præeminentia ejusq; precedentia, præ Viennensi afferri possent. Et verò primò omnium, quod actus possessorios attinet, pro Arelatensi facere videtur Concilii Arelatensis primi auctoritas, in quo Marin9 Episcop9 Arelatis prior sedit 7.
Viennensi. Quod non fecisset, nisi etiã honore primatus eum præcessisset. Nec quicquã facit, quod in urbe Arelatensis Episcopi Conciliũ haberetur. Nec enim propterea ante Metropolitanũ suum sedisset. Hoc igitur ordine subscripserunt, quo scilicet & sederunt: Ex provincia Viennensi, Civitate 8.
Arelate, Marin9 Episcop9, Salanias Presbyter, Nicetas, Apher, Ursinus, & Petrus Diacon9, ex eadẽ provincia, civitate Vienna Verus Episcop9, Bedas exorcista. Synod9 verò hæc Arelatensis Taurinatensem illã, cuj9 in pr. capitis hujus mentionem fecimus, antecessit annis circiter 86. Arelatense quippe Conciliũ celebratũ circa an. Dni. CCCXIII. Ast quem præterit, actũ possessionis vel quasi, quod quis in loco stetit vel sedit, antevertendo 9.
aliũ, tribuere prerogativã. Gail. *lib. 1. obs. 21.* quæ verior, & communi Dd. calculo approbata sententia est. Menoch. *cons. 157. n. 36.* Salgado *de protect. Reg. tom. 1. part. 2. c. 9. n. 26.* Rim. Jun. *lib. 1. cons. 95. n. 22.* Felin. *in c. statuimus in pr. de maj. & obed.* & Augustin. Barbosa *in Collect. Dd. in Concil. Trident. Sess. 25. cap. 13. n. 11. & seqq.*

Porrò (2.) pro asserenda Arelatensis præeminentia adduci poterit Honorii & Theodosii constitutio data anno Dni. CCCCXXVIII. ad Agricolam Præfectũ Prætorio Galliarũ, triginta circiter annis à celebratione concilii Taurinatensis, quo rescripto supradicti Impp. principatum Arelatensi civitati attribuerunt in septẽ provincias. Quinimo & metropolis septem Provinciarũ ibi appellatur Arelate, & vetus ejus hoc privilegiũ à se renovari & confirmari, non novum institui iidem Imperatores protestantur. Sanciunt præterea Conciliũ quotannis habendum in Arelatensi ex septẽ provinciis, voluntque insuper jure, quod in eo conventu constitutũ fuerit, etiã teneri ceteras Galliarũ civitates, quæ ad conciliũ legatos nõ miserint. 10.

 Adde

Adde quod codẽ anno, quo Theodosii sanctio prodiit de privilegiis ac principatu Arelatẽsis urbis confirmãdis, Zozimi quoq; Papę litterę emissæ fuerint ad universos Episcopos per Gallias & septem provincias constitu-
11. tos, quibus Arelatensem, metropolitanum declaravit trium provinciarum Viennensis, & utriusq; Narbonensis. Claudius Salmasius *de Primatu Papæ cap. 16.* memorat, se vidisse librum privilegiorum Arelatensis Ecclesiæ, ex ipsis illius civitatis Archivis depromptum, & in membranis antiquissimis descriptum, in quo non exstet antiquior aliqua constitutio Principum super privilegiis Arelatensis Ecclesiæ, præter eam, cujus modò mentionem fecimus, Theodosii & Honorii circa annum Domini CCCCXVIII. cui constitutioni adjunctas fuisse Zosimi Epistolas ejusdem anni idem scribit.

12. Accedit (3.) maximi momenti argumentum. Quod in urbe Arelatensi sedes Præfecturæ fuerit, quo uno vincere Viennam potuit, & principatum diæceseos Galliarum jure suo sibi vindicare, qua civilem, qua Ecclesiasticum. Hæc enim lex perpetua, hoc jus generale ab instituta diæceson administratione, ut quæ civitas Præfecto vel Vicario ejus sedem ac domicilium præberet, cæteris totius diœceseos urbibus præstaret, princepsque haberetur. Hoc privilegium habuisse Arelate jam inde à Constantini temporibus, qui primus diæceses in Imperio Romano constituit
13. exploratum procul dubio omnibus erit. Ante Constantinum Vienna metropolis erat provinciæ Viennensis, post Constantinum omnibus provinciis Galliarum in unam diæcesin, ab uno Vicario Præfecti regendam, contractis, & sede Præfecti in Arelatensi urbe constituta, Arelate facta est non solum Viennensis Provinciæ metropolis & caput, sed etiam universæ Galliarum diæceseos. Hinc in Honorii ac Theodosii constitutione appellatur metropolitana urbs septem provinciarum, conciliumq; in ea indici & haberi jubetur ex omnibus Galliarum Provinciis. Sanè ipsa urbis opportunitas fecit, ut potissimùm ex omni diæcesi eligeretur, in qua sedes præfecturæ poneretur; & conventus rebus disceptandis ac judicandis haberentur.

Porrò (4.) pro Arelatensi ejusque præeminentia & istud adductum fuisse legi, quod prima intra Gallias Arelatensis civitas missum S. Trophi-
14. mum à beatissimo Petro Apostolo meruisset habere sacerdotem. A quo Trophimo testantur initio prædicationis ab urbe Arelatensi facto, aliis paulatim Galliarum regionibus donum fidei ac religionis infusum.

Æquum

Æquum igitur videtur honoratiorem Arelatensi deberi locum, quia Arelate prior, quàm Vienna sacerdotem Apostolicæ institutionis accepit, & prima omnium Galliæ civitatem fidei elementa suscepit, quò spectant quoq; ea quæ suprà *lib. 1. hujus operis cap. 6. n. 44.* de priori Christianismi
professione diximus, scilicet ita semper in Conciliis observatum fuisse, ut, 15.
qui primi Christianismum professi essent, cæteris præferrerentur in sessionibus. Vid Æn. Sylv. *lib. 2. de gest. Concil. Constantiens.* Joh. Fice. *cons.*
77. n. 16. & H. Grot. *lib. 2. de J. B. & P. lib. 2. c. 5. §. 21.* Equidem quæ de 16.
S. Trophimo pro Arelatensi afferuntur, ea non immeritò suspecta videntur Salmasio *de Primatu Papæ c. 16.* Ast verò, demus non esse dubitandum, quin hæc vera sint, interim mirum videtur, pro certo affirmari, ab uno Trophimo fidem Christianam per Gallias fuisse propagatam, quasi
Trophimus solus in eas partes venerit, cum nulla ferè sit Galliarum pau- 17.
lo major ac nobilior civitas, quin aliquo glorietur Apostolorum discipulo, primo fidei apud se fundatore. Martialem Petri Apostoli discipulum Lemovicenses jactant, Sabinianum, Potentianum, atq; Alsium Senones, quos tres ex numero septuaginta discipulorum Domini esse tradunt. Ursinum, quem Nathanael fuisse volunt, Bituriges prædicant, Julianum Cænomanni. Gaudent Clemente Metenses, quem patruum Clementis primi Papæ fuisse dicere audent. Quin & in ipso tempore, quo Trophimus Arelate consedisse dicitur, ad fidem prædicandam, Crescens Vien-
nam tenuit indidem missus, & ad idem opus. Quinimo utrumq; non à 18.
Petro, sed à Paulo missum, nec Roma, sed ex Hispania, vetus Chronicon prodit. Ita enim de S. Paulo Apostolo in eo scriptum traditur: post biennium autem relaxatus Hispaniam petiit, & Arelatem Trophimum, Viennam verò Crescentem ad prædicandum misit. Quicquid sit, ex modo adductis de præeminentia Arelatensis satis cuilibet constare putamus; Sanè, post Constantini M. tempora honor major Arelatensi haberi cœ-
ptus, quàm Viennæ metropoli. Hinc Arelate à Valentiniano dicitur 19.
mater omnium Galliarum, sive ut Salmasius *de Primat. Papæ c. 18. in fin.* se scriptum legisse in Arelatensi & Antissiodorensi vetustissimis exemplaribus contendit, matrimonium Galliarum, Vid. Charron *en l' histoire universelle chap. 95. pag. 682.* Neq; obstant supra pro Viennensi adducta
argumenta, utut enim olim Vienna fortè metropolis habita, attamen 20.
post tempora Constantini Magni Arelate facta est non solum Viennensis provinciæ metropolis & caput, sed etiam universæ Galliarum diæceseos,

ut

ut supra hoc capite diximus, præterea constat, jam tum in Concilio Arelatensi primo, Marinum Episcopum Arelatis in sessione prælatum fuisse Episcopo Viennensi. Porrò nec ea, quæ ex tabulis Friderici I. Imperatoris allata, evincunt, aut certò probant Viennensi præeminentiam præ Arelatensi competere, quin potiùs ex prædictis de Arelatensis præeminentia, & præcedentia abunde constare poterit.

CAPUT VII.

De præeminentia ac præcedentia Primatis Lugdunensis, necnon ordine Sessionis & subscriptionis in Conciliis inter Ecclesiasticos observato.

SUMMARIA.

1. *In Concilio Matisconensi II. Priscus Episcopus Lugdunensis Patriarcha nominatus fuit.*
2. *In quibusdam Notitiis Galliarum Lugdunensis prima omnium Gallicanarum provinciarum recensetur.*
3. *An Arelatensis Lugdunensi in sessione præferendus?*
4. *Adducitur hac de re opinio Salmasii.*
5. *In variis Gallicanis Conciliis modo primo loco subscripsit ante Arelatensem Lugdunensis, modo ante Lugdunensem Arelatensis.*
6. *Quod ipsum adductis exemplis probatur.*
7. *Ex ordine Scripturæ non tutò argumentari licet ad ordinem præcedentiæ.*
8. *Cur ita variaverit ordo subscriptionum?*
9. *Quænam præeminentia & dignitas Lugdunensis fuerit?*
10. *Gradus Patriarcharum quando erectus?*
11. *Patriarcharum dignitas, an ad institutionem divinam referenda?*
12. *In Concilio Nicæno, & Constantinopolitano primo, in sessione ac subscriptione potissimùm diœceseon habita fuit ratio.*
13. *Quod ipsum adductis exemplis probatum.*
14. *Magna circa sessionem consuetudinis habetur ratio.*
15. *Qua ratione Cypri Episcopi præeminentiam suam asseruerint contra Antiochenum?*
15. *An præeminentia ista Cypri Episcopis tributa ob reliquias Barnabæ Apostoli in Cypro inventas? quod ipsum rejicitur.*

Post

POst Arelatensem insignem præeminentiam, prærogativam, & dignitatem competiisse Lugdunensi Metropolitano, nemini obscurum esse poterit. Hinc in Concilio Matisconensi II. Priscus Episcopus Lugdunensis, qui & Concilio præsedit, Patriarcha nominatus fuit. 1. Hinc quoq; in quibusdam Notitiis Galliarum, ut & in ea, quæ Honorii tempore scripta creditur, Lugdunensis prima omnium quoque 2. Gallicanarum provinciarum recensetur. Cæterùm, quod Sessionem Lugdunensis attinet, primò omnium dubitari posset, an Arelatensis Lugdunensi præferendus? non diffitemur plura pro Lugdunensi afferri posse, ast 3. argumenta præcedenti capite pro Arelatensi adducta, nos movent, ut Arelatensi præcedentiam competere statuamus, quam sententiam etiam placuisse legimus summo Viro Salmasio *de primatu Papæ cap. 18. in fine,* ubi de Arelatensi & Lugdunensi verba faciens. Duo, inquit, hi maximi in 4. Galliis sive Galliarum diæcesi metropolitani, qui & primates, quatenus plurium essent provinciarum ἔξαρχοι metropolitanarum. Arelatensis, & Lugdunensis. Sed Arelatensis, quia sedem in ea civitate Præfectus prætorio haberet, ante Lugdunensem *&c.* Quod si subscriptiones variorum Gallicanorum Conciliorum inspicimus, patet Lugdunensem in subscriptione interdum præpositum Arelatensi fuisse, quod ipsum tamen nequicquam præeminentiam Arelatensis evertit. Vide ea quæ supra *lib. 1. cap. 5. n. 43. & cap. 6. n. 81. & seq.* de ordine scripturæ annotavimus. Sanè constat in variis Gallicanis Conciliis ordinem variasse, ut modo primo loco in his subscripserit ante Arelatensem Lugdunensis; modo ante Lugdu- 5. nensem Arelatensis. In Concilio Epaonensi Avitus Viennensis, ante Vincentiolum Episcopum Lugdunensem subscripsit. Atqui Arelatensis tunc Viennensem præcedebat. At in Aurelianensi tertio Lupus Lugdunensis prior subscripsit Pentagatho Viennensi. In Aurelianensi quinta Synodo, subscriptio sacerdotis Episcopi Lugdunensis primo loco 6. legitur, secundo Aureliani Arelatensis, tertia Hesychii Viennensis. In Parisiensi II. subscripsit Sabaudus Arelatensis, deinde Hesychius Viennensis, tertio demum loco Nicetius Lugdunensis. In Lugdunensi Concilio II. Viennensis Episcopus ante Lugdunensem eundem Nicetium subscripsit. Parisiense IV. subscriptiones habet Viennensis & Arelatensis Episcoporum ante Lugdunensem. Iu Matisconensi primo Priscus Lugdunensis prior Viennensi subscripsisse invenitur, ut & in secundo, cui iidem Episcopi interfuere. In Cabilonensi Concilio subscriptio

Lugdunensis priore loco visitur, deinde Viennensis. In aliis subscribit
7. inter Arelatensem & Viennensem. Ex quibus patet, quantum ordini scripturæ ac subscriptionis tribuendum, scilicet ex ordine scripturæ non semper tutò argumentari licere ad ordinem præcedentiæ, cujus rei exemplum adhuc adducemus quoad Electores Ecclesiasticos *ex A. B. Caroli IV.*
8. petitum infrà hoc libro *cap. 9. n. 11.* Sanè, cùm ita variaverit ordo subscriptionum, in persona horum Episcoporum, ex eo non vanè colligit Salmasius *cap. 18. de Primatu Papæ,* prout antiquiores essent, id est, ordinationis tempore alter alterum præcederet, ita priorem subscripsisse, qui ita anteiret, aut contrà. Equidem post Arelatensem, ut diximus, præeminentia & dignitas insignis Lugdunensis fuit. Vid. Choppin. *de doman. Franciæ lib. 3. tit. 8. n. 5.* cui plurima à Friderico I. Imperatore olim con-
9. cessa privilegia fuisse, ex quibus de ejusdem præeminentia constare possit, testatur Andreas Chesneus *lib. 4. Burg. Hist. c. 7.* ubi ejusmodi tabulas sive chartas, in quibus privilegia ista exstiterint, plurimas se vidisse memorat. Guilhelmus Paradinus quoq; *lib. 2. Histor. Lugdunens. cap. 53.* producit tabulas ejusdem Friderici, quibus investivit Eraclium Archi-Episcopum, de Regalibus Ecclesiæ Lugdunensis, & de omnibus, quæ in Lugdunensi Episcopatu ad imperium pertinent. Atque tantum quidem de præeminentia Primatis Lugdunensis, qui etiam Patriarcha dictus fuit
10. in Concilio Matisconensi II. ut in pr. capitis notatum fuit. Sanè gradus Patriarcharum, ut id addam, Concilio Chalcedonensi primùm erectus est, ac fundatus, in quo Patriarchæ ἀρχιεπίσκοποι quoque vocati, prout de Alexandrino patet ex Canone XXX. d. Concil. Hinc postea Patriarchæ omnes Orientis hunc semper Archiepiscopi titulum usurparunt, & præmiserunt appellationi Patriarchali. ὁ δεῖνα ἀρχιεπίσκοπος καὶ πατριάρχης τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Unde & passim in Novellis Justiniani Patriarchæ sic nuncupantur. Hi ergò Archiepiscopi majores Metropolitanis, & iidem cum Patriarchis fuere. Ast Latina Ecclesia medio sui ævo omnes Metropolitanos dixit Archiepiscopos. Equidem qualiscunque fuerit Patriarcha-
11. rum supra Metropolitanos dignitas, auctoritas, ac jurisdictio, eam omnem, aut rescriptis Principum, aut sanctionibus Patrum synodalibus acceptam referre possumus, non ulli institutioni divinæ, quod ipsum luculenter testatur Theodoretus Cyrri Episcopus, in primo collectionis suæ Canonum titulo, de Patriarchis concepto. Cæterùm, ut id obiter hoc loco addam, id Concilio Nicæno ac aliis, in sessione ac subscriptione

po-

potiſſimum diæceſon habita fuit ratio ; deinde & provinciarum in unaquaq; diœceſi : poſtremò & urbium in ſingulis provinciis , quod etiam 12.
obſervatum fuit in Concilio Conſtantinopolitano primo. Sanè ex ordine diæceſeon , qualis obſervabatur in civili adminiſtratione imperii Orientis, palàm eſt non ſediſſe ſolum, ſed etiam ſubſcripſiſſe illarum Synodorum Patres. Honoratior præ cæteris fuiſſe videtur Ægypti diæceſis, quæ præfectum habuit Auguſtalem , qui Præfecto prætorio non parebat , nec ejus vices agebat , ut cœteri per Orientis imperium Vicarii.
Hæc etiam provincia ideo magnæ dignationis habita eſt , quia regnum 13.
olim fuerit. Propterea trium ejus diæceſeos provinciarum Epiſcopi primo loco ſubſcribunt. Et ex tribus ejus provinciis prima ponitur Ægyptus, cujus primaria urbs Alexandria. Deinde Thebais , mox & Libyæ. Secundo loco ſequitur diæceſis Orientis & in ea prima provincia Palæſtina , in qua Epiſcopus Hieroſolymitanus ante omnes ſubſcripſit ejuſdem Provinciæ Epiſcopos. Poſt Palæſtinam proximum locum obtinuit Orientalis diæceſis provincia Phænice , cujus Metropolita Tyrius Epiſcopus, eoque prior ſubſcripſit. Poſt hanc provinciam procedit tertia ejuſdem diæceſeos provincia Syria , cum ſuo metropolita. Sequuntur mox aliæ , quas ea tum habuit diæceſis provincias Arabia , &
Meſopotamia. Vid. Salmaſ. *de Primatu Papæ cap. 8.* Porrò, circa ſeſſio- 14.
nem magnam antiquæ conſuetudinis in Conciliis habitam fuiſſe rationem conſtat, nec immeritò. Vid. ea, quæ ſuprà annotavi *lib. 1. c. 6. n. 5. & ſeqq.* Hac ratione Cypri Epiſcopi Antiocheno contradixerunt, alle-
gantes conſuetudinem antiquam, qua Metropolitanos ſuos ſemper à Syn- 15.
odo provinciæ, non ab Antiocheno ordinatos liquebat, præterea Nicænæ regulæ conſtitutione omnibus Metropolitanis jura ſua intacta ſervanda eſſe. Sanè pro Cypri Epiſcopis contra Antiochenum pronunciarunt Epheſini Patres, qui jus hoc illos habere profitentur, ex inveterata conſuetudine & Canonib9 ſanctorũ Patrum. Hæc recolenti non poteſt non mirum videri, quod Zonaras & Balſamo aſſerunt, hoc Canone Epheſino ſpecialem honorẽ deferri Cypriorũ metropolitano, cum quilibet facile pervidere poſſit, quod ſuum ex antiquo fuerat, ili redditum, ſive potiùs confirmatum, nihil novi additum. Ex hiſce quoque conſtare poterit quàm dubia ſit fides illius narrationis , quæ apud Theodorum Anagnoſten *in ſecundo libro hiſtoriæ ejus Eccleſiaſticæ* exſtat, ſicut eam retulit Nicephor. *in Excerpt.* Scriptum igitur ille reliquit, Zenonis Imp. temporibus inven-
tus eſſe reliquias Barnabæ Apoſtoli in Cypro inſula ſub arbore Ceratea 16.

 (quam

(quam vulgo Charubam vocant Arabico nomine) cum Evangelio secundùm Matthæum, ipsius Barnabæ manu descriptum. Ex tali, inquit, occasione obtinuerunt atq; evicerunt Cyprii, ut principatum haberet absolutum ejus insulæ metropolis, nec sub Antiocheni potestatem caderet. Si vera est hæc historia, falsa tamen omnino est causa, quam adscripsit de αὐτοκεφαλία, & primatu ab alio non dependente metropolis Constantiæ Cypri, refellit enim vanitatem commentitiæ causæ supremi Cypriorum primatus, temporum ratio, non enim demum sub Zenonis Imperio, sed longe ante à Concilii nempe Ephesini temporibus id Cyprii Episcopi impetraverant, qua de re cum pluribus egerit Salmasius laudato tractatu *de primatu Papæ cap. 11.* eò lectorem remitto.

CAPUT VIII.

De Præeminentia, Sessione, & Præcedentia Moguntinorum Præsulum, in Germania.

SUMMARIA.

1. *Inter Episcopos & Præsules Germaniæ primum locum obtinet Moguntinus.*
2. *Hanc prærogativam & præeminentiam sedem Moguntinam ab initio usque Imperij Germanici habuisse, ex historicis probatur.*
3. *Moguntinus Præsul Ottonis Magni Imperatoris Germ. avo, summus Pontifex, ac Pontifex Maximus audiit.*
4. *Ex Mariano Scoto evincitur Moguntinum Archiepiscopum post Papam secundum haberi.*
5. *Egregium hac de re testimonium adducitur ex literis Benedicti VII. Pontificis, quibus Willigiso Archiepiscopo pallium oblatum.*
6. *Praeminentia Archi-Episcoporum Moguntinorum asseritur, adductis verbis Joachimi Vadiani de Collegiis monasteriisq; Germaniæ veteribus.*
7. *Evincitur, Moguntino ob primatum sedis suæ competere consecrationem Regis Romanorum, excepta Coloniensi diæcesi, siquidem in hac Coloniensis prærogativam sibi vindicat, consecrandi.*
8. *Coloniensis sedes eo quandoque crevit, authoritatis ut æmulatione sua dubium niteretur reddere Moguntini primatum.*
9. *Expositis §. 4. c. 4. A. B. Caroli IV.*

Quam-

Quamvis aliæ non paucæ controversiæ, ratione præcedentiæ in Italia olim obortæ, attamen cùm eæ maiori ex parte per Bullas aliquot emissas à Pontificibus compositæ, quarum frequens mentio apud Augustinum Barbosam *in Decision. Apostolic.* & alibi in operibus ipsius, ut de iis in specie agamus, operæ pretium esse non existimamus, ad Germaniam nostram sermonem dirigentes, in qua inter Archiepiscopos & Præsules primum meritò locum obtinuit, & ho- 1.
dienum obtinet Moguntinus, utpote S.R.I. Princeps Elector & Archi-Cancellarius per Germaniam. Et ut non dicamus primum ipsi locum deberi vigore Aureæ Bullæ Caroli IV. Gloriosissimi Imperatoris, cùm ea de re *infrà lib. 4.* oportunior dicendi locus se offerat, constat, Moguntinum ab antiquissimis temporibus in hoc Regno Francorum Germanico inter Præsules & Principes primum meritò locum obtinuisse, cui uni tantum cœteri concedere necesse habuerunt;

Quantum lenta salix pallenti cedit Oliva.

Habuit verò Sedes Moguntina hanc prærogativam, præeminentiam, & dignitatem ab initio usque regni Germanici. Statim enim facta illa 2.
vasti Imperii Francorum Anno 842. in tres partes divisione, Moguntinus Archiepiscopus concessit in ditionem Regni Francorum Orientalis, Coloniensis autem & Trevirensis anno demum 870. illi Regno accesserunt, cùm ante fuissent partes regni Lothariensis. Neuter verò ex his non ultro lubenter primum locum concessit Moguntino. Is enim jam Ottonis 3.
Magni Imperatoris Germ. ævo summus Pontifex, & Pontifex Maxim. audiit, comparatione facta cum cœteris Regni Germanici Episcopis & Præsulibus, frequenter hæ appellationes occurrunt apud Witichindum Monachum Corbejensem Rerum Germanicarum scriptorem præ cœteris egregium, & Ottonis Magni σύγχρονος. Ita is *lib. 1. Annal.* de Moguntino. Cumq; ei offerreretur unctio cum diademate à summo Pontifice. Vide ea, quæ ad hunc locum commentatur Bartholomæus Schobingerus JCtus *tomo tertio Rerum Alemannicarum:* Et *lib. 2. Annalium* non procul à principio: Deinde, *ait,* Witichind. summi Pontificatus Moguntiacæ Sedis fastigium promeruisset. Idem Witichindus *lib. 3. Annalium* de Moguntino. Postremo Pontifex summus rationem intravit, promittens se, quocunq; Rex imperavisset judicio, significaturum, nunquam contra Regem sensisse, vel velle, vel fecisse. Sequenti seculo decimo Marianus Scotus *lib. 3. ætat. 6.* expressè scripsit: Post Papam secundus habetur 4.

Moguntinus Archiepiſcopus uſq; in hodiernum diem. Quin audire lu-
5. bet teſtimonium Benedicti VII. Pontificis in literis, quibus Willigiſo Archiepiſcopo pallium contulit, in quibus inter alia hæc verba habentur: Quocirca uti eo (pallio ſcilicet) memineris; ſicut prædeceſſores noſtri tuis prædeceſſoribus conceſſerunt; ſervanda duntaxat privilegiorum tuorum integritate, quo in tota Germania & Gallia, poſt ſummi culmen Pontificis in omnibus Eccleſiaſticis negotiis, id eſt, Rege conſecrando & Synodo habenda, cœteris omnibus tam Archiepiſcopis, quàm Epiſcopis, Apoſtolica autoritate, ſicut juſtum & rectum eſſe videtur, præemineas. Præclarè idem memoriæ proditum à Joachimo Vadiano *de collegiis monaſteriisq. Germaniæ veteribus*, cujus verba itidem digna, ut ſubjiciantur.
6. Conſtat, antiquos Germaniæ Epiſcopos, *ait*, ſumma ſemper dignitate præcelluiſſe, partim quidem ob indulgentem Principem, omnia illis honorificè deferentium, voluntatem, partim etiam propter exiſtimationem, quam doctrinæ & pietatis nomine ſibi conciliaſſent. Qua de re vulgò non ſolùm Epiſcopi & Archiepiſcopi, ſed etiam Pontifices, ac ſummi quidem, vocati ſunt, cùm hodie Romano Epiſcopo propè ſoli id nomen, ceu κατ' ἐξοχὴν tribuatur, vulgatiſſimum ante Præſulibus omnibus, præcipuè autem Moguntiacenſi (de noſtris enim loquor) cui ſummus inter Germaniæ Epiſcopos honos habitus eſt, & poſt eum Treverenſi & Colonienſi. Ex adductis teſtimoniis apparet, ſummum locum meritò deberi Moguntino, utpote præcipuo inter Præſules, qui poſtmodum etiam inter Electores meruit primum habere locum, uti ex Aurea Bulla conſtat. Eidem competiiſ-
7. ſe ob Primatum ſedis ſuæ conſecrationem Regis Romanorum, tradit Lambertus Aſchafnaburgenſis Monachus ad annum 1054. Imperatoris filius Henricus conſecratus eſt in Regem Aquisgrani ab Hermanno Colonienſe Archiepiſcopo, vix & ægrè ſuper hoc impetrato conſenſu Luitpoldi Archiepiſcopi, ad quem propter primatum Moguntinæ ſedis, conſecratio Regis, & cœtera negotiorum Regni diſpoſitio potiſſimùm pertinebat. Cæterùm, quod de conſecratione, Moguntino competente, dicitur, notandum, id jus Moguntinæ Sedi ſemper integrum manſiſſe, unâ exceptâ Colonienſi diæceſi, enimvero Henricus I. à Moguntino Præſule Herigero Anno 919. diadema atq; unctionem accepit, uti disertè teſtantur Witikindus *l. 1.* & Dithmarus *lib. 1.* De Henrico II. teſtatur idem Dithmarus *lib. 2.* Henrici ſucceſſor Conradus II. itidem Moguntiæ coronatus fuit ab Aribone Moguntino, ut tradit Wippo. Poſt hunc quoque Rudolphus

Sue-

Suevus adversus Henricum IV. electus, Moguntiæ consecratus est, à Sigefrido Archiepiscopo in Regem, ut ait Marianus Scotus *lib. 3.* Post hunc non pauci Imperatores à Moguntino coronati. Ast intra diœcesim suam, Coloniensi idem jus competere quoq; constat, quomodo quidam accipiendum putant §. *4. A.* B. *cap. 4.* ibi: Cui (Coloniensi) competit dignitas, necnon officium Romanorum Regi primum diadema regium imponendi. Certè Coloniensem ipsum nonnisi ad suæ diœceseos jura provocâsse, testatur Witekindus *lib. 2.* Et cùm quæstio esset Pontificum, *ait,* in consecrando Rege, Trevirensis videlicet & Coloniæ Agrippinę: illius quia antiquior sedes esset, & tanquam à B. Petro Apostolo fundata: istius verò, quia ejus ad diœcesim pertineret locus, & ob id sibi convenire arbitrati sunt, hujus consecrationis honorem. Verùmenimverò cùm ea de re scripta hinc inde edita exstent, & de eadem controversia latiùs egerit perpetuum Julię decus, Hermannus Conringius *in Assertione Juris Moguntini, in coronandis Regibus Romanorum,* ubi Coloniensis causę defensorum argumentis satisfecit, non opus est, ut plura hac de re afferam. Equidem cùm anno 1653. Ferdinandus IV. in Regem Romanorum Ratisbonę coronandus esset, inter Moguntinum & Coloniensem acerrimè quidem disputatum fuit, uter eorum hunc actum debeter perficere, Moguntinus tamen prælatus Coloniensi fuit & continuatū inter illos dissidiū usque ad coronationē Leopoldi, Imperatoris moderni, quo tempore amicabili transactione inter partes sopitum, ita ut alternis vicibus jus coronandi de cętero habeant Moguntinus, & Coloniensis. Tenor transactionis, hic est; Demnach zwischen denen Hochwürdigsten/auch Durchleuchtigstē Fürstē und Herren/ Herrn Johan Philippen/ Ertzbischoffē zu Maynz so dañ Herrn Maximilian Heinrichen/Ertzbischoffen zu Cölln ꝛc. zeithero sich umb deßwillen irrung und streit erhalten/ daß Ihre Churfürstl. durchleucht. zu Cölln/die krönung eines erwehlten Römischen Königs Ihr/ und dero Nachkom̃en am Ertzstifft Cölln/allein/und zwar nicht nur zu Aachē/ und in dero Cöllnischen Ertzbischoflichen landschafft/sondern auch durchgehends im gantzen H. Reich Teutscher Nation, ohn unterscheid/ krafft zu solchem end angezogener guldner Bull Keyser Carls des 4. zueignen/hergegen aber Ihre Churfürstliche Gnaden zu Maynz/ der guldenen Bull nach/ die Stad Aachen zwar Ihre Churfürstl. Durchleucht. und dem Ertzstifft Cölln gerne gestehen. Ihro doch/ und dero Nachkommen am Ertzstifft Maynz/ alle übrige Örter des Heiligen Reichs Teutscher Nation, krafft für sich angezogenen alten Herkom̃ens und Gebrauchs/ Besitzung zuschreiben wolten:

Als

Als haben beyderseits hochstgedacht Ihre Churfürstl. Gnaden und Durchleuchtigk. zu Mayntz und Cölln / für sich und jhre Nachkommen / an dero Ertzstifftern / Land und Leuten zum besten / nach reiffen der Sachen vorbedacht / sich in der Güte einmütig - und Freund-Brüderlich verglichen / wie folget ; 1. Wollen Ihre Churfürstl. Gn. zu Mayntz / und dero Nachkommen / am Ertzstifft Mayntz / zu fortpflantzung beständigen Wolvernehmens / guter Vertrauligkeit / und Freundschafft / wann die Frage / ob die Crönung an einem anderem alß in der güldenen Bull bestimbtem Ort verrichtet werden solle? Vorkompt / sich nicht allein mit jhrer Churfürstl. Durchleucht. zu Cölln / und dero Nachkommen / am Ertzstifft Cölln / einstimmig erklären / sondern auch dahin bemühen und vermitteln helffen / damit die besagte Frage im Churfürstl. Rath / bey überlegung des Keyserl. Wahl Eydts / und vor der Wahl jedes mahls vorgenommen / und erörteret / und die Crönung zu Achen werckstellig gemacht werde / nisi impedimentum legitimum obvenerit, es wehre dan / daß eine rechtmässige Verhinderung darzwischen käme / wie die güldene Bull selbst redet / unter dem 25. und 28. Titul / in dem Satz / so sich anfängt: Invenimus etiam &c. Wir befinden auch / 2. Daß beyden Ihren Churfürstl. Gn. und Durchleucht. zu Mayntz und Cölln / die Würde und das Ambt zu kronen in Ihren Ertz-Bistumben undisputirlich / und zwar jedem in seinem Ertzbistumb und seinem Bezirck allezeit allein / und fürnemlich zukommen solle. 3. Da aber ausserhalb diesen beyden obgedachten Ertzbistumben / Mayntz und Cölln / die Crönung in einigen deren unterhabenden Bey-bistumben / oder in andern ausser der Ertzbischoflichen Mayntz- und Cöllnischen Landschafft gelegenen Ertz und Bißthumben / geschehen wurde / alßdan sol dieselbe umbwechselicht / von beyden Herrn Churfürsten zu Mayntz und Cölln verrichtet / und also ausser Aachen / und dann von beyden Herrn Churfürsten sich vorbehaltenen / jhren eigenen Bezircks und Ertzbistumben / in gantzem Heil. Reich / zwischen Ihnen der Crönung halber eine durchgehende Gleichheit ins künfftig gehalten werden. 4. Daferne die Crönung ausser denen Mayntz und Cöllnischen Ertzbistumben / es sey inner oder ausserhalb beyderseits Landschafften / vorgenommen werden solte / alsdan sollen bey obgemelter umbwechselung Ihre Churfürstl. Gn. zu Mayntz / zu mehrer Bezeugung Ihrer treuwen Freund-Brüderlichen Wolgewogenheit / nicht allein sich freywillig erklärn / sondern danebens auch des erbietens seyn / bey nechster Wahl / und derer Beeidigung bestmoglichst sich dahin zubemühen / damit die jetz bevorstehende Crönung in der

Stad

Stad Cölln (weiln/ etwan wegen des kurtz hiebevoren zu Aachen vorgangenen Brand-Schadens/ der Bewirthung halber daselbst es unbequem fallen dörffte) verrichtet werden möge. 5. Solle dieser Vergleich / nicht allein von beyden Herren Churfürsten unterschrieben / sondern auch von beyden Thumb-Capituln/ zu Mayntz und Cölln/ mit bewilliget/ und zu ewigen tagen hierauff einmütiglich/ vest/ und unverbrüchlich gehalten / auch andere Außleg- und Außdehnungen/ oder Einflickungen darin keines weges zugelassen / vielweniger das geringste sonsten dargegen vorgenommen werden. Dessen allen zu urkund/ haben beyde höchstgedachte Ihre Churfürstl. Gnaden und Durchleucht. Mayntz und Cölln / für sich/ und ihre beyderseits an dero Ertzstifften / fünff dieser verglichener Verträge unterschrieben und versiegelt, / welche auch beyde hochwürdige Thumb-Capitul / zu Mayntz/ und Cölln/ mit bewilliget/ und zugleich vollnzogen haben; darob eine rechtgründliche Abschrifft Ihrer Churfürstl. Gnaden zu Mayntz / eine Ihrer Churfürstl. Durchleucht. zu Cölln/ und dero Archiv, auch jedem Thumb-Capitul eine / und dan eine zur Reichs Cantzley außgeantwortet / und verwahrlich auffbehalten werden sollen. Geschehen dem 25. Junii 1657. Vid. Diarium Europæum *part. 1. pag. 948.*

Cæterùm, ut ad priora revertamur, præcipuum honorem Moguntino olim delatum fuisse constat, licet Coloniensis sedes quoque eo quandoque creverit, ut æmulatione sua penè dubium niteretur reddere Moguntini primatum. Agnovit hanc æmulationem Guntherus *lib. 1.* ubi primò de urbe Moguntina, (quæ antiquitus & adhuc Caroli IV. tempore libera & Imperialis civitas fuit, demum anno 1462. Archiepiscopi sui irruptione, per vim capta & sub jugum redacta, si Kyriandro *in annal. Trevir. part. 17. pag. 195.* credimus. Vid. Munster. *lib. 3. Cosmograph. c.181.*) deinde Colonia, in hunc modum verba facit: 8.

Turribus hac eadem quondam murisq; superba
Penè fuit toto Sedes notissima Regno:
Donec ob infandum detestandumq; furorem
Strata, luit meritas occiso Præsule pœnas:
Inde ruinosis deformis & horrida muris
Testatur justas offensi Principis iras.
Huic, ne præcipuam celebret Germania Sedem,
Invidet, atque locum tenet Agrippina priorem
Ambæ Metropoles -- --

Porrò, olim in electione Imperatorum ad Moguntinum primum suffragium pertinuisse testatur idem Guntherus *in lib. 5. de Rebus gestis Friderici I.*

—— Ad proceres electio pertinet, in qua
Præcipuam vocem Præsul de jure vetusto
Moguntinus habet —— ——

9\. Et licèt in A. B. Caroli IV. *c. 4. §. 4.* expresè cautum & dispositum sit, Trevirensi Archiepiscopo in electione Imperat. primam vocem competere, attamen hunc ordinem posterioribus temporibus minimè fuisse observatum, post Arumæum contendit Carpzov. *dogm. 2. addito discuss. voti septemvir. pro Carolo V. n. 26.* quippe quod in electione Caroli V. Moguntinus gravi Oratione votum suum prius exposuerit, quem secutus deinde Trevirensis, Sleidan. *lib. 2. Commen. de Stat. Relig.* Hartm. Maur. *de Elect. Caroli V.* Idem observatum fuisse in electione Maximiliani II. ubi Moguntinus à reliquis Electoribus interrogatus, quemnam ipse eligeret Romanorum Regem, deinceps in Cæsarem promovendum, elegit Maximilianum Bohemiæ Regem, Adam & Nicol. Heyden *in hist. elect. & coronat. Maximiliani II.* apud Goldastum *in Polit. Imp. part. 1. p. 148.* Verùmenimverò errare Arumæum, & cum eo Carpzovium putat Limnæus, & verò non obscurè id patet ex Protocollo Elect. Caroli V. *tit. 31.* & quod Maximilianum II. attinet, à relatore, quisquis ille fuerit, Arumæum deceptum fuisse constat. Vid. latiùs hoc ipsum exponentem Limnæum *tom. 1. jur. publ. lib. 2. cap. 3. n. 61. & seqq. & tom. 5. jur. publ. in addit. ad d. lib. 2. cap. 3. n. 60.*

CAPUT IX.

De præeminentia, sessione, & præcedentia Archiepiscoporum Trevirensis, & Coloniensis.

SUMMARIA.

1. *An infallibilis nota præcedentiæ sit antiquitas originis?*
2. *Augustus Imperat. prout quaq; Resp. antiquitate superior exstitit, ita dignitate voluit esse priorem.*
3. *Trevirensis Archiepiscopatus cæteros in Germania superat, & adducta hac de re verba Bruschij ex Lehmanno.*
4. *Trevirensi proximus post Moguntinum debetur locus.*

5\. Quam

POst Arciepiscopum Moguntinum, primum meritò sibi vindicare locum Archiepiscum Trevirensem, nulli veterum monumenta evolventi obscurum esse poterit; Et verò si pro infallibili nota praecedentiae habenda antiquitas, prout statuunt Hier. Gigas *consil. 70. n. 60. 83. 84. & 136.* Knich. *in Comment. de Sax. non provoc. jur. c. 2. n. 31.* & Menoch. *consil. 51. n. 39.* unde & Augustus, prout quaeq; Respubl. antiquitate superior exstitit, ita dignitate voluit esse priorem, Bodin. *lib. 1. de Republ. c. 8. n. 149.* Ecquid non dicamus Arciepiscopum Trevirensem reliquis Germanici Imperii Archiepiscopis praeferendum, cùm constet, Trevirensem Archiepiscopatum coeteros in Germaniâ antiquitate superare, unde versus illi vulgares. 1. 2. 3.

Treveris etate, sed rerum proprietate
Gaudet Agrippina, sed honore Moguntia prima.

Quò etiam pertinet locus Lehmanni *in Chron. Spirensi lib. 1. cap. 18. pag. 47. quem ex Bruschio refert*: ibi. Es ist ein gemeiner Nahmen / daß die Landschafft am Rhein / von wegen der Bisthumb / so daran gelegen / die Pfaffen Gasse genant wird / und unter derselben daß Bistumb Chur das

 obriste /

obriste/ darumb/ daß es am Ursprung des Rheins gelegen/ Constantz das grösseste/ oder weitleufftigste/ sintemahl in 1800. Pfarren/ und 400. Klöster es im Begriff haben soll/ Basel das lustigste/ Straßburg das edelste/ Speyer das heiligste/ oder andechtigste. Wormbs das ärmste. Mayntz das würdigste/ weil es nach Rom der heilige Stuel zu Mayntz von Pabst Gregorio dem dritten genant/ Trier das älteste. Cölln das reichste. Vid. Tournet. *en la notice des diaceses del' Eglise universelle pag. 211.*

Quod Sessionem Archiepiscopi Trevirensis attinet, si consideremus antiquitatem Ecclesiæ Trevirensis, dicendum, proximum eidem deberi
4. locum post Moguntinum Archiepiscopnm. Si verò eundem uti Electorem S. R. I. consideremus, constat passim ex A. B. Caroli IV. Imperat. Archiepiscopum Trevirensem ex opposito, lineari directione versus Impe-
5. ratoris faciem, sessionem suam obtinere, ut sic quasi extra ordinem, ac nec à dextro, nec sinistro latere Imperatoris sederet, neq; cœteris Ecclesiasticis Electoribus postpositus videretur. Quo sane medio, ipsius honori consultum ire voluit Imperator Carolus IV. & hinc in ipsa A. B. aliquoties eum primo loco nominat ante reliquos Electores Ecclesiasticos. Sa-
6. ne præfertur Trevirensis Archiepiscopus Coloniensi in voto Electionis *A. B. c. 4. §. 3.* & aliis, prout ex usu & observantia notissimum. Causam ejusmodi præeminentiæ inde deducit Theod. Gothofred. *in tr. de la preseance des Roys de France, sur les Roys d' Espagne c. 1. in annot. lit. x. fol. 4.*
7. quod Gallia, cujus Archicancellarius est Trevirensis, ante Italiam, cujus Archicancellariatum gerit Coloniensis, Imperio Germanico accesserit, ut eo nomine dignior cœperit haberi. Verior videri posset ista ratio, ab antiquitate Ecclesiæ Trevirensis petita, quâ Coloniensem superat. Dicitur enim ab ipso D Petro Apostolo fundata, & per Eucharium, ex ordine 72. Christi discipulorum tertium, una cum ministris Valerio & Ma-
8. terno, Kyriander *in annal. Trevir. part. 3. p. 15. & part. 11. p. 66.* Confer ea, quæ infrà *lib. 4.* hac de re adducemus. Porrò constat primum votum in electione Imperatoris, competere Archiepiscopo Trevirensi; & verò, hic ipse non vi A. B. id demum consecutus fuit, sed ante A. B. habuit, & exercuit, quod ipsum non obscurè arguunt verba ista *§. 3. c. 4. A. B. Car. IV.*
9. ibi, Primo quidem interrogabit à Trevirensi Archiepiscopo, cui primam vocem competere declaramus, sicut invenimus hactenus competiisse. Cæterùm hoc ipsum à fide historica nonnihil alienum esse, putat Buxtorff. *dissert. ad A. B. thes. 45.* qui Moguntino id olim competiisse asserit. Quæ
pro

pro tuitione Caroli, affert Rumelinus *ad A. B. dissert. 4. th. 7.* rem non expediunt, aut nodum solvunt, interpretatur scilicet Rumelin. præadducta A B verba, ita Trevirensi primum à Carolo attribui votum, cùm & antea prima vox eidem competierit, prima scilicet à Moguntino, eodem modo, quo in dextro quidem Imperatoris latere Regi Bohemiæ, in sinistro verò Duci Saxoniæ primus sedendi locus tribuitur, scilicet ab eo Archiepiscopo, quem vel dextro, vel sinistro Imperatoris lateri assidere contigerit. Verùm enimverò hanc interpretationem rectè improbat Limnæus *in observat. ad A. B. cap. 4. §. 3. observ. 2. p. m. 253.* cùm illa & verbis & sententiæ Bullæ nostræ repugnet. Sanè verba ista primam vocem competere declaramus, sicuti invenimus hactenus competiisse, non primam post Moguntinum innuunt, sed primam inter omnes, ut ex numero votorum cognoscitur, quoniam post sextum, ultimum attribuitur Moguntino. Si itaq; Trevirensi primum votum post Moguntinum competiit, & illi idem competere Carolus IV. declarare voluit, tota constitutio erronea est, quia omnino de alio disponit ordine, quàm de eo, quem olim observatum præsupponit Rumelinus, & cum eo alii. Nec quicquam Rumelini opinionem confirmare poterit, dum ex §. 1. cap. 4. quod de sessione dicitur, ad ordinem votorum applicare non dubitavit, cùm ibidem expressè dicatur, Regem Bohemiæ primum locum à dextera Imperatoris, post Moguntinũ, vel Coloniensem tenere, & Electorẽ Saxon. immediatè post Electorẽ Ecclesiasticũ à sinistra Imperatoris sedere loco primo: ast verò in verbis præadductis verbũ POST non reperitur: ac proinde aliꝰ sensꝰ erit. Sanè, qui primus est post aliũ, non dici potest primꝰ ante omnes, qualis est Trevirensis, respectu voti sui, quod exponit ante omnes reliquos suos Cœlectores, nullo excepto. Quod si ponamꝰ, Moguntinũ olim primũ obtinuisse votum, in electione Regis Romanorũ, non tamẽ inde sequitur, istud ita continuatum fuisse usq; ad tempꝰ conditæ A. B. Demus Moguntinũ primũ votum olim, & adhuc Frider. I. Henr. V. ac Frider. II. temporibus habuisse, prout notavit Arumæꝰ ad A. B. *disc. 3. thes. 14.* non inde tamẽ necessariò sequitur, illud eundẽ usq; ad Carol. IV. habuisse. Quod consuetudine sibi acquisivit, potuit contraria consuetudine amittere, & amisisse, atq; tempore quo Carol. IV. electus fuit, non illi, sed Trevirensi competisse, omnino credendũ est, si Caroli fidẽ salvã velimus, prout rectè notavit Limnæꝰ *laudat. loc.*

Cæterùm licet certum sit, Electorem Trevirensem præferri Coloniensi. *A. B. c. 4. §. 3. & 11. §. 1. & c. 23.* attamen aliquoties Coloniensem in A. B. Caroli IV. præpositum deprehendimus, quomodo factum *cap. 1. §. 11. A. B.*

81. Verùmenimverò, cùm ibidem nihil disponatur de præcedentia, Carolum IV. ordinē, inter Electores à lege præscriptū, non attendisse per est verosimile. Magis stringit quod in *c.3.* A. B. tam in rubro, quàm nigro §. *2.* ubi de ordine sedendi ex professo agitur, etiam varia dispositione Carolus IV. usus fuerit. In rubro dict. cap. primum collocatus legitur Trevirensis, deinde Coloniensis, post hos demum Moguntinus, *in d. §. 2.* autem ita locantur, Moguntinensis, Coloniensis, Trevirensis; *& circa finem §. ita,* Coloniensis, Trevirensis, Moguntinensis, *cap. 11. verò in pr.* ita,
82. Coloniensis, Moguntinensis, Trevirensis. Ex quibus sanè patet, ex ordine scripturæ non semper tutò argumentari licere ad ordinem præcedentiæ, qua de re suprà *lib. 1. cap. 5. n. 48. & seqq. & cap. 6. n. 81.* pluribus egimus. Cæterùm de Sessione Archiepiscopi Trevirensis latiùs infrà *lib. 4.* acturi sumus. Porrò obiter heic monendum ducimus, dum Archiepiscopus Trevirensis in A. B. Caroli IV. passim, sacri Imperii per Galliam & Regnum Arelatense Archicancellarius dicitur, Galliæ ibi-
83. dem nomine, non ipsam Franciam Occidentalem, sed solam Belgicam venire, prout observavit Dn. Conringius *lib. 1. de Finib. Imper. c. 8. p. 75.* quamvis non ignorem, quosdam hoc de tota Gallia interpretari, quibus contextus A. B. patrocinari videtur. In literis Electorum, ad Benedictum XII. Papam apud Freher. *tom. 1. rer. Germ. p. 427.* Balduinus Archiepiscopus Trevirensis simpliciter se Galliæ Archicancellariū scripsit, nullâ factâ Arelatensis Regni mentione, alioquin constat, de Regno Arelatensi inter nostrates & Gallicos scriptores, magnam contentionem esse, utrum ad Imperium Romano-Germanicum, an verò Galliæ Regnum pertineat. Inter reliquos Gallicos scriptores, varios pro Rege Galliæ titulos conglomerare ausus fuit, Charron *en l' histoire universelle,* adducens *chap. 95.*
84. jus belli, quo jure Gallia sibi Regnum Burgundicum, (ita olim dictum Regnum Arelatense) acquisiverit, sequenti *cap. 96.* Idem Charron putat, cessionem à Justiniano Imperatore factam fuisse Regibus Franciæ, totius juris, quod Imperatores prætendebant in Galliam Narbonensem. Postmodum *chap. 139.* Charron adducit cessionem Alberti Austriaci Imperatoris, *& chap. 139. pag. 1033.* venditionem à Carolo IV. factam, deniq; confirmationem iteratò à Carolo IV. factam *chap. 141. pag. 1055.* ibi. Charle IV. confirma au Roy Charles V. la Souveraineté du Royaume d' Arles. Verùm enimverò jura Imperii præclarè defendit Conring. *lib. 1. de Finib. Imper. cap. 12. & 13.* Conf. eundem *lib. 2. cap. 24.* quò lectorem remit-

remitto. De origine Archicancellariatus Trevirensis, ita disserit Mallinkrot *in tract. de Archicanc. Imperij pag. 37.* Sive Italicus Archicancellaritus, inquit, Henrici V. sive Friderici I. Imperio, Coloniensibus Archiepiscopis accesserit, Gallicus certè, & Arelatensis Archicancellariatus hoc posteriori antiquior, & anterior constitui nequit. Prædictus enim Imper. Fridericus, cùm priorem uxorem Adilam, sive Alheidam, Marchionis Vohburgensis Theobaldi filiam, ob consanguinitatis impedimentum dimisisset, duxit A. 1157. Regni sui quinto, Beatricem (Marianus Scotus Agnetem vocat; sed major est Guntheri in Ligurino suo fides, quem sequitur Cuspinianus in vita, & in Vesontione sua Chifletus) filiam Burgundiæ Comitis Reginardi (Sigeberto Wilhelmus est, Othoni de S. Blasio Reginbaldus) ac beneficio amplissimæ dotis Burgundiam ac Provinciam, Arelatense deinceps Regnum dictas, sibi acquisivit ac Imperio, à quo longo tempore separatæ fuerant, recuperavit. Ea igitur occasione suspicari quis possit, Archicancellariatum Arelatensis Regni, Galliæque, primitus institutum fuisse. Nulla enim absurditas fit, cum præcedentibus annis non minùs de Italico, quàm Gallico, duorum istorum Archiepiscopatuum Archicancellariatibus apud Historicos aliosque auctores altissimum silentium fuisset; sub Friderico autem, Coloniensis non semel Italiæ Archicancellarius vocetur, si dicamus, circa eadem ferè tempora, vel saltem annorum intercapedine non adeò magna intercurrente, partim sub ipso, partim non ita diu ante ejus Imperium, utrumq; cæpisse; Nec potest anteriori alicui ista constitutio, Gallici inprimis Archicancellariatus convenire, atque attribui, quandoquidem illius institutioni omnis occasio defuit, priusquam Arelatense Regnum connubiali fœdere in Friderici jus, ac manum veniret. Hæc eò tendunt præcipuè, ut ostendatur, Cancellariatum Trevirensis Archiepiscopi Friderico I. antiquiorem dici non posse, esse autem multò adhuc recentiorem, & sub Friderico II. vel paulò post, primum cæpisse. Incertum enim est, à quo successorum primi Friderici initium suum acceperit, *Hæc Mallinkrot d. l.* pag. 43. pagina autem 45. Idem scribit; Ferè crediderim, & concludendum putarim, quo tempore Electoralis dignitas sub Innocentio IV. vel successorum ejus, proximorum, aliquo Trevirensi collata est simul etiam Archicancellariatum primitus concessum esse. 16.

Post Trevirensem magna & insignis inter reliquos Germaniæ Archiepiscopos autoritas & præeminentia jam antiquis temporibus fuit Archi-

epi-

episcopi Coloniensis, S. R. I. Electoris, & Archicancellarii per Italiam, cujus sessionem quod attinet, varia inter ipsum reliquosve Ecclesiasticos Germaniæ Principes de præcedentia & sessione certamina fuisse, historici
17. Germanici testantur. Sub Henrico VII. Imper. inter Moguntinum ac Coloniensem de honoratiori loco rixam ortam fuisse, tradit Cuspin. *in vit. Henrici VII. pag. 363.* quæ mox sopita. Porrò ipse Abbas Fuldensis olim non dubitavit movere quæstionem præcedentiæ, ipsi Electori Coloniensi, exponit latè hoc ipsum dissidium inter Electorem Coloniensem, & Fuldensem Abbatem, de sessione ad sinistram Imperatoris, Albertus Cranzius *lib. 6. Saxoniæ cap. 46.* qua de re infrà acturi. Equidem con-
18. stat, ex A. B. Caroli IV. *cap. 3. §. 2.* Coloniensem in sua diæcesi & provincia, & extra provinciam suam in tota Italia, & Gallia in dextero latere Romani Cæsaris sessionem suam obtinere, id quod hodienum observari ex Actis Comitiorum constare poterit. Cur verò Coloniensis in sua diæcesi primum honoris locum præ Moguntino obtineat? ratio hæc reddi solet à Dd. quod inter duos æquales quilibet in suo territorio sit major, Gloss. *in l. apud eum D. de manumiss. vind. c. duo ista caus. 23. quæst. 4.* hinc
19. Episcopum Diæcesanum in sua Ecclesia & diæcesi in functionibus Episcopalibus præferendum esse omnibus Archiepiscopis & Episcopis, etiam ipso antiquioribus & dignioribꝰ, Metropolitano suo excepto, scribit Augustinus Barbosa *Apostolicarum Decision. Collect. 290.* ubi quoq; ita judicatum & decisum fuisse notat. Idem tradit Sellius *in select. Canon. c. 3, n. 82.* ex hac ratione præcedentiam sibi competere contra Abbatem Fuldensem Wideradum probare & evincere voluit Hildesheimensis Episcopus Hecelo, apud Lambertum Schafnaburgensem Monachum *in Annal. p. m.*
20. *462.* Cur in Italia Coloniensis honoratiorem locum præ Moguntino occupet? ratio petenda est ab officio, cùm ejus Regni sit, & dicatur Archicancellarius. Cur idem in Gallia obtineat? ingenuè fateor me conjicere non posse, nec ullam idoneam ejus rei rationem hactenus vidisse, quamvis fatendum Trevirensi quoque, qui extra ordinem sedet, heic satis prospectum esse, ne dignior illi locus in Archicancellariatu præreptus
21. videatur. Porrò de ordine inter Coloniensem, Moguntinum, & Trevirensem, in processionibus observando, cùm infra *lib. 4.* latiùs acturi simus, nihil ea de re modo subjicimus. Quod Archicancellariatum Italiæ attinet, quando is Coloniensi Episcopo concessus? Mallinkrot *in tr. de Archicanc. S. Impery* conjicit, sub Imperatore Henrico V. sive Fride-

rico

ricol. Ænobardo Coloniensibus Archiepiscopis accessisse Italicum Cancellariatum *pag. 37. p. 41. & 43.* ubi fatetur, non ita definitu proclive esse, à quartone, an quinto Henricorum, an verò Lothario Saxone, gratiam & privilegium hoc obtinuerint. Henricus II. Archiepiscopus Coloniensis, ex gente Virnenburgica progenitus, anno 1310. mense Septembri, in Comitiis Spiræ tunc habitis, impetravit privilegium, ut liceat ab itinere Italico abesse, Archicancellariatus officium exercere per substitutum & nihilominus emolumentis frui. Vide Gelenium *de admiranda sacra & civili magnitudine Coloniæ, Claudiæ Agrippinensis lib. 1. Syntagm. 7. pag. 76.*

CAPUT X.

De præcedentia, Sessione, & præeminentia Archiepiscopi Magdeburgensis, nec non de controversia sessionis inter hunc ipsum, & Archiepiscopum Salisburgensem & Archiduces Austriæ.

SUMMARIA.

1. *Archiepiscopus Magdeburgensis ex antiquo Germaniæ instituto & prærogativa per Germaniam primas est.*
2. *Tempore Caroli V. controversia ratione sessionis Magdeburgensi mota fuit ab Archiepiscopo Salisburgensi & Archiducibus Austriæ.*
3. *Inter Salisburgensem & Austriacos Alternatio locum obtinuit, Magdeburgensi verò sessionis loco inter Ecclesiasticos hactenus denegato protestando placuit juris sui integritatem conservare.*
4. *Rejicitur Joannes Azorius, qui Salisburgensi primatum in German. tribuit.*
5. *De præteritis præsumitur præsens statu.*
6. *De urbis Magdeburgensis dignitate, nec non κυνοφορία pœna militari apud Saxon. olim usurpata speciosa adducuntur.*
7. *Archiepiscopatui Magdeburgensi olim subjectam fuisse totam Slaviam usque ad Panim fluviũ ex Helmoldo probatur.*
8. *Civitatem Magdeburgensem Ottonis primi favore in primariam totius Alemanniæ fuisse sublimatam ostenditur.*
9. *Archiepiscopo Magdeburgensi primas sedes in temporalibus inter Principes seculares habuisse ex decreto Ottonis Imp. & Theodorico de Niem evincitur.*
10. *Adducuntur de præeminentia Magdeburgensis verba ex Chronico Magdeburgensi manuscripto.*

11. *Pro-*

11. *Privatur in subscriptione Recessuū Imperij nonnunquam Magdeburgensem, Archiepiscopo Salzburgensi & Archiducibus Austriæ prælatum fuisse.*
12. *An Magdeburgensis Archiepiscopus & Bremensis sessionem & votum in Imperij Senatu habeant?*
13. *Multis argumentis evincitur malè vulgò Ottoni Imp. ejusq. filio Russo ius Weichbildicum Magdeburgense tribui.*
14. *Juris Weichbildici Magdeburgici auctoritas eò crevit, ut ex Polonia usque appellatum fuerit Magdeburgum & Hallas ad Casimiri II. Regis usque tempora.*
15. *Adducta ea de re verba Matthiæ Mechovij & Jaskieri Poloni.*
16. *Ex Regno Boëmiæ provocationes delatæ ad Curiam Magdeburgensem.*

INter Primates & Archiepiscopos Germaniæ licèt insignem præeminentiam & dignitatem obtineat Magdeburgensis Archiepiscopus, qui ex antiquo Germaniæ instituto & prærogativa per Germaniam Pri-
1. mas est, Reinckingk. *de R. S. & E. lib. 1. Class. 4. c. 21.* attamen controversia ratione Sessionis ipsi mota ab Archiepiscopo Salisburgensi & Archiducibus Austriæ. Contentio hæc de Sessionis prærogativa inter
2. Archiepiscopum Magdeburgensem, Archiepiscopum Salisburgensem, & Archiduces Austriæ oborta tempore Caroli V. Inter Salisburgensem & Austriacos alternatio locum obtinuit, Magdeburgensi verò Sessionis
3. loco inter Ecclesiasticos hactenus denegato, protestando placuit juris sui integritatem conservare, ut ait Limnæus *tom. 3. de jur. publ. lib. 9. cap. 1. n. 142. p. m. 31.* Pro Salisburgensi concludit Joannes Azorius *tom. 2. Inst. moral. c. 35. sub fin.* qui Primatum Salisburgensi hisce verbis tribuit:
4. In Germania, *inquit,* olim erat Primas Magdeburgensis, nunc verò est Salisburgensis. Ast verò quam ob causam, vel constitutionem hæc prærogativa Magdeburgensi erepta, & Salisburgensi attributa sit, Azorius non exposuit. Certè si antiquis temporibus Magdeburgensem Primatem per Germaniam fuisse agnoscimus, quam ob causam hodie eam præ-
5. rogativam exspirasse dicemus. Sanè de præteritis in præsens præsumitur, hoc est, talem quenquam hodie videri, qualis fuit tempore præterito, *l. sive possidetis. C. de probat.* Sichard. *ad l. 4. n. 2. C. de restitut. minor.* Everh. *in loc. legalib. loc. à tempore ad tempus. n. 4.* quæ legum præsumptio liquidissima est probatio, *Gl. in l. si tutor petitus. C. de peric. tutor. in verb. ostenderis.* Gail. *2 obs. 97. n. 6.* Aut verò, si hic Primatus Magdeburgensis ereptus & Salisburgensi concessus, dicendum fuisset, quo tempore id

id factum, à quo Imperatore aut Pontifice id constitutum, vel an contraria consuetudine eundem Primatum sibi eripi passus fuerit Magdeburgensis. Neutrum verò Azorius probavit, aut probare potest, nec enim tale quid apud Historicos exstat, quod, cùm manifestum per se sit, nulla probatione indiget, rem enim perstringere in claris terminis tam stultum est, quàm sub sole clarissimo mortale lumen inferre, Quint. *lib 5. Orat. instit.* Rol. à Vall. *vol. 2. consil. 70. in pr.* Reincking *de R. S. & E. lib. 1. Class. 1. cap. 2. n. 67.* Cæterum, pro Magdeburgensi Archiepiscopo respondit consultissimus JCtus Schraderus *vol. 1. consilio 4. per tot.* in quo luculenter egit de jure Sessionis sive Præeminentiæ Reverendissimi & Illustrissimi Administratoris, Primatus & Archiepiscopatus Magdeburgensis in Imperio, solis Electoribus exceptis, præ reliquis omnibus aliis Archiepiscopis, Episcopis, & Principibus tam secularibus, quàm Ecclesiasticis, quò lectores rei hujus cupidos, ne nos post Homerum scribere Iliada videamur, remittimus. Ostensuri modò, quomodo antiquis temporibus magna fuerit præeminentia Archiepiscopi Magdeburgensis, eique fermè primus locus competierit, præ cæteris Archiepiscopis & Episcopis Germaniæ, inde Primas dictus, id quod abundè veterum monumenta, & historici Germanici testantur. Primò omnium de urbis Magdeburgensis dignitate, non dixerim, quam suo ævo Witekindus *lib. 2. Annalium* urbem Regiam appellavit, ibi: Qua præsumptione Rex audita, condemnavit Everhardum centum talentis æstimatione equorum, omnesque Principes militum, qui eum ad hoc facinus adjuvabant, dedecore Canum, quos portabant usq; ad urbem Regiam, quam vocitamus Magadaburg. *Hæc Witichind. d. l.* Ubi obiter notandum κυνοφορίαν hanc fuisse olim pœnam militarem, cujus exempla exstant apud Arnoldum Lubecensem *lib. 7. c. 2.* Ottonem Frisingensem *lib. 2 de Gestis Friderici Barbarossæ,* & meminit etiam Dodechinus *in Appendice ad Chronicon Mariani Scoti anno 1155.* ubi & nomina quorundam exprimit, qui canes portarint, adde notata ab Henrico Meibomio *in Notis ad lib. 2. Annalium Witekindi* & Rittershusio *in Notis ab librum quintum Guntheri Ligurini,* ibi: 6.

Quippe vetus mos est, ut si quis Rege remoto
Sanguine vel flamma, vel seditionis apertæ
Turbine, seu crebris regnum vexare rapinis
Audeat; ante gravem quam fuso sanguine pœnam

 Exci-

Excipiat, si liber erit, de more vetusto
Impositum scapulis ad contigui Comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre.

Christophorus Pflugius voluit canem à nobili portatum fuisse ideo, ut eum officii sui neglecti admoneret, quod erat, excubare in aula & Regem custodire ac defendere, quod Rittershusio *d. l.* valde fit verosimile, cùm etiam Chrysostomus aulicos canes vocaverit, non contumeliæ,sed honoris & officii causa, *homil. 10. in 1. ad Thessalonic.* Vid. Andre Fauyn. *aux traictées d premiers officiers de la Coronne de la France livr. 2. chap. 11. pag. 198.* Verùm, ut dixi, hæc obiter ad prædictum Witikindi locum notare placuit. Cæterùm, quòd Archiepiscopi Magdeburgensis magna præ
7. cæteris Germaniæ Episcopis authoritas & potestas fuerit, nemini non constat, quod post alia quoq; hinc verosimile est, quoniam Episcopatui Magdeburgensi subjectam olim fuisse totam Slaviam usque ad Panim fluvium testatur Helmodius *Historia Slavica lib. 1. c. 11.* Subactis enim,*ait*, Christianæq; fidei copulatis Slavorum gentibus, magnus Otto inclytam urbem Magdeburg super ripas Albiæ fluminis condidit, quam Slavis metropolim statuens, Adelbertum summæ sanctitatis virum ibidem consecrari fecit Archiepiscopum. Is primus in Magdeburg ordinatus, duodecim annis strenuè Pontificatum administravit, multosque Sclavorum populos illic prædicando convertit. Cujus ordinatio facta est anno Imperatoris 35. & sunt anni post ordinationem S. Anscarii 137. Magdeburgensi autem Episcopatui subjecta est tota Slavia usque ad Panim fluvium. Episcopatus suffraganei quinque, quorum Merseburg & Cicen super Salam fluvium, Misna verò super Albiam, Brandenburg & Havelberg interius vadunt. Sextus Episcopatus Slaviæ & Aldenburg. Hunc Episcopatum sicut & cœteros, Imperator Otto, Magdeburgensi primùm ajicere decreverat, quem tamen postmodum Atheldagus Hammenburgensis Episcopus requisivit, eò quòd terminus suæ Ecclesiæ antiquis Imperatorum privilegiis esset circumscriptus. Idem tradit Gobelinus *Cosmodrom. ætat. 6. cap 48. Anno Domini 970.* Otto Imperator, *inquit*, confirmatione Sedis Archiepiscopalis in Magdeburg, cum consensu Hildewardi Episcopi Halberstadensis à sede Apostolica obtenta 15. Kalend. Novembris Athelbertum quendam Treverensem professione monachum ad Archiepiscopatus apicem in ipsa Madeburgensi Ecclesia primùm promovit

navit, sex suffraganeos ei subjiciendo, qui fuerunt Merseburgensis, Misnensis, Cizensis, qui aliàs dicitur Nuembergensis, & Havelbergensis. Prædictos quatuor Episcopos supradictus Archiepiscopus eodem die in Magdeburg consecravit Anno Regni Ottonis 34. Imperii ejus Anno 7. Et deinde iidem Episcopi per Archiepiscopum prædictum per parochias suas destinati sunt. Wernerus Rolevingius *de laudibus antiquæ Saxoniæ parte 2. capitulo 8.* expressè dicit, Civitatem Magdeburg Ottonis 8.
primi favore mirabiliter sublimatam in primariam totius Alamanniæ fuisse, & esse usque in præsens. Idem tradit latiùs Ditmarus Merseburgensis Episcopus *lib. 2.* Et verò tum Archiepiscopo Magdebur- 9.
gensi primas sedes etiam in temporalibus inter Principes seculares habere licuisse ex Decreto Ottonis testatur Theodoricus de Niem *in libro de Privilegiis & juribus Imperii.* Hic etiam Imperator Otto, *ait,* venerabilem Metropolim Magdeburgensem, & omnes ejus suffraganeos, scilicet Brandeburgensem, Havelbergensem, Misnensem, Zicensem, quæ nunc Naumburgensis nuncupatur, Mersburgensem, solemnes cathedrales Ecclesias, in proprio ejus patrimoniali beneficio & dominio in diversis locis, in mediterranea & Orientali Saxoniis, de novo fundavit, & valde multis oppidis, castris, certis juribus, & jurisdictionibus atque aliis bonis temporalibus, & etiam præcipuè in partibus illis multa veneranda cœnobia virorum & mulierum fundavit, & nunquam à toto tempore sui regiminis à talibus bonis operibus conquievit. Archiepiscopum autem Magdeburgensem, qui esset pro tempore, per Papam ejus ætatis, Primatem Germaniæ fieri procuravit, sibique multis Alemanniæ provinciis nobiles & vasallos, potentes, & eorum dominia, quæ obtinebant ab Imperio in feudum perpetuò subjecit, & magnos reditus etiam illic piè donavit, & eosdem Archiepiscopos & Episcopos primas sedes etiam in temporalibus inter Principes seculares habere statuit & decrevit. Idem habetur in Chronico Magdeburgensi manuscripto, ex quo verba quædam adduxit clarissimus Henricus Meibomius *in Notis ad Witichindi Annales, p.m. 110. & 111.* ubi inter alia hæc habentur: Otto Magnus civitatem Magdeburg ad honorem & defensio- 10.
nem dilectæ suæ Saxoniæ Metropolim & Archiepiscopium facere, cui præfatos duos Episcopatus (Brandenburgensem & Havelbergensem) à se constructos, & alios, quos adhuc construere desideravit, subjacere, ibique DEO & S. Mauritio se suaque omnia dare cogitavit,

Sed partem parochiæ Halberstadensis, ad quam civitas illa cum suis adjacentiis pertinuit, à Bernhardo ejusdem Ecclesiæ Episcopo Septimo, quoad vixit, impetrare non valuit. Quo defuncto cum venerabili Hildewardo pro ipso sacerdotii officio functo, ipse voti non immemor, ut in bonis repleretur desiderium suum, Romam profectus in suburbio Ravennæ in ecclesia S. Severi Episcopi & confessoris coadunavit Synodum, in qua præsidente Dn. Joanne sanctæ & universalis Ecclesiæ summo Pontifice, astantibusq; quamplurimis, Italiæ, Germaniæ, & Galliæ Episcopis & Principibus, tantique negotii exordium arrecta aure & mente præstolantibus, multo labore magnisque persæpe periculis se multas Slavorum nationum cis flumen Albiæ, in confinio Saxoniæ ad Catholicam fidem convertisse, coram cunctis exposuit, quiq; adhuc rudes in fide, ne ad vomitum redirent, qualiter corroborari possent, consuluit. Cujus dignam relationem tantamque fidei confessionem sancta Synodus benigna devotione suscipiens & bonorum omnium largitori gratias agens in singulis provinciis secundùm loci situm & populi quantitatem Episcopos censuit consecrari: quorum prædicatione & cura pervigili nutantes possent in fide stabiliri, & adhuc idololatriæ dediti ad cultum justitiæ revocari. Ut verò ad id agendum major firmitas & tutior in Episcopis esset oportunitas, Archiepiscopum, ad quem negotium suum & controversiam, si qua orta fuerit, referre valeant, eis communi deliberatione præponi statuit. Quam videlicet Archiepiscopalem Cathedram apud Magdeburg civitatem potissimùm fieri placuit, eò quòd hæc in confinio Slavorum loco videretur oportunior, & in ejus propagatione voluntas Imperatoris esset amplior. Cæterùm, quia Præsul Halberstadensis Synodo huic non adfuit, causæ clausulam in ejus adventum differre placuit, ut civitatem ipse à debito subjectionis absolveret, & tunc demum privilegium & subscriptio illibata fieret. Anno igitur integro & dimidio evoluto, cum Hatto Archipræsul Magontiensis cum præfato Hildiwardo, suo videlicet suffraganeo, eò devenisset & Imperator illos pro prædicta causa blanda petitione convenisset, Hildiwardus Episcopus tam Archiepiscopi consensu, quàm omnium, qui aderant, consultu, prompta & hilari mente piæ ejus petitioni annuit & facta in præsentiarum pari æstimatione, Concambio Synodali decreto, sancto Mauritio Magdeburg, sanctoque Laurentio Merseburg quæq; petita tradidit, id est, parochiam omnem sitam inter fluvios Albiam, Salam, Horam, & Bodam, usq; ad ea loca,

ubi

ubi castra Unsburg, Wanslebe, Otterdeleve, cum omnibus pertinentiis & villis, quæ Burgwardt appellantur, versus Occidentem longiùs protenso fine terminantur, cum omni decimatione, banno subjectione, obedientiis & omni ecclesiastico ordine, prout Halberstadensis ecclesia visa est, eatenus possedisse. Recipit autem ad vicem ab Imperatore in partem & utilitatem suæ Ecclesiæ omnem decimationem in Hosgowe, ut terminantur in fluviis Sala, Willerbecke, & Wippera, cum omni possessione; quàm de abbatia in honorem beati Wigberti in territorio Hessefelt constructa, idem Imperator æqua commutatione acquisierat, cujus etiam abbatiæ ipse fundator erat. Huic etiam Concambio confirmando Petrus Ravennæ Archiepiscopus, & plurimi Episcoporum Italiæ, Galliæ, & Germaniæ subscripsere, anno Dominicæ incarnationis 968. Indictione 12. Imperii autem ipsius Dn. Ottonis 7. regni verò 34. Quibus peractis Cæsar lætatus, nec minùs pro adhuc peragendis secundùm Deum solicitus accersito Richario, Magdeburgensis cœnobii Abbate 3. coram Annone Wormaciensi & Othwino Hildensemensi Episcopis secum tunc fortè commorantibus, volebat illum officio Episcopatus fungi in ipsa Sedis suæ mutatione: sed impedierunt quidam occulto consilio, & Imperatori pro secreto hoc delatæ literæ. Qui dum se tanto honore privatum intelligens minùs æquo animo ferret, ac impediendo tam sancto proposito Imperatori quoquo pacto obviare proponeret, brevi pulsatus valetudine terrena mutavit cœlestibus successitque in ipsa Sedis mutatione Herdiggus. Erat tunc quidam magni nominis & meriti Adelbertus, qui dudum Treveris de cœnobio S. Maximini monachus abstractus & Episcopus consecratus ad prædicandum Rugis fuerat destinatus: sed populus exasperatus dura fronte & indomabili corde expulit illum de finibus suis, contemnens evangelizantem evangelium pacis, quia DEI providentia in terra nostra illi populus committendus erat novæ acquisitionis. Hunc ergo de Wissenburgensi abbatia, quam interim regebat, assumptum per omnia dignum & probatum Cæsar prædictæ Ecclesiæ Magdeburgensis sacerdotio promovit, illumque Romam pro pallio ab Apostolica sede suscipiendo cum literis suæ auctoritatis direxit. Sedit eo tempore in clavigeri cœlestis cathedra gratia & nomine Joannes, Papa nominis illius tredecimus, in ordine verò Romanorum Pontificum centesimus tricesimus sextus. Hic igitur benignissimè illum suscipiens, pro pio studio gloriosissimi Imperatoris, quod in amplificatione divini cultus habebat,

debat, gaudens, ideoq; justis eius petitionibus annuens, illum apostolica auctoritate Archiepiscopum fore ejusque successores decrevit: cui & pallium ad Missarum solemnia celebranda dedit, & ipse nimia dilectione commonitus 15. Kalend. Novembr. id est, in festo S. Lucæ Evangelistæ ordinavit, & privilegio apostolicæ auctoritatis sanxit ac confirmavit, eum in omni ordine ecclesiastico Primatum habere omnium Ecclesiarum Archiepiscoporum, qui in Germania sunt ordinati, in Gallia quoq; Coloniensi, Mogontiensi, Trevirensi Archiepiscopis, per omnia honore similem esse, crucis signaculum ante se ferre, & inter Cardinales Episcopos Romanæ sedis consortium habere, *&c.* & paulò pòst. Præterea statuit, eum esse Metropolitanum totius ultra Salam & Albiam Sclavorum gentis, tunc ad Deum conversæ vel convertendæ, *&c.* Porrò, adhuc clariùs patet de dignitate Archiepiscopi Magdeburgensis ex ipsa erectione Ecclesiæ Magdeburgensis in Archiepiscopalem facta in Concilio Ravennatensi per Johannem Papam XI. cujus tenorem & verba, quia paulò prolixiora hic subjicere consultum visum non fuit, cùm ea jam ante adduxerit, & subjecerit commentario suo ad Witichindum Henricus Meibomius suprà nobis laudatus *p. m. 108.* Ex quibus de dignitate Archiepiscopi Magdeburgensis abundè constat, & verò inspicienti præterea Acta Comitiorum, constat in sessionibus olim Magdeburgensem Archiepiscopum, Salisburgensi Archiepiscopo prælatum fuisse, quod si ad subscriptiones Recessuum Imperii recurrendum, quod argumentum cæteris concurrentibus non prorsus rejiciendum esse, *suprà lib. 1.* diximus, & alioquin in similibus controversiis à statibus Imperii de Sessione disceptantibus, adduci solet, apparet ex subscriptione Recessuum Magdeburgensem & Archiepiscopo Salisburgensi, & Archiducibus Austriæ nonnunquam præpositum fuisse. Patet ex subscriptione R. A. zu Augsburg/ de Anno
11. 1500. & R. A. zu Constantz de Anno 1507. ibi. Ernst Ertzbischoff zu Meydenburg/ Primas in Germania, Administrator des Stiffts Halberstad/ von wegen des Ertzhertzogen zu Osterreich Heinrich Graff zu Harbeck/ vonwegen des Ertzbischoffs zu Saltzburg/ Doctor Andreæ Tautersdorffer R. A. zu Cölln de Anno 1512. R. A. zu Wormbs de anno 1521. ubi Albrechtus Archiepiscopus Magdeburgensis primò omnium subscripsit, longo pòst intervallo Archiduces Austriæ & Archiepiscopus Salisburgensis, quamvis non ignorem, dici posse Albrechtum, ideo primò subscripsisse, quòd unà esset Cardinalis & Archiepiscopus Moguntinus, non adducam

sub-

subscriptiones R. A. zu Nürnberg de Anno 1542. R. A. zu Augsburg de Anno 1551. R. A. zu Speyer de Anno 1526. R. A. zu Speyer de anno 1529. cùm Status Imperii in iis promiscua sessione usi fuerint. Et licèt in Recessu Imperii zu Augsburg de Anno 1530. primò omnium subscripserit Mattheus Archiepiscopus Salisburgensis, attamen constat ex §. Item / als sich im anfang d. Recess. de Ann. 1530. Status Imperii promiscua sessione usos fuisse, & expresse cautum inibi, ne subscriptio cuipiam noceret, præterea istis Comitiis Magdeburgensis non subscripsit. Porrò, & licèt Archiduces Austriæ & Archiepiscopi Salisburgenses in subscriptionibus posteriorum Recessuum Magdeburgensi Archiepiscopo præpositi sint, uti apparet ex subscriptione R. A. zu Augsburg de an 1555. R. A. zu A[illegible]burg de an. 1559. & 1566. attamen quem præterit dispositum apertè in singulis istis Recessibus esse subscriptionem factam nullum detrimentum ulli statui afferre debere, ipsosque status promiscua usos fuisse sessione, ut, inde nihil præjudicii illatum Archiepiscopo Magdeburgensi fuisse, dicendum sit. Cæterùm, quicquid sit, hoc loco non prætereunda famosa quæstio: *An Magdeburgensis Archiepiscopus & Bremensis sessionem & votum in Imperij Senatu habeant?* Negatum id hactenus à Romano Catholicis, uti apparet ex Informat. de famoso negotio compositionis dissidentium inter se PP. & de turbato Imperii statu. Econtra conqueruntur correspondentes, Ordines Imperii non Catholicos, non Episcopos, sed detentores, & subsessores, oder Einhaber depingi R. A. de anno 82. §. gleichfals 21. alibique semper sessiones aliáque privilegia non concedit, prout ait Nolden. *de Stat. Nobil. civil. cap. 9. n. 2. 27.* Qui graviter hac de re: Quæ causa est, *inquit*, quòd Revisiones Cameræ in hodiernum usque diem, omnium afflictorum dolendis suspiriis immobiles hæreant. Nam ordinatione Cameræ *part. 1. tit. 50.* cautum est, quotannis designato tempore per Cæsaris ordinúmq; delegatos & consiliarios judicium Cameræ hoc modo visitandum, ut Cæsar Spiram commissarios, Moguntinus suos, Electorúmque singuli singulos per vices Consiliarios mittant, Principes boni Ecclesiastici alter, alter laici ordinis, alternatim ipsi veniant & suos delegent, eo scilicet ordine, quo in Imperii statu sessionem habent & votum. Ventum ergo erat in ordine Principum Ecclesiasticorum ad Germaniæ Primatem Archiepiscopum Magdeburgensem Anno 1588 hoc muneris Joachimus Ernestus Marchio Brandenburgicus Archiepiscopus sibi vendicabat, Econtra Catholici, ut votum & sessio- 12.

sessionem, ita Revisoris munus ipsi negabant. Hinc illæ lacrymæ. *Hæc Nolden d. l.* Jure verò, an injuriâ Magdeburgensis Archiepiscopus à sessione in Senatu Imperii exclusus, nunc non disquiro, sanè ex prædictis constat, summam in Germania authoritatem & dignitatem Archiepiscopo Magdeburgensi à Pontifice, & Ottone Magno tributam fuisse, cui Ottoni Imp.
13. ejúsq; filio Ottoni, Ruffo vulgò, sed malè jus Weichbildicum Magdeburgense tribuitur, etenim in fine illius juris Weichbildici legitur: Datum illud in anno Domini nongentesimo quadragesimo octavo, Imperii anno tertio (scilicet Ottonis.) Verùm ex eo falsitas hujus sententiæ apparet, cùm annus ille Christi Imperii tertius dicitur, quum Otto demum anno DCCCCLXII. Imperator cœperit audire, & ab illo tempore anni Imperii ejus soleant numerari, nec Benedictus aliquis Pontifex tum vixit: quin illum, qui hujus nominis contra Leonem Octavum intrusus est in Romanam sedem, Otto expulit, & Hamburgum in exsilium misit. Non desunt, qui ad horum excusationem putent à librarii manu errorem commissum in temporum notis, & scribendum, dicant DCCCCXXXIX. Verùm, ut primò non dicam, esse hoc ipsum contra fidem Codicum, etiam manuscriptorum, ne ille quidem Christi annus est Imperii tertius, sed Regni, quæ accuratè olim fuere distincta, nec jam tum Cæsar fuit Otto, sed tantùm Rex Germaniæ, multominus Papa aliquis Benedictus audiit. Vide, quæ hac de re notavit Petrus Heigius *p. 1. qu. 8. per tot.* Porrò, auctor libri de Ottonibus tanquam dudum defunctis semper loquitur: quinimo art. 3. Friderici I. Henrici VI. art. 28. & alibi Ottonis IV. constitutionum mentio facta. Quare Epilogum istum ab homine quodam studioso Magdeburgensis urbis, sed omnis historiæ imperito, confictum putat Conringius *cap. 18. de Origine Juris Germanici.* Certè, eodem teste, qui de
14. condito Magdeburgo, de Ducatu Schartoviense, de judicio Palatino Magdeburgensi & Hallense ab Ottone Magno aut ejus filio instauratis narrantur, fabulosa sunt, & illius ævi melioribus monumentis refragantur. Cæterùm, eo juris Weichbildici Magdeburgici crevit autoritas, ut ex Polonia iisq; appellatum fuerit Magdeburgum & Hallas ad Casimiri II. Regis tempora, circa annum MCCCLVI. Matthias Mechovius *lib. 4. Chro-*
15. *nici Polonici cap. 19.* Considerans quoq; Rex Kazimirus, *ait,* perniciosas in Maydenburg ex regno Poloniæ appellationes, fortunas atq; substantias subditorum devorantes, jus supremum Theutonicale in castro Cracco Anno Domini 1356. constituit, Advocatum per solum regem eligendum,

dum; septem verò Scabinos ex certis civitatibus, Graccoviæ urbi vicinis, per Procuratorem generalem Graccoviensem legendos commisit, & provocationes ad Meydenburg per amplius fieri per patentes literas prohibuit, quarum tenor sic incipit: In nomine Domini Amen. Quoniam humana conditio *&c.* In eandem sententiam Jaskierus Polonus *in Gloss. marginal. ad jus Weichbildic. art. IIX.* Articulus præsens & sequentes quatuor parùm afferunt utilitatis nobis. Appellatio enim in Hallam vel Magdeburgum ex Regno Poloniæ abolita est in anno Dom. MCCCLVI. per Ducem olim Casimirum, Magnum Poloniæ Regem, locatúmque est jus Provinciale in Castro Cracoviensi, ut illuc omnes in appellatione recursum habeant. Idem tradit Joannes Herburtus de Fulstin, Regni Polonici Senator *in Chronico Polonico lib. 10. c. 8. p. m. 173. & 174.* Exstat constitutio ipsa Casimiri renovata ab Uladislao anno MCCCXLI. Utriusq; Principis decreta reperiuntur inter statuta Poloniæ, *Tit. de privileg. jur. Theuton.* Vide Cromer. *de Republ. Polon. lib. 2.* Neugebauer. *histor. Polon. lib. 3.* Melch. Goldast. *de jurib. & privileg. Regn. Bohem. lib. 4. c. 13. n. 7.* Conringium *c. 29. de orig jur. Germ.* & novissimè Arthurum Duck in præclaro opere *de usu & authorit. juris Civilis Roman. in dominiis Principum Christianorum lib. 2. c. 11. §. 6.* Ex Regno Boëmiæ quoq; provocationes delatæ ad Curiam Magdeborgensem & Lipsiensem, priusquam 16.
Appellationum judicium Pragæ institutum, qua de re Relat. Orat. Veneti ex aula Imp. Rom. *part. 1.* apud Philipp. Honor. *in Thesaur. polit. part. 1. p. 61.* & vide de ejusmodi Appellationibus ea, quæ annotavit Hilligerus *in Donell. Enucl. lib. 28. cap. 7. in Notis ad d. cap. lit. (a.) add.* Griphiand. *de Weichbild. Saxon. cap. ult. n. 2.* Et non tantùm à Saxonibus solùm, sed etiam à Bohemis, Polonis, Lusatis, Silesiis, *&c.* jus peti solitum esse, ex Martino Cromero aliisve constat, quod procul dubio ex eo invaluisse putat Speidelius *in Notab. jurid. voce* Magdeburgisch Recht/ quòd Cæsaris Palatium fuerit, cui postea Burggravius præsedit, proinde Æneas Sylvius *in Europ. cap. 31.* tradit eò in decisione causarum vicinas gentes recurrere, magnámque & venerabilem earum Legum auctoritatem haberi.

Caput XI.

De Episcopis eorúmq; dignitate, præcedentia, & sessione in genere, non tam de Germanis, quàm exoticis Præsulibus.

SUMMARIA.

1. *Inter dignitates Ecclesiasticas præstantia & antiquitate princeps est Episcopalis dignitas.*

2. *Prima ætate Ecclesiam Christi communi presbyterorum opera gubernatam fuisse ex sacro Codice & Blondello ostenditur.*

3. *Presbyterorum Collegia unum aliquem suorum, tanquam caput agnoverunt, ad exemplum Synagogarum Judaicarum.*

4. *Episcopos olim à clero pariter & populo electos fuisse cum Dionysio Petavio, & Marco Antonio de Dominis statuit Author contra Bellarminum.*

5. *Sedes Episcopi in Ecclesia eminentiori loco esse debet.*

6. *In Conciliis Episcopi in sessionibus & subscriptionibus illum ordinem tenere debent, quem habent tempore ordinationis, ut qui primo ordinatus fuerit, primum locum, & qui secundo, secundum sibi vindicet.*

7. *Quoad præcedentiam Episcoporum in Conciliis Provincialibus in Italia attenditur tempus ordinationis non autem dignitas Ecclesiarum.*

8. *In uno eodemq; genere dignitatis prior esse debet, qui prior meruit dignitatem.*

9. *Limitatur hoc ipsum à Luca de Penna, ut non procedat si Ecclesiæ concessum sit privilegium in contrarium.*

10. *Ordini temporis præfertur ordo qualitatis.*

11. *Episcopi exempti, hoc est, immediatè subditi Pontifici debent in concilio generali altiori loco sedere, quàm exempti.*

12. *Episcopus præcedit quoscunque suæ diœcesis, cùm sit culmen dignitatum.*

13. *Rex & Princeps debet Episcopo honorem præbere in adsurgendo in adventu ipsius, & ei juxta se venerabilem sedem ad dextram assignare.*

14. *Episcopi & Doctores quando accusantur, non stare, sed sedere debent.*

15. *Princeps quantumcunque maximus honorare debet Episcopum,*

16. *Antiquis temporibus à Christianis Principibus Episcopis summus honor exhibitus fuit, quo ipso jacta demum fundamenta immensæ dignitatis Episcoporum cum imminutione Cæsareæ potestatis.*

17. *Investituras Episcoporum ad Imperatores olim spectasse præclarè ex Scriptoribus Germanicis probatur.*

18. *Canonici exempti ad reverentiam præstandã Episcopo diœcesano tenentur.*

19. *Episcopi*

19. *Episcopi Germaniæ majori præ cæteris Episcopis præfulgent dignitate, postea quam principalis dignitatis compotes facti, & jurisdictionem ac potestatem in secularibus obtinuerunt.*
20. *Primus omnium ejusmodi potestatem sub Ottone Magno nactus fuit ejusdem frater Bruno Archiepiscopus Coloniensis.*
21. *Adducta ea de re verba Witichindi Monachi Corbejensis & Chron. Erfurt. M. S.*
22. *Ante Brunonem insolens hoc fuit, & nunquam antea in Germania auditum.*
23. *Exemplum Brunonis secuti postmodum sunt alij ex prælatis, neglecta religione ad dominatum & imperium se convertentes.*
24. *An rectè Witichindus Brunonem exemplo Samuelis excuset? quam in rem adducta verba Henrici Meibomy.*
25. *Ludovicus Pius filius Caroli Magni & successor licet Episcopos teste Helmoldo, inter Regni Principes cooptarit, tamen politicam jurisdictionem iis nullam concessit.*
26. *Episcopis olim Advocati adjuncti fuere.*
27. *Episcopi Germaniæ, licèt à Pontifice confirmati non sint, nihilominus tamen ad Comitia vocati sessionem habent: quia non solùm Episcopi, sed ut Status Imperij & laici Principes ratione Regalium, quæ ab Imperio recognoscunt, considerantur.*
28. *Idem homo diversis respectibus, diverso jure, & diversis qualitatibus censetur.*
29. *Arnoldus Brixianus Anno 1139. quòd Episcopis Regalia congruere negaret, hæreseos incusatus, & Concilio Lateranensi condemnatus fuit.*
30. *In Comitiis Sessionem occupant Episcopi, non quatenus Episcopi, sed quatenus Principes & Status Imperij sunt.*
31. *Quod ipsum exemplis illustratur.*

POst Archiepiscopos primum meritò locum obtinent Episcopi, & sanè inter dignitates Ecclesiasticas præstantia & antiquitate princeps est Episcopalis, S. August. *lib. 18 de civ. Dei c. 49.* Optat. Milevit. *lib. 2. adversus Parmen.* Et quanquam prima ætate Ecclesia Christi communi Presbyterorum operâ gubernaretur, quomodo ex Act. *20. v. 28* epist. ad Philipp. *c. 1. v. 1.* ad Tit. *1. v. 5. & 6. 1.* ad Tim. *4. v. 14.* præclarè demonstravit Blondellus *in Apolog. pro Hieronymi sententia de Episcopis & Presbyteris,* quam Hieronymi sententiam decreto suo inseruit Gratianus, *c. olim idem dist. 95.* attamen præcipua dignitas Episcopis demum accessit, ex beneficio Principum Christianorum, abolito dudum more regendæ per Presbyteros Ecclesiæ. Quinimo ipsa Presbyterorum Collegia unum aliquem suorum, tanquam Caput agnoverunt, ad exemplum

(margin: 1. 2. 3.)

exemplum Synagogarum Judaicarum, quarum quælibet itidem habuit suum ἀρχισυνάγωγον. Neq; hoc negat S. Hieronymus *in Com. in Epist. ad Tit. 1. 5.* sed illud novum esse pronunciat, quòd unus ille ita cœteris superior, ut ad illum omnis Ecclesiæ cura pertineret, sive quòd ad unum omnis solicitudo sit delata. Vide S. Hieronymum *Epist. 85. ad Evagrium* ubi testatur, presbyteros semper unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, Episcopum nominâsse. Sanè, eligebantur Episcopi à clero

4. pariter & populo tum temporis, quem morem traditionem divinam & observationem Apostolicam vocat S. Cyprianus *Epist. 68.* & rectè Dionysius Petavius *lib. 1. de Hierarchia Ecclesiastica:* Episcopi, *inquit*, Cleri ac populi suffragiis eligi solebant, quod ipsum pluribus hoc loco probari haud difficile, si hujus loci; & non antea ex antiquorum Patrum monumentis & decretis Conciliorum, magna cùm laude id ostendisset eruditissimus Marcus Antonius de Dominis, Archiepiscopus Spalatensis *lib. 3. c. 3. de Rep. Eccl.* quamvis Bellarminus *tom. 2. lib. 1. de Cleric. c. 7.* omnibus nervis contendat, istam consuetudinem, nec diuturnam fuisse, nec in Ecclesia universa receptam, cui tamen omnis antiqua historia adversa est.

Cæterùm, quòd Sessionem Episcoporum attinet, constat sedem

5. Episcopi in Ecclesia eminentiori loco esse debere, ex decreto Concilii Carthaginensis *c. 35. relato in c. 10. dist. 95.* ibi: Episcopus in ecclesia & in consessu presbyterorum sublimior sedeat. Intra domum verò collegam presbyterorum se esse cognoscat. In Conciliis verò Episcopos in sessionibus & subscriptionibus illum ordinem tenere debere, quem ha-

6. bent tempore ordinationis, ut qui primò ordinatus fuerit, primum locum, & qui secundò, secundum sibi vindicet, & sic de cœteris: rectè post Fel. *in rub. de major. & obed.* statuit Chassanæus *in Catalog. Glor. Mundi part. 4. considerat. 23.* cujus sententia expressè probatur per *c. Episcoporum dist. 74.* ubi ex Concilio Agathensi *cap. 23.* hæc adducuntur: Episcoporum etiam, quorum vita non reprehenditur, posteriorem priori nullus præponat, sanè præcedentiam inter Episcopos nulla alia ratione regulari nisi electionis seu provisionis, ut qui priùs electus sive provisus fuerit aliquo Episcopatu, alteri postea electo ac promoto præcedat, affirmat Barbosa *in summa Apostolicarum Decisionum Collect. DXC. n. 3.* & tradit Sellius *in selectis Canon. c. 47. n. 5. & 7.* quoad præcedentiam Episco-

7. porum in Conciliis Provincialibus attendendum esse tempus ordinationis, non autem dignitatem Ecclesiarum, vel earum ordinem & præeminentiam

nentiam, id quod in Italia observari, testatur Barbosa, & juri civili conveniens est, unde Theodosius & Valens in constitutione, de ordine inter consules servando, *in l. 1. C. de Consulib.* Quis in uno eodemque genere dignitatis, ajunt, prior esse debuerat, nisi qui prior meruit dignitatem. 8.
Corasius *in Centur. Memorab. SCtorum Curiæ Tholosanæ. cap. 12.* H. Grotius *lib. 2. de J. B. & P. c. 5. §. 21.* Lucas de Penna *in l. 2. de præfect. prætorio* dicit hoc posse limitari, & non esse verum in loco, in quo Ecclesiæ 9.
concessum est privilegium in contrarium, *c. antiqua 23. X. de privileg. & excessib.* cùm ordini temporis præferatur ordo qualitatis. Canonistæ *in* 10.
c. laicis. 16. q. 7. confer Alber. de Ros. *in rub. D. de stat. hom.* ubi agit, quomodo sublata prioritate promotionis, Episcopi, Archiepiscopi & Primates sedere debeant. Porrò, Episcopos exemptos, hoc est, immediatè subditos Pontifici, debere in Concilio generali altiori loco sedere, quàm 11.
non exemptos, tradit Johan. Montaigne *in tract. de praeminentia & auctoritate sacri magni Concilij part. 1. rat. 2.* Ex quo videretur dicendum, inquit Chassanæus *in Catalog. Glor. Mundi part. 4. considerat. 24.* quòd Episcopus de Podio, cùm immediatè sit subjectus summo Pontifici, quòd omnes Episcopos suæ Provinciæ præcedere debeat. Sed in Conciliis generalibus Galliæ post Primatus attenditur semper prioritas promotionis, non habendo respectum ad alia, quæ facere possent ad habendum altiorem locum. *Hæc Chassanæus d. l.* Non omittendum prætereà hoc loco, 12.
Episcopum præcedere quoscunque suæ diæcesis, cùm sit culmen dignitatum, Felin. *in rub. de major. & obed.* & appelletur Princeps Ecclesiæ, *Gl. 1. in cap. Ecclesia dist. 35.* Illustris Bartolus *in l. omnes populi. de just. & jur. q. 4.* Reverendissimus, religiosissimus, sanctissimus, Nov. *123. c. 10. & 21.* Egregius, *Gloss. in l. ad egregias. D. de Jurej.* Sal terræ, quia condire debet aliorum mores sapientibus præceptis, & summus Pontifex *text. in c. si officia & in c. qui Ecclesiasticis dist. 39.* Bertachin. de Firm. *in tract. de Episcop. in princ. & part. 1. lib. 4.* & scribunt Panormitanus & Joh. Andreæ *in c. solita de majorit. & obed.* quòd Princeps sive Rex debeat Episco- 13.
po honorem præbere in assurgendo in adventu ipsius, & ei juxta se venerabilem sedem ad dextram assignare. add. Corset. *in tractat. de potestate Regia quæst. 57.* ubi inter alia notat, Episcopum, quando accusatur, non 14.
stare, sed sedere debere, quomodo & Doctores coram magistratu non stare, sed sedere debent, Kremberg *de sumpt. studio. quæst. 6. n. 5.* & notat Abbas *in cap. solita de maior. & obed.* Principem, quantumcunq; maxi- 15.
mum

mum, honorare debere Episcopum, & verò cui non notum: summum honorem antiquis temporibus à Christianis Principibus Episcopis exhi-
16. bitum fuisse, quo ipso jacta demum fundamenta immensæ adeò dignitatis Episcoporum, cum imminutione Cæsareæ potestatis, vide Theodor. Balsamon. *in Schol. ad Nomocan. Photÿ tit. 8. c. 1.* & Evagrium, *lib. 3. hist. Eccles. c. 34.* quamvis ejusmodi privilegiorum & jurium concessione nec quicquam Majestati Civili, tum circa sacra, tum autoritati circa personas Ecclesiasticas derogatum voluerit Constantinus M. Episcopalis dignitatis amplificator insignis, nec successorum ejusdem Theodosii, Honorii & Marciani alia mens, testante M. Antonio de Dominis *lib. 6. de Republ. Eccles. lib. 6. c. 6.* de Justiniano nostro idem constat ex constit. ejusdem plurimis, quæ *lib. 1. Codicis* & Novellis insertæ. Ut de Imperatoribus Germanicis Carolo Magno, Ludovico, Ottone, aliisve nihil dicam, qui autoritatem suam in Italiæ & Germaniæ Episcopos illæsam ad successores transmiserunt, vide Lehman. *lib. 2. Chron. Spir. c. 35.* & investituras Episcoporum ad Imperatores olim spectâsse, notissimum vel iis, qui
17. limine salutârunt historiam. Præclarè Waltramus Episcopus Nauburgensis *de investituris Episcop.* Longè ante decretum Hadriani Papæ, *ait,* ejusque successorum Reges, qui erant uncti, & Majores domus investituras Episcoporum fecerunt, Dogabertus, Sigebertus, Theodoricus, Hildericus, Papinus filius Beggæ Major domus, Theobertus. Ab his intronisati sunt, Rimaclus, Amandus, Audomarus, Antpertus, Eligius Lampertus, aliiq; sanctissimi Præsules. Postquam autem Romani, ingruentibus vicinis, & gravibus bellis, desciverunt à Græcis Imperatoribus, Papa Stephanus ob infestationem Longobardorum, venit Parisios, & assensu Romanorum & Francorum in Regem & Imperatorem unxit Pipinum, Legitur etiam de Episcopis Hispaniæ, Scotiæ, Angliæ, Ungariæ, quomodo ex antiqua institutione usq; ad modernam novitatem per Reges introirent. Vide Ganguinum *libro 4. in vita Caroli Magni,* & ante ipsum Willielmum Malmesburiensem *de Rebus gestis Anglorum lib. ii.* posterioribus temporibus quoad Investituram Episcoporum maxima inter Pontifices Romanos & Imperatores fuere dissidia. Tandem post longam concertationem Henricus V. Imperator à Paschali II. Pontifice decretum obtinuit, quo sibi jus investiendi Episcopos per annulum & Baculum de novo asseruerit, qua de re scriptor Anglicanus Matthæus Paris Monachus Albanensis *histor. Anglorum in Willielmo primo, Anno CIƆCXII.*

Eadem

Eadem tradit Sigebertus in *Chronico sub actis Anni cIↄCXI.* Sanè, Reges Francorum, Prælatos Ecclesiasticis dignitatibus tam Abbatiis, quàm cæteris præfecisse, eruditè demonstravit eloquentissimus Juris Consultus Annæus Robertus (de quo Antonius Faber *in Epist. dedic. præfixa Codic. Saband.* asserit, eum tam infeliciter scripsisse, ut frustra eum imitaturus videatur, quisquis idem scribendi genus posthac voluerit eligere, nisi qui se putet ipsum etiam declamatorem Senecam, aut Quintilianum posse superare) *Rerum judicatarum Curiæ Parisiensis lib. 3. cap. 1.* ita Lupus Abbas Ep. 40. Abbatiam sibi beneficio Caroli Calvi donatam & commissam testatur. Scribit Aymonius Regem Guntramum Episcopatus eis dedisse, qui digni haberentur, & Gregorius Turonensis *in vita sancti Galli* refert, Sanctum Gallum Arvernensi Ecclesiæ à Rege præfectum, Ann. Robert. *d. l. p. m. 592. 593 & seqq.*

Porrò, quod attinet cæteros Ecclesiasticos, Bald. *in l. fin. C. de oper. lib.* & Felin. *in cap. conquerente X. de offic. ord.* notant Exemptos, & habentes jura Episcopalia in diœcesi, teneri præstare reverentiam Episcopo, quinimo etiam Canonicos exemptos ad reverentiam præstandam diæcesano Episcopo teneri, asserit Chassanæus *d. p. 4. Catal. Glor. Mund. Consid. 27.* subjungens. Hinc ex his Episcopus Parisiensis justam causam habebat contra suos Canonicos. Qui tempore, quo ipse benedictionem dabat populo, nolebant assurgere, nec ei reverentiam præstare, inflectendo genua, si conquestus fuerit: eò, quia tenebantur, nec poterant de jure illud recusare: licèt prætendant habere quandam exemptionem. Et ita etiam fuit dictum per Curiam Parlamentalem Franciæ. *Hæc Chassanæus d. l.* Episcopum alioquin, si est ut Canonicus, non præcedere Capitulum, sed habere secundum locum in Capitulo asserit, Idem Chassanæus *d. p. 4. considerat. 25. in fin.* 18.

Cæterùm, quod Episcopos Germaniæ attinet, majori præ cæteris Episcopis præfulgent dignitate, Pacian. *lib. 2. de probat. cap. 28. n. 36.* 19.
Alex. Raudens. *de analog. lib. 1. cap. 39. n. 81. & seqq.* postea quam principalis dignitatis compotes facti, & jurisdictionem ac potestatem in secularibus obtinuerunt, quod præprimis nacti sub Ottone Magno. Primus eorum omnium fuit Bruno Archiepiscopus Coloniensis, frater Ottonis Magni, testante Witichindo *lib. 1. Annalium*, Auctor Chronici Belgici 20.
Magni: Ante hæc sua (Brunonis scilicet) tempora Archiepiscopi, Colonienses non judiciis gladii temporalis, sed tantummodo jurisdictione usi

 fuerunt

fuerunt baculi pastoralis, adde Lehman. in der Speyrischen Chronick *l. 4.*
21. *cap. 4.* & *in Chron. Erfurt. M. S.* hæc habentur: Da begunten zu erst die
Bischoffe weltliche Rechte zu haben/das dauchte damahls unbillig manchem
Mann. Idem habetur in Chron. Juri Weichbildico præmisso, ibi: An
denselben begunten die Bischoffe Weltliche Gerichte zu haben/ und zurichten/ und das fieng erstlich an sein Bruder Bruno zu Cölln/ und Bischoff
Gisler zu Magdeburg befahl Keyser Otto das Hertzogthumb an der Elbe
zu Schartau. Equidem Bruno Archiepiscopatum Coloniensem indeptus
est Anno 953. ut tradunt Frodoardus *in Chronico* & Continuator Reginonis. Qua dignitate non contentus post quinquennium Ducatum Lotharingiæ à fratre Augusto sibi committi passus est. Insolens hoc erat,
22. & nunquam antea in Germania auditum, cùm primi Episcopi similes Italicis Gallicisque, nec dominia ulla, nec imperium, vel merum, vel mixtum affectarent, memores istius Bernhardi *Epist. III.* Affectanti cœlestia, terrena non sapiunt; æternis inhianti fastidio sunt transitoria; & Nazarii *in Panegyrico:* Humanorum terminos non curant, qui semper divina meditantur. Exemplum Brunonis secuti postmodum sunt alii ex
23. Prælatis, neglecta religione ad dominatum & imperium se convertentes. Vide de Episcopo Wirceburg. exemplum apud Adamum Bremensem *lib. 4. cap. 5.* Æmilius Veronensis *historia Francor. lib. 9.* scribit Brunonem insolenter Archiducis appellationem sumsisse: idem tradit monachus Nussiensis *in Chronico Belgico Magno*, & annotavit Aventinus hunc Episcopum fratris Augusti auctoritate fretum, inter primos fuisse, qui Reipublicæ munia obierint, cùm hactenus Episcoporum studium fuisset, sacras literas docere. Ineptum verò est, ut rectè observat Henricus Mei-
24. bom. *in notis ad lib. 1. Witichindi*, quòd Witichindus Brunonem exemplo Samuelis excusare nititur. Longè enim alia ratio erat vocationis Samuelis, quàm Brunonis, quem & filii Dei mandatum expressum disertumque & salutaria Synodorum decreta, Imperatorumq; sanctiones salutares, pia dèniq; superioris seculi Episcoporum exempla ab omni gubernatione politica avocabant. *Hæc Meibom. d. l.* Sanè, Bruno insignis eruditionis vir fuit, de cujus eruditione Roswitha Poëtria & Leuoldus Northofius *in Catalogo Archiepiscoporum Coloniens. manuscripto* adductus Meibomio *d. l.* Vicesimus quintus Bruno, *ait*, sub Ottone primo ejus fratre, sedit annos 12. qui dilectus Deo & hominibus, fortis in bello, magnus in Pontificibus, quasi Sol effulgens in Ecclesia Coloniensi, in conspectu

Regum

Regum & Principum magnificatus. Nam Imperatore fratre suo, in Italia pro disponenda Republica moram faciente, Galliæ & Germaniæ tutelam & procurationem suscipiens, eandem prudenter ac strenuè administrabat, hostes reprimens, discordes pacificans, paci potissimum subditorum invigilans & saluti. Unde Ducem Lotharingiæ, quæ à Rehno usque ad Mosam extenditur, rebellantem cœpit. Porro, licèt Ludovicus Pius, filius Caroli Magni & successor, Episcopos inter Regni Principes cooptârit, ut testatur Helmoldus *lib. 1. cap. 4.* tamen politicam jurisdictionem eis nullam concessit, ut rectè animadversum à Reinero Reineccio *in Commentat. posthum. de Saxonum Originibus, p. m. 14.* primus enim omnium Otho Magnus hâc Brunonem fratrem (non filium Ottonis Magni, uti Adamus Bremensis fortè lapsu memoriæ eum vocavit) Archiepiscop. Coloniensem honoravit. Aventin. *annal. Bojor. lib. 5.* Saxonia quidem à Carolo Magno inter Episcopos distributa, Helmoldus *lib. 1. cap. 3.* sed Ecclesiasticis duntaxat legibus, & ut eorum tributorum, quæ ante Francorum Regibus dependebantur, decimis fruerentur, ut observat idem Reineccius *d. l.* quibus Episcopis Advocati adjuncti, quorum quod munus, quæ dignitas exstiterit, & quomodo Paschalis II. Papæ artibus cessârint; docet Lazius *lib. 7. de migrat. gent.* Aventin. *præfat. lib. 6. annal. Bojor.* 25. 26.

Quod igitur Episcopos Germaniæ attinet, ut ad priora redeamus, constat, eos in Comitiis Imperii sessionem & votum habere, & licèt iidem confirmati aut infulati, ut loquuntur, à Pontifice non sint, attamen nihilominus ad Comitia vocati sessionem habent, quia non solùm ut Episcopi, sed ut Status Imperii & laici Principes ratione eorum Regalium, quæ ab Imperio recognoscunt, considerantur. Vide Sixtinum *de Regalib. lib. 1. cap. 4. n. 125.* Colleg. Juridic. Lipsiens. inter consilia Modestini Pistor. *cons. 49. n. 3. lib. 2.* Goëden *cons. 30. n. 16.* Peregrin. *de iur. fisc. lib. 1. tit. 2. n. 104. & 105.* & verò eundem hominem diversis respectibus, diverso jure, & diversis qualitatibus censeri & sic duplicem personam repræsentare posse, constat ex *c. cum Capella de privileg. c. Ex literis de probat. l. si consul. & l. seq. D. de adopt. l. fin. D. de institutor. act. l. apud filiumfamilias. D. de manumiss. vindict.* Jal. *in l. sed si hac. §. si liberta n. 5. D. de in jus voc.* Gail. *1. observ. 30. n. 2.* & Arnoldum quendam Brixianum anno 1139. ideò, quòd Episcopis Regalia congruere negaret, hæreseos incusatum, & ob eam causam in Lateranensi Concilio mille Antistibus præ- 27. 28. 29.

 senti-

ſentibus condemnatum fuiſſe, teſtatur Sigon. *lib. 11. de Regn. Ital.* Sixtin. *d. l.* planè ſpectanda hoc caſu ſolummodo qualitas reſpectu cujus actus geritur, *l. ſi pater. §. ſi duos D. de adopt.* Gylman. *deciſ. Cam. lib. 1. 11. n. 2.* aſt verò in Comitiis ſeſſionem occupant Epiſcopi, non ut Epiſcopi, ſed
30. quatenus Principes & Status Imperii ſunt. Nec deſunt exempla, vide Baxtorf. *ad Aur. Bull. concl. 18. lit. b.* ita Weichboldus electus Colonienſ. tempore Alberti electioni interfuit Cruſ. *p. 3 Annal. Suevic. lib. 3.* & Anno 1555. Daniel electus Mogunt. Anno 67. Jacobus electus Trevirenſis
31. Ann. 70. 71. & 76. Valentinus electus Colonienſis Receſſus Imperii ſubſcripſerunt, unde veroſimile eoſdem ſeſſionem inter Status Imperii in Comitiis habuiſſe, ut alia brevitatis causâ prætereamus.

CAPUT XII.

De præeminentia & ſeſſione Epiſcopi Bambergenſis, necnon Archiepiſcopi Bremenſis prærogativa.

SUMMARIA.

1. *Archiepiſcopus Salisburgenſis & Domus Auſtriaca in Senatu Imperij Principum in ſedendo & votando inter ſeſe alternant usque ad plenariam cauſæ deciſionem.*

2. *Poſt Archiepiſcopum Salisburgenſem in Imperio Bambergenſis Epiſcopus ſequentem locum obtinet.*

3. *Idem Epiſcopus nullum agnoſcit Metropolitanum, ſed veluti Archiepiſcopus in ſua ditione eſt, nec ad redemptionem pallij tenetur.*

4. *Comitatus Bambergenſis ab Henrico II. Claudo dicto, Cunigundeq́; ejus conjuge in Epiſcopatum eximiis privilegiis ornatum, converſus fuit.*

5. *Idem Henricus Imp. quatuor Principes Officiales Epiſcopatui prædicto adſcripſit, quod inſigne hujus Diœceſeos ornamentum vulgo ſericeum Divæ Cunigundis filum nominatur.*

6. *Notatur error Bruſchij Spangenbergij, aliorumq́; qui ſcribunt, Henricum II. Imp. conſtituiſſe, ut ſeculares quatuor Electores feudum Electoratus Imperij ab Epiſcopo Bambergenſi accipiant.*

7. *Verba ipſius Bruſchij hac de re adducuntur.*

8. *Epiſcopus Bambergenſis in Circulo Franconico jus convocandi Status, ſibi tanquam primum locum inter ſtatus Circuli tenenti competere affirmatur.*

9. *Eidem inter Eccleſiaſticos Herbipolenſis Epiſcopus, inter ſeculares Marchio*

Bran

Brandenburgensis contradixit, & quomodo hæc controversia Anno 1559. 11. Aug. in Comitiis Augustanis composita?
10. Archiepiscopus Bremensis in subscriptione Recessuum Imperii Bambergensi ut plurimum præpositus fuit.
11 Quamnam sessionem ratione Archiepiscopatus Bremensis & Verdensis in Comitiis Imperii Rex Sueciæ obtineat, ex Instrumento Pacis Cæsareo-Suecico proponitur.

POsteaquam de Episcoporum sessione in genere dictum, consequens est, ut in specie de Episcoporum Germaniæ præeminentia & sessione quædam afferamus. Et verò Archiepiscopum Salisburgensem de sessione disceptasse cum Magdeburgensi Primate *suprà c.10.* diximus. Eidem Archiepiscopo Salisburgensi, Carolo V. imperante, quæstionem præcedentiæ movisse Domum Austriacam, itidem diximus, ordinatum verò tum fuit, ut in Senatu Imperii Principum, in sedendo & votando inter sese alternarent, usque ad plenariam causæ decisionem, videantur Nicol. Mameranus *in tract. de investitura regalium Electoralis dignitatis,* &c. Auctor des außführlichen Berichts/ wie es auf den Reichstagen pflegt gehalten zu werden/ *cap. 7.* Lehmannus *lib. 7. Chron. Spirens. c. 12. n. 6. in fin.* 1.

Post Archiepiscopum Salisburgensem verò in imperio Bambergensem Episcopum, sequentem locum obtinere, tradit Nolden *de stat. Nobil. c. 9. n. 253.* Sanè, magnam præ cæteris Episcopis Bambergensis Episcopi præeminentiam & dignitatem esse, vel ex eo non obscurè colligere licebit, quòd nullum agnoscat Metropolitanum, sed veluti Archiepiscopus in sua ditione sit, Wolff. *Cent. 16. Lect. memorab. sub an. 1550. p. 565.* nec ad redemptionem pallii teneatur. Sleidan. *lib. 13. Comm. pag. 349.* Equidem mortuo anno Christi 1006. Reinuldo ultimo Bambergensi Comite, sub Imperium venit Comitatus Bambergensis, qui aliquantò pòst ab Henrico II. Claudo dicto, & in Sanctorum numerum relato, Cunigundeq; ejus conjuge in Episcopatum eximiis privilegiis ornatum & dotatum conversus est, huic Episcopatui, pro summo, quo locum istum prosequebatur, affectu, etiam hoc tribuit idem Henricus, ut quatuor Principes Officiales Episcopatui prædicto adscriberet. Hoc insigne & augustum hujus Diæceseos ornamentum vulgò Sericeum Divæ Cunigundis filum nominari, testatur Bruschius *in Catal. Episcop. German. p. 236.* Irenic. *lib. 11.* Exeg. *Ger. lit. B. in Voc. Bamburgum pag. 376.* confer Marq.

2.
3.
4.
5.

Freher. *in not. ad. Petr. de Andlo lib. 2. de Imper. Romano. cap. 15. ad verb. Camerarius p. 200. & seq.* & Andr. Knichen *de Saxon. non provoc. jur. verb. Electorum. cap. 1. n. 101. & seqq. & verb. Ducum. cap. 6. n. 5.* ubi tradunt, quatuor istos Principes recognoscere ea officia cum annexis commodis suis usq; in hunc diem in feudum ab Episcopo Bambergensi illaq; per Vicarios suos ex Equestri ordine, quibus deinceps in subfeudum eadem concedunt, gerere & deservire, erroneum verò est secundùm præadductos Marquard. Freherum & Andream Knichen, quod quidam etiam Viri eruditi scribunt, Henricum II. Imperat. constituisse, ut seculares quatuor
6. Electores feudum Electoratus Imperii ab Episcopo Bambergensi accipiant, prout tradunt Bruschius *de Episc. Germ. Catal. Episc. Bamberg. pag. 236. b.* Spangenberg. *in Chron. Saxon. c. 161.* aliiq; adducti Hoepingio *in tract. de Jure Insignium cap. 6. part. 7. §. 4. n. 1080.* etenim notissimum est, immediatè ab Aula Imperiali Electores sua in feudum recognoscere officia. Verumenimverò verba Bruschii *d. l.* subjicere operæ pretium esse ducimus. Quatuor, *inquit*, seculares sacri Romani Imperii Electores, Saxo videlicet, Palatinus, Marchio Brandenburgensis, & Rex Bohemus, vasalli sunt Antistitis Babenbergensis, & singuli certarum civitatum ab
7. hoc ipso Episcopo investiuntur: Rex enim Bohemiæ Electoratus dignitatem, & simul veterem civitatem Pragensem: Elector Palatinus Electoratum cum oppido Ambergensi, Elector Saxonicus unà cum Electoratu civitates etiam Wittebergam & Mylburgum (accepitq; hanc investituram à Wigando Episcopo Babenbergensi Joan. Fridericus Elector, postea in Schmalcaldico bello captus:) Elector Brandenburgensis, Septemviratus dignitatem unà cum civitate Berlinensi ab hoc veluti primario directo Domino petere tenentur. Et hanc præeminentiam & singularium privilegiorum amplitudinem ac Majestatem, ab Imperatore Henrico II. & à S. Chunigunde, ejusdem conthorali, primariis Ecclesiæ Babenberg. fundatoribus ac patronis concessam, vocant Sericatum, seu sericinum filium divæ Chunigundis Imperatricis, quo ipsa videlicet Ecclesiam sibi charissimam munire & circumdare voluerit. *Hactenus verba Bruschy d. l.* Conf. Arumæum *discursu 6. ad A. B. thesi 41.* Equidem Electores seculares sunt officiarii Imperatoris, & sunt quoq; officiarii Episcopi Bambergensis. Illo respectu officia Mareschallatus, dapiferatus *&c.* accepta ferunt Imperatori hoc respectu, similia officia in feudum tenent ab Episcopo Bambergensi, inter hæc autem magnam esse differentiam pluribus probatum dedit Limnæus *in observ. ad A.B. c. 27. obs. 7.* quò lectorem remitto.

Porrò

Porrò, non prætereundum hoc loco, quòd Episcopus Bambergensis in Circulo Franconico jus convocandi Status, sibi tanquam primum locum inter Status Circuli tenenti, competere affirmaverit, cui inter Ecclesiasticos Herbipolensis Episcopus, inter seculares autem Marchio Brandenburgensis contradixit. 8. Anno 1544. in conventu Circuli Winsheimii hæc disputatio majori conatu, quàm antea erupit. 9. Episcopus Bambergensis usu invaluisse contendit, ut si Ecclesiastici & seculares simul convocandi sint, suarum esse partium, utrosq; convocare, nec ullas hic Marchioni partes dare, ubi autem seculares tantùm convenire debeant, soli tunc Marchioni eos convocandi jus esse, econtra Marchio Brandeburgensis propugnavit sibi utroque casu jus competere evocandi ad conventus seculares status, hinc ab utraq; parte protestationes & reprotestationes, uti loquuntur, interpositæ. Tandem in Comitiis Augustanis Anno 1559. 11. Aug. lis ita composita fuit, ut futuris temporibus perpetuò uterque, Episcopus scilicet & Marchio Brandeburgensis indivisum & conjunctâ operâ hoc convocandi munus exercerent. Vide Limnæum *tom. 4. jur. publ. in Add. ad lib. 9. c. 1.* Formulam compositionis exhibet idem *ad lib. 1. c. 7. n. 32.*

Porrò, inspicienti subscriptionem Recessuum Imperii, facilè apparet plerunque in prioribus Recess. Imperii post Archiepiscopum Salisburgensem, & Archiepiscopum Bremensem, Bambergensem Episcopum nominatum fuisse, sanè, utplurimum Bremensis Archiepiscopus Bambergensi præpositus fuit, prout patet ex subscriptione Recessuum Imperii, 10. vid. subscriptionem Recess. Imp. Wormatiensis de Anno 1521. necnon Ordnung deß Regiments zu Wormbs eodem Anno 1521. & seq. Negatam verò olim Archiepiscopis Magdeburgens. & Bremensibus sessionem & votum in Imperii Senatu *suprà cap. 8.* diximus. Hodie, cùm Archiepiscopatus Bremensis & Verdensis spectent ad inclytum Suecorum Regnum, & potentissimum ejusdem Regni Regem, qui immediatum Statum imperii repræsentat, & nomine harum ditionum sessionem & votum in Comitiis Imperii obtinet, de loco & sessione ejusdem expresse sequentia habentur in Instrumento Pacis Cæsareo Suecico de Anno 648. *Art. 10.* 11. §. zum vierdten/ ibi: So cooptiret der Kayser mit bewilligung des gantzen Reichs wegen allen und jeden obgenandten Länder und Lehen/ die Durchleuchtige Königin/ und des Königreichs Schweden zu einem unmittelbahrem Stand des Reichs/ also daß sie die Königin/ und auch die Könige von

Schweden

Schweden/ unter dem Titul eines Hertzogen/ von Bremen/ Vehrden/ und Pommern/ Fürsten von Rugen/ und Herrn von Wißmar/ auff die Reichstage unter andern Ständen solle und sollen verschrieben werden/ mit ihnen assignirter Session auff den Reichstagen im Fürsten Collegio auff der Weltlichen Banck/ an der fünfften Stell: da sie denn/ ihr votum wegen Bremen eben an der Stell und in der Ordnung. Das Vehrdische und Pommerische aber/ in der Ordnung/ wie es vor alters bey den alten Inhabern competiret ablegen: Aber in dem Obersächsischen Craiß nechst vor den Hertzogen von Hinder Pommern: In den Westphälisch und Nieder-Sächsischen Craisen aber/ an dem Ort auff Weiß/ wie es gebräuchlich/ also daß zwischen Magdeburg und Bremen das directorium alterniret werde: doch mit vorbehalt Rechtens des Condirectorii, der HErrn Hertzogen von Braunschweig und Luneburg/ aber auff die Reichs deputations-Tage/ sollen so wol Königlich. Majest. als auch Chur Brandenburg/ ihre Leute pro more solito senden: Und weil beyderley vor und hinder Pommern/ auff denselben nur ein eintziges votum haben/ so soll solches/ von Königlich. Majest. allzeit/ doch mit gepflogenem Raht Chur Brandenburgs angeleget werden.

Caput XIII.

De controversia Sessionis inter Episcopos Herbipolensem & Wormatiensem.

SUMMARIA.

1. Post Bambergensem Episcopum propter habitam Archiepiscopalem dignitatem olim primarium inter Moguntini Archiflaminis suffraganeos locum obtinuit Wormaticensis.

2. Adducitur opinio Noldenii statuentis, hodie post Bambergensem proximum obtinere locum Herbipolensem sive Wurtzburgensem Episcopum.

3. Quomodo controversia sessionis inter Episcopos Herbipolensem & Wormatiensem composita?

4. Eandem controversiam sessionis de novo agitatam inter utrosque fuisse in Comitiis de Anno 1640. ex Actis Comitiorum docetur.

5. Sub regno Francorum Wormatiensis Archiepiscopatus totius Germaniæ maximus & amplissimus fuit.

6. Herbipolensis Episcopatus, quando insti-

institutus & approbatus fuerit.
7. *Herbipolenses Episcopos ad hæc usque tempora Duces Francorum audivisse, & ab omnibus Statibus Imperij ita habitos ex Recessibus Imperij probatur.*
8. *Episcopi Herbipolenses stantes ad aram sub infula & aliis Pontificalibus sacra facientes, nudum ac evaginatum ensem, ad eandem aram prope se collocatum habuerunt argumentum Ducatus Franciæ Orientalis.*
9. *Quis primus omnium inter Herbipolenses Episcopos publicis in locis Francorum Ducem se scripserit?*
10. *Quinam ex Statibus Imperij ratione hujus tituli se Herbipolensi opposuerint?*
11. *In subscriptionibus Recessuum Imperij Herbipolensem sive Wurtzburgensem Wormatiensi propositum fuisse, ex infinitis locis Recessuum Imperij evincitur.*

INter Episcopos Germaniæ maximam authoritatem & præeminentiam etiam antiquis temporibus obtinuisse Episcopos Herbipolensem & Wormatiensem, nemini obscurum esse poterit, licèt verò olim post Bambergensem Episcopum propter habitam Ar- 1.
chiepiscopalem dignitatem, primarium inter Moguntini Archiflaminis suffraganeos locum obtinuerit Wormatiensis, teste Wolffio *Cent. 16. Lect. memorabil. sub Anno 1550. p. m. 565.* hodie tamen post Bambergensem proximum obtinere locum Herbipolensem sive Wurtzburgensem 2.
Episcopum asseruit Nolden *de Stat. Nobil. c. 9. n. 236.* Equidem jam olim controversiam ratione sessionis inter Episcopos Herbipolensem & Wormatiensem fuisse constat, quæ demum ita composita, ut in Senatu Principum Episcopus Herbipolensis & Episcopus Wormatiensis, excepto pri- 3.
mo & ultimo die, in quo Herbipolensis Wormatiensi præsidere solet, per vices alter alteri præsidere debeant, Nic. Mameranus *in tr. de investitura Regalium.* Goldast. *in Seniore lib. 1. c. 31.* Cæterùm, iterum de no- 4.
vo eadem controversia sessionis agitata inter utrosque in Comitiis Imperii de anno 1640. constat enim ex actis Comitiorum de an. 1640. & 41. quòd Episcopus Wormatiensis ratione sessionis contradixerit Episcopo Herbipolensi. Sanè non desunt rationes speciosæ, quæ ab utraq; parte adduci possint. Quod enim Wormaciensem attinet, constat ejus non exiguam semper in Imperio Germanico autoritatem fuisse. Sub regno 5.
Francorum Wormatiensis Archiepiscopatus totius Germaniæ maximus & amplissimus fuit; cui XVI. Episcopatus subordinati erant: donec circa annum DCCXIX. is ad Moguntinos translatus fuit. Vide Cratepol. *in*

Catalog. Epiſcop. pag. 303. & Marquardum Freherum *origin. Palatinat. cap. 5. p. m 41. & 42.* Econtra Epiſcopi Herbipolenſis itidem antiquis temporibus & hodienum præeminentia & dignitas in Imperio inſignis
6. fuit. Poſtquam enim Epiſcopatus Herbipolenſis An. Chriſti 750. à Bonifacio Anglo primo Archiepiſcopo ſedis Moguntinæ, præcipuo Germanorum Apoſtolo, auxiliis Pipini & Caroli Magni Galliæ Regum, conſentiente & approbante Zacharia Pontifice Romano inſtitutus fuiſſet, nec eſſent iſto ævo Germaniæ Epiſcopi Principum dignitate præditi, ſed tantùm docendi munere in eccleſia fungerentur, ut ſuprà diximus, vide Kirchner. *lib. 1. de offic. Cancell. cap. 14. n. 48. & ſeqq. & cap. 3. n. 45.* ſacratiſſimi Imperatores, ut re ipſa ſe Nutritores Eccleſiæ eſſe oſtenderent, ſtatim huic Epiſcopatui Orientalis Franciæ Ducatum incorporârunt.
7. Quapropter ad hæc usq; tempora Herbipolenſes Epiſcopi Duces Francorum audiverunt, & ab omnibus Principibus & Statibus Imperii ita habiti, & hactenus appellati fuere, vide ſubſcriptionem ſtatuum Imperii ſubjectam Receſſui Imperii Spirenſis de Anno 1570. ibi: Biſchoffen zu Wurtzburg/ und Hertzogen zu Francken/ necnon ſubſcriptionem Receſſus Imperii Spirenſis de Anno 1592. ibi: Conrad Biſchoff zu Wurtzburg/ Hertzog in Francken/ confer ſubſcriptionem Receſſ. Imperii zu Augsburg de an-
8. no 1530. proinde Epiſcopi Herbipolenſes ſtantes ad aram ſub inſula & aliis Pontificalibus ſacra facientes nudum ac evaginatum enſem, ad eandem aram prope ſe collocatum habuerunt argumentum ſcilicet vel indicium Ducatus Franciæ Orientalis, & pleni juris vitæ ac necis Cruſius *part. 1. lib. 11. Ann. Suevic. cap. 5. pag. 301.* Spangenb. *lib. 1.* Henneberg. Chronick *cap. 6.* unde vetus verſiculus, quem adducit Hœping. *de Jur. Inſign. part. 1. cap. 6. §. 3. n. 58.*

Herbipolis ſola judicat enſe, ſtola.

Primus verò inter Herbipolenſes Epiſcopos, qui ſe publicis in locis Francorum Ducem ſcriberet, & eum titulum monetis etiam incudi curaret, fuit Godefridus Liber Baro à Limburg / Epiſcopus Herbipolen-
9. ſis, qui non arrogantiæ ſtudio, ut Hœping. *d. l. n. 60.* ait, hoc faciebat, ſed quòd Albertus Brandeburgenſis Marchio, ac Burggravius Norimbergenſis, Germanicus Achilles nominatus, titulum iſtum uſurpare auſus
10. fuiſſet, quòd aliquot oppida in Orientali Franconia teneret. Non autem hic Marchio Brandeburgenſis ſolùm ſe Epiſcopo, tituli Ducatus Franconiæ nomine oppoſuit, ſed & Elector Moguntinus, Saxo, Brandeburgicus,

gicus, & Bambergensis Episcopus. Protestationem contra Wurtzeburgicum de dato 4. April. Anno Christi 1521. in Comitiis Wormaciensibus insinuari curârunt, exstare hujus protestationis copiam apud Nobiles à Feilitsch inter quos Philipp. à Feilitsch Eques iisdem in Comitiis præstò fuerit, ex relatione Ludovici à Feilitzsch Cameræ Imperialis Assessore, tradit Hœping. *de jur. insign. d. l.*

11. Quòd si jam subscriptionem Recessuum Imperii & ordinem statuum Imperii in iisdem observatum ponderemus, patet ex subscriptionibus Recessuum Wurtzburgensem utplurimum Wormatiensi præpositum fuisse, quod ad asserendam Wurtzburgensis præeminentiam præ Wormatiensi non parum facere videtur, & verò Wurtzburgensis Wormatiensi præpositus in subscriptione Recessus Imperii zu Augsburg de an. 1500. in subscriptione der Ordnung des Regiments zu Wormbs de anno 1521. & in subscriptione Recess. Imperii zu Wormbs eodem anno, adde subscriptionem Recessus Imperii Spirensis de Anno 1526. & de Anno 1529. Porrò, Wurtzburgensis Wormatiensi præpositus legitur in subscriptione Recessus Imperii zu Augsburg de Anno 1530. & anno 1532. necnon in subscriptione Recessus Imperii Ratisbonensis de anno 1541. & subscriptione Recessus Imperii Norimbergensis de anno 1542. & Recess. Imper. zu Augsburg de anno 1555. necnon Recess. Imperii Ratisbon. de Anno 1557. confer subscriptionem Recessus Imperii zu Augsburg de an. 1559. & Recessus Imperii zu Speyer de anno 1570. ut de aliis Recessuum Imperii subscriptionibus nunc nihil dicamus, observandum verò, quòd Wurtzburgenses Episcopi Wormatiensibus præpositi fuerint, non modò cùm ipsemet interfuerunt Comitiis Imperii, sed etiam, si quando Legatos eò miserunt, prout ex adductis Recessibus Imperii patet, alioquin ex Recess. Imp. constat Episcopos & Status Imperii ordine posteriores, si ipsimet interfuerint Comitiis Imperii, præferri & præponi in subscriptione Legatis Principum ordine priorum, qui si ipsi adessent, illis præponerentur, proinde nihil præjudicii Wurtzburgensi affert subscriptio der Cammergerichts Ordnung zu Cölln de anno 1512. ubi Wormatiensis Wurtzburgensi præpositus, etenim constat ex subscriptione d. Recess. ipsum Reinhardum Episcopum Wormatiensem prædictis Comitiis interfuisse, ibi: Reinhard Bischoff zu Wormbs/ rc. alle Persöhnlich/ rc. Wurtzburgensem verò ad Comitia prædicta legatum suum tantùm misisse, ibi: Der Geistlichen Fürsten Botschafften/ des Bischoffs zu Würtzburg/ Peter Auffsäß und Sigemund von Thüngen/ rc.

CAPUT XIV.

De præeminentia & sessione Episcoporum Spirensis, Argentoratensis, Paderbornensis, Osnabrugensis, reliquorumque Germaniæ Episcoporum, necnon sessione Archiepiscoporum, Episcoporum & Prælatorum Augustanæ confessionis.

SUMMARIA.

1. *Quænam dignitas & præeminentia Episcopi Spirensis antiquis temporibus fuerit.*
2. *Post Spirensem Episcopum proximum obtinere locum Argentinensem ostenditur.*
3. *De Episcopatibus Metensi & Cameracensi disquiritur.*
4. *Inter Westphaliæ Antistites Paderbornensem Principem obtinere locum probatur.*
5. *Ex Instrumento Pacis Cæsareo Suecico evincitur ratione Episcopatus Verdensis Regem Sueciæ, Halberstadensis verò Electorem Brandenburgicum in Comitiis Imperij sessionem obtinere.*
6. *Adducuntur de ordine & sessione Episcoporum Germaniæ in Conventibus Imperij verba Casp. Bruschij.*
7. *Monasteriensis Episcopatus à quo fundatus.*
8. *Episcopatus Osnabrugensis conditus à Carolo Magno.*
9. *Quot numero à Carolo Magno Episcopatus instituti?*
10. *An jure, status Catholici ratione Sessionis quæstionem moverint Episcopis Osnabrugensi, Verdensi, Halberstadensi, Lubecensi aliisve?*
11 *Quid circa sessionem Archiepiscoporum, Episcoporum, & Prælatorum Augustanæ Confessionis obtineat ex Instrumento Pacis Cæsareo Suecico ostenditur.*

POst Episcopos Herbipolensem & Wormatiensem proximam in Imperio dignitatem & locum obtinere Spirensem Episcopum ex veterum monumentis, & actis publicis constat, nec verò heic à prima usq; origine Episcoporum Spirensium præeminentiam præ
1. reliquis ejus tractus Episcopis deducam, peculiarem enim hoc ipsum requireret tractationem, præterea cùm luculenter hac de re egerit Christophorus Lehmannus *in Chronico Spirensi* actum agerem, si post Homerum scriberem Iliada. Ex Recessibus Imperii eorumq; subscriptionibus patet, post Wormatiensem Episcopum utplurimum proximum locū obtinuisse

Sp

Spirensem Episcopum, reliquisve præpositum fuisse. Vide subscriptionem der Ordnung des Regiments zu Wormbs de anno 1521. & Recess. Imperii Wormatiensis de eodem anno, necnon subscriptionem Recess. Spirensis de anno 1526. & Recess. Imperii Spirensis de anno 1529. & anno 1530. ut sequentium Recessuum Imperii subscriptiones nunc non adducam. Post Spirensem Episcopum locum occupat Episcopus Argentoratensis, qui in subscriptione Recessuum Imperii post Spirensem utplurimum collocatus, cujus jam ab antiquis temporibus eximia inter Episcopos Germaniæ auctoritas, vide Guillimannum *in lib. de Episcopis Argentin.* quinimo hic ipse Episcopatus inter cæteros tractus Rhenani nobilissimus olim dictus fuit, prout ex Bruschio refert Lehmannus *lib. 1. Chron. Spirens. cap. 28.* Argentinensem Episcopum sequuntur Episcopi Eichstadiensis, Augustanus, Constantiensis, & Hildesheimensis, de cujus contentione, ratione Sessionis & loci honoratioris cum Abbate Fuldensi, *sequenti capite, per tot.* acturus sum. De Episcopatibus Metensi & Cameracensi ut aliquid dicamus, opus non est, cùm ille sub Gallo sit, cui etiam Metis ipsa, olim libera Imperii Civitas, subjecta, Iren. *lib. 12. Exeg. Germ. lit. M. voc. Metis p. 404.* Philipp. Cluver. *lib. 3. introduct. in Geograph. cap. 9.* Hunc Episcopatum Cameracensem verò quod attinet, spectat is ipse ad Regem Hispaniarum, quamvis enim Cameracum perseveraverit Imp. Romanis parere, veluti limes fidelissimus usq; ad tempora Caroli V. attamen is ipse eam urbem in suam potestatem recepit, ne in Galli perveniret manus. Thom. Hubert. Leod. *lib. 2. de vita Friderici II. Palatin. p. 23.* & hodienum eadem urbs, cùm adjacente fortalitio munitissimo & visu dignissimo, prout ipsemet ante paucos annos, cum ibidem essem, observavi, à non exigua militum Hispanicorum manu tenebatur & defendebatur. 2. 3.

Porrò, inter Westphaliæ Antistites Paderbornensem longè principem obtinere locum, nemo est, qui ignoret, nisi qui in Conciliorum Ecclesiasticorum, Conventuumque Imperialium serie, & omnis vetustatis memoria rudis sit atque peregrinus, Joan. Angel. Werdenhag. *part. 4. Rerump. Hansatic. cap. 7. pag. 900. & seq.* Gobelinus Person. *Cosmodrom. ætat. 6. c. 38.* de Paderbornensi tractu inter alia hæc memorat: Hic locus est, *ait*, in quo saxo de silice Marpesiæ cautis ab extremo eò deducto, ferro percusso, fidei Christianæ scintilla prosiliit, quæ radiantibus sub armis verbi flatu excitata, in tantum exarsit incendium, quod non solùm 4.

omnes Saxonum, verùm etiam plures Vandalorum, seu Sclavorum, alia-
rumq; gentium longè sepositarum regiones ipsius non consumens, sed il-
luminans flamma pervasit, *&c.* Eadem hæc verba reperies apud Petr.
Albin. *in nova Saxon. histor. tit. de bell. Saxon. pag. 241.* Post Paderbor-
5. nensem Episcopatum Reinckingk. *de R. S. & E. lib. 1. Class. 4. cap. 21.* re-
censet Episcopatum Verdensem, cujus nomine hodie sessionem in Co-
mitiis Imperii occupat Rex Sueciæ, Instrum. Pac. Osnabrug. Cæsareo
Suecicum *art. 10. §.* zum vierdten/ & Halberstadensem, cujus nomine se-
renissimus Elector Brandeburgensis in Imperii Comitiis sessionem obti-
net, *d. Instrum. Pac. Cæsar. Suecic. art. 11. §.* Herrn Friederich Wilhelmen,
ibi: und derowegen seine Session und Stimm auff[illegible]en Reichstagen/ und
NiederSäxischen Creiß Banck haben. Cæterùm, de ordine & sessione
6. prædictorum Episcoporum placet subjicere verba Caspari Bruschii, quæ
adduxit Joannes Wolfius *Lectionum Memorabilium & reconditarum Cen-
tenario. 16. p. m. 565.* Hi (Episcopi Germaniæ scilicet, de quibus paulò
antè locutus fuit) certam etiam ac dimensam sessionem habent in Impe-
rii & provinciæ conventibus, non quidem eam, quam commemoravi,
aut in hoc præsentis etiam operis contextu æmulatus sum, sed istam, quæ
sequitur, etsi etiam de hac non planè inter omnes conveniat. Worma-
tiensis Præsul, propter habitam olim Archiepiscopalem dignitatem, pri-
marium inter Moguntini Archiflaminis suffraganeos locum obtinet: pro-
ximum Herbipolensis, quòd is Dux Franciæ Orientalis cœteros opibus
plurimum antecedat: Tertium Aychstetensis, ut metropolitanus Can-
cellarius: quartum Spirensis: quintum Argentinensis: sextum Verden-
sis: septimum Curiensis: octavum Hildesianus: nonum Baderbornensis:
decimum Constantiensis: undecimum Halberstatinus: ultimum Augu-
stanus: etsi quidam Verdensem ultimum faciant, & Augustano proxi-
mum ab Argentinensi locum concedant. *Hactenus Bruschius.*

Porrò, maxima antiquis temporibus in Imperio Germanico aucto-
ritas fuit Episcoporum Monasteriensis & Osnabrugensis, & quidem Mo-
7. nasteriensis Episcopatus in Westphalia, qui Memigrodi loco celebri &
populosissimo à Carolo Magno institutus, tandem ex nominatissimo
Monialium Cœnobio & civitas & Episcopatus Monasteriensis dici cœpit,
Crantz. *lib. 1. Metrop. cap. 5. fol. 5.* Erpold. Lindenbrug *in Chron. Caroli
Magni pag. 173. & seqq.* Werdenhag. *part. 4. Rerump. Hansat. cap. 7. pag.
8. 978. & sequ.* Osnabrugensem Episcopatum itidem à Carolo M. funda-

tum

tum fuisse, constat ex diplomate conditi Episcopatus Osnabrug. apud Cranzium Metropol. *lib. 1. cap. 2.* in quo diplomate Carolus M. dominator Saxonum appellatur alioquin, ut id obiter addam, quot numero à Carolo Magno Episcopatus instituti sint, inter annalium auctores non convenit, plurimi tamen, inq; his Helmoldus *lib. 1. cap. 3.* octo nominârunt. Hic Episcopatus Osnabrugensis verò, licèt restitutus fuerit Dn. Francisco Wilhelmo, vigore Instrumenti Pacis Cæsareo Suecici *art. 13.* §. Solch Bisthum Oßnabrug/ attamen expressè cautum in §. nach gemeldten/ quòd post mortem vel resignationem prædicti Dn. Episcopi succedere eidem debeat Serenissimus Princeps Dn. Ernestus Augustus Dux Brunsuicens. & Luneburg. quod etiam anno præterlapso 1662. mortuo Dn. Francisco Wilhelmo factum. Porrò, Episcopis Osnabrugensi, Verdensi, Halberstadensi, Mindensi & Lubecensi ratione sessionis status Catholici quæstionem status moverunt, id unum fuisse ex gravaminibus Correspondentium asserit Nolden *de Stat. Nobil. civil. cap. 9. n. 239.* Nec est, quod verba des Geistlichen vorbehalts/ quempiam remorentur, wo ein Ertzbischoff oder ein ander Prælat, von unser alten Religion abtreten wurde/ daß derselbe sein Ertzbisthumb oder Prælatur alsbald ohn einige wiederung/ jedoch seinen Ehren unnachtheilig verlassen solle. Vide R. A. de anno 1555. §. und nachdem bey Vergleichung/ quæ teste Gylmanno in Symphor. *tom. 1. p. 1. tit. 3. suppl. 192. & 194.* pro decisione adhibita fuere in causâ Teutschen Meister contra Churbr. Etenim cum clausula ista invitis & contradicentibus Principibus inspersa sit, ut ex ipso contextu patet, ibi: Welches sich aber bey der Religion Stände nicht vergleichen können/ nulla exinde hoc casu transactio sine consensu statuum, aut pragmatica sanctione fingi potest, Nolden *d. l.* post Henr. Cran. *de Pac. Relig. quæst. 10.* 9. 10.

Cæterùm, quod sessionem Archiepiscoporum, Episcoporum, & Prælatorum Augustanæ Confessionis attinet, ea de re ita cautum in Instrumento Pacis Cæsareo Suecico de Anno 648. *art. 6.* ibi: Den zu Ertzbischoff oder Prælaten erwehlten oder postulirten Augspurgisch. Confession, sollen von Kayserl Majest. nachdem sie innerhalb Jahrs ihrer Election und Postulation erweißliche anzeig gethan/ und die gewohnliche Lehnsaide geleistet/ die investitur ohn einige Wiederrede ertheilet/ sie aber über den gewohnlichen Tax noch die helffte desselben für die Belehnung erlegen; Imgleichen dieselbe/ oder sede vacante die Capitula, und welchen mit dieser 11.

gesam-

gesampter Hand die Administration gebühret/ zu allen/ so wol algemeinen/ alß particular deputations, visitations, revisions, und anderen Reichs-Versamblungen/ durch gewohnliche außschreiben beruffen werden/ und ihre Stimme haben/ allermassen wie vor entstandenen Religions Streit jeder Stand ist berechtiget gewesen/ was für Persohnen aber/ und wieviel deren zu solchen Versamblungen abzusenden/ haben sich die Bischoffe und Vorstehere mit den Capitulen und Conventualen zuvergleichen: Wegen der Titul der Geistlichen Fürsten auß denen Aug. Confessions Verwandten/ ist verabscheidet/ daß selbige/ wiewol ohne præjuditz des Standes und Wurden sollen tituliret werden. Erwehlte oder postulirte zu Ertzbischoff/ Abt und Probsten. Ihre Session aber sollen sie auff einer überzwerch gesetzten Banck zwischen denen Geist und Weltlichen Ständen sitzen/ welchen in Versamblungen aller dreyen Reichs Collegien der Chur-Maintzische Cantzley-Director, als in Nahmen des Herrn Ertzbischoffen das General directorium der allgemeinen Reichshändel führende/ und nach diesem die Directores des Fürstl. Collegii, zur Seiten sitzen sollen: Gleichmässiges soll auch in dem Collegialiter versambleten Fürsten Raht von desselben Collegii Directoribus allein gehalten werden.

CAPUT XV.

De famosa sessionis & præcedentiæ controversia inter Episcopum Hildesheimensem, & Abbatem Fuldensem.

SUMMARIA.

1. *Controversia Sessionis inter Episcopum Hildesheimensem & Abbatem Fuldensem mota fuit tempore Henrici IV. Imperatoris, cum Anno 1063. is natalem Domini Goslariæ celebraret.*
2. *Adducta hac de re verba Lamberti Schafnaburgensis Monachi.*
3. *Ex eodem Lamberto Schafnaburgensi evincitur, consuetudinem fuisse in Regno Germanico inveteratam, ut semper in conventu Episcoporum Abbas Fuldensis Archiepiscopo Moguntino proximus assideret.*
4. *In præcedentia jure tuendus is erit, qui tempore litis motæ reperitur in possessione.*
5. *Quænam vis consuetudinis & observantia in quæstionibus de sessione?*
6. *Episcopus Diœcesanus in sua diœcesi cæteris Episcopis etiam dignioribus & anti-*

antiquioribus præferendus est.
7. *Quanta olim potentia fuerit Abbatis Fuldensis? ostenditur.*
8. *Quomodo paulatim Episcopi Hildesheimenses ad tantam pervenerint potentiam, exponitur.*
9. *Quanta Ottonis I. munificentia & liberalitas fuerit erga Ecclesiasticos, probatur.*
10. *Ex Lamberto Schafnaburgensi probatur, quænam cædes ratione sessionis inter Abbatis Fuldensis & Episcopi Hildesheimensis ministros patratæ fuerint in æde Goslariensi.*
11. *Adducta ea de re Lamberti Schafnaburgensis verba.*
12. *Referuntur hac de re verba Venerici Vercellensis.*
13. *Controversias olim funestas ratione sessionis inter Electores Moguntinum, Coloniensem, & Abbatem Fuldensem fuisse ex Scriptoribus Germ. evincitur.*

OFfert se modò magna contentione & scandalo agitata olim controversia sessionis inter Episcopum Hildesheimensem, & Abbatem Fuldensem, quam præterire hoc loco religio nobis erit. Mota hæc controversia tempore Henrici IV. Imperatoris, cùm
Anno 1063. is natalem Domini Goslariæ celebraret. Et verò rationes 1.
utriusq; tum Episcopi Hildesheimensis, tum Abbatis Fuldensis, ob quas sibi jus præcedentiæ asserere non dubitarunt, non obscurè colligere licèt ex Lamberto Schafnaburgensi Monacho, fidelissimo Rerum Germanicarum scriptore, *in Annalibus p. m. 467.* cujus verba digna, ut heic subjiciantur:
Anno 1063. *inquit,* Rex natalem Domini Goslariæ celebra- 2.
vit, ubi ipsa die, dum ad vesperam sellæ Episcoporum locarentur, inter Camerarios Hecelonis Hildensheimensis Episcopi, & Camerarios, Wideradi Fuldensis Abbatis, gravis concertatio oborta est: Et primò jurgiis, dein pugnis res gesta est: citoq; ad gladios prorupissent, nisi Ottonis Ducis Bojoariorum, qui causam Abbatis tuebatur, authoritas intercesisset. Causa verò talis erat: Consuetudo erat in Regno per multos retro majores observata, ut semper in conventu Episcoporum, Abbas Fuldensis Archiepiscopo Moguntino proximus assideret. Sed Episcopus causabatur, neminem sibi intra diæcesin suam post Archiepiscopum, debere præferri: animatus ad hoc & opum gloriâ, quâ antecessores suos longè supergrediebatur, & temporis opportunitate. Quia Rege adhuc in puerilibus annis constituto, singuli quod sibi animus suggesisset, facere impunè poterant. *Hactenus Lambertus Schafnaburgensis d. l.* Easdem rationes utriusq; partis videre licet apud Venericum Vercellensem *in lib de unitate*

 Ecclesiæ

Ecclesiæ conservanda & schismate, quod fuit inter Henricum IV. Imperatorem Romanum, & Gregorium VII. Pontificem apud Marquardum Freherum *tom 1. Rer. German Script.* cujus verba paulò pòst adducemus. Ex hisce licet colligere, quibus fundamentis innixus fuerit, tum Abbas Fuldensis, tum Episcopus Hildesheimensis. Et verò non obscurè apparet, Fuldensis Abbatis causam potiorem in possessorio videri, eumq; Hildesheimensi præferendum. *(1.) enim* expresse Lambertus Schaffnaburgensis *d. l.* ait consuetudinem fuisse in Regno per multos retro majores observatam, ut semper in conventu Episcoporum Abbas Fuldensis Archiepi-
3. scopo Moguntino proximus assideret, adeoq; Fuldensis in possessione vel quasi sessionis & præcedentiæ fuerit constitutus, jam verò constat, eum in præcedentiæ jure manutenendum, uti loquuntur, qui tempore litis
4. motæ reperitur in possessione, Riccius *decis. 132. part. 1.* Gail. *lib. 1. Observat. 21. n. 21.* Leonin. *consil. 1. n. 15.* Corne. *vol. 2. consil. 193. n. 14.* & pro possessore semper pronunciandum, Bursatus *lib. 4. consil. 344. n. 76.* præterea hoc in casu in tantum statur observantiæ & consuetudini, ut, licèt aliter de jure censeatur, nihilominus illa obtineat, quam usus longævus firmavit, ait Andr. Knichen *de Sax. non provoc. jur. cap. 2. n. 106. c. statuimus de major. & obedien.* *(2.) Ipsi* Fuldensi potiorem locum de-
5. beri, non obscurè arguit, quòd Episcopus Hildesheimensis non alio prætextu sibi asseruerit præcedentiam, & honoratiorem in sessione locum, nisi quòd intra diæcesim suam ultrò Abbati præcedentiam concedebat. Equidem, quod Hildesheimensem attinet, jure quidem ita obtinet, quòd
6. Episcopus Diæcesanus in sua diæcesi cæteris Episcopis etiam dignioribus & antiquioribus sit præferendus, vide Augustinum Barbosam *Apostol. Decis. Collect. 290.* interea tamen debet is Episcopus ex urbanitate honorare in sua diæcesi alios Episcopos & advenas extraneos, ut ait Barbosa *d. l.*

Quod si in petitorio utriusq; jura examinare velimus, quod fundationem Abbatiæ Fuldensis attinet, ea satis antiqua incidit in annum 746. ut testatur Abbas Urspergensis *in Chronico p. m. 122.* Equidem potentia Fuldensis Abbatis tum temporis longè major, quàm Hildesheimensis Episcopi fuit, cùm Fuldensis tantâ potentiâ prævaluerit, ut sexaginta
7. millia bellatorum olim præbuerit Imperatori in hostem, prout ex Willielmo Monacho Malmesbur. *de gest. Reg. Anglor. lib. 2. cap. 12. fol. 78.* refert Knichen *d. cap. 2. n. 110.* Et licèt Lambertus Schafnaburgensis *d. l.* Episcopum Hildesheimensem opum gloriâ, qua antecessores suos super-

gredie-

gredicbatur, motum fuisse dicat, attamen tum temporis superior ipsi Fuldensis fuit, etenim paulatim ad potentiam pervenit Hildesheimensis, attestante enim Cranzio *in Metropol. lib. 6. cap. 21.* demum sub Lothario 8.
Saxone, Bernhardus Episcopus Hildesheim. Ducatum Winzenburgensem unà cum civitate Alveldt sibi acquisivit, ita Episcopus Heinricus Comes de Waldenberg Comitatum Dasselienſem à Cæsare Heinrico Lutzenburgensi accepit, & Episcopatui adjecit, qui ipse ab Anno 1308. usque ad annum 1310. vel secundùm alios 1313. regnavit, qui Comitatus situs infra Eimbecam & Huxariam. Ab eodem Cæsare Heinrico idem Episcopus donatus Ducatu, Hundesruck vocato, sito intra Dassel & Eriburgum, Hopperod. *de incrementis Episcopatuum fol. 49.* deinde Episcopus Johannes, & post eum Otto Brunsuicensis, Comitatum Peinam Anno 1360 Episcopatui adjecerunt, qua de re Crantz. *in Metropoli lib. 8. cap. 25.* Ludovicus Bavarus, quomodo Comitatum Poppenburgicum eidem Episcopatui Hildesheimensi dederit, exponit Hoppenrod. *d. l. fol. 70.* Simili modo is Ludovicus Bavarus Comitatum Schladen, cum arcibus Wiederlagen/ & Woldenstein Episcopatui Heldesheimensi dedit, Crantz. *in Metropol. lib. 9. cap. 35.* Hoppenrod. *fol. 83.* Et Comes Otto de Woldenburg ultimus familiæ, Episcopus Hildesheimens. Comitatum Woldenberg consentiente Ludovico Bavaro Episcopatui reliquit, Crantz. *in Metropol. lib. 9. c. 12.* subjungens: Ita potentia temporali crevit ea Ecclesia in immensum. Sanè, cùm tam multæ civitates, oppida, & prædia, passim Ecclesiasticis à sacratissimis Imperatoribus donarentur, ad ejusmodi demum rerum fastigia pervenerunt. Verùmenimverò, nemo ex Cæ-
sáribus in eo liberalior fuit Ottone primo, de quo Theodoricus de Niem: 9.
Otto primus, *ait,* omnibus penè cathedralibus Ecclesiis in Italia, Gallia, Germania, Burgundia, & Lotharingia constitutis, multas civitates, castra, oppida, villas, & multa alia dominia temporalia & jurisdictiones donavit, atq; omnibus illis Ecclesiis propria insignia perpetuò deputavit. *Hactenus Niemus,* qui notanter tradit penè omnibus Ecclesiis Cathedralibus multa adeò largiter ab Ottone donata fuisse. Cæterùm, ut ad priorem controversiam revertamur, magno cum scandalo, & effusione sanguinis humani paulò pòst eadem resuscitata inter Abbatem Fuldensem & Episcopum Hildesheimensem, ita ut in sacra æde Goslariensi plurimæ cædes patratæ, & sanguinis flumina passim per Ecclesiam profusa fuerint,
ut Lambertus Schaffnaburgensis *in Annalibus p. m. 468.* loquitur, cujus, 10.

 uti

uti Historici rerum Germanicarum fide dignissimi, verba ipsa subjicere non gravabor. Rex, *ait*, (de prædicto Henrico Imp. agens) Pentecosten Goslariæ celebravit. Ibi, dum ad vespertinalem synaxin Rex & Episcopi convenissent, rursus de positione sellarum episcopalium tumultus exoritur, non fortuita, ut priùs conversione, sed præmeditata diu machinatione. Nam Episcopus Hildenesheimensis, acceptæ priùs contumeliæ memor, Ecbertum Comitem, cum expeditis militibus retro altare occuluerat. Hi audito tumultuantium Camerariorum strepitu, ocyus advo-
11 lant, Fuldensium alios pugnis, alios fustibus cœdunt, prosternunt, & de sacrario ecclesiæ inopinato periculo attonitos, facilè proturbant. Quibus ilico ad arma conclamantibus, Fuldenses, quibus arma in promptu erant, facto grege Ecclesiam irrumpunt, in medio chori, psallentiumq; fratrum, manus conserunt: rem non jam fustibus, sed gladiis gerunt. Pugna atrox committitur, atq; per totam Ecclesiam pro hymnis & canticis spiritualibus, vociferatio adhortantium & ululatus morientium exauditur, super altaria Dei tristes jugulantur hostiæ, passimque per Ecclesiam sanguinis currunt flumina, non legali, ut quondam religione, sed hostili crudelitate profusa. Episcopus Hildenesheimensis capto æditiori loco, tamq; militari quodam clasico, suos, ut fortiter præliarentur, hortabatur, & ne loci religione ab armis terrerentur, suæ authoritatis & promissionis titulum obtendebat. Multi utrimq; vulnerati, multi occisi sunt. Inter quos præcipui erant Regenbodo signifer Fuldensis, & Bero, Ecberto Comiti, charissimus miles. Rex inter hæc vociferans, & sub obtentu Regiæ majestatis populum adjurans, surdis fabulam narrare videbatur. Tandem monitus à suis, ut vitæ propriæ, pugnâ excedens, consuleret. Vixq; inter constipatam arctiùs multitudinem eluctatus, in palatium se recepit. Hildenesheimenses, qui instructi præmeditatique ad pugnam venerant, superiores efficiuntur. Fuldenses, utpote quos inermes inopinatosque subitò exortæ seditionis procella contraxerat, fusi fugatiq; atque de Ecclesia expulsi sunt. Fores ilico observantur. Fuldenses, qui primo tumultu ad arma tollenda paulò longiùs discurrerant, frequentes armatique adsunt, atrium ecclesiæ occupant, aciem instruunt, ut de ecclesia progressos statim adoriantur. Sed nox concertationem diremit. Postero die severissimè habita quæstione Ecbertus Comes facilè crimen removit, non tantum juris & legum patrocinio, quantum favore & indulgentia Regis, cujus patruelis erat. Totum accusationis pondus, in

in Abbatem versum est. Hunc, inquiunt, omnium, quæ acciderant, caput fomitemq; fuisse, hunc ad disturbandam quietem Regiæ Curtis præmeditato furore venisse. Argumento rei esse, quòd tanta vi hominum, tanta bellici apparatus pompâ instructus, nullo periculi metu urgente eò venisset. Tum verò urgebat & ille apostolicæ sanctitatis, ac Mosaicæ mansuetudinis Episcopus, qui tanti sanguinis effusione manus suas DEO consecraverat, & violatæ ecclesiæ injurias truculentiùs atque immitiùs, quàm Rex suas prosequebatur, in quorum corpora priùs ferro debacchatus fuerat, ad perimendas horum animas gladio Spiritus modo fulminabat, præcidens tam defunctos, quàm eos, qui cædi superfuerant, de corpore Ecclesiæ. Abbatem, præter acerbitatem rei, quæ acciderat, odium quoq; gravabat nominis monachici, quod inveteratâ malitiâ, homines seculi semper obfuscare atq; opprimere conabantur. Sic undiq; impetitus, oppugnatus, oppressus, post tot tantásque contumelias privatus abscessisset, nisi quem nec Lex, nec innocentia tueri poterant, pecunia tutata fuisset. Nam distractis ac dilapidatis rebus Fuldensis monasterii, se suósque carissimo mercimonio redemit. Quantum Regi, quantum auriculariis, quantum Episcopo datum sit, haud satis certò comperimus. Cautum enim fuerat, ne passim vulgaretur. Hoc haud dubio constat, sic ea tempestate exhaustas atq; attritas esse illius monasterii opes, quæ usq; ad id temporis florentissimæ erant, cunctisq; Galliarum Ecclesiis eminebant, ut modò ibi prioris opulentiæ vix monimenta reperias. *Hactenus Lambertus Schafnaburgensis d. l.* Idem tradit suprà laudatus Venericus Vercellensis, aut ut alii volunt Waltramus Naumburgensis, vel quisquis 12
author fuit istius libri de Unitate Ecclesiæ conservanda & schismate, quod fuit inter Henricum IV. Imperatorem Romanum & Gregorium VII. Pontificem apud Marquardum Freherum *tom. 1. Rer. German. Script.*, qui de Henrico IV. verba faciens: Ecce, *ait,* contentio facta est inter Wezelinum Hildenisheimensem Episcopum & Wideradum Fuldensem Abbatem, super altitudine sessionis suæ: cùm de diabolo scriptum sit, quia omne sublime videt, & est Rex super omnes filios superbiæ. Igitur Rex puer 11. annorum, postquam distractus est à custodia matris suæ, celebravit natalem Domini Goslariæ, ubi inter cubicularios Episcopi & Abbatis certatum est pugnis atq; scamelis pro herilis sedis positione, cùm illi vindicare voluissent Episcopo suo principem locum juxta Moguntinæ Ecclesiæ Episcopum in conventu Regiæ sessionis in Ecclesia, propter privilegiū

 parochiæ

parochiæ suæ: isti autem contra tendere propter Primatum Fuldensis Abbatiæ. Et tunc quidem in tam sacrata festivitate nativitatis Domini certatum est pugnis atque scamellis: deinde verò in Pentecoste res gerebatur gladiis, cùm utriq; & Episcopus & Abbas summo studio se præparâssent ad tuendum sessionis suæ locum, contractis undique multis militaribus viris. Erat enim ex parte Episcopi senior Egbertus, qui præoccupaverat Ecclesiam majorem Goslariæ cum suis pariter & Episcopi militibus, & inter pulsandum ad vesperam in vigilia Pentecostes consonabant pariter tumultuariæ seditiones. Perrumpentibus enim intra Ecclesiam Fuldensibus ad auxilium sociorum, quibus jam imminebat mortis periculum, proh nefas, multi hinc inde occisi, fædavere cæde sua templum Dei, & altare Dei. *Hactenus Venericus Vercellensis d. l.*

Cæterùm, quod præcedentiæ & sessionis quæstionem inter cœteros
13. Ecclesiasticos, ut Electorem Moguntinum, Coloniensem, necnon prædictum Abbatem Fuldensem spectat, eorúmque controversias funestas, & dissidia atrociora, quæ in haud dissimilia degenerarunt certamina, de quibus modò sermo fuit, de iis *infra lib. 4.* ubi de Electoribus eorumq; prærogativis præcedentia, & sessionibus agetur, dispiciemus, qua de re legendi Crantzius *lib. 6. Saxoniæ c. 46.* Martinus Crusius *lib. 11. Annal. Suevic. part. 2.* Wolffius *Lect. memorab. Centen. 15. fol. 973.* & Nauclerus *vol. 2. generat. 36.*

CAPUT XVI.

De Abbatibus, eorumq; præeminentia, & præcedentia, tam in genere, quàm in specie, de Cluniacensium, Cisterniensium, aliorumq; Abbatum sessione.

SUMMARIA.

1. *Abbates proximam post Episcopos dignitatem obtinent.*
2. *An Abbates præferendi Vicariis Episcoporum?*
3. *Abbates exempti præferendi Vicariis Episcoporum, cùm ejusmodi Abbates vices Episcoporum gerere censeantur.*
4. *Abbates primum locum obtinere debent in monasterio.*
5. *Abbates patres & ordinarij judices monachorum sunt, necnon Vicarij DEI dicuntur.*

6. Abba-

6. Abbates clericis etiam personatum habentibus in ecclesia seculari & cathedrali praeferendi.
7. An Abbates Canonicis praeferendi?
8. Abbates praeferuntur Archidiaconis praepositis, & Diaconis.
9. Abbates generales quatuor ordinum generalium, videlicet S. Benedicti, Cluniacensis, Cistereiensis, & Praemonstratensis praeferuntur omnibus aliis Abbatibus.
10. Abbas Cluniacensis, tanquam exemptus, in ordine praecedit omnes quoscunq; alios Abbates.
11. Abbates Cistercienses non sunt exempti.
12. Quid quoad praecedentiam & sessionem Abbatum Cluniacen. & Cistercien. ordinum in curia Apostolica observetur? exponitur.
13. In Germania olim constitutum, ut Abbates Germaniae ad pedes Caesaris in Imperij Comitiis sederent.
14. Abbates apud Historicos Germanicos pro Baronibus & magnatibus secularibus accipi, evincitur.
15. Abbates praeferuntur Canonicis Ecclesiae Cathedralis.
16. An Abbates praecedere debeant Capitula Ecclesiarum Cathedralium? latè disquiritur.
17. Abbates utplurimum ex privilegio aut consuetudine utuntur insignibus Pontificalibus, baculo puta & annulo, qui Pastoralis dicitur.
18. Abbates majores quibus insignibus hodie utantur?
19. Magis honorandus est Praelatus, qui uti poterit ejusmodi insignibus Pontificalibus, quàm qui eisdem non utuntur.
20. Examinantur argumenta Chassanei, quae pro Capitulo Ecclesiae Cathedralis adduxit, & refutantur.
21. An Canonicorum Regularium Abbates, Priores, Praepositi, & Archidiaconi extra publicos actus processionum congregationis Cassinensis Abbatibus cedere debeant? latè disquiritur.
22. An Abbas, qui privilegio vel consuetudine deferre solet Episcoporum insignia, caeteros Abbates iis insignibus carentes, praecedere debeat?
23. Petrus Blesensis Abbatum morem, gestandi scilicet mitram, aliaq; Episcoporum ornamenta, valde improbavit.
24. Moguntinum Episcopum, quod lituum aureum distinctum gemmis instar Caesarei sceptri usurpasset, severissima oratione coercuit Ansegisus Abbas.
25. Cur per Annulum & Baculum Episcopatus & Abbatiae traditae?
26. Episcopi & Abbates, si quando usu veniebat, ut propter delictum aliquod è gradu dejicerentur, annulum, quo erant investiti, deponere cogebantur.
27. Abbas, licet deposuerit dignitatem Abbatiatus, nihilominus tamen occupare debet primum locum in choro & conventu, in memoriam pristinae dignitatis.

1. Abbates proximam post Episcopos dignitatem obtinere, communis Canonistarum opinio est, quomodo sentiunt Panormitanus in c. 2. n. 2. extr. de judic. & Felinus in c. meminimus de accusat. per text. notabilem in c. si quis deinceps 16. q. 7. & c. 15. de off. jud. deleg. in 6. id quod tamen puto procedere in iis Abbatibus, qui à jurisdictione Episcopi sunt exempti, secus in non exemptis, etenim hoc casu Vicarium & Coadjutorem Episcoporum, de quibus infrà, Abbati præferri existimat Lancellottus in Templo omnium Judicum lib. 2. cap. 7. n. 21. & 22. Non tamen tanti censendam esse ait, dignitatem, & excellentiam
2. Abbatis, ut licèt præferatur omnibus Clericis, etiam personatum habentibus præferendus quoq; sit Vicario Episcopi: cùm Vicarius Episcopi generalis, dicatur habere idem auditorium, idémq; tribunal, cum Episcopo; & dicatur ordinarius: & gesta Vicarii dicantur gesta Episcopi, & jura loquentia de Episcopo, verificentur in Vicario, & cognoscere possit de omnibus, de quibus Episcopus: & præcedit, omnem dignitatem, quantumcunq; primam, post Episcopum in Ecclesia: & corruscat radiis ejus, qua de re, cùm Abbates & monasteria subsint Episcopo de jure communi, quoad confirmationem & benedictionem, sicque jurisdictio Vicarii contineat sub se judicanda, in causis monasteriorum, & Abbatiæ, non videtur dubitandum, Vicarium præponendum Abbati, quia, qui major est jurisdictione, & cui major facultas est concessa, major est dignitate. Hæc Lancellot. d. l. confer Abb. p. 1. consil. 21. qui, licèt loquatur de præcedentia Vicarii & Archidiaconi, tamen rationes ab eodem adductæ, rectè in hac controversia adhiberi possunt. Cæterùm, quod Abbates exemptos
3. attinet, uti diximus, iisdem Vicarii non sunt præferendi, cùm Abbates exempti etiam vices Episcoporum gerere censeantur, Gloss. in Clem. 1. in ver. proprij de reb. eccl. non alien. arg. c. si qua 12. q. 2. Innoc. in c. 1. de cler. peregr. & Bald. in Auth. causam. C. de Episc. & cleric. qui notant Abbatem exemptum haberi pro Episcopo, Lancellott. d. l. n. 22. Alioquin constat, Abbates præ aliis honorandos esse, & primum locum obtinere in monasterio, Zabareb. in Clem. 1. n. 3. de Rescript. per cap. cum ad monasterium in ver. Abbas de stat. Monachor. Dominic. Cardin. Tuschus tom. 1. Pract. Concl. lit. A. Conclus. 5. sunt enim patres & ordinarii judices mona-
4. chorum, Gloss. in Clem. 1. de Rescript. text. in c. fin. de Regular. Innocent. in c. cùm ab Ecclesiarum & c. quanto de offic. Ord. quoad monachos suos, Vicarii Dei dicuntur. Gloss. in c. mandata de præsumpt. & c. si religiosus, de

de election. in 6. Abbates verò non solùm privatis clericis præferendi Abb. *in c. 2. de judic.* verum etiam personatum habentibus, uti Dd. lo- 6.
quuntur, in ecclesia seculari & cathedrali *c. 1. de ætat. & qualit. c si quis deinceps 16. q. 7.* quo ipso textu inductus Felin. *in c. meminimus n. 6. de accus.* dicit post Episcopum, & Abbatem, omnes dignitates esse inferiores, quas Abbas præcedere possit, multòmagis igitur præferendus Abbas Ca- 7.
nonicis; qui non habent dignitatem, prout observat Bal. *in c. pastoralis in prin. de offic. deleg.* Felin. *d. l.* qui tamen declarat hæc non procedere in actibus, in quibus Canonici & alii repræsentant ecclesiam cathedralem, puta in processionibus, quia tunc Canonici præferuntur *c. quamvis de præbend. in 6.* Vide Cardinalem Tuschum *d. tom. 1. Practic. Conclus. lit. A. Conclus. 5.* Nicol. Boer. *in tract. de ord. grad. utriusq. for. p. 1. n. 21.* qui ibi- 8.
dem annotavit, Abbates præferri Archidiaconis, Præpositis & Diaconis, *per text. in c. fin. de offic. deleg.* proinde Jo. Franc. Pavin. *in tract. de offic. & potest. cap. sed vac. prælud. 6. n. 15.* quem adduxit Lancellottus *d. lib. 2. c. 7. Templ. omn. judic. n. 18 p. m. 180.* post sedem Episcopalem, statim sequentem locum vel sedem Abbatibus tribuit.

Porrò, Abbates generales quatuor ordinum generalium, videlicet S. Benedicti, Cluniacensis, Cisterciensis, & Præmonstratensis, præferri 9.
debere omnibus aliis Abbatibus, tradit Chassanæus *in Catal. Glor. Mundi part. 4. consid. 31. p. m. 301.* cùm dicantur Reverendi Patres in Christo: Alii tantùm Reverendi Patres, Id. *d. l.* De Abbatis verò Cluniacen- 10.
sis, qui caput est in Ordine Cluniacensi, dignitate, præeminentia, & auctoritate agit Oldradus *consil. 204.* quò Lectorem remitto. Non omittendum tamen hoc loco, Abbatem Cluniacensem, tanquam exemptum in ordine præcedere omnes quoscunq; alios Abbates, *c. ad Apostolicæ de privileg. in 6. cap. per tuas ext. de major. & obed.* Nicol. Boer. *in tractat. de auctoritate & praeminentia sacri magni Concilij part. 1.* planè quod Ab- 11.
bates Cistercienses attinet, iidem non sunt exempti, sed secundùm formam jurisdictionis suæ, reverentiam & obedientiam suis Episcopis exhibere, servatâ regulâ tenentur, *c. ne Dei 43. X. de Simonia.* ibi: Ego frater Abbas Cisterciensis Ordinis subjectionem & reverentiam & obedientiam à sanctis Patribus constitutam, secundùm regulam sancti Benedicti, tibi, Domine Episcope, tuisq; successoribus canonicè substituendis & sanctæ sedis Apostolicæ, salvo ordine meo, perpetuò me exhibiturum promitto. Cæterùm, quod præcedentiam & sessionem Abbatum Clu- 12.

 niacen-

niacen. & Cistercien. Ordinum in Curia Apostolica attinet, operæ pretium duco, subjicere hac de re verba Chassanæi *d. consid. 31.* Audivi dici à quibusdam, *inquit Chassanæus,* quòd Abbates Cluniacen. & Cistercien. Ordinum, qui sunt duo capita in ordine, in Curia Apostolica stant ad pedes summi Pontificis illa sede, in qua sedent protonotarii participantes, & Episcopi: qui in hoc videntur præcedere Episcopos, eò, quia sunt viciniores principali prælato, & superiori, scilicet summo Pontifici, *arg. text. in c. perlectis. 25. dist.* Hæc Chassanæus *d. l.* ad eundem fermè modum constitutum in Germania, uti Abbates Germaniæ ad pedes Cæsaris
13 in Imperii Comitiis sederent, Joh. Wolff. *tom. 1. Lect. memorab. Cent. 14. fol. 635.* qua de re Capite sequenti. Hoc loco monendum duco nonnunquam apud Historicos Germanicos Abbates pro Baronibus & Magnatibus secularibus accipi. Suidegerus *in Chronicis Franciæ Gallicis:* Abbates,
14 *inquit,* in antiquis historiis non sunt monachi, vel religiosi, sed Barones, magnatesq; seculares, quibus Abbatias, vel monasteria Princeps dat ad tempus, vel quoad vixerint, unde de Carolo M. Annonius 5. c. 1. Carolus, *inquit,* ordinavit per totam Aquitaniam Comites, Abbatesq;, necnon alios plurimos, quos Vassos vulgò vocant.

Equidem communiter Canonistæ tradunt, Abbates regulares præferri cæteris, non modò clericis, sed & aliis in dignitatibus secularibus inferioribus ab Episcopo constitutis, Abb. & post eum Philipp. Dec. *de judic. Gem. in c. fin. de offic. deleg. in 6.* ubi scribit, Abbatem præferri Ca-
15 nonicis Ecclesiæ Cathedralis, quæ opinio quoq; placuit Baldo *in c. pastoralis X. de offic. delegat.* Prædicta tamen non obtinere secundùm quorundam Dd. opinionem, suprà diximus: quoties nempe Canonici collegialiter procederent; quia ecclesiam cathedralem, cui major honor & reverentia exhibenda, repræsentarent, testante Felino *in c. meminimus de accusat.* confer Panorm. *in c. ex ore. X. de privileg.* ubi tradit, Abbatem præferri etiam Archidiacono Cathedralis Ecclesiæ, *text. in c. fin. de dilat. c. dilectos de offic. deleg. c. fin. de confir. utili, vel inutili, & in c. cum oporteat de accusat.*

Cæterùm, ne hoc in loco prætereamus famosam quæstionem, quæ suprà obiter notata, exstat: *An scilicet Abbates debeant præcedere Capitula Ecclesiarum Cathedralium?* Affirmativam defendit Barbat. *in c. decerni-*
16 *mus. de judic.* ubi tradit, hoc sine dubio esse, quòd Abbates præferantur Canonicis Ecclesiæ Cathedralis. Negativam propugnant Gemin. *in c.*

quamv.

quamvis de prebend. in 6. Philipp. Dec. *vol. 2. consil. 165.* Possem quidem heic acquiescere, in iis, quæ latè hac de quæstione tradit Chassanæus *in Catalog. Glor. Mundi. p. 4. considerat. 32.* qui pro Canonicis concludit. Verùm, cùm nusquam veritas clarior emineat, quàm suo admota contrario, cùm opposita juxta se posita magis elucescant, teste Philosopho *in 2. de cælo & mundo,* & veritas sæpius examinata magis splendescat in lucem *c. gravem 35. q. 9.* Joann. Nevizan. *in Sylv. nuptiali lib. 1. n. 5. p. 3.* ideo paucis de hac quæstione dicturus. Et primò quidem omnium Chassanæus argumenta non modò pro Canonicis, sed & pro Abbatibus satis speciosa adduxit, hoc ipsum tamen non immeritò in eo desideres, quòd argumenta loco rationum dubitandi pro Abbatibus adducta, intacta reliquerit, cùm tamen, secundùm Aristotelem *7. Ethic.* non sufficiat, verum dicere, nisi etiam causa falsitatis contrariorum demonstretur, Salycet. *in l. singularia. 15. n. 6. D. de reb. cred.* & *in l. cum rationibus 16. C. qui accusar. non poss.* sicuti enim aromata magis redolent, quò magis conteruntur; ita veritas quantò magis oppugnatur, tantò clarior, expulsis tenebris, in lucem protrahitur, Paul. de Castro. *lib. 1. consil. 23.* Equidem, si generalem hanc conclusionem esse dixeris, quòd Abbates non debeant præcedere Canonicos Cathedralis Ecclesiæ, quando processionaliter procedunt, juxta Chassanæum, *d. consid. 32. in fin. p. m. 311.* vereor, ne ista conclusio subsistat. Quid enim dicemus de Abbatibus Germaniæ Fuldensi, Hirsfeldensi aliisve, sanè hos ipsos quis Canonicis Cathedralis Ecclesiæ postponere ausus fuit, quod enim Fuldensem Abbatem attinet, hic ipsis S. R. I. Electoribus de honoratiori in sessione loco controversiam movisse legitur, Crantz. *lib. 6. Saxoniæ. c. 46.* quid non facturus Canonicis? quinimo de ipso Cluniacensi, Cisterciensi, aliisve quibusdam Abbatibus dubitare non immeritò quis posset, cui nota utriusq; dignitas & præeminentia insignis. Sanè, *in c. fin. de major. & obed.* ibi: Prælatorum Burdega. provinciæ, & cathedralium capitulorum, expressè præponuntur Prælati Capitulis Cathedralium Ecclesiarum, ast Prælati sunt Abbates, *c. decernimus 2.* ibi: Episcopi, Abbates, & alii Ecclesiarum Prælati *de judic.* ast verò, ordinem Scripturæ in dubio inspiciendum esse non pauci tradunt, *l. 12. §. 3. D. de Legat. 1. l. 14. D. de Legat. 2. l. 24. §. 17. D. de fideicommiss. libert.* Adde, quòd Abbates obtineant dignitatem, *c. ut apostolicæ de privileg. in 6.* & sint de majoribus Ecclesiæ *c. si quis deinceps 85. dist. 7.* ac habeant jurisdictionem ordinariam in suis cœnobiis & mona-

 naste-

nasteriis *c. quanto*, & ibi Gloss. *de offic. Ord. c. reprehensibilis in fin. de Ap-*
17. *pellat c. nullum. c. Abbates. 18. q. 2.* quid quòd & Abbates utplurimum ex privilegio aut consuetudine utantur insignibus Pontificalibus, baculo putà, annulo, qui Annulus Pastoralis dicitur, Æmilio *lib. 5.* referente Arnis. *lib. de subj. & exempt. cler. cap 7. n. 21. p. 248.* sandalibus, quæ Abbatum insignia, Ruffin. *lib. 1. histor. Eccl. in fin.* ibi: Annulum fidei recepit, & stolâ circumdatur, per quam quid aliud, quàm sacerdotii declarantur insignia, & infulâ, quæ in his Abbatibus, qui Episcopalem jurisdictionem habent, id est, qui exempti sunt ab Episcopis, mitræ nomen obtinuit, *cap. ut Apostolicæ. 6. de privil. in 6.* Panorm. *in cap. ex tuarum. 5. de auct. & usu pallij n. 7.* Mart. Crus. *lib. 12. Suev. Annal. part. 1. cap. fin.* Fel. Fabr. *lib. 2. Hist. Suev. cap. 2. pag. 236.* Nec enim existimandum est, omnes Abbates, una eadem uti infulâ, nam sicut hi sunt in multiplici differentia, Franc. Marcus *part. 1. Decis. Delph. 1079. n. 1.* Azorius *p. 2. Inst. moral. lib. 3. cap. 19. § secundò quæritur*, ita etiam di-
18. versa obtinuerunt insignia. Hodie enim Abbates majores, id est, qui exempti sunt, infulâ sive mitra aurifrisatâ, uti loquuntur, (non tamen quæ gemmas, aut aureas, vel argenteas laminas habeat, in synodo ob reverentiam Episcopi) Minores verò sive non exempti simplici, sive albâ utuntur, *d. cap. ut apostolica 6. de privil. in 6.* Azor. *d. l.* Card. Jacobat. *lib. 1. de concil. art. 6. n. 1. 2. & 3.* Hoeping *de Jur. insignium cap. 2. §. 6. memb. 6. n. 413.* quæ olim erat omnibus Episcopis communis, Wolff. *Cent. 3. lect. mem. p. 64.* Ast verò hæc ipsa insignia simplicibus Canonicis vel aliis inferioribus proinde concessa non sunt. Vide Gemin. *in d. c. ut apostolica 6. de privileg. in 6.* qui scribit, quòd plus honorandus sit Præ-
19. latus, qui uti poterit ejusmodi insignibus Pontificalibus, quàm qui non poterit. Porrò constat, quosdam Abbatum non solùm in Clericos, sed etiam Laicos sibi subjectos Pontificiam seu Episcopalem jurisdictionem habere, imò in quibusdam Episcopis æquiparari, *cap. fin. de off. deleg. in 6.* Menoch. *lib. 1. cons. 52. n. 133. & seqq.* & dici primo loco esse sicut Episcopus, Hospin. *lib. 5. Orig. Monach. cap. 23. p. m. 197. & lib. 6. c. 73.* Azor. & Menoch. *dict. loc.* Non adducam jam pluribus, quòd Abbates dicantur Patres, *c. ult.* ibi: patres Abbates, *de Regular. prælati Ecclesiarum c. 2. de judic. c. ut apostolicæ. de privileg. in 6.* & sponsi vel mariti spirituales monasteriorum suorum, Gloss. *in c. quia propter de elect.* quæ pro Abbatibus retulit Chassanæ. *d. l.* quia hæc ipsa parum vel nihil

nihil stringunt. Cæterùm, pro Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Chassa- 20.
næus præprimis adducit, quòd Episcopus & Canonici Ecclesiæ Cathedralis constituant unum corpus spirituale & mysticum; cùm Episcopus sit caput, Canonici, qui simul Capitulum efficiunt, alia membra, membra verò caput sequantur, *cap. non liceat in princ. de præscript. l. cum in diversis. D. de relig. & sumpt. funer.* & Canonici dicantur fratres Episcopi, *cap. quando de his quæ fiunt à Prel. sine consens. Capitul. c. esto subjectus dist. 25.* Quomodo igitur Episcopus, uti major ordine & dignitate præcedit Abbates, eadem ratione & Capitulum ratione fraternitatis præcedere jure debere Abbates. Verùm, ad hoc ipsum non malè respondere videtur Johannes de Montaigne adductus ipsi Chassanæo, quòd communio & fraternitas existens inter Capitulum, & Episcopum non transferat honorem debitum Episcopo ad Capitulum, sicut frater & socius non transferat honorem sive dignitatem sibi competentem in fratrem vel socium, adeoq; nullam argumenti consequentiam esse, cùm Episcopus non sit de Capitulo, nec veniat appellatione Capituli, prout patet *ex Rubr. de his quæ fiunt à Pralato sine consensu Capituli,* ubi Prælatus & Capitulum ponuntur, tanquam diversa. Ad hæc ipsa tamen non pauca reponit Chassanæus *d. l.* argumento sumpto à natura connexorum, quòd idem judicium de uno connexorum esse debeat, quòd de alio, & quòd Capitulum sede vacante Episcopo succedat in omni jurisdictione Episcopali, ac libera spiritualium & temporalium administratione, *c. his quæ & c. cùm olim in fin. de major. & obed. c. un. eod. in 6. c. si episcopus & c. finali de suppl. negl. prælat. in 6.* Reponi tamen hoc loco iterum poterit, quòd privilegium hoc temporale sit, durante scilicet vacatione Sedis Episcopalis, & licèt collegium, & quælibet congregatio vel universitas videatur honorabilior & dignior, quàm persona singularis, *cap. statuum de Election. in 6.* attamen hoc ipsum cæteris paribus procedit in singulari persona privata, cùm Abbas dignitatem habeat, ad quod respondet Chassanæus, quod licèt Abbas quibusdam præsit, ii ipsi tamen, quibus præest, minores sint, quàm Canonici Ecclesiæ Cathedralis, quod deinceps adducitur, quòd Cathedralis Ecclesia, quam Capitulum constituere videtur, majori gaudeat prærogativâ, quàm Ecclesiæ inferiores, istud ipsum simpliciter verum non est, cùm Capitulum solum non constituat Ecclesiam, sed simul cum prælato, cùm Episcopus censeatur esse in ipsa ecclesia & ecclesia in ipso, *c. scire 7. q. 1.* alia argumenta, scilicet quòd Canonici majoris Ecclesiæ

 dican-

dicantur Clerici primi gradus; quòd Capitulum ſive Eccleſia Cathedralis dicatur, uxor, ſive ſponſa ſpiritualis Epiſcopi, utpote leviora ultro hoc loco omitto. Sanè, Chaſſanæus argumenta pro Abbatibus adducta intacta reliquit, ac proinde eadem hactenus inconcuſſa manent, & procul dubio de Chaſſanæo dici poterit, quod in ſimili Hieron. contra Rufinum. Ea, quæ taces, omnes flagitant: ad ea reſpondes, quæ nullus requirit.

Quicquid ſit, in Germania noſtra, ubi Abbates Fuldenſis, Hirsfeldenſis, Corbejenſis, aliive principum dignitate decorati, vix obtinebit locum opinio Chaſſanæi, exiſtimantis, Abbates non poſſe præcedere Canonicos Eccleſiæ Cathedralis, nec etiam eandem procedere, veroſimile eſt in Abbatibus, qui Epiſcopalem jurisdictionem habent, ſive qui exempti ſunt ab Epiſcopis, cùm hi Epiſcopis æquiparentur, Menoch. *lib. 1. conſil. 52. n. 133.* alioquin, quod Galliam attinet, receptam ibidem opinionem ſuam contendit Chaſſanæus *d. l.* ibi: Et ita, quaſi univerſaliter ſervatur, maximè in Regno Franciæ, ubi ſemper Eccleſiæ Cathedrales præferuntur in quibuscunque proceſſionibus & aliis actibus Eccleſiaſticis. *Hæc Chaſſanæus d. l.* Vide Dominic de S. Geminiano *in c. quamvis §. quanquam de præbend. in 6.* qui ibidem tradit, quòd in proceſſionibus generalibus Canonici debeant præcedere Abbates civitatis vel diæceſis & eſſe proximiores Epiſcopo.

Et ad confirmationem hujus poſterioris opinionis facit, quòd nomen Abbatis ſit potiùs nomen ſolicitudinis, quàm ordinis vel honoris, Gloſſ. *in c. tuam de ætat. & qualit.* & quòd Abbatia dignitatis appellatione non comprehendatur, *c. ſi quis deinceps. 16. q. 7.* Vide eximium Jurisconſultum Jacobum Philippum Portium *lib. 4. conſil. 165. n. 27. & 28.* ubi tradit Abbatis munus, & Monachiſmi conditionem ex eſſentiali inſtitutione dignitatis ipſius gradum non inferre, & Abbatiam, quatenus dignitatis fomentum adnexum habet, illud ipſum veluti acceſſionem quandam ſubjecto oneri antecedenti adhærere.

21. Cæterùm; *An Canonicorum Regularium Abbates, Priores, Præpoſiti, & Archidiaconi extra publicos actus Proceſſionum, Congregationis Caſſinenſis Abbatibus cedere debeant?* diſquirit Jacobus Philippus Portius Imolenſis *lib. 4. conſil. 165. n. 43. & ſeq. p. m. 350.* & affirmativè decidit, *(1.) quòd* quamcunque habeant Caſſinenſis congregationis Abbates dignitatem, illam ex ſe & propriæ inſtitutionis interna conditione, inſpecta non conſequantur, ſed ex privilegio & accidenti, promotionis ad ordinem clericalem

ealem *cap. priscis. distinct. 55.* unde illiterati, laici, & non integri status hujusmodi manus exercere possint, *cap. tua,* & ibi Gloss. *de his quæ fiunt à Prælat.* Ast Priores, Præpositi, vel quocunque demum nomine Prælati Canonicorum Regularium appellentur, ex propria natura dignitatem habent, & proinde haud dubiè Abbatibus præferendi, cùm potior sit is, cui suo jure dignitas competit, quàm cui ex accidenti. *(2.) adducit* Portius *d. l.* quòd omne, annexum alicui subjecto, ejusdem naturam assumat, *l. stipulatus D. de Usuris.* Ast verò Abbatia cohæret Monachismo, proinde cùm ipse Monachismus ex propria natura dignitatem clericalem non habeat, Gloss. *in d. c. tua.* nec Abbatiæ ulla dignitas tribuenda, quæ onus & solicitudinem potiùs in se continet, etenim secundùm Hieronymum Monachi non docentis, sed lugentis officium est. Nec obstat, si quis dicat, superveniente privilegio, censeri Clericatum ad Monachismi substantiam pertinere, *c. 1. de ætat. & qualit. & ord. præficiend.* Resp. Portius *d. l.* privilegium hoc concessum, vel ob necessitatem ecclesiarum, vel ad earum ornamentum, nec præterea hoc ipsum privilegium intelligi debere in diminutionem jurium Canonicis regularibus ex Apostolica institutione competentium, si non ex defectu potestatis *cap. ad honorem de usu & authorit. pallij,* saltem ex defectu voluntatis præsumptivæ *cap. ex multiplici de Decim.* ne jus quæsitum sine causa tollatur.

Porrò quæritur hoc loco: *An Abbas, qui privilegio, vel consuetudine deferre solet Episcoporum insignia, cæteros Abbates in Insignibus carentes præcedere debeat?* Resp. cum Azorio *part. 1. Inst. moral. lib. 12. cap. 20. §. Decimio octavo quæritur,* & Theodoro Hœpingio *de jure Insignium c. 2, sect. 3. memb. 6. n. 424.* quod haud dubiè præcedat, ubicunque eos hisce Insignibus ornatos incedere publicè, sedere, stare, aut in Comitiis suffragium ferre, sententiamq; dicere oportet, colligitur hoc ipsum, ex *cap. ut Apostolicæ de privileg. in 6.* ibi: apostolicæ sedis benignitas (quæ nonnullis abbatibus, aliisq; Prælatis, quibus non competit, ex propria dignitate, concessit, id ecclesiarum suarum gloriam, & honorem, quod mitra & aliis pontificalibus uti possint) provideat, ne inde scandala oriantur, sic tamen, quod ipsi privilegiati suorum privilegiorum non frustrentur effectu, & ex majoritate ac decore majori ornatuum, majoritas appareat dignitatum. Vide Navarram *consil. 1. n. 5. de major. & obed.* & Paciam *lib. 2. de probat. cap. 29. n. 6.* Sanè, Petrus Blesensis hunc Abbatum morem gestandi scilicet mitram, aliaq; Episcoporum ornamenta, valde im- 22. 23.

probavit,

probavit, licèt ipse Monachatum alioquin supra modum promoverit. Sunt, *inquit*, Mitra, Annulus, & Sandalia in Monachis quædam superba
24. elatio, & sumptuosa ostentatio libertatis *Epist. 34.* Hospin. *lib. 5. Orig. Monach. cap. 23.* Et Moguntinum Episcopum, quod lituum aureum distinctum gemmis, instar Cæsarei sceptri usurpâsset, severissima oratione coercuit Ansegisus Abbas, Joann. Wolff. *Lect. memor. cent. 9. p. 245. Et cent. 16. pag. 244.* ubi eadem verba ex Aventino *lib. 4. Ann. Bojor.* refert. Cur verò per Annulum & Baculum Episcopatus & Abbatiæ traditæ, ejus rei non unam causam reperio à Scriptoribus assignari. Canon. IX. Concilii Aquisgranensis *Tom. 3. Conciliorum* hæc habentur ea de re:
25. Sacerdoti, dum consecratur, datur Baculus, ut ejus judicio subditam plebem, vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infirmorum sustineat: Datur & Annulus propter signum Pontificalis honoris, vel signaculum secretorum. Aliter Rittershusius *in Partitionibus Feudalibus capite 8.* Episcopatus, *inquit*, antiquo jure Gallico per annulum & virgam tradebantur: Eoq; baculo sive pedo pastorali, officii sui admonentur Episcopi, quòd gregem Dominicum pascere debeant: sicut annulo admonentur,
26. quòd desponsata sit ipsis Ecclesia, cui fidelem curam impendere debent. Proinde, si quando usu veniebat, ut propter delictum aliquod è gradu dejicerentur, tunc annulum hunc, quo erant investiti, deponere cogebantur. Petrus Diaconus *lib. IV. Chron. Casinensis capite CXXIII. tom. 2. Conciliorum.*

Ultimo loco heic notandum, quòd secundum Chassanæum *d. p. 4. considerat. 34.* Abbas, si deposuerit dignitatem Abbatiatus, ut ipse
27. loquitur, quia remanet monachus istius monasterii, Pan. *in cap. sicut ex literis in princ. de jurejur. & in cap cùm ad monasterium de stat. regular.* nihilominus debeat habere & occupare primum locum in choro & conventu, in memoriam scilicet pristinæ dignitatis, Fel. *in c. super literis de Rescript.* quod tamen secundùm eundem Felinum ita accipiendum, si Abbas, non culpâ suâ ab officio depositus sit, quia hoc casu primum locum non teneret.

CAPUT

Caput XVII.
De præcedentia & sessione Abbatis Fuldensis.

SUMMARIA.

1. *Abbates Germaniæ an Caroli IV. beneficio Principes Imperij insigniti fuerint?*
2. *Iidem in Imperij Comitiis ad pedes Cæsaris sessionem occuparunt.*
3. *Abbates Germaniæ ratione bonorum feudalium imperio subjecti sunt, ejusdemq; membra habentur, necnon onera Imperij portant?*
4. *Primum locum inter Abbates Germaniæ ab antiquis temporibus & hodienum obtinet Abbas Fuldensis Imperatricis Augustæ ArchiCancellarius.*
5. *Monasterium Fuldense à quibus & quando fundatum?*
6. *Hoc ipsum monasterium indies multis multorum traditionibus ac possessionibus auctum, & quando Abbas Fuldensis inter Principes Imperij relatus?*
7. *Potentiam Fuldensis olim maximam fuisse, evincitur.*
8. *Probatur Abbates Fuldenses ab ipsis Pontificibus præ cæteris magni æstimatos fuisse.*
9. *Abbas Fuldensis de sessione & loco honoratiori certavit cum Electore Moguntino.*
10. *Idem Abbas Fuldensis de sessione ad sinistram Imperatoris contendit cum Electore Coloniensi, & adducta eam in rem Alberti Crantzij verba.*
11. *Abbas Fuldensis antiquis temporibus proximam ab Archiepiscopo Moguntino obtinuit sessionem.*
12. *Quænam causæ & rationes sint tam sublimis olim consessus Abbatis Fuldensis? an eidem hæc præeminentia concessa ob antiquitatem & celebritatem monasterij Fuldensis, & ipsius Abbatis potentiam?*
13. *An verò ideo, quòd Abbas Fuldensis sit primas per Germaniam & Galliam omnium Abbatum?*
14. *Quis primus hanc dignitatem Ecclesiæ Fuldensi obtinuerit?*
15. *An præcedentia Abbatis Fuldensis ad officium Cancellariatus referenda? quod Augustæ sit Cancellarius.*
16. *Refertur jocosum & facetum Imp. Ferdinandi de Archicancellariatu Abbatis Fuldensis dictum.*
17. *Quale officium Abbatis Fuldensis in coronatione Augustæ fuerit?*
18. *Abbas Fuldensis, testante vel sola matricula Imperij, duplo & ex parte etiam triplo plus quoad collectas Imperij contribuit, quàm multi Episcopi Imperij.*

INter Abbates, eminere præ cæteris, & majori dignitate decoratos
eſſe Germaniæ noſtræ Abbates, nemini obſcurum eſſe poteſt, qui vel
1. primis labris guſtavit hiſtoriam Germanicarum rerum. Horum enim
opulentiores Caroli IV. beneficio Principes Imperii inſigniti, Cruſ.
p. 3. Annal. Suev. lib. 5. licèt hoc longè ante Coroli tempora factum fuiſſe
2. teſtetur Kirchner. *in Morviller. lib. 1. cap. 4. n. 109. & ſeqq.* & ut ad pedes
Cæſaris in Imperii Comitiis ſederent conſtituti, Joh. Wolff. *tom. 1. Lect.
memorab. Cent. 14. fol. 635.* Cùm verò hi Abbates Germaniæ vi inveſti-
turæ Cæſareæ, & principalis dignitatis in eos collatæ, digniores cæteris
ſint, hinc ratione bonorum feudalium imperio ſubjecti ſunt, ejusdemq;
3. membra habeatur, Gail. *1. obſerv. 30. n. 2. & obſ. 37. n. 10. & lib. 1. de pac.
publ. cap. 8. n. 12.* Vult. *de feud. c. 5. n. 7.* homagium, ut alii Imperato-
ris Vaſalli, præſtant, Gail. *d. lib. 1. de pac. publ. c. 8. n. 8.* Valaſc. *conſul-
tat. 100. n. 6.* Choppin. *lib. 2. de Doman. tit. 10. n. 9.* uti Principes Impe-
rii, onera Imperii portant & collectas ſolvunt, Molinæ. *conſil. 11. n. 12.*
Sixtin. *lib. 2. de Regalib. c. 14. n 127.* & conveniunt, & conveniuntur in
Camera, Mynſing. *5. O. 58.* Gail. *d. 1. O. 30. n. 2.*

Primum verò locum inter Abbates Germaniæ ab antiquis tempori-
4. bus, & hodienum obtinet Abbas Fuldenſis, Imperatricis Auguſtæ Ar-
chicancellarius, & S. R. Imperii Princeps, qui potentia, & antiquitate
originis cæteris Germaniæ Abbatibus eſt ſuperior, enimverò conſtat mo-
5. naſterium fundatum per S. Bonifacium, loco, à Carolomanno & Pipino,
Franciæ Regibus, impetrato. Vide Annales Fuldenſes apud Freher. *tom. 1.
German. Rer. Script. in Anno Chriſti 744.* Nicol. Serar. *lib. 4. Mogunt. rer.
in Archiep. VI. Rabano pag. 625.* & Chriſtophorum Browerum *lib. 1. Ful-
6. denſ. Antiq. c. 1. & ſeqq.* quod ipſum monaſterium, deinde indies multis
multorum traditionibus ac poſſeſſionibus auctum. juxta Antiq. Fuldenſ.
lib. 3 apud Jo. Piſtor. *Rer. Germ. Vet. tom. p. 445. & ſeqq.* donec Abbas
S. R. Imperii Principis titulo inſignitus eſſet. Et verò Fuldenſis Anno
1521. inter Principes relatus fuit, & in diſtributione 10. circulorum Im-
perii Ann. 1522. Epiſcopis adjunctus à Prælatis ſecernitur, decreto autem
Comitiorum Norimbergenſium An. 1524. Prælatis annumeratur. Ab
Ann. 1527. verò ſemper Principibus adſcriptus reperitur. De potentia
Abbatis Fuldenſis eò minus dubitandum, cùm olim tantâ potentiâ præ-
valuerit, quòd ſexaginta millia bellatorum Imperatori præbuerit in ho-
7. ſtem, ſi verum eſt, quod ex Willielmo Monacho Malmesbur. *de geſt. Reg.
Anglor. lib. 2. cap. 12. fol. 78.* refert Knichen *de Sax. non provoc. jur.
cap. 2. n. 110.*

Equidem

Equidem Abbates Fuldenses ab ipsis Pontificibus præ cæteris magni æstimatos, colligere id licet vel ex eo, quod inprimis notatu & observatu dignum, quòd Bertholdus (vel ut alii volunt Berthous I. Schlitzius vocatus) quondam Fuldensium Abbas, circa annum Christi 1135. (vel ut alii 1133.) omnium primus inter Abbates ab Innocentio II Pontifice infulâ sive mitrâ, baculo, annulo, aliisq; ornamentis Pontificalibus donatus fuerit, testantibus; Hospiniano *lib. 5. Orig. Monach. cap. 23 pag. 197.* Wolffio *Cent. 14. Lect. mem. p. 635.* Munstero *in Chronograph.* & Christophoro Browero *lib. 4. Fuldens. Antiq. pag. 298.* 8.

Et verò quod sessionem Abbatis Fuldensis in comitiis & conventibus Imperii attinet, constat Abbatem Fuldensem inter omnes Abbates primas tam ratione potentiæ, quàm sessionis obtinere, imò tanta quondam in Imperio ejusdem dignitas & præeminentia fuit, ut non modò cum Episcopo Hildesheimensi de honoratiori in sessione loco concertârit: quam controversiam & de sessione dissidium, posteritati reliquit & longè lateq; exposuit Lambertus Schafnaburgensis Monachus *in annalib. p. 467. & 468.* quâ de re *suprà hoc eodem libro,* peculiari capite actum fuit, sed etiam ipse Abbas Fuldensis ausus fuerit de sessione certare, cum ipsis S. R. I. Electoribus, nam cùm Henricus III. Moguntiæ esset, inter ministros 9.
Moguntini Archiepiscopi & Fuldensis Abbatis de loco honoratiori exortam contentionem, testatur Nauclerus *vol. 2. generat. 36.* præterea constat ex Alberto Crantzio *lib. 6. Saxoniæ c. 46.* quale dissidium fuerit inter
Electorem Coloniensem & Fuldensem Abbatem de sessione ad sinistram 10.
Imperatoris; adde Mart. Crus. *part. 2. Annal. Suevic. lib. 11.* & Wolff. *lect. memorab. Centen. 15. fol. 973.* Placet ipsa Crantzii verba, quia relatu digna sunt, hac de re, ex quibus potissimùm de præeminentia Abbatis Fuldensis constabit, subjicere: Imperator per ea tempora, insignem fecit conventum Moguntiæ, *ait Crantzius d. lib. 6. Saxon. c. 46.* in quo Henricum filium suum Regem declaratum, auratum fecit militem, torque donata: Ibi confirmatum est matrimonium inter eundem Henricum & Constantiam, quæ filia erat unica Regis Neapolitani, monialis, (sola enim stirps regiæ superérat.) Dispar ætas nubentium, cùm pater Imperator regnum Italiæ magnificaret. Hic autem conventus tanto apparatu est instructus, tanto sumptu peractus: ut angusta conventui civitas videretur advenarum. Imperator extra muros amplissimam jussit erigi domum, liberioris aëris gratiâ, ibiq; Curiam suam honestavit: Ipso die processionis ma-

xima in sacratissima Pentecostes festivitate, cùm in Ecclesia sederet Imperator, cùm utriusque ordinis Principibus, à dextris habens Archiepiscopum Moguntinum, & à sinistris Coloniensem, Abbas Fuldensis turbavit cætum tam celebrem, locum sibi deposcens ex sinistro Imperatoris latere, quem Dominus Coloniensis occupavit: Meminere multi hoc ab antiqua observantia in eo præsertim loco factum. Sed Princeps Elector & Archiepiscopus cedere Abbati duxit inglorium. Imperator interpellatus desuper respondit: Veteres approbamus, ut tenemur, Imperii nostri consuetudines: quocirca major, an minor æquo nobis discrimine est. Intelligens Archiepiscopus surrexit: Quando, *inquiens*, Serenissima Majestas ita se voluntas vestra præbet, cedo Abbati Archiepiscopus, monacho Princeps, Elector: sed bonâ veniâ vestrâ cœtum dimitto: & hæc dicens abscessit. Sequutus est illum Comes Palatinus Rheni frater Imperatoris & Comes de Nassow, dicentes: Serenissime Imperator, permissâ veniâ, Dominum sequimur exeuntem, cujus beneficia recognoscimus. Comiti de Nassow, quod ille & ab Abbate beneficium teneret, dixit Ludovicus Thuringiæ Princeps: Pulchrè hodie respondes beneficio & sublimiter promereris, qui deserto vero Domino alium sectaris. Cui ille: Beneficium quod teneo, justis suo loco promerebor obsequiis, hodie sequor, quem in hunc cœtum inter alios deduxi: æquè Dominum Feudi, quod teneo. Idem fecit Dux Brabantiæ. Tot vacuatis sedibus turbatur Rex Henricus, etiam in collum appendens Archiepiscopi, quem sanctè rogat, ne festum diem à mœrore auspicetur, neve turbationem excitet in tanto Principum conventu: maneat in consessu, neu committat, ut diem suæ coronationis tantis iræ tenebris obnubilet. Tum Imperator & ipse interponit: Quandoquidem, *inquit*, unum te adeò verbum conturbat, vellem me temperasse sermone, quamvis nihil præter Imperii dignitatem eloquutum agnoscam: Sed vide, ne doloris minimi curatione ingens corpori vulnus infligas: Quid enim sit scindere tantum conventum, pro tua prudentia non ignoras. Tum excandescens Archiepiscopus: Pulchrè, *inquit*, hodie remunerabat Cæsarea Majestas diuturna hujus capitis obsequia, quæ sequutus implevi: pro qua in castris incanui: Italiam fatigavi: Lombardiam oppugnavi: Brunswico sudorem cum sanguine fudi: Hæc magna merces mea, ut in conventu Principum confundar propter Abbatem; qui nisi occultam Cæsarei culminis intelligentiam foveret, ab hac injuria meritò temperaret. Quod si, & Cæsar, & Rex, manere me vultis,

eccc

ecce pareo, reponantur nostræ sedes, ut fuere: si nostram Abbas turbaverit, ascendat in cœlum, ponat suam in aquilonem & similis fit altissimo. Præsentiens autem Abbatis Archiepiscopus arrogantiam, quatuor armatorum millibus & suprà venit in cœtum arma procul dubio etiam in Ecclesia exseruissent, si in longum durasset contentio. Tum Imperator, quandoquidem, *inquit*, à te, Archiepiscope, insimulamur de occulta cum Abbate hujus rei machinatione, parati sumus jusjurandum præstare, nos ejus culpæ non esse affines. Et cum jurare paratus videretur, exceperat Archiepiscopus: Verba, *inquit*, Cæsareæ Majestatis mihi pro juramento sunt. Conversus inde in Abbatem Imperator, quòd & ille Principes haberet non paucos, pro illo, si ad arma veniretur, pugnaturos dixit: Hodie, ne major nobis turba hunc diem festum obscuret, sine juris tui præjudicio adhibenda est tibi, Pater, brevis moræ patientia. Abbas cum rubore locum tenuit inferiorem: & coronatus est Rex Henricus cum regina. Erat autem annus octuagesimus quartus post mille centum. Væ tibi superbia, quæ in cœlis nata, cum authore tuo ad inferna demergeris, semper excrucianda. *Hæc Cranzius d. l.* ex quo præprimis notari meretur, quando in hæc prorumpit verba: Meminere multi, hoc ab antiqua observantia factum. Idem ante Crantzium scripsit Lambertus Schafnabur- 11
gensis Monachus, suprà laudato loco, statuens quod Fuldensis Abbas antiquis temporibus proximam ab Archiepiscopo Moguntino occupârit ac obtinuerit sessionem. Consuetudo erat, *inquit Lambertus Schafnaburgensis*, in Regno, per multos retro majores observata, ut semper in conventu Episcoporum, Abbas Fuldensis Archiepiscopo Moguntino proximus assideret. Quæ verò causæ & rationes tam sublimis olim concessi Abbatis Fuldensis consessus, difficile est conjicere, cùm nullibi eas 12
expositas legerim, ob antiquitatem & celebritatem monasterii Fuldensis, ac potentiam ipsius Abbatis Fuldensis hanc dignitatem concessam non dixerim. Vel an ideo, quòd Abbas Fuldensis Primas per Germaniam & Galliam sit omnium Abbatum? Vide subscript. Recess. Imperii zu Augs- 13
burg de Anno 1559. ibi. Wolffgangen erwölten und bestettigten Apts des Stiffts Fulda/ Röm. Keyserin ErtzCantzlern/ durch Germanien und Gallien Primaten/ idem titulus habetur in subscriptione Recessus Imperii Spirensis de Anno 1570. & in subscript. Recess. de Anno 603. Eandem dignitatem posterioribus temporibus Lotharii ætate per Abbatem Ber- 14
tholdum de Schlitz cognomento Görtz/ primùm impetratam, & Ecclesiæ

Fuldensi illatam, testatur Spangenb. *in Chron. Querf.* An verò hæc di-
15. gnitas, præeminentia, & præcedentia Abbatis Fuldensis, ad officium Cancellariatus referenda, quòd Augustæ sit Cancellarius? der Römischer Keyserin ErtzCantzler. d. R. I. zu Augsburg de Anno 1559. planè cò referunt hanc prærogativam Arumæ. *ad Aur. Bull. discursu 6. th. 38.* Bertram. *de Comit. memb. 5. th. 67.* & Kirchner. *in Morviller. lib. 1. c. 3. n. 62.* Nec possum hoc loco omittere jocosum ac facetum Augustissimi & Gloriosissimi Imperatoris Ferdinandi de Archicancellariatu Abbatis Fuldensis dictum, quo in Comitiis Augustanis, Ann. 1559. eundem usum fuisse per-
16. hibet H. Kirchnerus *in Morviller. d. lib. 1. c. 3. n. 68. & seqq.* hunc in modum: Wolfgangum Abbatem Fuldensem, *ait Kirchnerus d. l.* ad aulam Regis honoris & officii gratià, ut fieri solet, aliquoties venisse, & in vestibulo cum aliis præstolatum; Fuisse autem virum staturâ & forma cor-
17. poris dignitateq; oris perquam conspicuum, quem cum foribus multoties ultrò citroque per accessum & recessum, apertis Cæsar è conclavi introire inter alios opperientem animadvertisset, sciscitari cepit ex adstantibus, quinam ille in longa veste sacerdos, foribus qui assisteret? Cui cùm responsum foret, Abbatem esse Fuldensem eundemque Archi-Cancellarium Augustæ, denuò patefieri januam jussit, ut hominem intueri magis propriusq; posset, quo facto, Apagite, *inquit,* apagite, cum isto Archi-Cancellario; Tam plenum sanguine Monachum in Conjugis meæ Cancellaria videre nolim. *Hæc ille.* Quale verò officium Abbatis Fuldensis in coronatione Augustæ ac Imperatricis fuerit, exponit Goldastus *part. 4. tit. 1.* Politischer Reichshandel/ ubi tradit, daß der Abt zu Fulda/ alß Primas Germaniæ, und der Römischen Keyserin ErtzCantzler/ vermög seiner von Carolo IV. habender privilegien dahin verordnet/ daß er bey solchen Krönungen der Keyserin auffwarten/ die Kron halten und tragen soll. Modus coronandi ist unterschiedlich/ wans zu Aach verrichtet wird/ so gebürt die consecratio dem Ertzbischoff und Churfürsten zu Cölln. Impositio coronæ den dreyen geistlichen Churfürsten zugleich. Aber zu Rom soll sie durch die Diaconos Cardinales in die Kirche begleitet/ von dem Priore Episcoporum Cardinalium consecrirt/ und letzlich von dem Pabst gekrönet werden/. Browerus, qui Fuldenses antiquitates literis consignavit, tradit ante quadringentos annos Abbatem Fuldensem, Augustæ Archicancellarii titulum gessisse. Mallinkrotus verò de Archi-Cancellariis S. Romani Imperii *lib. 2. cap. 7. pag. 214. & seqq.* longè altiùs originem istius honoris esse repe-

repetendam censet. Annum autem, vel saltem Imperatorem, sub quo cœperit, frustra vestigari, obstantibus vetustatis caligine, & scriptorum silentio. Ad minimum autem suspicari, si non affirmare licere, ad Othoniana felicia tempora initium hujus ArchiCancellariatus redigi posse. Arbitratur præterea, non alio respectu, jam inde à seculis multis, Fuldensem Abbatem, nonnisi uni Moguntino cessisse, reliquis omnibus, ne ipso quidem Coloniensi Archiepiscopo, nec etiam Magdeburgensi, quamvis Germaniæ inter Episcopos, & Metropolitanos, Primate, exceptis, præcedentia & sessione potiorem fuisse, quàm quod Imperatricis Archicancellariatum gereret. Ante Wolffgangi Theodorici ab Ensickheim, Abbatis tempora, tamen non temerè repertum esse, prædecessorum ejus aliquem, qui titulos suos Archicancellariatus adscriptione auctiores fecerit, ad annum usque 1559. (vide subscriptionem Recess. Comitior. illo anno Augustæ habitorum in Codice Recess. Imper. *pag. 530.*) Nec putat, superesse diplomata Augustæ Fuldensis Abbatis subscriptione insignita, quorum hactenus apud auctorem aliquem, qui publicè prodierit, memoriam superesse non compererit. Nec tamen inde rectè quem inferre, malè fecisse prædictum Wolffgangum, ejusq; successores, quod uti cœperunt, & perseverant iis honorum titulis, quibus præcedentes, vel per modestiam, vel pro temporum simplicitate abstinuerant, eò quòd probabile sit, non minùs illis fuisse legitimas novitii sui instituti causas, quàm hi vetusti moris sui habuerint. *Hæc Mallinkrotus d. l.* Cæterùm, an ex prædictis de præeminentia ac præcedentia Abbatis Fuldensis dijudicandum, aliis arbitrandum relinquo. Sanè, si Abbas Fuldensis Archicancellarius Augustæ, & Primas per Germaniam & Galliam fuit, verosimile est, equidem honoratiorem locum inter alios Germaniæ Proceres tributum, ut de antiquitate Fuldensis monasterii, & potentia Fuldensis Abbatis nunc nihil dicam, cùm vel ex sola matricula Imperii constet, eum multis etiam Imperii Episcopis, cujusmodi sunt, Constantiensis, Ratisbonensis, Mindensis, Lubecensis, & nonnulli alii, esse potentiorem, cum duplo & ex parte etiam triplo plus in collectis Imperii contribuat, quàm illi, attestante Regnero Sixtino *lib. 2. de Regalibus. cap. 4. n. 193.* 18.

CAPUT

CAPUT XVIII.

De præeminentia & sessione Abbatum Hirsfeldensis, Murbacensis, Corbejensis, Stabulensis, &c.

SUMMARIA.

1. *Abbas Hirsfeldensis proximum à Fuldensi Abbate locum in subselliis publicis occupat, morisq; olim fuit, ut conjunctis manibus uterque sessum in conventu juxta irent.*

2. *Abbas Hirsfeldensis in subscriptione Recessuum Imperij post Fuldensem Abbatem ante alios Germaniæ Abbates positus reperitur.*

3. *Abbatem Hirsfeldensem sequuntur Abbates Murbacensis, Campidonensis, Corbejensis, Prumiensis, Stabulensis & alij, qui principali dignitate decorati verbo Fürstmessige comprehenduntur, & adducta ea de re Sixtini verba.*

4. *Alternationi locus est quoad sessionem inter Præpositum Elwangensem & Abbatem Murbacensem.*

5. *Agitur de controversia sessionis inter Abbates Corbejensem & Stabulensem.*

6. *Abbas Corbeiensis per interpositam Anno 1640. protestationem debitam sessionem & jura sua illæsa servavit.*

7. *Adducuntur rationes & argumenta pro Corbejensi contra Stabulensem.*

8. *Quando fundatum monasterium Corbejense, & quomodo à Ludovico Caroli M. filio eidem Huxaria, Eresburgum aliaq; territoria donata.*

9. *Quænam ditiones paulatim huic monasterio Corbejensi accreverint.*

10. *Lotharius Imperator huic Abbatiæ Corb. tradidit Rugiam insulam cum tota circumjacenti provincia.*

11. *Quantus fervor monachorum Corbejensium fuerit in propaganda religione Christiana, & convertendis populis septentrionalibus, Danis, Suecis, Slavis, & Rugianis?*

12. *Adducta hac de re verba Helmoldi.*

13. *Monasterium Corbejense primaria utriusque Saxoniæ schola aliquot seculis fuit.*

14. *Quinque priores libri Annalium Cornelij Taciti in monasterio Corbejensi reperti fuere, & à quæstore Pontificio oblati Leoni Pontif. à quo donatus aureis quingentis.*

15. *Rejicitur Andreas Alciatus, qui hoc ipsum Germanorum laudi invidens, aliter enarravit.*

16. *Ex hoc monasterio Corbejensi multi in Archiepiscopos, Episcopos, quinimo ipsos Pontifices Romanos electi, & quosnam viros egregios hoc monasterium Saxoniæ dederit?*

17. *An in subscriptionibus Recessuum Imperij Corbejensis Stabulensi præpositus fuerit?*

18. *Stabulensis Abbatia quando fun-*

data

data, & cur lupum onera portantem in insignibus ostendat.
19. *Quando Abbates Stabulensis & Corbejensis Principum ordini adscripti?*
20. *Serenissimi Principes Brunsuic. & Luneb. Advocati & vasalli sunt Abbates Corbejenses.*
21. *Magna Abbatiæ Corbejensi aucteritas accreverit ob reliquias S. Viti ibidem asservatas & translatas è Francia in Saxoniam.*
22. *De Reliquiis S. Viti quædam afferuntur notabiliora.*

POsteaquam de Abbatis Fuldensis, uti Primatis omnium per Germaniam & Galliam Abbatum, actum fuit, superest, ut de reliquorum S. R. Imperii Abbatum præeminentia & sessione quædam in medium afferamus.

Inter reliquos verò Abbates Germaniæ post Fuldensem magna in Imperio dignitas est Hirsfeldensis Abbatis, qui proximum à Fuldensi Abbate & Primate, locum in subselliis publicis occupat, morisq; olim fuisse, 1. ut conjunctis manibus uterque sessum in conventu juxtà irent, notavit Kirchner. *de Off. Cancellar. lib. 1. c. 4. n. 106.* Unde in subscriptionibus Recessuum Imperii, Hirsfeldensis post Fuldensem Abbatem, ante alios 2. Germaniæ Abbates positus reperitur. Vide subscriptionem R. I. zu Regensburg de Anno 1567. R. I. zu Speyer de Anno 1570. ut alias Recessuum subscriptiones brevitatis causâ omittam. Hanc Abbatiam tenet modò illustrissima Domus Hassiaca, prout constat ex Instrumento Pacis Cæsareo Suecico d. Ann. 648. *art. 15.* ibi: Sol das Hauß Hessen Cassel und dessen successoren, die Abtey Hirßfeld/ mit allen deren zubehörungen/ Welt- und Geistlich inner oder ausser territorii gelegen; Von unendlichen Jahren hero besessen/ behalten/ und derowegen die Investitur von Kayserl. Maj. so offt es nötig seyn wird/ begehren/ und die Huldigung thuen. Hinc Wilhelmus Landgravius Hassiæ nunc utitur titulo, Landgraff zu Hessen/ Fürst zu Hirschfeld. Hirsfeldensem Abbatem sequuntur alii Abbates Imperii, putà Murbacensis, Corbejensis, Campidonensis, Prumiensis, Stabulensis, Ludrensis, qui omnes principali dignitate decorati sunt, & in ordinatione Cameræ *part. 2. tit. 2. & seq.* verbo Fürstmessige comprehenduntur. Quibus annumerandi duo Præpositi Elbangensis, Probst und Ertzpriester zu Elwangen/ & Præpositus & Archipresb. Berchtolgadensis, Abbas olim vocatus decreto Spirensi Anno 1559. Probst und Ertzpriester zu Berchtolsgaden/ vel Berchteregäden/ Reincking. *de R. S. & E.*

 lib.

lib. 1. Claſſ. 4. cap. 21. Placet hac de re ſubjicere verba notatu digna clariſſimi Juris Conſulti Regneri Sixtini *cap. 4. n. 134.* eximii iſtius operis de Regalibus. Sunt & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ, *inquit,* quibus Regalia competunt, inter quas cumprimis ſunt Abbates principali dignitate decorati. Atqui hi in ordinatione Cameræ *part. 2. tit. 2. 3. & 4. in rubrica & textu, & tit. 5. §. 1. in fin.* aliisq; locis ejus ordinationis verbo Fürſtmeſſige comprehenduntur. Ejusmodi Abbates ſunt Fuldenſis, Hirsfel-
3. denſis, Murbacenſis, Prumenſis, Campidonenſis, Stabulenſis, Corvejenſis. Tales quoque ſunt duo Præpoſiti nimirum Elbingenſis & Berchtesgadenſis. Olim hi homines inter eos, qui Prælati propriè dicuntur, referebantur. Verùm, quemadmodum de aliis Principibus certum eſt, initio minorem fuiſſe eorum numerum, Petr. Gregor. *de Republ. lib. 6. cap. 4.* Knich. *de reg. territor. jur cap. 1. n. 287.* & poſtea hunc numerum creviſſe: ſic etiam prædicti Abbates & Præpoſiti poſtea Principibus in Comitiis adſcripti, & ſinguli jus ſuffragiorum non minùs, quàm alii Principes nacti ſunt, licet Prælati omnes, tanquam unius Principis vicem ſu-
4. ſtinentes, tantùm unum ſuffragium ſimul habeant. Atq; eâ prærogativâ iſti Abbates & Præpoſiti tanquam Principibus pares in Comitiis Imperii utuntur, licèt alii aliis ſeriùs hoc jus adepti ſint, ut ex Statuum Catalogo, Receſſibus Imperii ſubjuncto apparet. *Hæc Sixtinus d. l.* Porrò conſtat ex Actis Comitiorum quoad ſeſſionem, alternationi locum eſſe inter præpoſitum Elwangenſem & Abbatem Murbacenſem, inter quos alioquin de ſeſſione lis fuit.

Cæterùm, quod attinet Abbatem Corbejenſem, qui itidem Princeps Imperii, ut modò dixi, ac cujus Abbatiæ olim non minima in Ger-
5. mania auctoritas, mota eidem ratione præcedentiæ, & ſeſſionis controverſia ab Abbate Stabulenſi Ann. 1640. & conſtat ex Actis Comitiorum d. anni 1640. Corbejenſem Abbatem, ratione ſeſſionis proteſtationem & contradictionem interpoſuiſſe contra Stabulenſem, quo ipſo debitam
6. ſeſſionem & jura ſua proculdubio hactenus illæſa ſervavit, cùm receptum per ſolam proteſtationem, ſeſſionem ſibi debitam conſervari poſſe, R. A. zu Wormbs de Anno 521. §. doch hat unſer/ ibi: mit offentlicher proteſtation, Ruland. *p. 1. de Commiſſ. lib. 6. c. 11. n. 22.* qua de re *libro primo, capite 9. n. 46.* pluribus actum fuit.

Non pauca verò pro Abbatibus Corbejenſibus contra Stabulenſes adduci poſſunt, ex quibus dicendum Corbejenſem Stabulenſi præferendum,

dum, constat enim jam antiquis temporibus post Fuldensem & Hirsfeldensem, præ cæteris Abbatibus & monasteriis insignem Abbatum Corbejensium ejusque monasterii authoritatem, dignitatem, & præeminentiam fuisse, eamque majorem procul dubio, quàm Stabulensis Abbatis: quod si quoque Abbatum Corbejensium, & patrum ibidem degentium martyrio & prædicatione verbi divini conspicuorum, merita in propaganda Religione Christiana perpendas, cum hisce Stabulensis Abbatia conferri vix poterit, nec potentiâ quoq; olim Abbates Corbejenses Stabulensibus cesserunt. Quod fundationem Corbejensis monasterii attinet, anno incarnationis Domini 822. indictione 15. 8. Kalend. Sept. 2. feria, Monachi, qui in loco, (qui Hetha dicitur) per septem annos commorati, inde egressi cum crucibus & reliquiis, (sunt verba Chronici Corbejensis,) in hunc locum pervenerunt: locoq; ab Episcopo Baturado, qui tunc præsens aderat, Corbejæ nomen impositum est, uti erecto tentorio, illatisq; crucibus ac reliquiis locum dedicaverunt in honore & nomine S. Stephani protomartyris, infodientes crucem Christi, ubi nunc altare esse dignoscitur. Et verò tum Imperator Augustissimus Liudwicus, Caroli M. Filius tradidit monasterio locum Huxer, cum omnibus finibus suis, Eresburg. & Meppiam, quæ est in diœcesi Monasteriensi, abbatiolas & cætera prædia in Aquilone: Juditha Imperatrix ab eodem viro suo obtinuit, (sunt verba d. Chronici Corbejensis) in quo subjiciuntur sequentia. Dominus Liudwicus Rex die dedicationis Hemele in dotem altaris obtulit: tradidit etiam Hemmentorp Abbatiolam Visbike, decimas cum decimalibus ecclesiis in Episcopatu Asnebruggi, Vineas in Liciaco Hemma Regina hæc ab eo obtinuit. *Hactenus Chronicon Corbejense.* Sub Bavone deinde ejus nominis quarto Abbate 9. accessit liberæ Cæsareæ Abbatiæ Gronninga, in Episcopatu Halberstadensi, prout testatur Johannes Letzenerus *in Chronic. de reb. gest Ludovici Pij & fundatione Abbatia Corbejensis p. m. 81.* Deinde Folcmarus Abbas, monasterio suo à Sigfrido Comite Saxonico possessiones quasdam in diœcesi Halberstadensi sitas nempe Croppenstede majus & minus, Wendlingam, Heteborнam, Daldorsium, & saltum Hakel acquisivit, qua occasione id factum, late exposuit Henricus Meibomius *in Notis ad Chronicon Corbejense annexum Witichindi Monachi Corbejensis Annalibus p. m. 135.* quò lectorem remitto. Ad Abbatiam Corbejensem multas alias etiam ditiones olim pertinuisse, tradit Letzenerus *in d. Chron. p. m. 65.* ibi: dan die

7 8. 9

Probstei in Monte Martis, zu Stadt Berge / Gruningen im Stifft Hal-
berstad / Schacken / Kemnaden / Brenckhusen / Beverungen / und die
Güter im Stifft Bremen gelegen / alle dem Stifft Corbei zukommen / Lo-
10. tharius Imperator eidem Abbatiæ tradidit Rugiam insulam cum tota cir-
cumjacenti provincia, ut habetur *in Chronico Corbejensi.* Ut alia nunc
omittam. Ex quibus de antiqua potentia Corbejensium Abbatum pas-
sim dijudicari poterit. Non facilè verò majorem fervorem in propagan-
da religione catholica reperias ullibi, quàm olim in Monachis & Abba-
tibus Corbejensibus fuit, cùm alii in monasteriis delitescerent, hi in ex-
tremas oras prædicandi Evangelli causâ penetrârunt, his conversionem
11. suam debent septentrionales populi, Dani, Sueci, Slavi, *&c.* S. Ans-
charium Conventualem Corbejensem Anno Christi 826. in Daniam per-
venisse, & non modò ibidem commoratum, sed etiam in Sueciam, ut
populos hosce ad fidem Catholicam converteret, penetrâsse, testatur Al-
bertus Stadensis *in Chronico ad annum Domini 826.* qui tradit præter S.
Ansgarium neminem ob crudelitatem gentis, eò venire ausum fuisse, &
memorat Crantzius S. Anscharium non semel, sed sæpius ad Regna Aqui-
lonaria, ad religionem Christianam propagandam transivisse. Vide
Crantz. *in Dan. lib. 4. c. 10.* De Evangelio Christi, à monachis Corbe-
jensibus, Rugianis, Slavis, annunciato, disserit Helmoldus historiæ
Slavicæ *lib. 1. cap. 6.* Tradit veterum antiqua relatio, *inquit Helmoldus*
12. *d. l.* quòd temporibus Ludovici Secundi, egressi fuerint de Corveja mo-
nachi, sanctitate insignes, qui Slavorum salutem sitientes, impenderunt
se ipsos ad subeunda pericula & mortes pro legatione verbi Dei. Pera-
gratisque multis Slavorum provinciis pervenerunt ad eos, qui dicuntur
Rani, sive Rugiani, & habitant in corde maris. Ibi fomes est errorum
& sedes Idololatriæ. Prædicantes itaque verbum Dei cum omni fiducia,
omnem illam insulam lucrati sunt, ubi etiam Oratorium fundaverunt in
honorem Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi & in commemoratio-
nem S. Viti, qui est patronus Corvejæ. Postquam autem, permittente
Deo, mutatis rebus, Rani à fide defecerunt, statim pulsis sacerdotibus
atque Christicolis, religionem verterunt in superstitionem. Nam san-
ctum Vitum, quem nos martyrem ac servum Christi confitemur, ipsi pro
Deo venerantur, creaturam anteponentes Creatori. Nec est aliqua bar-
baries sub cœlo, quæ Christicolas ac sacerdotes magis exhorreat. Solo
nomine S. Viti gloriantur, cui etiam templum ac simulacrum amplissimo
cultu

cultu dedicaverunt, illi primatum deitatis sppecialiter attribuentes. De
omnibus quoque provinciis Slavorum illic responsa petuntur, & sacrifi-
ciorum exhibentur annuæ solutiones. *Hæc Helmoldus d. l.* cujus verba
penè eadem reperiuntur apud Crantzium *lib. 2. Vandaliæ cap. 25.* Adde
eundem *lib. 3. Metropol. cap. 1.* ubi idolum hoc à Ranis sive Rugianis
Swantevit indigitatum scribit. Non dicam de viris pietate & eruditio-
ne insigni conspicuis, qui in monasterio Corbejensi fuerunt, quorum si-
miles in tanto numero alibi non extitere, qua de re Henricus Meibomius
in vita Witichindi Monachi Corbejensis, quæ præfixa Annalibus d. Wi-
tichindi, ubi testatur, quod monasterium Corbejense non tantùm Witi-
chindum Historicum, verùm multos Archiepiscopos, Episcopos, archi-
mandritas, & viros insigniter doctos dederit, adeoq; primaria utriusq;
Saxoniæ schola aliquot seculis fuerit, uti loquitur Meibomius, imò Rem- 13.
publicam literariam insigni omniq; prædicatione digno beneficio affecit,
conservatis quinq; prioribus Annalium Cornelii Taciti libris, qua de re
sic scribit Justus Lipsius *ad librum 2. Annalium Taciti:* Quinque hi priores
libri, *ait,* inventi sunt Corbejæ, quod monasterium ad Visurgim est, at- 14.
que illinc depromptum verè hunc thesaurum, quæstor quidam Pontifi-
cius ad magnum Leonem detulit donatus ab eo aureis quingentis. An-
dreas Alciatus, more suæ gentis, Germanorum laudi invidens, in quo- 15.
dam Historiæ Encomio ad Galeaciũ Vice Comitem scripto hujus rei me-
minit, sed cum injuria nostræ gentis, ac veritatis dispendio, sic enim scri-
bit: Esset adhuc ἀκέφαλος Tacitus, nisi Christiani Orbis Max. Pontifex
Leo X. priores quinque libros, de barbaris redemtos postliminio, ut tan-
dem reverterentur effecisset. Et verò in monasterio Corbejensi fuerunt
S. Anscharius, Siffridus, Arnoldus scriptis clarus Bernhardus Erhardus
conventualis Hugo Foletus, itidem ex scriptis noti, Witichindus Histo-
ricus Rerum Germanicarum non incelebris, aliive. Nulla ferè in tota Ger-
mania Archiepiscopalis & Episcopalis sedes, cui hoc monasterium Archi-
episcopos & Episcopos non dederit, quinimò Bruno Dux Saxoniæ & Sue- 16.
viæ, qui Corbejæ commoratus fuit, & in literis eruditus, abhinc in Verden-
sem Episcopum electus, & postmodum Romanus Pontifex factus, ac vo-
catus Gregorius V. fuit. Et cùm Otto Magnus expeditionem faceret in 17.
Galliam contra Hugonem, ac in toto exercitu triginta duarum legionum,
non esset inventus, qui fœnino non uteretur pileo, soli Bovoni Abbati
Corbejensi cum tribus sequacibus id honori datum, ob pietatem & eru-

ditionem insignem, ut pileo fœnino non uterentur, autor Witichindus *lib. 3. Annalium in pr.* Letzenerus *in historia Ludovici Pij Imp.* refert hæc ad Volcmarum Abbatem Corbejensem, sed tutius est, sequi Witichindum isti seculo proximum. Quid Crantzio *lib. 3. Saxon. cap. 36.* in mentem venerit, ex corbejensi Antistite Fuldensem Abbatem facienti, non video, cùm & à Stadensi & Urspergensi rectiùs doceri potuisset. Incidit ista expeditio Gallicana Ottonis I. in annum Christi 946. teste Continuatore Reginonis, vel ut rectiùs Frodoardus *in Chron.* Contractus & alii in Ann. 947. De Wickboldo Abbate Corbejensi constat, quòd interfuerit expeditioni contra Slavos Obotritos & Lutitios, attestante Chronico Lauterberg. ad annum 1147. meminit hujus expeditionis Helmoldus *lib. 1. c. 63.* & ex eo Albertus Stadensis. Otto Frisingensis de Rebus gestis Friderici Barbarosæ *lib. 2. c. 23.* scribit hunc Wickboldum jussu Imperatoris in Græciam Constantinopolim ablegatum, ejusque legationis Collegam fuisse Wilbaldum Abbatem Stabulensem, de quo Guntherus *Ligurini lib. 4.* ait, quòd fuerit insignis meritis, & clara stirpe creatus. Verumenimverò, cùm hoc ipsum argumentum à præstantissimis & eruditione conspicuis monachis, qui Corbejæ fuere, depromptum, quamvis ad dignitatem Abbatiæ Corbejensis non parùm faciat ad præcedentiæ & sessionis materiam, & controversiæ præsentis expositionem tamen adhiberi non poterit, cùm & ex monasterio Stabulensi, non pauci viri pietate & eruditione conspicui, quamvis non in tanto numero prodierint, & alioquin hoc argumentum fallax esse *suprà libro 1* ostensum sit, ideo plura heic afferre opus non est. Interim constat Corbejenses Abbates nulla in re Stabulensibus inferiores esse, verumenimverò in istos perinde jura principalis dignitatis collata, iisdem itidem Regalia competunt, Sixtin. *de Regalib. lib. 1. cap. 4. n. 135. & seq.* ac sessionem & votum in Comitiis Imperii habent, quod si nonnihil ad dignitatem conciliandam faciat, Principes Vasallos habere, quò propendere videtur Sixtinus *d. l.* constat Serenissimos Duces Brunsuic. & Luneb. Abbatum Fuldensium Vasallos esse.

Porrò, si ad subscriptionem Recessuum recurrendum, patet ex sub-
17 scriptione Recessus Imperii Spirensis de Anno 1542. Abbatem Corbejensem præpositum Abbati Stabulensi, ibi: Abts zu Corvey Licentiat Johan Helffman: Wilhelms Abt zu Pfreime und Stavel Adam Wernher von Themar Doctor. Verùm cùm ex §. demnach wollen Wir d. Recess.

constet,

constet, Status Imperii promiscua sessione usos fuisse, & expressè cautum, ne subscriptio noceret, hoc ipsum tutò adhiberi argumentum non potest, & econtra in Recessu Imperii Spirensi de Anno 1570. Stabulensis Abbas in subscriptione præpositus Corbejensi reperitur, quamvis, nec id Corbejensis Abbatis causæ officiat, cùm expressè ex §. Aber im mittelst d. Recess. de anno 1570. constet, quòd subscriptio Statuum Recessui subjecta, ejúsque ordo, nulli Statuum Imperii, præjudicium afferre debeat. Cæterùm in novissimo Imperii Recessu de Anno 1654. Stabulensis in subscriptione Statuum Imperii Corbejensi præpositus legitur. Porrò non desunt econtra rationes, quæ Stabulensis Abbatis præeminentiam non obscurè arguunt, quod enim fundationem attinet Stabulensis Abbatiæ Corbejensi non cedit, nec omittendum esse duco hoc in loco referre, quòd non pauci authores Abbatiam Stablo diœceseos Leodiensis dictam velint, quasi Luporum stabulum, quod tempore D. Remacli nihil aliud hoc loco esset, quàm stabula alta ferarum. Et vulgò narrant eundem Remaclum, cùm Monasterium hoc conderet, Asini usum ministerio ad comportandam materiam, quem cùm devorasset lupus, Remaclum lupum damnâsse ad subeundas Asini vices, eumque se morigerum omninò præstitisse, atque 18.
ea de causa, Lupum onera portantem, in hujus loci Insignibus effigiari, Abrah. Ortelius *in Itin. Gallo-Brabant. Rubr. Stabulo. pag. 260. & seqq.* Vid. Hœppingium *de Jure Insignium p. 1. cap. 6. §. 5. n. 86. pag. 234.* fides sit penes Authores: Cæterùm, constat præterea Stabulensem Abbatem 19.
ab Ann. 1570. semper inter Principes relatum fuisse, Corbejensem verò demum Ann. 1582. Principum ordini adscriptum, quodipsum ad asserendam Stabulensis authoritatem non parùm facere videtur. Sed ad Corbejensem Abbatem ut redeamus. Sanè, si argumentum Sixtini suprà adducto loco, à Vasallorum scilicet potentia & dignitate depromptum, hoc in loco stringere, & nonnihil momenti inferre dicamus, ecquid probabilius, ad Abbatiam Corbejensem, ejusque præeminentiam poterit afferri, etenim facti evidentià conspicuum est, domus Ducum Brunsuic. & Luneburg. Abbatem Corbejensem pro Feudi Domino agnoscere, nempe, à quo recognoscunt non minorem Ducatus Gottingen- 20.
sis partem, præprimis Comitatum Dassilicnsem. Et quorsum hoc, quòd Duces B. & L. qui Advocati Abbatiæ Corbejensis, in die S. Viti quotannis per Legatos suos comparere & interesse processionibus, in memoriam & honorem S. Viti voluerint, ex antiquo instituto, qua de re subjicere

placet verba Johannis Letzneri *in Chronico de Rebus gestis Ludovici Pij & fundatione Abbatiæ Corbejensis cap. 18. pag. m. 59.* ibi: Auch helt der Herr Abt dieses Keyserlichen freien Stiffts am selben Tage zur Vesper/ wie auch des folgenden Tags/ beid zur Meß und zur Verspe/ mit den seinen/ eine absonderliche procession, doch ferner nicht als im Creutzgang/ und in der Kirch. In welcher dem Abt/ der eltester Fürst zu Braunschweig und Luneburg/ oder wen derselbige darzu deputirt, und vollmechtiglich verordnet einen silbernen zierlichen Stab/ alß der Stiffts Advocatus und edler Vogt vortragen/ wie auch der eltester auß dem altem adelichem Geschlecht der von Stockhausen/ als des Stiffts Erbmarschalck/ einen hultzern Stab vortragen muß. Vor alters hat auch der Eltester von der Malßburg/ alß des Stiffts Corbei Erbschenck/ auff diese Zeit dem Abte dienen mussen/ Er aber der Abt und Herr selbst träget in dieser procession den gulden Stab/ in seinem zierlichen Habit und Ornat/ alß das einem solchen Prælaten und Gliedmaß des Reichs gebürhret/ der Edler Advocatus und Erbvogt/ nemlich der Fürst zu Braunschweig und Luneburg/ muß von wegen des Amts und der Graffschafft Dassel den 14. Junij/ einen Hirsch gen Corbey und in die Kuche/ und auch den 21. Junij einen/ lieferen und verschaffen/ welches also von von alters herauß gehalten worden ist. *Hæc Letznerus d. l.*

Porrò, non minor Abbatiæ Corbejensi auctoritas accrevit, ob reli-
21. quias S. Viti, ibidem asservatus & translatus è Francia in Saxoniam, per Warinum Abbatem Corbejensem, qua de exstant versus hi antiqui:

Felix Saxonia, gaude per pignora cara
Viti ditata, quæ dat tibi Francia grata.
Abbas Warinus regali semine primus
Francorum natus, Viti venerabile corpus
Transtulit è Francis Corbejam ceu patet istis.
Romano fretus pius imperio Luduwicus,
Hoc, Hilduine, donat te patre favente,
Quando Dionysii rexisti limina claustri.
Quo tam præclaro gaudebas ante patrono.
Ex tunc translatum fuit à te Francia sacrum
Imperium, divi quo nunc gaudent Alemanni,
Chronica Martini dant hæc, veteres quoque libri.
Ex qua re sanctum veneremur carmine Vitum.
Octingentenus dum vicenusq; secundus
Annus erat Christi, claustro fundum dedit isti
Filius iste pius Magni Karoli Luduwicus.

Creditur

Creditum antiquis temporibus, per translationem S. Viti in Saxoniam decrevisse res Francorum, Alemannorum verò incrementa hoc ipso sumpsisse, unde apud Witichindum Corbejensem *lib. 1. Annalium* Legatus Caroli ad Henricum Regem missus: Dominus meus Carolus, *inquit*, regia quondam potestate præditus, modò privatus, misit me ad te, demandans, quia nihil ei ab inimicis circumvento jucúndius, nihil dulcius esse potest: quàm de tui magnifici profectus gloria aliquid audire, famâ virtutum tuarum consolari. Et hoc tibi signum fidei & veritatis transmisit, 22.
protulitq; de sinu manum preciosi martyris Dionysii auro gemmisque inclusam, hoc, *inquit*, habeto pignus fœderis perpetui, & amoris vicarii. Hanc partem unici solatii Francorum Galliam inhabitantium, postquam nos deseruit insignis martyr Vitus ad nostram perniciem, vestramq; perpetuam pacem, Saxoniam visitavit, communicare tecum maluit. Neq; enim postquam translatum est corpus à nobis, civilia vel externa cessavere bella: eodem quoque anno Dani & Nortmanni regionem nostram invaserunt. Cæteroquin constat, Venceslaum Bohemiæ Regem, qui inter sanctos relatus ab Ottone Magno brachium Divi Viti ex Gallia, sub Ludovico Pio Corbejam in Saxoniam translati, magnaque religione in Bojemia culti petiisse, uti tradunt Dubravius Olomuzensis Episcopus *Historia Bojemica libro quinto*, & Æneas Sylvius *Historia Bojemica cap. 15.* Dubravii verba *d. l.* hæc sunt: Existimabat Cæsar (Ottho Magnus) gloriosa cum & ambitiosa petiturum. At is brachium Divi Viti, ex Gallia sub Ludovico Pio Corbejam in Saxoniam translati, magnaque religione in Bojemia culti; sibi dari postulavit. Ad quæ postulata Cæsar subridens, Feres tu, *inquit*, primo quoq; à reditu nostro in Saxoniam tempore, quas habere cupis reliquias. *Hactenus Dubravius d. l.* Quòd verò ex Corbeja reliquiæ revocatæ sint, & datæ sancto Wenceslao, Autor non commemorat, nec dubium est, quin hæ reliquiæ, antequam in Galliam transportarentur, Romæ fuerint & Româ translatæ Lutetiam Parisiorum à Volrado Abbate Parisiensi monasterii S. Dionysii Anno Dn. 755. uti tradit Sigisbertus Gemblac. Æn. Sylvius suæ relationi hoc addit, quasi Imperator aliquando conspexisset comitatum Angelorum insignem, cùm Wenceslaus adolescens in aula Imperatoris versaretur, quem tunc temporis hoc donum impetrâsse dicit, licèt hæc & alia fabulosa appareant, necnon hæc ipsa, quæ de hisce reliquiis hinc inde dispersis, refert Letznerus in Chronico *de Reb. Ludovici Pij & fundatione Abb. Corb. c. 16. p. m. 52.*

CAPUT XIX.
De Prælatorum aliorum & Abbatissarum sessione & prærogativis.

SUMMARIA.

1. *Prelatorum appellatione continentur omnes Ecclesiastici, quamvis dignitate distinguantur.*
2. *Quinam ejusmodi Prælati sint, secundum Matriculæ ordinem.*
3. *Hi ipsi Prælati postponuntur Principibus secularibus, Comites tamen & Barones iidem præcedunt.*
4. *Prælati licèt sessionem in Comitiis habeant, tamen unius Principis vicem sustinentes unum tantùm suffragium præ sese ferunt.*
5. *Abbatissæ inter Prælatos post Principes ponuntur in Catalogis Statuum annexis Recessibus Imperij.*
6. *Quamvis Andr. Gailius in Statuum Imperij enumeratione Prælatorum nullam omnino mentionem faciat, nihilominus tamen eosdem Status Imperij esse & sessionem ac jus suffragij habere evincitur.*
7. *Inter Abbatissas Germaniæ præcipua est & reliquis eminentior Abbatissa Quedlinburgensis, quæ olim immediatè Ecclesiæ Romanæ subjecta fuit, & egregiis privilegiis ab Impp. dotata.*
8. *Argumentis solidis evincitur falsam esse communem scriptorum opinionem, Carolum M. scilicet quibusdam Saxoniæ urbibus statuas Rolandinas in signum libertatis dedisse.*
9. *Probatur ex Huberto Thoma Leodic. falsa esse, quæ de Rolandi inaudita corporis proceritate vulgò afferuntur.*
10. *Abbatissæ quoad locum in consessu & dictionem sententiæ pari cum reliquis jure censentur, ac promiscuè in subscriptionibus Recessuum Imperij ponuntur.*

POsteaquam de Abbatum præeminentia & sessione actum, consequens est, ut paucis de Prælatorum adhuc aliorum, necnon Abbatissarum sessione agamus, & verò constat, Prælatorum nomine contineri omnes Ecclesiasticos, quamvis dignitate distinguantur.
1. Casp. Ziegler. *pract. conclus. §. Austrega. Concl. 1. n. 11.* & quidem ejusmodi Prælati secundùm Matriculæ ordinem sunt Reichenaviensis, Weissen-
2. burgensis Præpositus, Weingartensis, Salmensweilensis, Walckenrietensis, Marthalensis, Oldenheimensis, Elchingensis, Wethusanus Præpositus, Petershusanus, Keisersheimensis, Heimerani, Ratisbonensis,

Weiss-

Weissenaviensis, Schussenritensis, Roggenburgensis, Ochsenhusanus, Gengenbacensis. Monasteriensis, Monchenrodensis, Werdensis, Ursbergensis, Irsehensis, Helmstadensis, aliive, prout ex subscriptionibus Decretorum Comitialium apparet, porrò, Prælatis annumerantur Commendatarius Provincialis, Confluentinus zu Cobelentz/ item Alsatiæ & Burgundiæ Land-Commenthur der Baleyen Elsaß und Burgund/ Austriæ enim & Etschlandiæ Baillivi, ut vocant, ab Archiducibus eximuntur, testante Reinckingio *de R. S. & E. lib. 1. Class. 4. cap. 21.* Hi, licèt Principes Ecclesiastici sint, postponuntur tamen Principibus secularibus, nisi quòd Comites & Barones præcedant, prout id ipsum ex omnibus ferè 3. subscriptionibus Recessuum manifestum evadit. Et licèt Prælati sessionem in Comitiis habeant, attamen notante Regnero Sixtino *lib. 1. de Regalibus cap. 4. n. 36. p. m. 109.* omnes Prælati, tanquam unius Principis 4. vicem sustinentes unum tantùm suffragium unà præ sese ferunt.

Porrò, quod Abbatissas attinet, etsi in administratione rerum secularium, & in conferendis feudis, Abbatibus æquiparari soleant, *c. 1. in princ.* ubi Bald. & Alvarott. *Qui feud. dar. poss.* Zas. *de Feud. part. 5. n. 49.* Rosenth. *de Feud. cap. 4. conclus. 18. n. 1. lit: a.* uti & ratione administra- 5. tionis, & jurisdictionis in moniales: ut loquitur Lancellott. *in Templ. omn. jud. lib. 2. cap. 7. n. 45.* ac Prælatorum appellatione contineantur, Pautmeister. *lib. 2. de jurisdict. c. 10. n. 10. & sequent.* & quædam ex Abbatibus dignitatem & titulum Principalem habeant, ut partim ex Catalogo posterioribus Imperii Recessibus adjuncto, liquet, & usus testatur, nihilominus tamen in eo Catalogo Principibus non adscribuntur, sed ab iis separantur, & inter Prælatos post Principes ponuntur, ut ex omnium Imperii Recessuum annexis Catalogis Statuum, in quibus Abbatissarum mentio fit, satis apparet, ut utar verbis Sixtini *lib. 2. de Regalibus cap. 4. n. 141.* subjungit idem *n. 142.* Sunt tamen, *inquit,* nonsolùm Status Imperii & principali dignitate decoratæ, sed & Regalia ex concessione habentibus annumerandæ, idque eò minùs mirum videri debet, quòd & inter eos, qui propriè Prælati sunt, reperiantur ecclesiasticæ personæ, regalia habentes. Et licèt Andreas Gailius *lib. 1. observ. 21. n. 2.* in Sta- 6. tuum Imperii enumeratione, Prælatorum nullam omnino mentionem faciat, sed tantùm Electorum, aliorúmque Principum Secularium & Ecclesiasticorum, item Comitum, Baronum, & Civitatum Imperialium meminerit, attamen revera Prælatos nonsolùm immediatè Imperio, &

nulli inferiori Principi subjectos, sed & unà, prout rectè observat Sixtinus d. l. n. 145. cum Principibus secularibus & Ecclesiasticis, Comitibus, Baronibus, & Civitatibus Imperialibus Status Imperii esse, ex matricula Imperii evidentissimè liquet, ipsaq; experientia testatum facit, quòd ad Comitia Imperialia vocentur, & in his sessio & jus suffragii iisdem competat, aliáque in iis locum habeant, quæ statuum propria sunt.

Cæterùm inter has Abbatissas præcipua est & reliquis eminentior Abbatissa Quedlinburgensis, Bernh Bertram. *de Comitiis membr. 3. th. 35.*
7. cujus & antiquis temporibus non minima authoritas, constat enim hanc Abbatiam Quedlinburgensem olim immediatè Romanæ Ecclesiæ subjectam fuisse, prout hoc ipsum patet ex literis Innocentii Pontificis Romani, scriptis Anno 1206. ad filias Sophiæ Abbatissæ Quedlinburgensis, in quibus literis Pontifex mentionem facit privilegiorum & immunitatum à prædecessoribus suis Agapeto, Sylvestro, Johanne aliisque Abbatiæ Quedlinburgensi concessarum, quinimo Abbatissa Quedlinburgensis jam antiquis temporibus Princeps imperii habita, eidemq; Regalia & privilegia sua confirmata à Sigismundo Imperatore in literis datis Constantiæ Anno Dn. 1418. *9.* die Februarij ad Adelheidam Abbatissam Quedlinburgensem principem devotam, ut ipsa verba Rubricæ prædictarum literarum habent, eadem privilegia postmodum confirmavit Carolus V. in literis Wormatiæ datis ad Abbatiss. Quedlinb. Porrò, licèt ipsa urbs Quedlinburgensis non semel se Abbatissis suis opposuisse legatur, tamen subinde eadem in ordinem redacta, quinimo Ernestum Ducem Saxoniæ, & Marchionem Misniæ, quòd sorori ipsius Abbatissæ Quedlinburgensi non parerent, urbem Quedlinburg. expugnâsse, & dejecisse Rolandi statuam, quam pro signo libertatis ab antiquo habuere, tradit Crantzius *lib. 12. Saxon. cap. 16.* adde Fabr. *lib. 7. Orig. Sax. p. 783.* Hac occasione non possum non improbare errorem quorundam, & qui putant & scriptis suis defendere conantur Carolum M. quibusdam Saxoniæ urbibus statuas Rolandinas in signum libertatis dedisse, unde jussu Caroli liberam judiciorum potestatem accepissent; Quod ipsum verò melioribus ejus
8. ævi monumentis repugnat, constat enim ex Germanicis Scriptoribus, nullam tum temporis adhuc urbem præter Cisrhenanas in Germania fuisse, cum nullius inferioris Saxoniæ urbis in historia Caroli M. mentio sit facta, nec verosimile scriptores Germanicos, qui minutissima sæpius annotârant, hoc ipsum, utpote notatu dignum, præterire voluisse, quinimo

duas

duas tantùm arces, in Germania Transrhenana, & quidem in Westphalia obsedisse Carolum Magnum; historici ejus seculi testantur, quòd si plures tum temporis arces exstructæ fuissent, procul dubio Saxoniam tam facili negocio occupare non potuisset, cùm Germani libertatis patriæ defensores & propugnatores exstiterint acerrimi, quod arguit memorabilis belli diuturnitas; cui primùm anno 33. finis impositus, Eginhardus quoque in vita Caroli Magni inter alias belli Saxonici causas hanc recenset, quòd termini Francorum & Saxonum penè ubique in plano essent contigui, ut loquitur Eginhardus. Suberant, *inquit*, & causæ belli, quæ quotidie pacem perturbare poterant, termini videlicet nostri, & Saxonum penè ubiq; in plano contigui, præter pauca loca, in quibus silvæ majores vel montium juga interjecta utrorumq; agros certo limite disterminant, in quibus cædes, rapinæ & incenda fieri vicissim non cessabant. *Hac ille.* Prætereo heic, quòd nullis priscis monumentis relatum: Carolum M. in expugnandis Saxonibus Rolando Duce usum fuisse, & annon verosimiliùs in occupatis urbibus, Carolo M. Regi victori potiùs, quàm Rolando Duci statuas erectas, prout rectè observat Goldastus, adductus Joanni Gryphiandro *in sing. tract. de Weichbild Saxon. cap. 74. & cap. 71.* Præterea, cùm Caroli M. ævo urbes ad Rhenum florentissimæ fuerint, nulla tamen jurisdictione aut libertate conspicuæ, quis, quæso, tutò affirmabit, obscuris tum temporis in Saxonia vicis libertatem concessam, quæ negata florentissimis urbibus; Equidem sunt ignobiles pagi in Marchia Brandeb. & alibi Colossos Rulandinos præferentes, quos tamen nemo ab imperio immediatè dependere dixerit, Vide Klockium *in tr. de Contribut. cap. 5. n. 95.* Argumento, est, ut idem Klock. *d. l.* observat, horridulus Rolandulus, ut ipse loquitur, sive potiùs saxum Colossi instar, Wedelæ in vico ad Albim Schawenburgicæ ditionis conspicuum. Ad quam statuam Mercatorum consuetudine usitata contractus plerumq; celebrantur, quasi tum validiores, si modo in conspectu hujus Rolandi sint initi. Denique, quæ de Rolandi inaudita corporis magnitudine vulgò afferuntur, fabulosa esse, ostensum ab Huberto Thoma Leodio *in Commentatione de Palatinorum origine p. m. 5. & 6.* cujus verba subjicere non gravabor: Fabulantur Francorum Annales, *inquit*, eundem Carolum, ejusq; duodecim proceres, quos Franciæ pares appellant, inaudita corporis magnitudine fuisse. Quod rescire cupiens antiquitatis amantissimus Franciscus Rex Francorum, ex Hispanica captivitate in suum regnum rediens, postquam

Blaviam pervenit, in subterraneum illud specus descendit, ubi dictus Rolandus & Oliverus, & medius Divus Romanus in marmoreis sepulchris non admodum magnis tumulati sunt. Jussit autem de Rolandi tumulo frustum marmoris abrumpi, & illico, postquam inspexisset, calce seu cæmento relinìri, de communi fama nihil detrahens, ne videretur frustra (ut credo) id tentâsse. Post paucos verò dies salutato de itinere Rege in opido Cognaco, Fridericus Palatinus, qui tum Imperatorem Carolum in Hispaniam adibat, Blaviam etiam divertit, & eadem monumenta videre voluit. Aderamus ego, & Doctor Johannes Langius, Principis insignis medicus, qui de singulis diligentiùs scire volentes, perscrutati sumus à monacho, qui Principi omnia indicabat, de ossibus Rolandi, an
9. adhuc integra, & ea, quæ fama diceret, longitudine in marmore concluderentur. Respondit ille, famam nihil esse mentitam, neque nos movere debere marmoris brevitatem. Fuissent enim post multos annos à strage Roncivalle translata, putrefactis jam juncturis non cohærentia, sed simul veluti in fascem colligata ibi esse reposita, & marmor pro longitudine tibiarum, quæ adhuc integræ forent excavatum fuisse. Admirati sumus vehementer, si monachus verùm diceret, Rolandi magnitudinem, cujus pro marmoris dimensione tibia tres pedes ad minus longitudinis habuisset. Dum hæc nobiscum ratiocinaremur, abiit Princeps cum monacho, nos duo remansimus soli inter nos dicentes: quid si fragmentum marmoris revelleremus, quum nondum cæmentum coaluisse videamus, placuit consilium, & admovemus manus, quibus libenter cessit lapis, totumq; sepulchrum intus inspeximus. Ubi prorsus nihil erat, nisi ossiculorum cumulus, vix duorum pugnorum crassitudine: quo disperso, os vix ullum digiti longitudine invenimus. Quare reposito, ut antea fuerat, fragmento risimus inter nos monachi vel inscitiam, vel imprudentem mentiendi audaciam. *Hactenus Hubertus Thomas Leodius d. l.* Vide Goldastum *in tractatu de immunitat. & privileg. Reip. Magd. hactenus non edito,* ubi itidem observat, ea omnia, quæ de Duce Rolando Caroli M. ex sorore nepote historiographi memorant, quasi ejusdem ope & consilio pleraque à Carolo M. in Saxonia gesta, merè fictitia esse, & nulla fide historica niti; attamen certum, *inquit,* Rulandi nomen non esse proprium aliquod, sed appellativum, quasi dicas Rugeland; compositum nimirum ex vocabulo Rugen/ quod est veteri idiomate Germanico, caussam suam proponere, & diligenter ponderatis cujusq; litigantium partis argu-

argumentis, sententiam pronunciare, & territorio seu districtu: ut ita statua Rolandina significet signum, per quod notatur, ibi esse forum publicum causarum, jurisdictionem, locum justitiæ, territorium, seu ut suo idiomate Germani vocârunt, Mallum publicum ein Mahlstad/da man frey Keyserlich Gericht helt. Vide clarissimum JurisConsultum Johannem Gryphiandrum *in tract. de Weichbild. Saxon cap. 74. & cap. 71.* quò lectorem remitto, add. Joann. Jacobum Speideilium *in Notab. Jurid. hist. polit. lit. R. voce* Rulands Bild/ Rulander Seulen/ *p. m. 802.* Statuæ ejusmodi Rulandinæ hodienum multis in locis reperiuntur, in Civitate Imperiali Bremensi, in Marchia Kinspergæ & Prinslaviæ, & ante truculentissimum bellum Germaniæ Magdeburgi, Hamburgi quoq; olim statuam Rolandinam fuisse, testis est Albertus Crantzius *lib. 10. Saxoniæ c. 2.* ubi tradit Hamburgenses à Carolo IV. Holsatiæ Comitibus parere jussos, salvis tamen libertatibus, quas ab Imperiali culmine promeruissent, Rolandi statuam, quam pro signo libertatis olim erectam habuerant, dejecisse.

Porrò, ut ad priora revertar, Quedlinburgensem Abbatissam, sequuntur aliæ, puta Essensis, Herwerdensis, Monasterii inferioris, Ratisbon. Monasterii superioris Ratisb., Lindaviensis, Gerenrodensis, Buchaviensis, Rotmunsteriensis, Heckbacensis, Guttenzellensis, Bintensis, Andlaviensis, Gandersheimensis, quæ Abbatissæ quoad locum in consessu ac dictionem 10.
sententiæ pari cum reliquis jure censentur. Reinckingk. *de R. S. & E. lib. 1. class. 4. cap. 21.* nec prætereundum hoc loco Abbatissas promiscuè poni in subscriptionibus Recessuum Imperii, ubi modò hæ propositæ, modò aliæ, ut ex Catalogo statuum Imperii, Recessibus Imperii subjecto, planum evadit, nec id pluribus adductis exemplis confirmare, operæ pretium esse existimamus.

CAPUT XX.

De prærogativa & sessione Vicariorum Episcoporum in genere.

SUMMARIA.

1. *An Vicarius Episcopi eandem sessionem occupare possit, quæ Episcopo suo debetur?*
2. *Vicarius corruscat radiis Episcopi.*
3. *Vicarius gaudet privilegiis Episcopi, cum tota praeminentia ipsius.*

4. Vica-

4. *Vicarius præcedit Archidiaconum, & omnem aliam dignitatem sibi sumit, quantumcunq; primam post Episcopum.*
5. *Vicarius repræsentat Episcopum.*
6. *Vicarius cujuslibet Prælati in loco Capitali, tanquam cujuslibet vocem gerentis honorari debet.*
7. *Canonicus minor in ordine, habens majorem administrationem sibi concessam, ratione administrationis & officij sibi concessi, in omnibus præferendus est aliis Canonicis.*
8. *Episcopus interveniens in Capitulo tanquam Canonicus, licet fungatur vice Canonici, tamen illud jus annexum, quod habet, facit eundem digniorem præ aliis.*
9. *Quamvis Seniores præcedere debeant juniores Canonicos, tamen id intelligendum, data paritate dignitatis & ordinis.*
10. *Episcopi sedes eminentiori loco esse debet collocata.*
11. *Removentur objectiones quædam, quibus probatur Vicarium in celebrandis officiis non intervenire, uti Vicarium, sed tanquam Canonicum.*
12. *Sedes Vicarij immediatè est prima post Episcopum.*
13. *Inter eos, qui sunt ejusdem ordinis, in sessionibus, is præferendus, qui prius ordinatus est.*
14. *Vicarij alij nati, alij specialiter electi dicuntur.*

LOcus postulat, ne sicco pede heic prætereamus Vicarios Episcoporum, de quibus ut paucis agamus, ordo requirit, & licèt Vicarii Episcoporum primùm post Episcopos locum obtinere videantur, & proinde ante Abbatum & Abbatissarum sessionem, de iis agendum, attamen cùm Episcoporum Italiæ, Galliæ, & Hispaniæ non eadem authoritas, quàm Germaniæ Episcoporum, Abbatum, & Prælatorum, qui principali dignitate decorati, in Comitiis Imperii Sessionem & votum habent, ac quibus etiam Regalia competunt, placuit primò omnium de iisdem agere, & quæ de Vicariis Episcoporum dicenda, in hunc locum conjicere. Et verò hoc in loco id potissimùm disquisitionem meretur: *An Vicarius Episcopi, eandem sessionem occupare possit,*
1. *quæ Episcopo suo debetur?* Quod affirmandum proculdubio, *(1.) enim* constat, quòd inter Episcopum & Vicarium ejusdem non possit dari gra-
2. dus differentiæ in sua diœcesi, vicarius enim corruscat radiis Episcopi, ut eleganter loquitur Abb. *vol. 1. consil. 21.* cui consequens est, Vicarium
3. gaudere privilegiis Episcopi cum tota præeminentia ipsius, prout singulariter in simili loquitur Rom. *in sing. 362.* adducens *text. in c præcipimus 62. dist. (2.) Vicarius* ejusmodi potentiâ, & præstantiâ præditus censetur, ut

ut præcedere possit Archidiaconum, & omnem aliam dignitatem, sibi sumere, quantumcunq; primam post Episcopum in Ecclesia, Abb. *d. vol. 1. consil. 21.* qui ibidem reprobat consuetudinem, quia aliter receptum est, tanquam irrationabilem, & contra honestatem introductam, Lancellot. *in Templo omnium Judic. lib. 2. c. 6. §. 2. n. 14.* eadem est sententia Felini *in Rubr. de maj. & obed.* præjudicio Cardinalium confirmata, vide Azorium *p. 2. Inst. moral. lib. 3. c. 14. q. 5.* (3.) *notissimum est,* Vicarium repræsentare Episcopum, & absq; dubio dignitatem habere eandem, Felin. *in c. quoniam abbas ext. de offic. deleg.* sive administrationem rerum sacrarum 4.
cum jurisdictione conjunctam, ut exponit Lancellot. *d. l. n. 12.* proinde notanter Alb. de Ros. *in dict. in verb. Vicarius:* tradit, quòd Vicarius cujuslibet Prælati in loco Capituli, tanquam cujuslibet vocem gerentis honorari debet, adducit *text. in c. postulatis de conceß. prabend. n. 4.* ubi de 5.
Legatis Principis memorat, eosdem scilicet honorandos, quemadmodum Principes ipsi, à quibus missi, quod ipsum adduxit quoq; clarissimus sua tempestate JurisConsultus Bernardinus Bombinus *consilio 23. per tot. & consilio præcedenti 22. per tot.* ubi istam exponit quæstionem, eamque resolvit; *An Vicarius exsistens de ultimis Canonicis Episcopatus Fossambrunensis, ubi est Vicarius, in celebrandis officiis Ecclesiæ, possit sedere in loco & in sede Vicarij, & lucrari partem, sibi competentem tanquam de ultimis canonicis? Vel: An teneatur sedere in loco sui Canonicatus?* Prius ibidem affirmat Bombinus nudè, quòd, licèt Vicarius in celebratione officiorum fungatur officio Vice-Canonici, ob quam celebrationem lucratur partem sui Canonicatus, quòd tamen nihilominus Vicarius debeat sedere in sede Vicarii, quæ prima est immediatè post Episcopum, teste Abb. *d. consil. 21. in fin.* non autem in loco vel sede sui Canonicatus; nam, quando Canonicus minor in ordine, uti hoc casu, habet majorem administra- 6.
tionem sibi concessam, ratione administrationis & officii sibi concessi, tum in omnibus est præferendus aliis Canonicis, qui in ordine sunt majores, ut dicit Gloss. *fin. in c. statuimus de majo. & obed.* ibi: nisi minori in ordine major administratio sit concessa, quo in loco adductum est exemplum de Archipresbytero, qui debet Archidiacono reverentiam exhibere ratione administrationis & officii sibi concessi *c. perlectis dist. 25. cap. ad hæc de offic. Archid.* Præterea juris expediti est, quòd minores in ordine, dignitate, sive officio, etiam extra divinorum celebrationem teneantur majoribus reverentiam exhibere, videlicet ut minor assurgat
 majori,

majori, eiq; cedat primum in sedendo & eundo locum, ut eleganter habetur in Gloss. *in d. statuimus de majorit. & obed. c. à subdiacon. dist. 92.* At verò Canonici, licèt Senioris in Canonicatu sunt minores ipso Vicario, tam respectu administrationis & officii, quàm respectu dignitatis, cùm Vicarius, ut modò diximus, in sessionibus præferatur Archidiacono, Abb. *vol. 1. consil. 21.* quod consilium lectu dignissimum. Ergo, Et per consequens Canonici in celebrandis divinis tenentur cedere primum locum huic, qui est ultimus ex Canonicis, cùm ipse sit Vicarius; Et licèt dicatur, quòd hic ipse Vicarius in celebrandis divinis fungatur vice Canonici, non autem Vicarii, & proinde, cùm sit ex ultimis Canonicis, antiquiores Canonici eidem cedere debeant, quinimo etiam præferri, attamen Resp. quod etiam hic Vicarius in celebrandis divinis fungatur vice Canonici, tamen considerandus non sit, tanquam singularis Canonicus, cum sua persona sit dignior & ponderosior aliis, ratione suæ dignitatis, prout in simili loquitur Abb. *in c. postulastis n. 14. de concess. prabendar.* quem textum notandum esse dicit Idem, confer Gloss. *fin. in c. postulastis de con-*
7. *cess. prabendar.* ubi habetur, quòd Episcopus interveniens in Capitulo tanquam Canonicus, licèt fungatur vice Canonici, tamen illud jus annexum, quod habet, faciat eundem digniorem & privilegiatum præ aliis, quod ipsum etiam hoc loco dicendum de Vicariis Episcoporum, cùm administratio major inducat præcedentiam. Collegium Bon. *consil. 1. post consilia.* Zabarell. *n. 13. & n. 26.* Dominicus Cardinalis Tuschus *tom. 6.*
8. *Practicar. Conclus. jur. lit. P. conclus. 477.* & quamvis seniores præcedere debeant juniores Canonicos, tamen id intelligendum, data paritate dignitatis, & ordinis, Aretin. *consil. 23. n. 10.* Tusch. *d. l.* Porrò, si Epi-
9. scopus præ cæteris honorandus est, *c. 2. de offic. deleg. in 6.* ibi: quò plus aliis honorari debent, S. August. *lib. 18. de civ. Dei c. 49.* ejusq; sedes eminentiori loco esse debet, *c. 10. dist. 95.* utiq; idem dicendum de Vicariis, cùm, uti suprà dictum, inter Episcopum & Vicarium ejus non possit dari gradus differentiæ, vicarius enim coruscat radiis Episcopi, Abb. *d. vol. 1. consil. 21. in fin.* Non obstat *(1.) quòd* hoc casu Vicarius in celebrandis officiis non intervenire videatur, uti Vicarius, sed tanquam Canonicus, & ideo sedere debeat in suo loco. Resp. cum Bombino *d. consil. 22. n. 28.*
10. Vicarium hunc incidenter & accessoriè tantùm intervenire, uti Canonicum, principaliter verò heic intervenire tanquam Vicarium, & proinde
11. etiam ex urbanitate & honestate sedere debere in sede Vicarii, quæ immediatè

diatè est prima sedes post Episcopum, secundùm Abb. *d. consil. 21. in fin.* de rigore juris enim Vicarius est una & eadem persona cum Episcopo suo, ejusq; privilegiis gaudere debet, & alioquin semper principale præfertur accessorio. *(2.) Non* evertit sententiam nostram, quòd inter eos, qui sunt ejusdem ordinis in sessionibus is præferendus sit, qui priùs ordinatus, 12. Abb. *in c. dudum de Elect. text. in c. statuimus de majoritat. & obed.* Ast Vicarius iste, recenter inter Canonicos receptus. E. Resp. Bombin. *d.l. n. 29.* quòd Vicarius non præferatur cæteris Canonicis, quatenus est Canonicus, sed uti Vicarius, qui, prout modò notatum, primam sedem immediatè post Episcopum habere debet, Abb. in sæpius adducto *vol. 1. consil. 21. per tot.* cùm secundùm eundem *d. l.* Vicarius repræsentet personam Episcopi, ac major sit in ordine quocunque Canonico, & prærogativa ordinis præferatur senectuti. Vide pluribus hac de quæstione suprà adductum Bernardinum Bombinum *d. consil. 22. per tot.* cujus consilia, cùm in paucorum manibus esse, compertum habeam, placuit paulò latiùs hac de re disquirere. Colophonis loco hoc capite monendum, Vicarios in duplici differentia esse; Alii enim nati, alii specialiter electi 13. dicuntur; Hi ipsi aut constituuntur in temporalibus & spiritualibus simul, & generales appellantur, aut in spiritualibus tantùm, & κατ' ἐξοχὴν Vicarii dicuntur; aut in temporalibus tantùm, & officiales vocantur, *c. 2. & 3. de offic. Vicarij in 6.*

Caput XXI.

De Archidiaconorum, Archipresbyterorum, & Presbyterorum sessione.

Summaria.

1. *Vicarij quomodo differant ab Archidiaconis exponitur.*
2. *Dignitas Archidiaconatus major dignitas inter reliquas post Episcopum habetur, & ideo Archidiaconus dicitur habere primā sedem post officiales Episcopi.*
3. *Quilibet secundum dignitatem sibi competentem, sessionem occupare debet.*
4. *Archidiaconus ratione administrationis censetur major Archipresbytero, eumq; præcedit.*
5. *Post Archidiaconos primum locum obtinent Archipresbyteri.*
6. *Hoc ita tamen exaudiendum, scilicet* quod

quòd Archipresbyteri in divinis Archidiaconos præcedant, non autem in aliis.
7. *Author existimat hoc in loco consuetudinem cujusque regionis & loci inspiciendam esse.*
8. *Quanta vis consuetudinis in hac materia sessionis?*
9. *Archipresbyteros excipiunt Presbyteri, quorum quale officium? exponitur.*
10. *Post Presbyteros secundum locum obtinent diaconi, qui ab ipsis Apostolis instituti fuere.*
11. *An Decano Collegij dignitas tribuenda sit? disquiritur.*
12. *Clerici seculares digniores habentur, quàm Clerici regulares & ideo præferri debent in omnibus actibus publicis & processionibus, secundum Cardinalem Tuschum.*
13. *Eius rei rationes assignatæ.*
14. *Canonici Cathedralis Ecclesiæ præcedunt omnes Prælatos, & quæ hujus rei ratio?*
15. *Refutatur Vultejus hac in re, qui Canonicis Cathedralium Ecclesiarum dignitatem tribuit majorem.*
16. *Crantzius Canonicos seculares appellat monstra sine exemplo, Regulares sine Regula, & Canonicos sine Canone.*
17. *Sigismundus Imperator eosdem* Gottes Jungfern *vocavit.*

DE Vicariorum Episcoporum sessione capite præcedenti diximus, superest, ut de reliquorum Ecclesiasticorum sessione disquiramus. Primò verò omnium heîc sese nobis offerunt Archidiaconi, quorum officium & dignitas exposita est à Pontifice, *in c. ad hæc de off. Archidiac.* vide Azorium *p. 2. Inst. moral. lib. 3. c. 14.* Hi ipsi plurimùm à Vicariis differunt, vicarius enim vicarium substituere non potest,
1. *c. 4. de off. Vic.* Archidiaconus verò Coadjutorem quò minùs assumat, nullo jure prohibetur, *c. ult. de cler. ægrot.* Archidiaconi officium dignitati hujusmodi tam firmiter cohæret, ut dignitas ab officio avelli nequeat, nec Archidiaconus ad nutum Episcopi officio amoveri possit, *c. 3. de off. Vicar.* quæ ipsa aliter sese habent in Vicario, Barbosa *lib. 1. jur. Eccles.*
2. *univ. c. 24. n. 36.* Et verò dignitas Archidiaconatus major dignitas, inter reliquas post Episcopum habetur, Abb. *vol. 1. consil. 21.* ao respectu dignitatis Archidiaconus dicitur habere primam sedem, post officiales Episcopi, cùm quilibet secundùm dignitatem, sibi competentem sessionem occupare debeat, *c. cùm olim de consuetud.* Gloss. *in c. statuimus de*
3. *major. & obed.* Bernardinus Bombinus *consilio 23. n. 7 & 8.* & Archidiaconus à Pontifice *in c. ad hæc de offic. Archid.* non inconvenienter oculus Episcopi appelletur. Confer hoc loco tradita à Lancellotto *in Templo omnium*

omnium Judicum lib. 2. cap. 8. per tot. & Chassanæo *in Catalogo Gloriæ Mundi p. 4. considerat. 44.* ubi dicit, quòd Archidiaconus ratione administrationis censeatur major Archipresbytero, eumque præcedat, vide Gloss. *in c. deliberatione de offic deleg. in 6.* & Barba. *vol. 2. consil. 5.* Post 4.
Archidiaconos primum meritò locum obtinent Archipresbyteri. Vide 5.
Guttierez. *lib. 1. Canon. quæst. c. 27. n. 24. & seq.* quamvis multorum locorũ consuetudine Archipresbyteri præcedant Archidiaconos, Tusch. *vol. 1. pract. conclus. lit. A. concl. 482.* Dominic. de S. Geminiano *in c. Episcopus dist. 17.* hoc ita demum procedere existimat, scilicet quòd Archi- 6.
presbyteri in divinis Archidiaconos præcedant, non autem in aliis, *c. 1. de offic. Archipresb. c. 1. 2. & 3. distinct. 60.* Putarem hoc in loco consuetudinem cujusq; regionis & loci inspiciendam, quæ in hac sessionum ma- 7.
teria potissimùm attendenda, in tantum, ut, licèt aliter de jure censeatur, 8.
nihilominus illa obtineat, quam usus longævus firmavit, Menoch. *consil. 257. n. 37. cum seqq. & consil. 784. n. 1.* Andreas Knichen *in comment. in Elect. & Duc. Saxon. jus & privil. lit. provocat. nescium. cap. 2. p. m. 77.* qua dicendi ratione usus Imperator in controversia sessionis inter Electorem Coloniensem & Abbatem Fuldensem apud Albert. Crantzium *lib. 6. Saxon cap. 46.* ibi: Veteres approbamus Imperii nostri consuetudines *&c.*

Archipresbyteros excipiunt Presbyteri, quibus ex antiquissimo Chri- 9.
sti & Apostolorum instituto incumbit verbum Dei docere, sacramenta administrare, & ea exercere, quæ Episcopum oportet, *c. 1. dist. 28.* exceptis quibusdam, quorum exercitium Episcopi sibi solis reservârunt, *c. quamvis dist. 68.* Equidem non exigua Præsbyterorum in primitiva Ecclesia dignitas fuit, nec minor ferè Episcopali, in Sacro Codice planè vocabula ista ejusdem notionis esse videntur, prout patet ex *Act. 20. 17.* ex *1. Pet. 5. 1. 2.* ex *Ep. ad Tit. 1. 5.* Usu deinde receptum, ut duæ illæ voces Episcopus & Presbyter non promiscuè quemvis Ecclesiæ Doctorem significarent, sed illa adhiberetur ad denotandum eum, qui inter Doctores unius particularis Ecclesiæ primus erat & præcipuæ autoritatis; hæc verò ad denotandos illos, qui præter primum illum in eadem Ecclesia docebant, quomodo à se invicem distinguuntur *in l. 33. l. 34. l. 50. C. de Episc. & Cler. l. 5. C. Theod. de hæret.* Hæc verò distinctio quo primùm tempore nata fuerit, inter eruditos maximè est controversum. Sanè in Epistolis S. Ignatii Martyris, quem χάριν τῆς ἀρχιερωσύνης ab Apostolica Petri manu accepisse, & cum Apostolis versatum fuisse, tradunt Socrates &

Theodoretus, accuratè à se invicem distinguuntur Episcopi & Presbyteri, uti videre licet in Epist. ad Smyrnæos, in Epist. ad Ephesios, in Epist. ad Magnesios, in Epist. ad Trallesios, ut adeò ab ipsis Apostolis discrimen id introductum fuisse à vero non sit alienum. Non me præterit heic reponi posse, Epistolas Ignatii non genuinas, sed supposititias esse, quomodo statuerunt Histor. Magdeb *cent. 2. c. 10.* Chemnitius *in orat. de lect. Patrum* aliiq;, ast verò Jacobus Usserius Anno 1644. *ex Bibliotheca Anglicana,* & deinde Isaacus Vossius Anno 1646. *ex Medicea* genuinas se edere professi fuere, qua de re tamen dubitarunt Viri summi. Claudius Salmasius & David Blondellus, quorum hic Florentinum inprimis exemplar desideravit, *in præfat. Apol. de Episc. & Presb. p. 40.* Videatur clarissimus JC. Caspar. Zieglerus *in Differt. de Babtismate non iterando* §. *56. & 57.* Hos ipsos Presbyteros Diaconos præcedere constat, unde in sexta Synodo *c. 7.* cujus verba relata *in c. ult. dist. 93.* hæc habentur: Præcipimus, ne diaconus (quamvis etiam in dignitate, hoc est, in officio quolibet ecclesiastico sit) ante presbyterum sedeat: nisi cùm locum habuerit proprii Patriarchæ, aut Metropolitani sui pro aliquo Capitulo. Tunc enim, sicut illius locum tenens, honorabitur. Si quis verò præsumpserit hoc tyrannicè facere, à proprio gradu repulsus, ultimus omnium fiat in ordine suo. Idem constituit, & rescripsit Archipresbytero Sanctæ Mariæ majoris de urbe Gregorius IX. Pontifex *in cap. 15. de majorit.*

10. *tat. & obedient.* ibi: Statuimus, ut Presbyteri primum locum, Diaconi secundum, Subdiaconi tertium, & sic de reliquis, obtineant ordinatim, etiamsi posteriùs admittantur. Et qui major est ordine: etiamsi postea sit receptus, & in portione percipienda potiorem esse volumus, ac minores facere servitia consueta. Porrò, ipsos Diaconos ab Apostolis institutos fuisse ad sacræ mensæ & altaris ministerium, asserit Thomas Stapletonus Anglus S. Theolog. D. & Lovaniensis Professor Regius *tom. 1. Antidot. Apostolicor. in Actis Apostolor. cap. 6.* testantur enim idipsum Polycarp. *in Epist. ad Philipp.* Clemens *Constitution. Apost. l. 2. c. 61. & lib. 8. c. 25.* Dionys. Areopagita *Ecclesiast. Hier. p. 2. c. 1.* Cyprian. *Epist. 49. & 65.* August. *Ep. 148. & lib. 20. de Civ. Dei c. 21.* aliiq;

11. Cæterùm; *An Decano Collegij dignitas tribuenda sit?* anceps Canonistarum disceptatio est. Equidem jure communi Canonico negandum, eidem dignitatem competere, cùm administrationem cum jurisdictione non habeat, Panormit. *in c. post electionem. de concess. Præbend. n. 9.* Card. Tusch.

Tusch. *tom. 1. Pract. Conclus. lit. D. Conclus. 41. n. 22.* alioquin de consuetudine ferè totius Galliæ, Hispaniæ, & Lusitanniæ, teste Barbosa, *lib. 1. Jur. Eccles. univ. c. 26.* iidem jurisdictionem in Clericos, & consequenter dignitatem obtinent, unde etiam quidam Dd. Decano dignitatem tribuerunt, Pacian. *lib. 2. de Probat. cap. 27. n. 76.* Boer. *decis. 286. n. 9.* & cùm Decani officio utplurimum fungantur Archipresbyteri, *c. ad hac de offic. Archid.* vel eo respectu dignitas non incommodè iisdem tribui posset, P. Gregor. *lib. 15. Syntagm. jur. univ. c. 20. n. 12.* & hac ratione in tantum extollere decanos videtur, Chassanæus *in Catalog. Glor. Mundi d. p. 4. considerat. 37.* ubi Decanatum inter majores dignitates, post Pontificalem enumerat. De Priorum, Præpositorum, Thesaurariorum, aliorumq; dignitate, remitto lectorem ad Chassan. *d. p. 4. consider. 36. 38. 40. 41. 42. & seqq.* Quod Clericos attinet, in genere di- 12.
gniores habentur Clerici Seculares, quàm Clerici Regulares, & ideo eosdem præferri debere in omnibus actibus publicis & processionibus, tradit Cardin. Tusch. *tom. 1. Pract. Concl. lit. C. concl. 377. c. à subdiaco. 39. dist. c. legi epistol. 16. qu. 1.* Card. Alex. *in c. Episcopos n. 3. 17. dist.* hujus rei du- 13.
plicem assignat rationem, *(1.) quòd* proximi Episcopo, & *(2.) quòd* antiquitus ab Apostolis sint instituti. Vide latè Ripam *lib. 1. Respon. 5.* ubi addit, quòd Canonici Cathedralis Ecclesiæ præcedant omnes Prælatos, 14.
cùm magis sint proximi & uniti Episcopo suo, ut ipse loquitur, & proinde in processionibus ipsis Abbatibus præferendi, juxta Ripam *d. l.* confer Boer. *in tract. de author. magn. Concil. n. 8.* Sanè Vultejus *lib. 1. de Feud. c. 9. n. 125.* Canonicis Cathedralium Ecclesiarum dignitatem tribuit, de 15.
quo tamen meritò dubitari possit, nec juvat aut confirmat ejusdem sententiam *c. statutum de Rescr. in 6.* etenim, cùm ibidem per particulam aut Canonici à Clericis, dignitatem vel personatum habentibus, disjungantur, potiùs contraria firmatur sententia. Equidem Canonicorum secularium præ regularibus magnam esse authoritatem, Dd. passim tradunt. Hos ipsos Canonicos seculares Crantzius *lib. 2. metrop. c. 15. lib. 3. c. 15. & l. 7. c. 50.* appellat, monstra sine exemplo, Regulares sine Regula, Ca- 16.
nonicos sine Canone. Sigismundus verò Imperator in Reformatione Clericorum de Anno 1436. *cap. 19. §. 1. ap.* Gold. der Reichs Constitution, Reformation, Ordnungen und Außschreiben *p. 183.* à libertate vitæ Gottes Jungfern vocat. Hyppolith. à Lapide *de Ratione Status in Im-* 17.
perio nostro Romano-Germanico. p. m. 565.

CAPUT

CAPUT XXII.

In quo agitur de controversia sessionis & præcedentiæ inter Canonicos Regulares Ordinis S. Augustini, & Monachos Cassinenses, sive Sancti Benedicti.

SUMMARIA.

1. *Quasi possessio præcedentiæ in hac sessionum materia potissimùm attendenda, tam in publicis quàm privatis processionibus.*

2. *Canonici Regulares in quasi possessione præcedentiæ constituti fuerunt, quod ab Apostolica sede in processionibus publicis prælati Monachis Cassinensibus sive S. Benedicti.*

3. *Pro Canonicis Regularibus Papiæ judicatum fuit, & iidem præferuntur in civitate Astensi & Neapoli.*

4. *In Concilio Constantiensi Canonici Regulares Prælati fuere Monachis S. Benedicti.*

5. *Ex multis actibus possessoriis probatur semper Canonicos Regulares ordinis S. Augustini in processionibus prælatos fuisse Monachis S. Benedicti.*

6. *Pro Canonicis Regularibus Collegia Ticinense & Patavinum, necnon egregij ICti ex facto consulti responderunt.*

7. *Canonici Regulares appellatione Clericorum continentur, eorumq; professio ex contemplationis & actionis mixtura constat.*

8. *Concursus plurium rationum dispositionem efficaciorem reddit.*

9. *Quæ interna Monachalis vitæ professio sit?*

10. *Multis veterum testimoniis evincitur, Monachos se intra monasteria sua continere debere.*

11. *Canonici Regulares docendo populum, eumq; honestis exemplis instruendo plus prodesse videntur Ecclesiæ Dei, quam monachi in monasteriis delitescentes.*

12. *Monachi ab Impp. alijsve viris gravioribus ignaviæ insimulati.*

13. *Canonicis Regularibus ipse S. Augustinus, secundùm Apostolicam institutionem Regulam præfixit.*

14. *Canonici Regulares in Italia profitentur tria ista, quæ Apostoli & Clerici primitivæ Ecclesiæ professi fuerunt.*

15. *Augustinus monasteria instituit, in quibus Clerici Regularem vitam profiterentur.*

16. *Probatur argumentis quamplurimis Regulam Canonicorum regularium à S. Augustino præscriptam fuisse.*

17. *Quæ vis communis opinionis?*

18. *Argumentum veritatis est, aliquid omnibus videri, & adducti, ea de re loci Senecæ, Aristotelis, & Tertulliani.*

19. Pro-

19. Probatur, Reformation emin hoc Canonicorum ordine Anno Dn. 1080. & 1380. factam, accidintalem fuisse, nec substantialem professionis S. Augustini.
20. Ostenditur, professionem S. Benedicti sæpius reformatam fuisse.
21. Congregatio Canonicorum Regularium diutissimè floruit in Ecclesia Lateranensi.
22. Congregatio Cassinensis Ordinis S. Benedicti an antiquior & prius instituta, quàm Ordo Canonicorum Regularium?
23. Secundùm antiquitatem ordo ordini præferendus & in hac sessionis materia antiquitatis ratio vel maximè habenda.
24. Monachismi origo an ab Elia deducenda?
25. Monastica vita originem ducit à Paulo anachoreta, qui primus relicta ob persecutionem in deserta concessit, quæ de re adducta verba S. Hieronymi, & Mantuani poemata.
26. Probatur, Canonicatum & Sacerdotium longè antiquiùs instituta fuisse, quàm Monachatum.
27. Professio Pauli primi Eremitæ à Monachatus essentia prorsus differt.
28. Monachi præpositi sunt Canonicis Regularibus de jure Canonico.
29. Ordo scripturæ in prælationis ipsius effectu inducendo perpendendus.
30. Ordo scripturæ regulariter non solet attendi, cùm ratio ipsa repugnat, & argumenta validiora in contrarium deducuntur.
31. In jure Canonico sæpius Canonici Regulares præpositi inveniuntur Monachis S. Benedicti.
32. Canonici Regulares opibus affluentes meliorem vitam agere censentur, quàm Monachi, & quàm solliciti Imp[...] fuerint de iisdem in ordinem redigendis.
33. Respondetur ad argumenta pro Monachis Cassinensibus adducta.
34. Refertur tenor sententiæ Pij Quarti Pontificis Romani, & curiæ Romanæ, quæ pro Canonicis Regularibus eorumq; præcedentia pronunciavit.

DE Ecclesiasticis inferioris ordinis, & controversiis, ratione præcedentiæ invicem obortis, ut quædam afferamus, tempus monet; Et verò primò omnium sese nobis offerunt Canonici Regulares Ordinis S. Augustini, & Monachi Cassinenses sive S. Benedicti. Inter quos mota aliquoties præcedentiæ controversia, quæ acriter discussa in supremo Apostolicæ sedis tribunali, tempore Pii, ejus nominis Quarti, Pontificis Summi. Et, ut primò dicamus de possessorio, siquidem quasi possessio præcedentiæ, in hac sessionum materia potissimum attendenda, tam in publicis, quàm privatis processionibus, Salgado *part. 2. de protect. reg. cap. 9. n. 26.* Potior autem videtur causa Canoni- 1.

nonicorum Regularium ordinis S. Augustini, ita ut iidem præcedere debeant, Monachos Cassinenses, sive S. Benedicti. Equidem satis id confirmat, amplissimæ Apostolicæ sedi usus, in viridi observantia exsistens, & in processionibus publicis prælationis locum Canonicorum Regularium congregationi assignans, prout testatur Jacobus Philippus Portius
2. JurisConsultus clarissimus *lib. 4. consil. 164. n. 48.* ut proinde Canonici Regulares in quasi possessione præcedentiæ constituti fuerint, nec dicas, localem esse hanc consuetudinem, enimverò non sicco pede heic prætereundum, quòd olim Papiæ pro Canonicis Regularibus judicatum fuerit,
3. qua de re exstant Constitutiones Synodales, præponentes Canonicos Regulares omnibus aliis Religiosis & Monachis cujuscunque ordinis, cujusmodi constitutiones etiam in civitate Astensi reperiuntur, idemq; Neapoli quandoq; decisum fuisse constat, ut refert Port. *d loc.* In Concilio
4. Constantiensi decretum exstare, Canonicos Regulares prælationis jure uti debere, idq; constare ex Bulla Joannis 13. à pluribus summis Sacerdo-
5. tibus confirmata, auctor est idem Portius *d. lib. 4. consil. 164 n. 89.* Quin quòd & authoritate ipsius rei judicatæ Canonici Regulares nitantur. Constat enim in sententia lata ab eminentissimo Cardinale Portuensi Dn. Babtista Zeno, in porticu testante eodem Portio *consil. 166. n. 11.* Canonicos Regulares appellari ordinis S. Augustini & congregationis Lateranensis, & idcirco in ingressu potentissimi Francorum Regis Ludovici
6. in civitatem Mediolanensem cum pluribus Cardinalibus, Canonicos Regulares Ordinis S. Augustini Monachis S. Benedicti acquiescentibus, prælatos fuisse, ita ingressu Julii Secundi in Civitatem Bononiensem, expulsis Tyrannis, ante Clericos & Canonicos Seculares, ipsos Regulares S. Augustini, congregationis Lateranensis, veluti digniores altiori loco præcessisse, uti ex publicis documentis, quibus plena fides adhiberi solet, *c. si cautio de Fid. instrum. l. cum precibus. C. de probat.* constare, asserit Portius *d. l.* qui ibidem quoq; testatur, à delegatis Pauli Tertii Neapoli pro Canonicis Regularibus S. Augustini congregationis Lateranensis judicatum fuisse, idemq; Ticinii atque Vicentiæ aliisque in locis factum fuisse, idem memorat. Refert etiam Joannes Cuspinianus Præfectus urbis Viennensis *in Diario de congressu Cæsaris Maximiliani, & trium Regum Uladislai Hungariæ, Ludovici Bohemiæ, & Sigismundi Poloniæ anno Christi 1515.* apud Freherum *tom. Script. Germ.* Canonicos Regulares in horum Principum ingressu, præcessisse Monachos ordinis S. Benedicti. Ex quibus

appa-

apparet in possessorio potiorem videri causam Canonicorum regularium, quàm Monachorum Ordinis S. Benedicti.

Quod petitorium attinet, paulò difficilior hujus controversiæ decisio videtur, nec enim desunt speciosæ rationes, ab utraq; parte adductæ. Pro Canonicis Regularibus plures ex facto consulti responderunt, ut collegium scilicet Ticinense, & Patavinum, Carolus Ruinus, Antonius Corserus Siculus, & post hos ipsos suprà à nobis laudatus, Jacobus Philippus Portius *d. lib. 4.* in duobus consiliis, *consil. 164. & consil. 166. per tot.* 7.

Pro Canonicis Regularibus iidem adducunt *(i.) quòd* Canonici Regulares appellatione Clericorum contineantur, *c. cùm tibi de V. S versic. consultationi tuæ,* Clerici verò de sorte Domini sint, *c. Clericus. 5. de caus. 12. quæst. 1.* & Reges dicantur ab Hieronymo, *c. Duo sunt genera. 7. caus. 12. quæst. 1.* qui magis magisq; dediti contemplationi, & orationi Deo vacantes, *d. c. duo sunt genera. c. 12. quæst. 1.* sacramenta populo administrantes, & Christi gregem diligenter pascentes majori & digniori functione occupentur adeoque quorum nempe regularium Canonicorum professio ex contemplationis & actionis mixtura constet, & cùm concursus plurium rationum dispositionem efficaciorem reddat, secundùm Bart. & Cyn. *in Auth. itaque. C commun de success.* dicendum videtur Canonicorum Regularium professionem digniorem censeri, quàm Monachorum S. Benedicti, cùm dubium non sit, quin interna Monachalis vitæ professio sit, ut Monachi solitudinem ipsam frequentent, cujuscunque consuetudinem abhorreant, nec populo ipsi divina officia celebrent, *c. 1. 2. & 3. c. 17. qu. 1.* Nihil enim turpius est, quàm ut monachus per urbes & castella discurrat, inquit D. Bernhardus *serm. 63.* Abbas Isidorus hoc in Regula præcipuum observabat, ne quis eorum, qui sub disciplina ejus erant, foras progrederetur, Nicephorus *lib. 11. c. 34.* unde D. Antonius dixit, quemadmodum pisces terræ tactu & siccitate tabefiunt, sic etiam Monachorum gloriam ad urbes accedendo fœdari, Zozomen. *lib. 1. c. 13.* & tradit Nicephor. *lib. 17. c. 12.* de Barsanuphio, quòd sub Justiniano tuguriolo se ipsum incluserit, atque ibi ultra 50. annos ita vixerit, ut tanto temporis spatio à nullo visus fuerit. unde D. Hieronymus *ad Rust.* Mihi oppidum carcer & solitudo paradisus est. Adde, quòd Canonici Regulares docendo populum, eumq; honestis exemplis instruendo, plus prodesse videantur Ecclesiæ DEI, quàm Monachi in monasteriis delitescentes, proinde Impp. Valentinianus & Valens *in l. quidam 63. C. Theodos. de*

8.
9.
10.
11.
12.

13. *Decurionibus, repetita in l. 26. C. eod. tit.* Monachos Ægypti, quaſi ignaviæ ſectatores inſimulant, & ſub iisdem Imperatoribus Eunapius de Monachis Ægypti agens, ibi: Μοναχοὺς ἀνθρώπους μὲν κατὰ τὸ εἶδος, ὁ δὲ βίος αὐτοῖς συώδης: Monachos quidem homines ſpecie, ſed vitâ porcinâ, Rutilius *lib. 1. Itinerarij* Monachos vocat lucifugas viros, & viva funera, quamvis hi ipſi uti pagani & Monachorum vitæ inſcii heic meritò audiendi non ſint.

(2.) Pro Canonicis Regularibus Portius *d. l. 4. conſil. 166.* affert &
14. iſtud, quòd ſcilicet S. Auguſtinus, ſecundùm Apoſtolicam inſtitutionem, regulam ipſam Clericis & Canonicis Regularibus præfixerit, *Serm. primo. tom. 10.* & quòd Canonici Regulares moderni ab hoc ipſo genere deſcendant, argumento eſſe, aut quòd & vitam in communi agant, & tria profiteantur, quæ Clerici initio naſcentis Eccleſiæ conſueverunt, *Actor. 4.* & de Clemente ac S. Marco Petri diſcipulo dicitur, quòd ex traditione Petri decreverint, bonorum communionem Clericis omnibus neceſſariam eſſe, qui Apoſtolorum ipſorum veſtigia imitari cupiunt, teſtes præter S. Hieronymum S. Thomas *ſecunda ſecundæ, quæſtione 85. art. 4. & in quarto ſententiarum diſt. 38* & Cajet. apud Thomam *quæſt. 186. art. 6.* ex Canoniſtis noſtris Hoſt. & Abb. *in rub. de ſtat. monach.* Aſt Canonici Re-
15. gulares in Italia, hæc tria profitentur, quæ Apoſtoli & alii Clerici Eccleſiæ primitivæ profeſſi fuerunt, E. ſequi videtur Religionem iſtorum Canonicorum eandem cenſeri, quæ ab Apoſtolis inſtituta, & à S. Auguſtino inſigni Regula renovata fuerit, *arg. c. præterea de off. delegat.* Probat præterea hoc ipſum, quòd Regula à S. Auguſtino Canonicis Regularibus præſcripta *Tom. 10. Serm. 1. de inſtit. Regul. vitæ.* in ſingulis monaſteriis Canonicorum Regularium exſtet, legatur & obſervetur, ut propterea
16. eò minùs hac de re dubitandum ſit, Card. Turrecrem. ſcribit, S. Auguſtinum ipſum monaſteria conſtruxiſſe, in quibus clerici Regularem vitam profiterentur, Hiſtoricos quoque & Chronographos in hoc conſentire, quòd Clerici & Canonici Regulares ſecundùm Apoſtolicam regulam à S. Marco Petri diſcipulo inſtituti, & à S. Auguſtino ſpeciali regula in-
17. ſigniti fuerint, probatum dedit Portius *lib. 4. conſilio 166. n. 14. 15. & ſeq.* Conveniunt in eo itidem Pontifices Maximi, Sixtus IV. iisdem inter alia privilegia conceſſit, ut ſolemniter celebrare poſſent feſtum S. Auguſtini etiam die Dominico, utpote quòd ab ipſo Regularium Canonicorum ordo proceſſiſſet. Innocentius Quartus ſententiam latam in Concilio Conſtantienſi confirmavit, ut ſcilicet Canonicorum Regulariū Abbates,

præ-

præcederent Abbates Monachorum omnium. Idem, quòd Regularium Canonicorum Regula à S. Auguſtino iiſdem præſcripta ſit expreſsè, ſtatuerunt Pontifices, Honorius III. Alexander II. Gregorius IX. Alexander VI. ut de pluribus aliis nunc non dicam: Accedit univerſalis Catholicæ Eccleſiæ conſenſus, quo receptum & conſtitutum, Canonicos Regulares eſſe congregationis Lateranen. à S. Auguſtino inſtitutos. Aſt quis ignorat magnam Eccleſiæ hac in re authoritatem eſſe? ut nunc non 18.
dicam communem hanc & receptam opinionem eſſe, cui meritò adherendum, quod enim pleriſque placet, id ubique verum videtur, τὰ κοινῇ φαινόμενα πιστά: Quæ communiter videntur, fida ſunt, ait Herodotus. Seneca argumentum veritatis eſſe, dixit, aliquid omnibus videri. Ipſe Ariſtoteles id ἔνδοξον putat, quod placet aut omnibus, aut pluribus: proin- 19.
de Nicom. X. c. 11. idem Philoſophus ita ſcribit: ὃ γὰρ πᾶσι δοκεῖ τοῦτ' εἶναι φαμέν. ὁ δ' ἀναιρῶν ταύτην τὴν πίστιν οὐ πάνυ πιστότερα ἔχει. Tertullianus in præſcriptione adverſus hæreticos: Quod apud multos unum invenitur, *inquit*, non eſt erratum, ſed traditum.

Et quamvis, Anno Domini 1080. ſub Ivone, & 1380. reformationem in hoc Canonicorum ordine factam fuiſſe, ex Volaterrano aliíſve 20.
conſtet, & poſt Caroli Magni tempora Concilio Moguntiæ, Anno 813. habito, vita eorum reformata ſit, Hoſpin. *lib. 3. de Orig. Monach. cap. 6.* Henr. Petræus *de Monaſt. pag. 21.* Sabellic. *Ennead. 7. lib. 9. circ. fin.* attamen hanc Reformationem accidentalem tantùm fuiſſe, nec ſubſtantialem profeſſionis S. Auguſtini eſſentiam immutâſſe, aſſerit Portius *d. conſil. 166. n. 18.* cùm Reformationes iſtæ ad bonum finem factæ, & interim regula S. Auguſtini Canonica, tanquam ſanctiſſima & perfectiſſima omnium, inconcuſſa remanſerit, ut proinde ſecundùm internam profeſſionē iidem adhuc Canonici regulares S. Auguſtini dicendi, nec veroſimile tam præſtanti Lateranenſi congregationi accidentalem reformationem obeſſe, quod à juris noſtri ratione alienum eſt, Bald. *in l. quod favore C. de Legib. l. legata inutiliter. D. Leg. præſt.* Quod ſi hiſce reformationibus imminutam Canonicorum regularium authoritatem & præeminentiam exiſtimant ii, qui Monachorum Caſſinenſium ordinis S. Benedicti partes defendunt, ii 21.
proprio gladio ſe jugulare videntur, cùm ipſa S. Bened. profeſſio, teſte Volaterran. *l. 21.* ſæpius reformata fuerit, etiā recentioribꝰ temporibꝰ, notante Portio, & nihilominꝰ non obſtante hac reformatione in judicio compe-tentes ſeſe monachos congregationis Caſſinēſis S. Bened. eſſe contendūt,

& ideo Canonicis Regularibus præferri volunt, cùm Monachismi substantia inconcussa manserit, quæ olim in eo consistebat, ut soli & tristes viverent in solitudinibus, quam substantialem inter illos & clericos differentiam agnoscit S. Hieronymus *in c. alia est causa. 12. q. 1.* unde idem *ad Rustic.* monachum reprehendit, qui crebriùs in urbe, quàm in cellula est, & inter fratres simulat verecundiam, qui platearum turbis colliditur, planè Religiosi, qui monasticam vitam professi totos se divinarum rerum speculationi & contemplationi applicant, nihil solitudine gratius & acceptius habent.

(3.) Pro Canonicis Regularibus adducitur, loci ipsius dignitas, in
22. quo tam nobilis congregatio diutissimè floruit, scilicet in Ecclesia Lateranensi, quæ omnium Regina prædicatur, *in epist. inter claras. C. de summ. Trinit. & Fid. Cath. c. 1. §. unde cum in veteri, de Sac. unct.* & in qua Canonici Regulares primùm instituti, octingentis annis, & quod excurrit, partim contemplationi, partim actioni incumbendo, clericis omnibus etiam S. Petri prælati fuerunt, ut Historici ejus temporis, quibus hac in re plena fides adhibenda, *arg. l. antiqui D. si pars hered. c. fraternitatem. de frigid. & malefic. Dd in l. 1. D. Si cert. petat.* passim testantur, nec quoque hoc loco silentio prætereundum, plura singularia jura ab Alexandro III. Pontifice huic congregationi concessa fuisse, quinimo, quod observatu dignum, in Bullis Alexandrini IV. Eugenii, & Nicolai V. Pontificum Romanorum, in quibus sub pœna excommunicationis processionum ordo servandus proponitur, Canonici tam seculares, quàm regulares, Monachis prælati inveniuntur, & hæc pro Canonicis regularibus adducta, alia enim leviora argumenta lubens omitto.

Pro Monachis Cassinensibus ordinis S. Benedicti allegarunt horum defensores. *(1.) quòd* Cassinensis congregatio ordinis S. Benedicti anti-
23. quior, & priùs instituta, quàm ordo Canonicorum regularium, & proinde Monachi Cassinenses meritò iisdem præferendi, cùm secundùm an-
24. tiquitatem ordo ordini præferendus, & in hac sessionum materia antiquitatis ratio vel maximè habenda, *l. 1. C. ut dignit. ordo servet. l. 1. C. de consul. lib. 12.* ibiq; Luc. de Pen. & Joan. de Platea Dd. *in l. prima §. quibus.* ibi: *quod ordo temporum. C. de nov. codic. compo.* unde Gregorius Pontifex Augustino Anglorum Episcopo rescripsit *in cap. 1 de Majorit. & obedient.* Sit honoris ista distinctio, ut ipse prior & major habeatur, qui priùs fuerit ordinatus communitatis consilio. & concordi actione. Ast si veteris

legis

legis authoritatem intueamur, ab Elia & Elisæo vetustissimis hujus ipsius 25.
Monasticæ professionis authoribus, Casinensem hanc congregationem profectam videri, non pauci statuunt. Verùm enimverò, cùm hæc obscura & incerta, saltem novæ legis dispositionem perpendamus, & monasticæ vitæ originem deducamus à Paullo anachoreta, qui primus relictâ 26.
patriâ ob persecutionem in deserta concessit, ac postea persecutione cessante, voluntario quasi exsilio per totum vitæ suæ tempus ibidem mansit, testibus Sozomeno *lib. 1. Hist. cap. 13.* & Nicephoro *lib. 8. cap. 39.* de quo Mantuanus:

Tum plerique patres sancti, cùm tale viderent
Excidium, fugere urbes, & more ferarum,
Per deserta vagi, cæcis latuêre cavernis.
Illa ego crediderim per noxia tempora Paullum
Niligenam, sole ardentem qui primus eremum
Incoluit, liquisse urbes patriosq; penates,
Et didicisse togas textis componere palmis.

Gemina hisce, & longè etiam plura habet S. Hieronymus in vita Paulli, ubi de fuga & loco, quem Paullus sibi àd habitandum delegerat, pluribus agit, subjiciens etiam nonnulla de Antonio ejusdem vitæ monasticæ sectatore, sive ut nonnulli volunt principe, qui usque ad annum CV. vixit, & demum XIX. Constantii decessit. Postmodum Gregorius cognomento Thaumaturgus, non tantùm ipse, ut antea Cyprianus fecerat, furorem gentilium declinans, in solitudinem concessit, sed & suis, ut idem facerent, multis argumentis persuasit, testante Gregorio Nysseno *in vita ejusdem.* Verùm enimverò, ad hoc ipsum argumentum reponitur, primò obscurum, & dubium esse, ab Elia vel Elisæo monasticæ vitæ originem repetere, cùm plurimum inter se distent hæc ipsa, ut cuivis appareat, quinimo Clericatum ipsum, Canonicatum & Sacerdotium longè 27.
antiquiùs instituta fuisse, quàm Monachatum, asserit Portius *d. lib. 4. consil. 164. n. 59.* adducens istud Psalm. Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech, item ex *Psalm. 81.* Ego dixi, Dii, estis, quod de clericis intelligendum esse statuit Nicæna Synodus, *c. futuram 12. q. 1.* & Canonicorum Regularium institutionem à Levitis profectam esse, contendit Idem *d. l.* cujus sententiam meam non facio, istud improbabiliter defendi potest, clericalem ordinem ab ipsis Apostolis profectum esse, quo posito, institutio Canonicorum Regularium antiquior erit, ipso Monachorum

28. chorum ordine. Sanè, quod Paulum primum Eremitam aliosq; attinet, professio illorum à Monachatus essentia prorsus differebat, nec enim ipsi paupertatem, obedientiam, aut continentiam profitebantur.

(2.) Cassinensis congregationis Monachorum, digniorem condi-
29. tionem præ Canonicis Regularibus, probare videtur non obscurè & ipse ordo Scripturæ, in jure Canonico passim observatus, ubi Monachi præpositi leguntur ipsis Canonicis Regularibus, prout patet *ex cap. cum illorum.* ibi: *Monachi & Canonici Regulares. cap. canonica.* ibi: *quod Monachi & Canonici de sentent. excommun. cap. Deus qui. de vit. & honest. clericor. cap. perniciosam 18. q. 2.* ubi Innocentius secundus priùs mentionem facit Regulæ S. Benedicti & Basilii, quàm S. Augustini. *cap. 2. de supplen. Pralat. neglig.* ubi Clemens tertius itidem præponit Monachos Canonicis regularibus. Ast verò constat, ordinem Scripturæ in prælationis
30. ipsius inducendo effectu perpendendum esse, Bart. & Are. *in l. 2. §. si prim. D. de vulg. & pupill. substit.* E. Resp. argumentum sumptum ex ordine scripturæ fallax esse, & nonnisi cæteris paribus admittendum, cùm regu-
31. lariter Scripturæ ordo non soleat attendi, cùm ratio ipsa repugnat, & argumenta validiora in contrarium sunt; *l. cum pater. §. fidei D. de Legat. 2.* Bart. *in l. ita §. qui suspectam. D. ad SCtum Trebell.* quinimo sæpius in eo-
32. dem Jure Canonico, Canonici Regulares expressè præpositi inveniuntur Monachis, vide *c. ubicunque 6. caus. 13. quæst. 2.* ibi: *in qua religiosorum Canonicorum vel Monachorum* & *c. Ut lex continentiæ. 40. caus. 27. quæst. 1.* ibi: *Regulares Canonici, monachi,* adde *c. non dubium de sentent. excomm.* & alios juris Canonici textus, ex quibus patet, quantum huic argumento tribuendum.

(3.) Monachorum Cassinensium ordinis S. Benedicti prærogativam arguere videtur interna eorum professio, arctiorem enim vitam profiteri existimantur, quàm Canonici Regulares, prout constat *ex c. Quod Dei timorem 5. de stat. monach. & Canon. regul.* ibi: quia tamen istud de Canonicis Regularibus specialiter non cavetur, quia etsi à sanctorum monachorum consortio non putentur sejuncti, regulæ tamen inserviunt laxiori, & cui non notum Canonicos Regulares opibus affluentes melio-
33. rem vitam agere, quàm Monachos? de quibus in ordinem redigendis subinde soliciti fuere Imperatores Germanici. Exstat apud Goldastum *tom. 3. constit. Imperial. p. 375.* hac de re Constitutio Friderici II. Imperatoris de Anno 1227. Habemus, *inquit,* conscientiæ puritatem, ac per conse-

quens

quens Deum nobiscum, cujus testimonium invocamus, quia semper fuit nostræ voluntatis intentio, Clericos, cujuscunque religionis, ad hoc inducere, & præcipuè maximos ad illum statum reducere, ut tales perseverent in fide, quales fuerant in Ecclesia primitiva, Apostolicam vitam ducentes, & humilitatem Dominicam imitantes. Tales namq; Clerici solebant angelos intueri, miraculis coruscare, ægros curare, mortuos suscitare, & sanctitate non armis Principes sibi subjugare. At isti, seculo dediti, & inebriati deliciis, Deum præterponunt, quorum ex affluentia divitiarum, Religio suffocatur. Talibus ergò subtrahere nocentes divitias, quibus damnabiliter onerantur opus est charitatis potius, quàm erroris. Ad hoc vos omnes Principes unà nobiscum, ut cuncta superflua deponentes, modicis rebus contenti, Deo serviant, omnem quam potestis, debetis diligentiam adhibere. Carolum IV. Imperatorem itidem Moguntiæ, præsente Pontificis Legato, in luxuriam clericorum acriter invectum fuisse scribunt Naucler. *vol. 3. Chron gener. 46.* & Mutius *lib. 25. Chron. Germ.*

Verumenimverò, ad hoc ipsum argumentum non uno modo responderi posse videtur. *Primò* enim, si argumentum procederet, dicendum esset, Monachos hosce etiam Clericis secularibus præferendos esse, cùm Monachi arctioris sint professionis. Sed consequens est falsum. E. & antecedens. (2.) si hæc ratio subsisteret, sequeretur etiam, quòd fratres S. Francisci de observantia debeant procedere Prædicatores, & omnes alios mendicantes, cùm arctioris sint vitæ, cùm tamen contrarium observetur.

Quod ulterius Cassinensis congregationis prærogotiva ex Abbatiali dignitate deducitur, nihil officit, cùm & Canonici Regulares Abbatiarum dignitate præfulgeant, *c. statuimus 19. qu. 3.* ubi Urbanus Secundus scribit Abbati Sancti Ruffi Canonicorum Regularium. Quinimo in Gallia multæ sunt Abbatiæ Canonicorum Regularium, & congregationis S. Ruffi, & hodienum Lutetiæ Parisiorum Abbatiam S. Victoris exstare, compertum habeo. Porrò Canonicorum Regularium congregatio Episcopali, & Archiepiscopali dignitate præfulget, prout ex constitutionibus Benedicti 12. colligere licet, ita Archiepiscopatui Cæsaraugustan. in Hispania Regularium Canonicorum congregatio præest, ut alia nunc brevitatis causâ omittam.

Argumenta alia eaq; leviora nunc proponere, & removere animus

R r non

non est, sed lectorem remitto ad laudatum aliquoties à me Jacobum Philippum Portium, qui *lib. 4. Resp.* tribus integris consiliis de hac controversia egit *consilio* scilicet *164. 165. & 166. per tot.* & pro Canonicis Regularibus respondit. Composita hæc controversia, & pro Canonicis Regularibus pronunciatum in curia Romana Anno Christi 1565. confirmataque sententiâ à Pio Quarto Pontifice Romano. Verba sententiæ
35. subjicere placet:

Christi nomine invocato. Pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam ferimus in his scriptis, in causa & causis, quæ coram nobis & quas dilectis filiis nostris Joanni Michaëli Saraceno tit. S. Anastasiæ, Joanni Babtistæ Cicadæ tit. S. Clementis, ac Bernardino Scoto tit. S. Matthæi S.R.E. Cardinalibus, primò audiendas, cognoscendas, & per eos decidendas & terminandas: deinde per præfatos Cardinales per Apostolica nostra rescripta nobis referendas commisimus inter dilectos filios Abbates, Prælatos, & Canonicos Regulares ordinis S. Augustini congregationis Lateranensis, & universam eorum congregationem ex una, & Prælatos, Abbates, & Monachos ordinis S. Benedicti congregationis Cassinensis, aliàs S. Justinæ de Padua nuncupatos, & dictam eorum congregationem de & super præcedentia & jure inter eos præcedendi, tam in processionibus, quàm in generalibus & synodalibus seu provincialibus conciliis, omnibusq; actibus publicis & privatis, rebusque aliis in actis causæ & causarum hujusmodi latiùs deductis, & illorum occasione in prima seu alia versæ fuerunt & vertebantur instantiis, partibus ex altera causa hujusmodi coram dictis Cardinalibus ad plenum ventilata, ac sæpius & sæpius auditis partibus, & dubiis in ea plenè discussis & resolutis, ac visis de jure videndis, & demum per dictos Cardinales nobis matura desuper facta relatione, pronunciam⁹, sententiamus, decernimus, & declaramus, præfatos Abbates, Prælatos, & Canonicos Regulares dictæ congregationis Lateranensis, uti Clericos dimissa superiori veste, pallio seu cappa in linea veste, clericaliq; habitu incedentes, quo etiam in alma nostra urbe Romæ consuetum fuit, & nunc observatur in processionibus & omnibus aliis actibus publicis & privatis, tam in dicta alma urbe nostra, nostroq; & successorum nostrorum conspectu, quàm aliàs universis ac quibuscunq; aliis civitatibus, terris, oppidis, & locis, dictis Abbatibus, Prælatis, & Monachis ordinis S. Benedicti Cassinensis præcedere debuisse & debere: eosdemq; Abbates, Prælatos, & Canonicos Regulares, dictamque eorum congregationem, ut supra

in-

incedentes, dictis Abbatibus, Prælatis, & Monachis S. Benedicti & eorum congregationi, in omnibus & singulis præmissis præferendos, anteponendos, & in digniori loco collocandos fore, & esse. Abbates verò dictarum congregationum Lateran. & sancti Benedicti singulariter & per se absque eorum conventibus, in conciliis generalibus, provincialibus, & synodalibus, ac aliis actibus publicis & privatis, in quibus Abbates de jure vel de consuetudine locum & votum habent, vel pro tempore quomodolibet habebunt inter sese juxta singulorum ipsorum Abbatum ibidem intervenientium priorem, & antiquiorem promotionem ad Abbatiam, ac illa promotione duntaxat, non autem congregatione & ordine, cujus fuerint attentis præcedere, ac præferri, & in digniori loco collocari debuisse, & debere, prout præferimus, anteponimus, collocamus, præferrique, anteponi, & collocari respectivè mandamus. Jactationes quoque, molestationes, oppositiones, & impedimenta quæcunque per præfatos Abbates, Prælatos, & Monachos dicti ordinis S. Benedicti, & dictam eorum congregationem eisdem Abbatibus, Prælatis, Canonicis Regularibus dicti ordinis & eorum congregationi de & super præfatis omnibus singulis & illorum occasione quomodolibet factas, præstitas, & illatas, factáq; præstita & illata fuisse & esse temerarias, illicitas, indebitas, & injustas, temerariáque, illicita, indebita, & injusta, ac de facto præsumptas & præsumpta, illásq; & illa prefatis Abbatibus, Prelatis, & Monachis fecisse & facere minimè licuisse, nec licere de jure. Et propterea de & super illis, ac dicto jure precedendi, ut suprà, omnibusque aliis & singulis præmissis perpetuum silentium imponendum fore & esse, ac imponimus: utramq; partem in expensis, justis ex causis absolventes.

Hæc sententia manu S. D. N. Pii signata fuit, videlicet. Ita est, infrà sub annulo Piscatoris ibi impresso hujusmodi fuere relationes & subscriptiones, scilicet. Ita refero & censeo pronunciandum esse, Joannes Michael Cardinalis Saracenus. Ita refero & censeo pronunciandum Joannes Baptista Cardinalis S. Clementis. Ita refero & censeo pronunciandum esse Bernardinus Cardinalis Tranen. Cæ. Glorierius. Lecta lata & in scriptis promulgata fuit hæc definitiva sententia sub annulo Piscatoris signata per eundem S. D. N. D. Pium Papam IV. Romæ in palatio S. Mariæ de Ara cœli in camera ejusdem S. D. Papæ sub anno à nativitate ejusdem Domini millesimo, quingentesimo, sexagesimo tertio, indictione sexta, die verò vigesima tertia mensis Septembris, Pontificatus prælibati S. D. N. D. Pii divina providentiâ Papæ Quarti. Anno ejus quarto, *&c.*

 CAPUT

CAPUT XXIII.

De præcedentia & præeminentia Monachorum ordinis S. Benedicti, aliorumq;, qui sub hoc ordine continentur.

SUMMARIA.

1. *Magnatum proprium est, de honore & gloria certare.*
2. *Inter Ecclesiasticos ordines tot dissidia de præcedētia & prærogativa oborta.*
3. *Ridiculum refertur certamen, de primo campanæ pulsu, quo Monachi ad preces excitantur, inter fratres mendicantes.*
4. *Preces campanariæ, à quo Pontifice & quando institutæ?*
5. *Quis Pontificum primus nolas vel campanulas Missæ addiderit, ut populus audito sono in genua procumberet, & hostiam elevatam adoraret?*
6. *Monachi S. Balij, uti antiquiores primum inter monachos obtinent locum.*
7. *Post hos primus in processionibus publicis, locus debetur Monachis ordinis S. Benedicti.*
8. *S. Benedictus quando floruerit?*
9. *Secundum antiquitatem ordo ordini præferendus.*
10. *Quot Pontifices, Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates ex hoc ordine electi?*
11. *Ramirus ordinis Benedictini monachus in Regem Hispaniæ electus fuit.*
12. *Quotnam ordines alij, sub ordine Benedicti comprehendantur, nec non de ordine Vallis umbrosæ speciosa.*
13. *Jocosum Rebuffi dictum de Monachis hodiernis.*
14. *Egregium factum Amadei Sabaudiæ Ducis refertur.*
15. *Caroli Magni dictum de Episcopo sine subpedaneo ab humo in equum subsiliente.*
16. *Nihil excellenter malum in Ecclesia Catholica perpetratur, cujus prima origo non dependeat à Sacerdotibus.*

1 QUamvis ambitio Magnatibus potissimùm innatum malum videri posset, quorum proprium esse de honore & gloria certare, asserit Marzar. *consil. 26.* attamen hæc ipsa pestis nostro seculo
2 potissimùm Ecclesiasticos invasit ordines, inter quos tot dissidia de præcedentia & prærogativa obortæ, ut vix Pontificum Romanorum Bullis, passim emissis componi potuerint; Quin, quòd de rebus nullius ferè momentis quæque præeminentiam quandam non arguunt, lites
3 inter ipsos sæpius fuerint exsecrabiles. Ridiculum aliquando certamen de

de primo campanæ pulsu, quo Monachi ad preces excitarentur, inter fratres mendicantes obortum, Nicolaus Boerius recenset. Cùm diu, *ait*, in curia Romana Franciscani & Dominicani concertâssent de primo pulsandis matutinis, tandem insumtis triginta millibus aureorum lis decisa est, ut primò surgentes, primò pulsarent, Boer. *in tract. de auctoritate magni Conc. num. 87.* Ego *in Lucubrat. meis de Nocte c. 22. n. 11.* Ut id addam hoc loco, campanarias istas preces, quæ ad campanarum pulsum recitari solent, institutas fuisse constat Anno Christi MCCXXX. à Papa 4.
Gregorio IX. cui cùm Friderico II. varia fuêre certamina, is in illis turbis voluit, ut certis horis, dato campanæ signo, in Templis Salve Regina: caneretur, & beata Virgo ad pulsum campanæ invocaretur, quemadmodum etiam idem ille campanulas vel nolas Missæ primus addidit; ut populus audito illo sono in genua procumberet, & hostiam elevatam adoraret, teste Alberto Crantzio *lib. IIX. c. 10.* Vide Joach. Hildebrandum 5.
Theologiæ Doctorem & Professorem Academiæ Juliæ, fautorem meum honorandum: *in lib. de Precibus Veterum Christianorum. c. 39. p. 89.*

Cæterùm, ut ad rem ipsam veniamus, Loncellottus *in Templ. omn. Judic. lib. 2. cap. 9. n. 3.* putat, Monachos S. Basilii, uti antiquiores, primum inter Monachos obtinere locum. Post hos, quin primus in processionibus publicis, locus debeatur Monachis ordinis S. Benedicti inter Dd. 6.
dubium non habet, Chassanæus *p. 4. Catalog. Glor. Mundi Considerat. 54.* 7.
tradit hujus ordinis Monachos, quoscunque alios præcedere, etiam Canonicos Regulares, qua de re *capite præcedenti* dictum. Equidem omni dubio caret, Benedictinos Monachos omnium ferè antiquissimos esse, Duarenus *de sacris Ecclesiæ minister. & benefic. lib. 1. cap. 21.* ibi: Cujusmodi sunt Benedictini, omnium, ut fertur, antiquissimi, Benedictus enim, 8.
vir sanctimoniâ clarus, qui inter eos quorundam institutorum author fuit, ut Duarenus *d. l.* loquitur, floruit Anno Domini 531. attestante Anton. Archiepiscopo Floren. *p. 2. lib. 15. c. 14.* cujus in concilio Chalcedonensi mentionem factam reperio, *c. juxta Chalced. 16. qu. 1.* Hoc præsupposito, consequens est, Monachos S. Benedicti reliquos præcedere, cùm secundùm antiquitatem ordo ordini præferatur, ut *capite præcedenti* diximus, *l. 1. C. ut dignit. ord. serv. l. 1.* ibiq; Luc. de Pen. & Joan. de Platea C. 9.
de Consul. lib. 12. & 1. de majorit. & obed. Adde, quòd ex hoc ordine S. Benedicti prodierint omni tempore, viri pietate & eruditione conspicui, 10.
qui fulcra & columnæ Ecclesiæ Romanæ fuere, creati ex eo Pontifices

Maximi circa 24. electi circa 200; Cardinales, 1600; Archiepiscopi, 4000; Episcopi 17000. & 700. Abbates, qui omnes dignitatibus, quibus admoti, magna cum laude præfuerunt. Testis hujus rei Joannes Letzenerus *in Chron. de rebus gestis Ludovici Pii & fundatione Abbatiæ Corbejensis capite 11. p.m. 38.* Ramirum quoque ordinis Benedictini Monachum in Regem Hispaniæ electum fuisse, & felicissimè Regnum hoc ad-
11. ministrâsse, auctor est Lucius Marineus Siculus *lib. 8. de rebus Hispaniæ.* Proceres, *ait,* Ramirum Regis Petri fratrem, Regem deligere statuerunt, qui jam diu in Gallia religioni sancti Benedicti serviebat, in monasterio, quod dicitur Sancti Pontii de Tomeriis. Impetrata igitur à summo Pontifice facultate, Ramiro, quem ex Gallia nuper adduxerant, Aragoniæ regnum detulerunt. Qui, ubi Regni curam suscepit, Pompilionem profectus à Garsia Ramiro regnum Navarræ, quod injustè possidebat, repetivit. Idem Marineus Siculus *d. l.* de eodem Cæterùm cùm esset Ramirus, *ait,* vitâ sanctus, & religioni maximè deditus; continuè S. Benedicti ordinis habitum sub tunicis gerebat, ecclesias frequentabat, monasteria & sanctorum ædes multas ædificabat. Sanè hodie recepta sententia est, & usu approbata, Monachos sanct. Benedicti reliquos recentioris ordinis præcedere, quomodo eosdem primum ferè locum occupâsse inter Monachos in processionibus publicis, ipsemet Antuerpiæ & Bruxellis vidi.

Cæterùm, sub hoc ordine S. Benedicti, plures ordines comprehen-
12. duntur, putà, ordo Cluniacen. monachorum nigrorum. S. Justinæ. ordo Camalduensium, ordo Vallis umbrosæ, ordo Cistericen. ordo Grandimon. ordo Cœlestinorum, ordo montis Olivarum, & plures alii. Inter quos primus in regula & sub ordine S. Benedicti habetur ordo Cluniacen. qui fuit institutus Anno Domini 913. testante Vicen. *in specul. hist. lib. 25.* Oldradus tamen *in consil. 204.* notat ordinem Cluniacen non esse amplius sub ordine Benedicti. Post ordinem Cluniacen. recenset Anton. Flor. *in part. 2. histor. tit. 15. §. 17.* Ordinem Vallis umbrosæ, qui institutus Anno Domini 1040. sub regula Benedicti à Joanne Gualberto. Hic ordo Fratrum Vallis umbrosæ, cujus etiam meminit Baldus *vol. 3. consil. 238.* an nomen sortitus sit, à Valle umbrosâ Himnon non satis constat, quanquam non obscurum sit, in Apennini eâ parte, Joannem Gaulbertum Florentinum monasterium exstruxisse in honorem & memoriam sepulchri Christi, ait parens meus dilectissimus Christophorus Crusius JCtus *de passione & resurrect. Jesu Christi Filij Dei. cap. 1. sect. 1. n. 25*

n. 25. ubi addit de ipso Getsemani horto, ex Sigon. *lib. 8. Rer. Ital.* & Polyd. Virgil. *de invent. lib. 7.* quòd ibidem ædificatum fuerit templum, ubi vestigia genuum Salvatoris lapidibus impressorum, Bedæ tempore adhuc visa & demonstrata fuerunt, ex Beda retulit Baronius *in Annal. de Anno 34. n. 64.* cui contradicit Causaubonius *ad annal. Ecclesiast. Baronij observ. 63. 424.* existimans, ex assidua attritione peregrinorum, qui ad precandum magno studio illic convenerunt, & genua flexerunt, excavationem factam. Ordinem Vallis umbrosæ excipit ordo Cistercien. cujus initium ad annum Domini 1098. refert Anton. Floren. *d. p. 2. hist. tit. 15. §. 18.* qui ordo peculiaris est, licet regulam S. Benedicti profiteantur, ejusdem ordinis Monachi, uti ex Praxi Cancellariæ annotavit Dominicus Cardinalis Fuschus *tom. 1. Pract. Conclus. lit. F. conclus. 460. 461. & 462.* De hisce ordinibus uti & ordine Camalduensium, ordine Cœlestinorum, aliorumq; prærogativa, & præcedentia cùm actum sit à Chassanæo *d. p. 4. Catalogi Gloriæ Mundi considerat. 55. 56.* usq; ad *consid. 62.* eo lectorem remitto. Confer Hospin. *de orig. Monach. lib. 3. 6. & seqq.* Sebast. Franck *part. 3. Chron. lib. 4.* von den Orden und Secten der Römischen Kirchen & Wolff. *cent. 6. Lect. memorab. pag. 160.* Quomodo hi ordines à priscis antecessorum moribus & institutis, hodie recesserint, ubiq; exstant Romano-Catholicorum Dd. querelæ & experientia quotidiana testatur, unde de modernis Monachis Rebuffus *in tr. Concord. de form. liter. exec. mand. Apostolici pag. 673.* tradit, quòd monachi Deo sint similes in tribus, *(1.)* quia ubiq; sint, & nonnunquam in lupanari, *(2.)* 13. quia omnia nova sciant, vagantes per civitates, *(3.)* & Deo similes sint in non peccando, quia cùm accusantur, nunquam se peccâsse dicunt, Johan. Wolff. *tom. 2. Lect. memor. p. 170 & p. 238.* qui sumptus impendendi erant, in sustentationem pauperum, ii hodie in ædificandis sumptuosis ædificiis à Monachis collocantur, & fovendo luxui inserviunt, quantò rectiùs Amadæus Sabaudiæ Dux, suffragio 26. Electorum ad Pontificatum provectus, cùm ab oratoribus aliquando rogaretur, ut, quos fortè 14. haberet, produceret ad venationem canes, respondit, se die sequenti producturum eos, cæterùm cùm adessent illo die, ingentem mendicorum multitudinem ostendit, unà discumbentium; Atque hi sunt, *inquit,* canes mei venatici, quos alo quotidie, quibus spero cœlestem gloriam me venaturum, Wolff. *tom. 1. Lect. memor. cent. 15. pag. 808.* de Carolo M. refert Aventinus *l. Annal. Bojor.* quòd, cùm vidisset Episcopum sine scamno

15. mno vel suppedaneo ab humo in equum subsilientem, privaverit eundem dignitate Ecclesiastica. Vales, *inquiens*, ut video viribus, & eques haud malus es: tuâ operâ in bellis, ubi tua virtus eniteseat, indigeo, proinde ignobili & imbecillo oves & gregem pecudum, curam pauperum relinque. Vide parentem meum dilectissimum Christophorum Crusium Ju-
16. risconsultum *p. 3. de indiciis delictorum cap. 12. n. 9. & seqq.* Illud præ cæteris exsecrabile, quod Pius Pontifex *in histor. Australi scribit:* Nihil excellenter malum in Ecclesia Catholica perpetrari, cujus prima origo non dependeat à Sacerdotibus, apud Pandulph. Collenut. *histor. Siciliæ pag. 155.* Henricus Salmuth. Jctus *in Resp. juris pro Matrimon. Principum cum Virgine Nobili p. 151.* Verùm de reformandis Monachorum ordinibus vetus & ingrata semper fuit cantilena, & hac de re hoc loco agere, pluribus instituti nostri ratio non admittit.

CAPUT XXIV.

De prærogativa & præcedentia Monachorum Carthusiensium.

SUMMARIA.

1. *Ordo Carthusiensium non est sub Regula S. Benedicti sed sua peculiaria statuta habet.*
2. *Hujus ordinis magnam omni tempore venerationem fuisse ex Anton. Flor. refertur.*
3. *Divi Bernhardi testimonium de hoc ordine.*
4. *Quis primus omnium hunc ordinem instituerit, & qua occasione id factum, exponitur?*
5. *In hac extrema mundi senecta plures ad gehennæ flammas, uti ad nuptias properant.*
5. *Mores, instituta, victus, & habitus Carthusiensium ab Annaeo Roberto referuntur*
6. *An necessitate urgente Carthusienses carnes edere possint?*
7. *An cœnobiis & monasteriis, monachi ut pisces in vivario degere debent.*
8. *Jejunium commendatur, adductis testimoniis Patrum primitivæ Ecclesiæ.*
9. *Ex Cyrillo probatur verum jejunium consistere in abstinentia à peccatis.*
10. *De abstinentia & castitate monachorum veterum quædam afferuntur.*
11. *Anshelmus Durotellus Abbas sæpius pernoctare solitus cum puellis salvo & illæso virginitatis permanente statu.*
12. *Invectiva in Monachos hodiernos, qui habitu magis, quàm sensu relinquunt seculum.*

Ordo

ORdo Carthusiensium licèt non sit sub Regula S. Benedicti, aut alia aliqua quatuor Regularum ab Ecclesia approbatarum, sed sua peculiaria statuta habeat, uti tradit Chassanæus *p. 4. Catalogi Gloriæ Mundi considerat. 62.* magnam tamen hujus ordinis 1.
in Ecclesiá omni tempore venerationem fuisse, testatur Anton. Flor. *part.* 2.
3. tit 16. cap. 1. §. 6. Hinc propter antiquiorem institutionem præferendum hunc ordinem esse ordini Cistercien. & Præmonst. asserit Chassanæus *d. l.* cùm secundùm Bernardum hic ordo primatum obtineat, inter omnes ordines Ecclesiasticos, non ratione temporis, sed religiositatis, ut 3.
ipse loquitur. Non alienum verò hoc loco erit, Carthusianorum ordinis originem & instituta paucis referre. Bruno vir pietate eximius & sanctimonia venerandus, Carthusianorum ordinem circa annum Domi- 4.
ni 1080. hac occasione instituit. Erat Parisiis vir quidam communi fama apud omnes vitæ integritate spectabilis Is decessit: & cùm solemnes exsequiæ multâ ceremoniâ ducerentur: mortuus in pheretro se erigens, ter exclamavit, se justo Dei judicio condemnatum. Bruno rei tam stupendæ spectator; motus hoc ipso, ad circumstantes; Videte, *inquit,* quàm non facilè ad salutem æternam & cœlestem gloriam aditus pateat ei, qui mundum non reliquit. Vir hic, ab optimis quibusq; pro sancto & integerrimo habitus, cujus religio & morum vitæque integritas à nemine non laudata, justo Dei judicio condemnatus est: Num & nos sic volumus perire; Hæc dicens, adjunctis statim sex sociis in eremum & solitudines abiit. Illis autem, cùm in Gratianopolitanam regionem devenissent, Hugo illius regionis Episcopus locum quendam, cui Carthusia nomen erat, concessit. Ab eo loco Carthusiani dicti sunt, quicunque illius ordinis monasticam vitam professi, prout testatur Annæus Robertus *Rerum judicatarum Curiæ Parisiensis lib. 2. cap. 2. p. m. 359.* Sanè, verissimum Brunonis effatum fuit, non tam facilem ad cœlestem gloriam aditum esse, quis verò hæc considerat in extrema hac mundi senecta, ubi plures ad gehennæ flammas, uti ad nuptias properant, Hier. Drexel. *in* 5.
Zodiac. pag. 141. ad quas via ampla est, amœna, & lata, plana & plena itinerantium, in qua nemo errat, sed in fine vitæ, Idem Drexel. *in tract. de æternit. cons 9. concl. 3.*

— — — Facilis descensus Averni,
Noctes atque dies patet atri janua Ditis,
Sed revocare gradum superasq; evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est.

ut Virgilius *lib. 6. Æneid.* canit. Equidem homo, ætatem consumens in voluptatibus hujus mundi, similis mihi videtur latroni, qui per amœnissima & odorifera loca deducitur ad locum supplicii, enimverò is demum vivere & frui anima videtur, qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit, prout præclarè Salustius *in Conjuratione Catilinæ* loquitur; Porrò, de moribus Carthusiensium proderit heic audire disertissimum juxta ac eruditissimum Annæum Robertum suprà nobis laudatum *d. l.* Carthusianos, *inquit,* vitæ austeritas in admirationem usque spectabiles reddidit, ut sæpe ad eos pissimus D. Bernhardus *epist. 11. & epist. 12.* multa cum veneratione rescripserit. Illi Brunonis sui exemplum secuti dura & horrida veste teguntur, carnibus abstinent, earumq; usum sibi interdixere, nulla morbi qualiscumq; excusatione admissa: Manent separati, sed junctis cellulis. Frequentes agunt vigilias: hymnis dies ac noctes personant: eorum jejunia frequentissima sunt, ac semper soli edunt, nisi quòd certis quibusdam diebus simul omnes prandent. Nemo comedens loquitur, nullusq; in cibo strepitus est: solitudinem ita profitentur, ut inter eos silentium sit penè perpetuum, silentium certè omni sermone venerabilius. Apud eos videas crebra plangentium suspiria: assiduam orandi & legendi exercitationem: ornatum inornatum: squalidam faciem & horridam, victum facilem, perpetuâ carnium abstinentiâ: vilem vestitum, non ornandi, sed tegendi corporis gratiâ: ac cœtera omnia apud eos videas, quæ priscam Ecclesiæ primitivæ severitatem & disciplinam redolent. Laudabiles Carthusiani, quos Eremi dura rudimenta non terrent, dum à vitiis non modò abstinent, sed & vitiorum occasiones & libidinum illecebras omnes longè à se removent: seque alienos ab omni voluptatum & cupiditatum tentatione præstant. Hanc laudabilem vitiorum & libidinum fugam tria potissimum indicant: ciborum delectus & abstinentia: dein solitudo, dum seclusi claustra monasterii egrediuntur: Atque etiam tanta continentiæ professio, ut mulierum præsentiam & conspectum fugiant, easq; monasteriorum suorum aditu prohibeant, & arceant. Ciborum abstinentiam & delectum cum plerisque aliis communem habent, sed adstrictiore regula & disciplina longè severiore. Neq; enim à carnibus solùm sani & valentes abstinent, sed & hoc præcipuum habent, ut quamvis in aliis monasteriis aliquid ægrotis indulgeri soleat, Carthusianis tamen non licet carnes comedere, etiamsi mori oportuerit. Hæc enim sunt Regulæ verba,

quæ

quæ omnes omnimodo excusationes præcidere voluit. Hæc Annæus Robertus *d. l.* Abbas tamen *in c. si verò de jurejur.* dicit, necessitate urgente 6.
Carthusienses ægrè laborantes, comedere posse carnes, siquidem Medici id suadeant, & animi causâ exspatiari cœnobiis, quibus aliàs monachi, 7.
ut pisces in vivario degunt, inesse debent, Rebuff. *de Concord. pag 673.* Quòd verò apud Carthusienses frequentia jejunia sint, id ad domandas libidines spectat, prout enim Alphonsus Salmeron unus è decem primis
Jesuitis *Tom. VIII. Comment. in histor. Evangel. tractatu X. pag. 81.* ait, je- 8.
junium per se bonitatem non habet, sed, ut fiat honestum & laudabile, opus habet aliqua justâ & laudabili causâ honestari. Pulchrè Hieronymus *de Castit. Virg. cap. 1. pag. 137.* Eustochiæ virgini jejunia commendans. Non, *inquit,* quòd Deus universitatis creator & Dominus intestinorum vestrorum rugitu, & inanitate ventris, pulmonisq; delectetur ardore, sed quòd aliter pudicitia tuta esse non possit. Testatur enim experientia, lascivire dediscere carnem, ipsumque libidinis ardorem restingui, per cibi substractionem:

Subtrahe ligna foco, si vis exstinguere flammam.

Hinc Cyprianus *de tentat. & jujunio Christi:* Jejunium, *inquit,* omnem carnis rebellionem edomat, tyrannidem gulæ spoliat, & exarmat, jejuniis petulantia marcet, concupiscentiæ languent, exstinguitur ardentis Ætnæ incendium. Et Chrysostomus *homilia VIII. in Gen.* Abstinentia à cibis propter hoc recepta est, ut rigorem carnis refrænet, & equum moderanti facilè parere faciat. Ut carnem vincat, illámq; domet, atq; spiritui subjiciat, Leo *sermone VIII. de jejunio septimi mensis:* subigendo corpori castigatio adhibenda est jejunii. Eleganter S. Augustinus *de utilitate jejunii tom. IX. propè finem:* Si jumento forti insideres, si equo utereris, qui te gestiendo posset præcipitare, nonne, ut securiùs iter ageres, cibaria ferocienti subtraheres, & fame domares, quem fræno non posses? caro mea jumentum est: iter ago in Jerusalem, quæ plerumque me rapit & de via conatur excludere: Via autem mea Christus est, *&c.* Basilius M. *concione 1. de Jejunio.* Jejunium bonæ valetudinis parentem appellandum esse existimat, & sanè Italorum medici omne genus morborum abstinentia & fame, velut principe omnium antidoto aggrediuntur. Ego *in Lucubration. de Nocte & Nocturn. offic. cap. 3. n. 9.* Præclarè Cyrillus *in Leviticum Homil 10.* Vis tibi ostendam, quale te oporteat jejunare jeju- 9.
nium, jejuna ab omni peccato, nullum cibum sumas malitiæ, nullas ca-

pias epulas voluptatis, nullo vino luxuriæ concalescas, jejuna à malis artibus, abstine à malis sermonibus, contine te à cogitationibus pessimis. Tale jejunium Deo placet.

Porrò, Annæus Robertus *d. l.* summam Carthusianorum laudis perfectionem putat esse, quòd mulieribus ad eorum monasteria aditum omnem intercludant, id agere enim debemus, ut irritamenta vitiorum
10. quàm longissimè fugiamus secundùm Senecam *epist. 51.* Evagrius quidem *lib. 1. cap. 21.* monachos quosdam refert, qui balneis frequenter utebantur, simulq; lavabant mixtæ cum viris mulieres, quàrum nec aspectu, nec tactu, nec amplexu moverentur: ut quasi naturæ ipsi vim facere videri
11. vellent [illegible]. De Anshelmo Durotello Abbate dicitur, quòd sæpius pernoctare solitus fuerit cum puellis, salvo & illæso virginitatis permanente statu, Lector quid credis? ait Wolff. *lect. mem. & recondit. p. 1. Cent. 12. pag. 351.* Ego in *Lucubration. de Nocte cap. 9. n. 14.* ast verò quantò meliùs ipsam occasionem peccandi, quæ accessu mulierum ad monasteria suppeditatur, præcidere, prout facere Carthusienses, scribit Annæus Robertus *d. l.* Verùm enimvero verissimum hodie de illis, quod Salvianus pronunciat, quòd magis habitu, quàm sensu relinquant seculum, nec incommodè ad monachos nostri
12. temporis referri hæc Senecæ verba poterunt *lib. 4. de Benefic. cap. 13.* Vobis voluptas est inerti otio assuefacere corpusculum, & securitatem sopori simillimam appetere, & sub densa umbra latitare, tenerrimisq; cogitationibus, quas tranquillitatem vocatis, animi marcentis oblectare torporem, & cibis potionibúsque intra hortorum latebras corpora ignava pallentia saginare. Et cur non Monachi moderni, qui perpetuò otiosi sedent, dicentur sibi ignavi, Reipublicæ graves? ut in simili loquitur Tacitus *2. Annal.* O quantum distamus ab his, qui in diebus Antonii extitere monachi, exclamat S. Bernardus *in Apolog. ad Guilielm. Abbatem.*

CAPUT XXV.

De præcedentia Carmelitarum, Prædicatorum, reliquorumque, nec non præeminentia ordinis Jesuitarum.

SUMMARIA.

1. Possessio vel quasi precedentiæ, tam in publicis, quam privatis processionibus attendendæ.

2. Consuetudinis in controversiis Sessionis magna habetur ratio.

3. *Quod*

3. *Quod procedit, etiamsi consuetudo juri repugnare videatur.*
4. *Antiquiores ordines praeferendi, qua de re adducta verba Petri Peckii.*
5. *An Carmelitae praeferendi in processionibus Praedicatoribus?*
6. *Quinam de origine, & gestis fratrum ordinis Carmelitarum ex professo scripserint.*
7. *Quinam Pontifices regulis ordinis Carmelitarum alias adiecerint, nec non de habitu Carmelitarum?*
8. *Cur habitus Monachorum diversus?*
9. *Quaenam praeminentia ordinis Praedicatorum, & qui de origine & gestis fratrum huius ordinis scripserint.*
10. *De reliquis Ordinibus disquiritur.*
11. *Quibus Conciliis cautum fuerit, ne novi ordines instituerentur?*
12. *Quaenam praeminentia ordinis Jesuitarum?*
13. *Origo Jesuitarum exponitur, qua de re adducta verba Hospiniani.*
14. *Nomen Ignatij Loiolae, chartae inscriptum, cujus efficacia?*
15. *Jesuitae cur Gallia expulsi?*
16. *Marianae liber de institutione Principum occidendorum, decreto senatus parisiensis flammis publicè combustus.*
17. *Cur Poloni & Respublica Venetorum Jesuitas tolerare noluerint?*
18. *Inter Jesuitas praeferendi ij, qui seniores?*
19. *Filius magistratus officio fungens an praeferendus patri.*
20. *Adducta ea de re sententia Tauri philosophi, necnon verba Agellij.*
21. *Quisnam ordo praecedentiae Lutetiae quondam observatus fuerit, in processionibus publicis inter ordines Ecclesiasticos, ex Thuano proponitur?*

Priusquam de reliquis Ecclesiasticis ordinibus, eorumque praeminentia hoc & sequenti capite agamus, necessariò quaedam praemonenda ducimus, quibus diligenter ponderatis facilior futura harum & similium controversiarum decisio.

E quidem *primò* omnium in hisce & similibus, de praecedentia controversiis, quasi possessionem praecedentiae, tam in publicis, quàm in privatis processionibus attendendam esse, constans Dd. sententia est, 1.
qua de re Salgado *de protect. Regia tom. 1. part. 2. cap. 9. n. 26. Perez. de Lara de anniversar.* & Capellan. *lib. 1. cap. 24. n. 26 aliiq. lib. 1. cap. 6. adducti.* Quod si de quasi possessione praecedentiae liquidè non constet, *tum (2.)* ad consuetudinem, cujus magna in hisce Sessionum controversiis ratio habetur, recurrendum esse, sana suadet ratio, unanimi Dd. consensu approbata. Vid. Bald. *in cap. cum olim n. 1. & seqq de* 2.
Consulet. Felin. *in cap. statuimus in pr. de majorit. & obed.* Rim. Jun.

 lib. 1.

lib. 1. consil. 95. n. 22. Natt. *consil. 62. in fin.* Michael. Petr. *consil 51. n. 49. & consil. 126, n. 2. & 3.* Steph, Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 106. n. 8. & tom. 2. cap. 298. n. 8. & tom. 3. cap. 590. n. 93.* quod ipsum procedere, etiamsi consuetudo juri repugnet, asserunt, Menoch.
3. *d. consil. 51. n, 51.* & Seraph, *decis. 964. n. 1.* ac ita aliquoties judicatum fuisse, scribit Augustinus Barbosa *in Collectan. Dd. in Concil. Tridentin. Sess. 25. cap. 13. n. 11.*

Porrò, si neque de consuetudine constare possit, *tum* (3.) antiquiores confraternitates & ordines præferendos esse, statuunt Salgald. *d. l.*
4. Aldan. *in compend. Canon. Resol. lib. 1. tit. 23. n. 2.* per rationem, quòd prior tempore, potior sit jure *c. qui prior de R. J. in 6.* quam regulam quoque in materia sessionum locum habere, ait Bartol. *ad l. fin. C. de tyr. lib. 12. text. in l. honores D. de decur.* & notanter Petrus Peckius *in eruditiß. Commentar. ad Regul. Jur. Canon. ad d. Reg. qui prior est tempore. p. m. 161.* Illi Monachi, *inquit,* debent præcedere in processionibus, qui priùs fuerunt recepti in civitatem, & priús in ecclesia approbati, ut eorum contentio evitetur, qui curiosè disputant inter se, quis eorum melior sit, vel magis religiosus. *Hac Peck. d. l.*

Hisce ita præmissis, dispiciendum; *An ordo Carmelitarum præferendus ordini Prædicatorum?* Bartholomæus Chassanæus *in Catalog. Glor. Mundi p. 4. considerat. 70.* putat Carmelitas præferendos esse fratribus Prædicatoribus ordinis S. Augustini, & Minoribus, ea ratione, quòd
5. primò fuerint instituti, observantes regulam B. Basilii, quæ priùs fuerit, ut ipse loquitur, quàm regula B. Augustini, sub qua Prædicatores, & regula B. Francisci. Sanè, hæc ratio assensum meretur, cùm modò notatum sit, antiquiores ordines reliquis præferendos, quò spectant adducta Peckii verba. Equidem ipsos Carmelitas in monte Carmelo primò omnium vixisse, & demùm occupatâ à Saracenis Syriâ, recedentes inde per orbem Christianum dispersos fuisse tradit Antonius Florentinus, in patria urbe Archiepiscopus, qui in sanctorum numerum ab Adriano
6. VI. anno CIↃ IↃXXIII. relatus fuit, gravis auctor, prout vocatur ab Hieronymo Plato *lib. 11. de bono status Religiosi. cap. 24. part. 3. lib. 20. cap. 5. Chronici sui,* cujus archetypon Florentiæ in bibliotheca monasterii S. Marci adservari scribit Vir summus Gerhardus Johannes Vossius *parte altera de Historicis Latinis lib. 3. cap. 7.* Idem Anton. Florent. laudato loco *de origine hujus ordinis* disquirit, qua de re, nec non gestis fratrum

primordiis Carmelitarum, peculiaria passim ab ipsis Carmelitis edita sint scripta. De initiis enim ordinis Carmelitici librum composuit Richardus Lanynhal Anglus, qui anno cIↄ CCCLXXXI. Richardo II. Anglorum Regi à confessionibus erat: Ejusdem ordinis annales scripsit Robertus Bale, sive Balæus Junior Nordovolgus seu Nordwicensis monachus, qui floruit sub Henrico VII. Postmodum Philippus Riboti Carmelita, qui temporibus Wencesslai Imperatoris claruisse videtur, de Carmelitarum fratrum gestis peculiaribus libros decem composuit, necnon librum de illustribus ordinis Carmelitici viris. Sub Maximiliano Imp. Ægidius Aurifaber Bruxellensis, monachus ordinis Carmelitani, Theologiæ Doctor Lovaniensis, Chronicon ordinis Carmelitani edidit. De eodem argumento, & illustribus ordinis Carmelitani viris, scripsit Arnoldus Bostius sive Boschus, vel uti à Jacobo Marchantio *lib. 1. Rer. Flandricarum* in descriptione Gandavi, vocatur Boscius, Carmelita Cœnobii Gandavensis, qui claruit Anno cIↄ Iↄ cujus cum honoris præfatione meminit Ludovicus Guicciardinus *in descriptione urbis Gandavensis*. Laurentius Burellus verò Divionensis, monachus Carmelita, Heliaden scripsit, hoc est, opus in laudem Heliæ, Carmelitarum, ut appellat Patriarchæ, eundem librum composuisse, de viris illustribus sui ordinis, testatur Gerardus Johannes Vossius *lib. 3 de Histor. Latin. p. 659.* Porrò, Anton. Florentin. *d. l.* testatur Innocentium IV. Pontificem, Ann. Christi cIↄ CCXLVII. Regulis ordinis Carmelitici, quasdam ordinationes sive alias regulas adjecisse. Idem tradit, quomodo Honorius IV. habitum sive vestitum Carmelitarum immutârit, antea enim Carmelitas usos fuisse, ut 7.
Anton. Florent. loquitur, cappa circulara, largis virgis albis, quem habitum asseruerunt fuisse Eliæ Prophetæ, habitantis in monte Carmela in Syria, cujus tamen rei vestigium, nec in sacra scriptura, neq; apud probatos scriptores extare, ultro fatetur Anton. Florent. *d. l.* Sanè habitus iste Monachorum diversus, ideo institutus videtur, ut hi eò facilius à se invicem dignoscantur, vel, ut quibusdam placet, sui vestitus recordatione religiosiores reddantur. Scire quoq; ista prodest cum primis, 8
ne eam ob rem Schismata, aut controversiæ, quòd videlicet Eleemosynæ largius fratribus hujus, quàm illius ordinis dantur, per indifferentem habitum uni detractæ fuerint; similesve lites oriantur, sicut factum refert Hospinianus *de orig. Monach. lib. 6. cap. 5.* Confer Langium *in Chron. Citiz. sub. Ann. 1529.* quem ad hoc refert Petræus *de Monaster. c. 25.*

Et

Et verò rectè Hœpingius *de Jur. Insign. cap. 2. §. 6. sect. 4. membr. 1.* insignia Clericatus in genere esse dicit, præter cucullas, de quibus Compil. *hist. Eccles. cent. 5. c. 6. Rub. Monachorum ritus. p. 704.* comæ ac barbæ rasionem, ab Anyceto Syro Papa. *c. perhibere dist. 24. cap. si quis 4. c. 5. 7. & 15. de vit. & honest. Clericor.* vel ut Nauclerus relatus à Gilberto Genebardo *Chronograph. lib. 3. in Ann. Christ. 163.* tradit ab Anacleto institutam, necnon tonsam in capite coronam. *cap. duo sunt genera 12. quæst. 1.* Hinc est, ut quia ejusmodi capitis rasio consuevit à majoribus dici Corona, consueto loquendi more soleret populus, cùm Episcopum interpellaret, & enixiùs aliquid ab eo peteret, per coronam ipsius obtestari, Spondan. *in Epit. Annal. Eccles. Baronij in An. Christi 58. n. 54.* Bellarm. *de Sacram. ordin. cap. 12.*

Porrò, ut ad priora redeamus, si ad quasi possessionem præcedentiæ recurramus, rectè observat Chassanæus laudato loco, interdum Prædicatores præferri in processionibus Carmelitis, interdum verò Carmelitas præcedere Prædicatores, cui consequens est, recurrendum heic esse
9. ad consuetudinem cujusq; loci, sanè, ordo Prædicatorum semper in Ecclesia magni habitus fuit, de cujus origine, dignitate, & præeminentia ut plura afferamus, opus non est, cùm integra hac de re edita sint scripta. De origine enim hujus ordinis Anno Christi clↃ ccxxi integrum librum scripsit Jordanus Saxo, qui B. Dominico successit, Theologus Parisiensis, cujus liber prodiit Romæ Ann. clↃ lↃ lxxxvii. cum notis M. Antonii Maffei Salernitani. Judicium de ipsius scriptis exstat apud Theodoricũ Appoldiensem *in præfatione octo librorum de Dominici vita*, de quo argumento itidem scripserunt Joannes Garzo, seu Garzonius Bononiensis & Constantinus Verberatanus, qui anno clↃ ccLviii. floruisse dicitur. Post tempora Roberti Habspurgensis Anno circiter clↃ ccLxxiii. Anonymus ordinis Prædicatorum primus scribere aggressus fuit, Annales Dominicanorum Colmariensium à Christiano Vrstisio editos, cum aliis quibusdam scriptoribus Rerum Germanicarum. Anno Christi clↃ lↃxvi. Leander Albertus Bononiensis Ord. Præd. libros 6. composuit de viris illustribus sui ordinis, quod opus Bononiæ prodiit Ann. clↃ lↃxvii. idem fecit Joannes Carolus Florentinus Ord. Præd. qui signavit vitas illustrium aliquot sui ordinis virorum, omitto infinitos alios.

10. Porrò, inter reliquos Ordines non postremum locum obtinet ordo Sanctæ Trinitatis, cujus caput in civitate Parisiensi esse, ait Chassanæus

in Catalogo Glor. Mundi part. 4. considerat. 63. hujus ordinis fratres, cùm circa redimendos captivos occupati sint, ideo eorum ordinem excellentiorem esse asserit Anton. Flor. *in Chron. 2. part. tit. 15.* Non dixerim modò de præeminentia reliquorum ordinũ, puta Apostolicorum, quem sub hoc nomine Congellus. illustri genere in Britannia natus, instituit Anno 530, de quo ordine Hospin. *lib. 4. de orig. Monach. c. 3.* Basileensium, de quo Idem Hospin. *lib. 3. c. 3.* Humiliatorum Hospin. *de orig. Monach. lib. 5. c. 10.* Præmonstratensium, Chassan. *d p. 4. consid. 66.* Item, *de ordine Gregorianorum. à Gregorio Magno instituto.* Hospin. *lib. 4. c. 4.* Wolff. *lect. memorabil. & recondit. cent 6. p. 172.* & Gerundinensium, quem ordinem Joannes Gerundinensis Episcopus Lusitaniæ, insomnis, ut ferunt, admonitus, instituit, peculiaremque illis à Papa Regulam impetravit, Wolff. *cent. 7. p. 186.* Hospin. *lib. 4. de orig. Monach. cap 5.* infinitum planè esset, omnes ejusmodi ordines recensere & de eorum præeminentia disquirere, numerus planè ordinum ejusmodi adeò in dies auctus sun, ut in Lateranensi Concilio Anno 1215. sub Innocentio III. & in Lugdunensi Anno 1273. sub Gregorio X. celebrato 11
decretum fuerit, ne quis de cætero novum ordinem, aut novam religionem institueret, ne nimia religiosorum diversitas gravem in Ecclesia Dei offensionem induceret.

Cæterum, ut recentiora tangamus, constat, ordinem Societatis JEsu, de cujus origine modò dicturi sumus, parvo temporis spacio, tanta incrementa sumpsisse, ut divitiis, opibus, ac authoritate insigni, nulli reliquorum ordinum, quamvis amplissimorum cedere videatur, sed ea omnia, uti vana, fluxa, & caduca, ita meritò extollendus eorum fervor in convertendis Barbaris ad Christianam religionem, dum eam ob causam 12
in extremas terrarum oras penetrare non dubitarint. Quod ipsum etiam in constitutionibus suis Jesuitæ profitentur: Nostræ vocationis, *inquiunt*, est, diversa loca peragrare, & vitam agere in quavis mundi plagâ, ubi majus Dei obsequium & animarum auxilium speratur. Sanè, nemini non notum est ex decem istis sociis Ignatii Loiolæ, parentis auctorisq; Societatis JEsu, desiderante Petro Mascarenia Legato Regis Joannis Lusitaniæ, annuente Paulo III. Pontifice, duos in Indiam missos, Franciscum Xaverium Navariensem, & Simonem Rodericum Lusitanum, quorum ille multa hominum millia ad religionem Christianam convertit, cujus exemplo & alii ejusdem Societatis eò pervenerunt, quorum nonnulli crudeliter

deliter à barbaris interfecti fuere, quod ipsum latiùs exponere hujus loci non est, cùm integri libri & Commentaria hàc de re exstent, quibus omnia luculenter exposita. Quod si spectemus singularem eruditionem Jesuitarum, & tot præclara ingenii monumenta ab ipsis, in lucem emissa, fatendum, de nullo fermè ordine, nostri seculi simile quid pronunciari posse, cui consequens est, non postremum huic ordini deberi locum. De
13 origine Jesuitarum lubet subjicere verba Hospiniani.

Circa annum inquit, reparatæ salutis humanæ 1540 Ignatius Lojola Cantaber Societatis Jesu fratribus initium dedit. Fuerat is in arce Pompaiolitana munitissimâ, eo tempore, quo eam Galli obsederunt, vehementissimeque oppugnârunt. In qua obsidione tam strenuè se gessit Ignatius, ut illi uni Hispani omnes primas facilè deferrent. Qui tamen honos tanti illi constitit, ut altero crure bombardæ majoris ictu comminuto, in altero verò circa inguina grauissimo vulnere accepto, à Gallis captus fuerit: quorum tamen humanitate & lenitate usus, liber paulòpost domum rediit. Gravissimis autem illis doloribus, diuturnaque ægritudine vehementer excruciatus, mundi vanitatem, cui huc usque plus satis addictus fuerat, agnoscere, & divinis rebus animum adjicere cœpit: adeoque vitæ suæ genus ob vulnerum suorum dolores incredibiles, mutare, & aliud instituere proposuit. Contigit interim, ut annum integrum & ampliùs eo ex morbo decumbenti in manus venirent, Legendæ, quas Vitas Sanctorum vulgi nominant. Has avidissimè legit, & legentem mira incessit religio. Corpore igitur aliquantulùm firmiore, nondum tamen omnino confirmato, anno ætatis suæ XXVI. domo, patria, ac propriis laribus relictis, ita se comparat, tanquam ad ducem Nagera profecturus esset: re autem vera templum Deiparæ virgini dedicatum, quod Montemserratum vocant, concessit, ibique vestibus pretiosioribus exsutus, laceras & viles induit, in quibus rigidissimam aliquandiu vitam egit. Delituit aliquandiu etiam solitarius in specu quodam, ad littus fluvii per campum Manresanum decurrentis. Cumque in hac palæstra sese ad tempus exercuisset inde in pauperis peregrini habitu Hierosolymam se contulit, Christi sepulchri adorandi, & cætera loca, in quibus adhuc Christi expressa vestigia exstare dicunt, visendi gratiâ. His verò locis usq; adeò delectatus fuit, ut nihil optârit magis, quàm ætatem omnẽ illic degere. Veruntamen in Hispanias rediens, quod ad id usque tempus literarum rudis fuisset, intellexisset autem, ad eam vitæ rationem, quam inierat,

lerat, literarum cognitionem plurimum valere, Complutum primò, pòst, Salamanticam se confert, ibique literis dat operam. Cumque in vili suo habitu, coopertus sacco, publicè homines ad pœnitentiam hortaretur, nullâ acceptâ ab Episcopis concionandi licentiâ, nec eruditione sufficienti præditus, bis in carcerem conjectus, & ab Inquisitoribus, tanquam de doctrina suspectus, examinatus est: sed Pontificiæ doctrinæ addictissimus cognitus, extra omnem noxam è custodia dimissus fuit. Inde Parisiorum Lutetiam se contulit, ubi decem annos literarum studiis, corpore debilis, & rerum propè omnium inops, nisi quantum aliorum liberalitate, & propriâ mendicitate sustentabatur, impendit, tantúmque labore & diligentiâ consecutus est, ut brevi artium Magister creatus fuerit. Nec interim cessabat homines provocare ad pœnitentiam, idque tanto studio, ut amore ejus incensi aliquot docti viri, illi se socios & imitatores adjunxerint. Post hæc Anno Domini 1563. in Hispaniam revertitur, adscitis decem novæ suæ religionis sociis: ii erant P. Faber, Fr. Xavier, Jacobus Laines, Claudius Gaius, Joannes Coduri, Alphonsus Salmeronius, Simon Rodericus Lusitanus, & Nicolaus Bonadilla. Sequenti anno, qui fuit tricesimus septimus suprà millesimum quingentesimum, Romam se contulerunt, ut à Pontifice Romano in terram sanctam abeundi licentiam impetrarent. Antè verò, quàm Romam venissent, Venetiis in pauperum hospitiis, quæ Xenodochia & Nosodochia appellant, ita versati sunt, eamq; diligentiam & solicitudinem in ægrorum ibi morbis curandis, vulneribus obligandis, molestia, gravi, ac putida sanie abstergenda, impenderunt, ut omnes in sui admirationem pertraxerint. Datâ verò Romæ licentiâ à Papa proficiscendi in Syriam, Venetias redeunt: ibi cognoscunt, ob pacem inter Turcas & Venetos per idem tempus ruptam, nulli tuto Hierosolymam navigare licere. Mutatâ igitur sententiâ; septem ex illis sacris initiari, & ad sacerdotium promoveri voluerunt. Cum verò Ecclesiastica lege, ex Pauli III. institutione caveatur, ne quis sacris initietur, qui aut hæreditariis, aut Ecclesiasticis bonis, unde honeste vivere posset, caruerit, hi novi Apostoli, amplissimam sibi hæreditatem esse DEum ipsum: lautissimúmque patrimonium, nudos nudum Christum sequi, affirmârunt, pro quo egere, extremámque penuriam pati, maximas opes ducerent. Quod copiosissimum esse, & Sacerdote Christiano dignissimum patrimonium, cùm judicaret Verallus Archiepiscopus Rosanensis, qui per id temporis Venetiis Apostolicæ Sedis

dis Legatus fuit, postea Cardinalis factus, perpetuam Spontaneamque
paupertatem Deo ante ejus pedes promiserunt: illoq; patrimonio consti-
tuto ex illis septem sunt sacerdotio inaugurati: facultas quoque illis data
est, ut secretas atq; occultas peccatorum confessiones liberè ubiq; audire
possent. Ab eo tempore cœperunt per urbes Venetæ ditionis in Italia
prædicare: postea simul omnes se Romam versus contulerunt ann. Christi
1538. ibique diu gravissimis molestiis à Clero Romano sunt exagitati.
Cum verò aliqui eorum exemplo incitati, se illis socios adjungerent, ne
vitæ institutum unà cum ipsis interiret, à Paulo III. Pontifice, Cardinale
Contareno internuncio, petierunt, ut ratum illud & firmum haberet,
quò Apostolica authoritate munitum atque firmatum, conservari perpe-
tuò posset. Pontifex libentissimè assensit, & institutum eorum confir-
mavit anno reparatæ salutis 1540. Ne verò in re nova inconsideratiùs
egisse videretur, principio cavit, ne plures, quàm sexaginta viri in eam
societatem adscriberentur. Cernens autem idem Pontifex, quantos illi
in dies fructus facerent, rursus à nato in carnem filio Dei, 1543. illud
eorum institutum firmavit, neque jam, ut antea, ullis ipsum terminis,
aut virorum numero circumscriptum esse, voluit, quod augeri atq; mul-
tiplicari id summopere jam optabat. Quam ob causam postea etiam hunc
ordinem authoritate Apostolica communiverunt Julius III. Paulus IV.
Pius IV. & Tridentin. Conciliũ Sessione 9. c. 10. *Hactenus verba Hospiniani*
ex quibus de origine Jesuitarũ abundè constare poterit, scilicet ordinis Je-
14 suitarum auctorem esse Ignatium Loiolam, quem multis claruisse mira-
culis passim asserunt quinimo hodiernum nomen Ignatii Loiolæ in char-
tula scriptum ventrique impositum difficilibus nixibus statim liberare
parturientes, creditur. Vid Claud. Salmas. *in Epistol. alterâ de cruce p.
m. 400.*

Cæterùm, licèt nostro tempore ordo Societatis Jesu, tot excellentia
ingenia, ac viros singulari eruditione præditos, ad ornatum seculi natos,
protulerit, quales in tanto numero nullus reliquorum ordinum Christia-
15 no orbi dedit, attamen nimium eos proclives esse, ad turbandum Regno-
rum ac Rerumpublicarum statum, experientia superiorum temporum
testatur. Hinc ejecti olim è Gallia, ac licèt Henricus Magnus Galliæ
Rex, non nisi restitutis in suum Regnum Jesuitis, de salute sua securum
se esse posset indicaret, tamen spe sua excidit, à sicario, Jesuitarum insti-
tutis imbuto, nefariè confossus, quod immane facinus alii laudibus ex-
tollere

tollere non dubitârunt, & quorsum Marianæ liber, *de institutione Principum occidendorum,* qui justissimo decreto Senatus Parisiensis flammis publicè combustus. Quid dicam de Henrico Garnetto ejusque sociis, qui Magnæ Britanniæ Regi, Reginæ, Regiis filiis, & Regni proceribus pulveraria machinatione excidium intentare non dubitârunt, cujus tamen Garnetti effigies in singulis ferè Jesuitarum collegiis inter Martyres depicta spectatur, & colitur. In Polonia, quantos motus Jesuitæ itidem excitaverint, testatur præter alios Autor responsionis ad reprotestationem Societatis Jesu, pro Academia Cracoviensi in Polonia, ubi inter alia ait, totum Poloniæ Regnum publicis & privatis calamitatibus sese explicare non posse, postquam Jesuitæ in illud venerunt. Idem Autor refert Emblema Jesuitarum, cum in tabella circumtulerunt depictum Ignatium Loiolam, ex milite Monachum, qui totum terrarum orbem manu sua teneret, atque igne ex corde suo orto inflammaret, cum symbolo Scripturæ: Veni ignem mittere. Illustris Respublica Venetorum eandem ob causam, Jesuitas quondam ejecit, & Legato Gallico, nomine Regis Galliæ pro iisdem intercedenti 6. octobr. Ann. 1621. respondit. Che l'antico instituto & fine della Repub. ha sempre mirato alla pace, & che havẽdo esse per isperienza trovato, che la religione de Giesuti si occupa à seminar discordi é zizanie fra Principi Christiani, delle quale poi ne resultano guerre, & altri mali, percio essa per star lontana da questo pareido-lo, e per poter più facilmente conseguire il fine sudetto, risolve di tener lontani dal suo stato simile sorte d'huomini. 17

Porrò ut ad priora redeamus; inter ipsos Jesuitas, uti & alios reliquorum ordinum fratres, jus πρωτοκλισίας iis competere, qui seniores, rectæ 18 rationi conveniens est, quod ipsum moratiores quasvis gentes studiosè observâsse, præclarè observavit Cardinalis Gabriel Palæotus *de bono senectutis part. 3. p. 265. & seqq.* quamvis senectus ἁπλῶς jus præcedentiæ non tribuat, sed tum demum, si de præcedentia disceptantes in pari dignitatis gradu constituti sint, unde notanter dixi, inter ejusdem ordinis fratres seniori priorem locum competere, ita licèt filius parenti primum locum concedere teneatur, attamen diversum obtinebit, si filius in munere publico eoque honoratiori constitutus sit, tum enim in publicis locis, atque congressibus publicis, filium, magistratus officio fungentem, 19 præferendum esse, non habita ratione juris domestici, præclarè disputavit Taurus Philosophus apud Agellium *lib. 2. Noct. Atticar. c. 2.* Verba Agellii.

lii digna existimamus, ut heic subjiciantur; In publicis locis, *inquit*,
atque muneribus, item actionibus patrum jura, cum filiorum, qui in
magistratu sunt, potestatibus collata, interquiescere paululum & conni-
vere, sed cùm extra Rempub. in domestica re atque vita sedeatur, ambu-
letur, in convivio quoque familiari discumbatur, tum inter filium ma-
20 gistratum & patrem privatum, publicos honores cessare, naturales & ge-
nuinos exoriri. *Hactenus verba Agellij.* Cujus sententiam verissimam
esse, putamus, cùm in tali casu pater non cedat filio, sed Reipublicæ.
Quatenus enim filius repræsentat Rempublicam, hoc est, quatenus in eo
conversatur loco, eo occupatur actu, in quo vertitur dignitas & potestas
Reipublicæ, eatenus cedit pater: in cæteris res redit ad ordinem naturæ.
Hinc Fabius Consul, cùm Fabium Maximum patrem pro Consulem ob-
vium haberet equitantem, equo jussit descendere, quod moris non esset
Consulem equo adire, quem, tantum abest, ut pater reprehenderet, quin
potius hortaretur pergere, eáque auctoritate dignitatem populi Romani
tueri. Vid. Plutarch *in Fab. Max.* & Liv. *lib. 24.* Cæterum quisnam
21 ordo præcedentiæ in processionibus publicis, Lutetiæ quondam inter ordi
nes Ecclesiasticos Cappucinorum, Franciscanorum, Dominicanorum,
Carmelitarũ, reliquorũq; militantis Ecclesiæ faciẽ repræsantes, observa-
tus, cùm pluribus exposuerit Thuanus *l. 98.* sub finẽ placuit, verba ejus hic
loco subjicere: Vix, *inquit Thuanus d. l.* fidem apud posteritatem mere-
bitur, nec sine risu recitari potest, quod boni illi viri (*Jesuitæ*) post seria
sua decreta, ad commovendos dementis plebis animos coram Cajetano
Cardinale ac tot Episcopis qui eum ex Italia secuti erant; Francisco Pani-
gerola Astensi Episcopo, Roberto Bellarmino è Collegii Jesuitici sodali-
tio quasi rem probantibus instituerunt, feceruntque. Nam supplicatio-
nes novo, & ad hunc diem non viso paratu publice populo spectante per
cunctos frequentis urbis (*Lutetiæ*) vicos celebratæ, in quibus Guil. Rosa
Episcopus Sylvanectensis, & Carthusianorum Prior, altera crucem, al-
tera hastam manutenentes, tanquam scenæ Choragoi & strenui Machha-
bæi, sic enim se appellari gaudebant, primos ordines ducebant. Seque-
bantur ordine patres Cappucini, Foliaceni, Paulliani Franciscani, Do-
minicani, Carmelitæ, succincti omnes, & cuculla supra humeros reje-
cta quippe galeati & loricati. Seniores primi incedebant, torvo vultu,
rubentibus oculis, aprugnis dentibus, totóque corporis gestu, minas &
militarem fastum scenica simulatione referentes. His succedebant Ju-
niores

niores

niores eodem habitu, sclopetis armati, quos plerumque in obvios, inconsiderata temeritate displodebant, eorúmque ictu unus è Cajetani domesticis, dum otiosus spectat, interfectus est, magno circumstantium fremitu, qui mox compositus est, sparsa voce, quasi ille, qui in tam religioso spectaculo periisset, jam inter beatos confessorum choros receptus esset. Nam Cajetanum, penes quem de his rebus pronunciare jus esset, ita affirmare. Omnium oculos in se convertebat Bernardus è Foliaceno ordine adhuc juvenis, nuper Henrico III, Rege à concionibus, notus apud populum, qui altero pede claudus, nusquam certo loco consistens, sed huc illuc cursitans, modò in fronte, modò in agminis tergo latum ensem ambabus manibus rotabat, & claudicationis vitium gladiatoria mobilitate emendabat. Quæ omnia, cum intermissis Epodis faciebant, atque hoc mimo militantis Ecclesiæ faciem exprimi jactabant, subinde illud ex B. Jobo repetentes, vitam hominis militiam esse, cujus militiæ præmium ipsi in triumphanti Ecclesia, hoc est, in cœlis olim essent reportaturi. *Hactenus verba Thuani laudato loco.*

Caput XXVI.

De præcedentia & prærogativa reliquorum ordinum Prædicatorum, Franciscanorum, Minorum, Mendicantium, *&c.*

SUMMARIA.

1. *Quasi possessio præcedentiæ attendenda est tam in publicis quàm privatis processionibus.*
2. *In controversiis sessionum inter Ecclesiasticos, recurrendum ad consuetudinem Curiæ Romanæ.*
3. *Antiquiores ordines & confraternitates reliquis præferendæ.*
4. *Inter Mendicantes quasi possessio præcedentiæ attenditur, sin minus de hac quasi possessione constat, illi præferendi sunt, qui prius in illa civitate villa, vel loco monasterium suum habuerunt.*
5. *Præjudicium hujus rei ex Aldano refertur.*
6. *Adducitur Lancellottus qui Prædicatores præfert Mendicantibus.*
7. *Prædicatores præcedunt Eremitas S. Augustini, Carmelitas, & Fratres minores.*
8. *Removentur argumenta, quæ pro Fratribus minoribus, contra Prædicatores afferri possunt.*
9. *Ordo Prædicatorum primò approbatus fuit, quàm ordo S. Francisci.*
10. *Agitur de ordine & præcedentia Carmelitarum.*
11. *Exponitur origo & præcedentia reliquorum ordinum Ecclesiasticorum.*

DE

DE reliquorum Ordinum Ecclesiasticorum prærogativa & præcedentia paucis,&quasi per indicem,ut Justinianus noster loquitur *in ¶ ult. Instit. de public. judic.* acturus, primo omnium mo-
1. nendum duco hoc loco quasi possessionem præcedentiæ attendendam esse,adquam potissimum respectum habendum,tam in publicis, quàm in privatis processionibus, statuunt Perez. de Lara *de anniversar.* & Capellan. *lib. 1. cap. 24. n. 26.* Salgado de *protect. Regia tom. 1. part. 2. cap. 9. n. 26.* Præterea, ut plurimum ad decisionem harum de præce-
2. dentia controversiarum, recurrendum ad consuetudinem Curiæ Romanæ, quomodo ibidem à Magistris Cæremoniarum, prout appellari solent, & quo ordine Monachi collocati, præprimis respiciendum, quid Bullis Pontificum Romanorum definitum, constat enim plurimas hac de re constitutiones & Bullas passim à Pontificibus emissas,quarum frequens facta mentio à Michaele Ferro, & Augustino Barbosa in operib. suis passim, præprimis verò *in Decision. Apostolic.* Alioquin expeditum & in Curia Romana receptum, quòd antiquiores ordines & confraternitates meritò præferendæ. Perez. de Lara & Salgado *dd. ll.* qui Salgado *d. l. n.*
3. *27.* subdit esse tenendum inter religiones, *& n. 29. cum seqq.* ait,constare ex Bulla Gregorii XIII. incip. Exposcit. 15. Julii 1583. quòd inter Mendicantes quasi possissio præcedentiæ attendatur, sin minus de hac quasi
4. possessione constiterit, illos præferendos esse, qui prius in illa civitate, villá, vel loco monasterium suum habuerunt. Ita notat Aldan. præcedere debere illos ex Fratribus ordinis Minorum de observantia,& Jesuitarum, quorũ monasterium,eodem in loco priùs instructum fuerit,&dicit Aldan.
5. *in Compend. Canon. Resol. lib. 1. tit. 23. n. 2* ita decisum &resolutum fuisse per S. Congregat. Episc. 15. Julii. Ann. 1616. & hoc juxta Bullam Gregorii XIII. incip. Exposcit. Pastoralis die 15. Julii 1583. adde Lancellottum *in Templo omn. Judicum lib. 1. cap. 8.* ubi ordinem Prædicatorum
6. ante Mendicantem ordinem ponit, post Mendicantes verò locum tertiũ tribuit Eremitis S. Augustini, & quartum Carmelitis. Idem *d. l. 2. c. 9. n 4.* subjungit sequentia: Hic tamen observatur, *ait,* ut hodie in celebratione diei, quo corpus Christi effertur, vidi ann. Sal. 1557. Prædicatores obtinere primum locum, secundò Eremitas S. Augustini. Tertium Carmelitas. Quartum fratres minores S. Francisci, & ejusdem ordinis conventuales: sed hæc consuetudo contraria non videtur valere, ut per Hostien *in cap. 1. de major. & obed.* *Hæc Lancellottus d. l.* Sed quicquid

dicat,

dicat Lancellottus, constans Dd. sententia est & usu approbata, prædicato res præcedere Eremitas S. Augustini, Carmelitas, & Fratres minores, expressè Chassanæus *in Catalog Glor. Mundi p. 4. Considerat 68.* Omnes istos tres Ordines, *ait*, præcedit aut præcedere debet Ordo Prædicatorum, addit Idem, quod isti Prædicatores fuerint quondam sub regula S. Augustini, S. Dominicus verò constitutionibus quibusdam additis novum Ordinem fecerit, qui Prædicatorum dictus, de cujus præ cæteris ordinibus præeminentia egit Ant. Flor. *part. 3. hist. tit. 23. per tot.* ubi tradit Ordinem hunc habuisse initium Anno Domini 1217. idem memorat *eod tit. 23 c. 3.* quomodo prædictus Ordo revelatus fuerit S. Dominico à gloriosa Virgine Maria, eidem à IESV Christo unico humani generis Restauratore & filio S. Mariæ commendatus, & huic S. Dominico adjunctum S. Franciscum pro alio ordine instituendo ad instructionem Ecclesiæ in sermonibus & prædicationibus, ut ipse loquitur. 7

Cæterum, dubia cuipiam hæc sententia nostra videri posset ex eo, quòd initio hujus Capitis diximus, antiquiores ordines præferendos recentioribus, Ast verò constat ordinem Minorum cæpisse priùsquam ordinem Prædicatorem. Ordo enim Minorum cæpit anno Domini 1206. Ordo Prædicatorum verò demum Anno Domini 1216. cui consequens 8 est, juxta conclusionem jam adductam Minores Prædicatoribus præferendos esse. Verùm enim veró hâc dubitandi ratione non obstante Dd. communiter tradunt, Prædicatores nihilominus Minoribus præferendos, Archidiacon. *in c. de decimis in 6.* Jo de Turrecrem. *in c episcopus 17 dist.* Felin. *in Rub. de major. & obed* Chassan. *d p. 4. Considerat 69.* præ cæteris verò idem expressè statuit & Argumentis probavit consultissimus Iuris Consultus Iacobus Philippus Portius *lib 4. Resp. Consilio 164. n. 4.* Et sanè, quamvis ordo Prædicatorum non fuerit primò institutus, quàm Minorum, fuit tamen primò approbatus sub regula S. Augustini Anno Domini 1208. sub Honorio III. Pontifice Romano, Et ordo S. Francisci demum 9 sub eodem Honorio anno Domini 1224.

Porrò, Ordo Carmelitarum, qui sub ordine S. Basilii est quo tempore cæperit, exponit Anton. Florent *part. 3. lib. 22. c. 5 § 1.* ubi tradit Honorii IV. temporibus fratres ordinis Carmelitarum habitum iis minimè congruum, quo usum fuisse asserebant Eliam Prophetam in monte Carmelo in Syria, quod tamen nec in scriptura sacra, aut alio probato authore scriptum reperitur, observante Anton. Flor. *d. l.* mutasse, & ad mandatum

Honorii IV. eo habitu, quo nunc passim incedunt, usos fuisse, de cujus ordinis Carmelitarum laude librum scripsit Carolus Fernandus adductus Chassanæo *d. p. 4. considerat. 70.* cujus verba de præcedentia Carmelitarum, digna sunt, ut subjiciantur: In multis locis, *ait*, in processionibus vidi eos præcedere, & esse in loco digniori: in aliis verò vidi & fratres Prædicatores & Minores præcedere, & esse in digniori loco. Vnde tanta discordia & diversitas videtur esse ex consuetudine loci, aut ex prioritate institutionis, aut fundationis conventus in loco, qui sibi ratione prioritatis temporis usurpaverunt. *Hæc Chassan. d. l.* Porrò, quod reliquos Ordines attinet, præcedentiam habent Monachi Cistercienses reformati
11 ordinis B. Mariæ Fulien. ante ordines Mendicantium. Clemens VIII. Const. 56. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3. pag. 72.* & illius meminit Augustinus Barbosa *in Summa Apostolicarum Decisionum. Collect. DXC. n. 20* Idem *de officio. & potest. Episcopi p. 3. alleg. 78. n. 37. vers. Clemens.* Deinde præcedentiam Monachis semper & ubique tribuere debent Fratres mendicantes. S. Cong. Rit. in Monopolitana 23. Martii. 1619. teste Aldano *in compendio Canon. Resolut. lib. 3. tit. 6. n. 3.* Præcedentiam ulteriùs habent Fratres Minores S. Francisci de observantia ante Fratres Minores conventuales. Leo. X. constit. 26 incip. Licet. 26. Decembris 1517. apud Laert. *Cherub. in Bullario. tom. 1. pag. 520. & pag. 430* Barbosa *d. l. n. 22.* Porrò, Fratrum Capuccinorum laici professi inter eundum & sedendum, & in publicis & privatis actionibus, ac ubiq; novitiis clericis nondum professis præcedere possunt, & debent Vrbanus VIII. Constit suâ. incip. Nuper. 7, Maji. 1631. Augustinus Barbosa Ictus eximius & Proto Notarius Apostolicus *in Summa Apostolicarum Decisionum Collect. 386. n. 60.*

Atqui pauca hæc de præcedentia Ordinum Ecclesiasticorum subjicere placuit, omnium enim Ordinum Monachorum, originem & instituta heic referre, nimis prolixum foret. & ab instituto paulò alienum, petenda enim hæc potissimùm ab Hospiniano in recondito opere, *de origine Monachorum*, Bruschio *in tr. de Monasteriis Germaniæ,* Petræo & Sebastiano Franck. *in tract. de Monasteriis,* quibus addendus Joannes Wolffius *in opere Lection memorab. & recondit.* ubi passim. de Monachorum ordinibus egit. Præter hos consulendus Michael Ferrus *de praced. Ecclesiast.* passim adductus suprà nobis laudato Augustino Barbosæ *in Decisioni-*

stonibus Apostolicis & alibi in operibus ipsius, quem authorem mihi hactenus legere non contigit.

Tantùm de Ecclesiasticorum Procerum statuum, & ordinum præeminentia, præcedentia, & Sessione hoc proponere placuit, cui colophonem jam imponemus de Secularium Procerum Sessione libris duobus sequentibus σὺν θεῷ acturi.

LIBRI TERTII

CAPUT I.

De Populi Romani Præeminentia, ejúsque Legatorum tam sub libera Republica, quàm sub Imperatoribus ipsis, præ Regibus cæteris eorumq; Legatis præcedentia, nec non de sessionum Imperatorum Christianorum in Conciliis & Ecclesia.

SUMMARIA.

1. *Continuationis Ratio.*
2. *In ipsa Reipublica Romanæ infantia summa penes Reges potestas fuit.*
3. *An absoluta Regum Romanorum potestas, & ab eorum sententiis provocatum fuerit ad populum? disquiritur.*
4. *Sub Regibus Romanis Legati eorundem exteris Regibus, ac ipsorum Legatis prolati non fuerunt.*
5. *Sub libera Republica Legati Romanorum præcedentiam sibi asseruerunt præ exteris Regibus, quod exemplo Martii, qui primus omnem transire noluit, sed Perseum ut id faceret, induxit, illustratur*
6. *Oribazus Parthorum Legatus à Rege suo necatus fuit, quod Silla Imperatori Romano nobiliorem in consessu sellam concesserit.*
7. *Legatos Romanorum in conventibus cum exteris Regibus primò omnium perorasse ex Livio probatur.*
8. *Popularis dominatus cùm senescit, in anarchiam & omnium rerum confusionem transit: ejusque non aliud remedium est, quàm potens unius dominatus.*
9. *Roma Cæsaris & Augusti temporibus salva esse non potuit, nisi beneficio servitutis.*
10. *Notatur Sutholdus.*
11. *Probatur, quòd Imperatorum Romanorum temporibus, iisdem & Legatis Romanis exteri Reges ultro se submiserint & honoratiorem in consessu locum concesserint.*
12. *Polemo Rex Ponti prima subsellia in theatris per totum Regnum suum Senatoribus*

natoribus Romanis tribuit.

13. *Parthorum Reges, se Romanis per reverentiam cedere, professi fuere.*

14. *Reges exteri Imperatoribus Romanis eorumque Legatis id honoris tribuerunt, ut primi omnium eos adirent, quod ex Velleio Paterculo & C. Tacito probatur.*

15. *Exterorum Regum Legati Romæ, non juxta Imperatorum sedem, sed in sedibus Senatorum collocati fuere, qua de re adducta verba Taciti.*

16. *Quandoque in publicis spectaculis loco nobilissimo, in orchestra datus considendi locus Legatis exterorum Regum*

17. *Augustus Imperator noluit legatos exterarum gentium in orchestra considere.*

18. *Apud Athenienses in publicis spectaculis certum locum Legati, ubi sederent, tenuerunt.*

19. *Apud Romanos Legati exterorum in Comitio steterunt, exspectantes, ut in Senatum introducerentur.*

20. *Legatis, qui gratulandi causa Romam veniebant, obviam itum fuisse, ex selectis Polybii bii probatur.*

21. *Adducuntur verba Dionysii Hallicarnassei de potentia & magnitudine Imperii Romani.*

22. *Romani primùm an Carthaginensibus de universi orbis terrarum imperio diu & ambiguè dimicarunt.*

23. *Evincitur ex scriptoribus Romanis, subactis Carthaginensibus, Antiocho, cum reliquis Alexandri M. successoribus profligato, jam ante Iulii Cæsaris tempora Romanos rerum Dominos audivisse.*

24. *Plurimis Scriptorum testimoniis adductis probatur, admirandam terra marive Romanorum potentiam fuisse.*

25. *Suaves ad ridendi materiam sunt, qui totum orbem terrarum Romanis paruisse contendunt.*

26. *Notatus hac de re error Bartholi.*

27. *An Imperator mundi Dominus?*

28. *Ætate Marci Tullii nondum Caucasum montem Romana Reipublica fama transcendit.*

29. *Romanum Imperium, quando vel maximum fuit, Hispanico minus fuit.*

30. *Germania an Romanis subjecta fuerit?*

31. *Exponitur l. 3. D. de officio Assessorum.*

32. *Evincitur, Romano Principi ac populo nullum jus in universum orbem competiisse.*

33. *Expositus locus S. Lucæ de Augusto universo orbi tributum imponente.*

34. *In sacris literis sola Iudæa sæpius nomine τῆς οἰκουμένης legitur.*

35. *Adducuntur hac de re verba notatu digna Ludovici Molinæ*

36. *Multæ fuerunt provinciæ in universo orbe, nunquam à Romanis, devictæ vel exemptæ.*

37. *Exposita l. ἀξίωσις. 9. D. de L. Rhodia de jactu*

38. *Ignei commenta ad d. l. 9. D. de L. Rhodia de jactu rejiciuntur.*

39. *Notati Bartolus & Hostiensis, qui Impe-*

Imperatorem universi orbis Dominum esse contendunt.

40. *Adducuntur* Dd. *qui latius hanc quæstionem examinarunt.*

41. *Excutiuntur Dantis argumenta, quibus probare nititur Imperatori jus competere in universum orbem & adducta hac de re sententia H. Grotii.*

42. *Probatur ex Tacito Romanis barbaras nationes Reges sibi ex arbitrio Senatus populique Romani elegisse,*

43. *Reges summo se honore maximoq; beneficio affectos censebant, quos Senatus Romanus Regum nomine affecisset, quod ex historicis Romanis evincitur*

44. *Ostenditur Monarchiam Romanam sub Imperio Trajani potetissimam fuisse omnium.*

45. *Probatur Monarchiam Romanam ex providentia divina ejusmodi incrementa sumpsisse, idque non modo Christianos, sed & ipsos gentiles agnovisse*

46. *Prisci Ecclesiastici Scriptores uno ore asserunt, fidei Christianæ & propagationi Religionis Catholicæ interfuisse hanc Monarchiam longe lateq; diffusam esse, & adducta ea de re elegantissima verba Eucherii Episcopi Lugdunensis & Aurelii Prudentii versus.*

47. *Romano Imperio virtus & fortuna pariter æternitatem promiserunt.*

48. *Quam formidabile exteris Regibus vel solum Cæsaris nomen fuerit, ex Antonio Guevarra ostenditur,*

49. *Disquirit Author, quænam res Romanum Imperium ad tantam potentiam & summum fastigium evexerit, cum tamen sæpius victi & ad extremas angustias redacti fuerint.*

50. *Multi recurrunt heic ad leges Romanorum justissimas, prout Alvar Pelag. & Bellarm. quorum sententia reprobatur.*

51. *An Romani ideo ad ejusmodi potentiam pervenerint, quòd socios defenderint, & nonnisi justis ex causis bella cœperint? disquiritur*

52. *Agitur de justitia bellorum à Romanis susceptorum.*

53. *Quid intersit inter* αἰτίαν *bellorum &* προφάσεις *sive* δικαιώματα, *ut Procopius vocat, accuratè exponitur.*

54. *Ostenditur luculenter contra H. Grotium, Romanos ex causis levissimis, inani prætextu, & dominandi causa pleraque incepisse. & adducta hac de re testimonia patrum Ecclesiæ primitivæ.*

55. *Author evincit Romanos ad ejusmodi fastigium, & potentiam admirandam, nullam rem aliam, quàm studium armorum, & amplificandi imperii evexisse.*

56. *Respublica armorum gloriâ claræ facilè reliquas evertunt & adductus ea de re elegantissimus locus H. de Rohan,*

57. *Exemplis Reipublicæ Romanæ & imperii Turcici hoc ipsum illustratur.*

58. *Quënam Ducem Romani Alexandro M. si in Italiam penetrasset, opponere potuissent, ex Livio annotatur.*

59. *Probatur triplicem fuisse fontem, ex quo validissima Romanarum copia-*

rum flumina proruperint, quæ orbem terrarum inundarint, Tribus scilicet, Colonias, & socios

60. Lectu jucunda & admiranda adducuntur de tribubus Romanis, & quantus ex hisce exercitus cogi potuerit

61. Ex Tacito probatur sub Claudio Imperatore censa fuisse civium LXVIII. centena & XLIIII. millia.

62. Tempore Belli Punici Secundi Coloniarum subsidio Imperium Populi Romani stetit.

63. Nulla alia re Populum Romanum sibi orbem subegisse terrarum nisi armorum exercitio ex Vegetio probatur

64. De Germanorum proceritate corporis adducta testimonia Taciti Iosephi, Cæsaris, & Pomponii Melæ,

65. Burgundiones nonnullos in giganteam quandam procertitudinem excrevisse ex Chifletio probatur

66. Scandinaviam frequentes olim immanes corpore gigantes habitasse ex Saxone Sialandico evincitur.

67. Apud Romanos justam staturam legendi tyronis militis ve quinque pedes cum septem unciis usualibus explevisse ex Vegetio & Codice Theodosiano demonstratur.

68. Cur minus bella & expeditiones sacra contra Turcam hactenus processerint?

69. Quam providi Romani fuerint ne exercitui commeatus deesset?

70. Quid pecunia possit in bello ex Thucydide notatum.

71. Quantum accreverit Fisco Romano ex spoliis hostium devictorum?

72. Paulus Æmilius ex Macedonica gaza in ærarium Romanum intulit bis millies centies sestertium, & adducta eâ de re diversa sententia Velleii Paterculi, Livii ac Plinii

73. Asiâ devictâ ex Cypro Cato quingenta millia talentorum reportavit.

74. L. Furius Prætor de Gallis triumphans trecenta viginti millia æris in ærarium tulit, argenti CLXX pondo

75. C. Cæsaris auri signati & cælati summa, quam in suis triumphis in ærarium intulit, quadraginta & unum milliones valore æquavit.

76. Summa pecunia á Pompejo illata ad centies & vicies centena millia aureorum æstimata

77. De immersis privatorum divitiis apud Romanos stupenda quædam adducuntur.

78. Fuerunt apud Romanos multi, qui possidebant flumina in suo orientia, & cadentia, nec non decem aut viginti millia servorum.

79. De divitiis C. Cæcilii Claudii Isidori notatus locus Plinii.

80. Seneca possedit ter millies sestertium, sive septem milliones auri cum semisse, ac ejus modi vitia relata.

81. Quot legionibus & classibus navalibus Romani tot dissitas & remotas regiones in imperio retinuerint eleganter ex Tacito docetur, cujus verba adducuntur.

82 Ostenditur apud Romanos fuisse Legiones Ordinarias & Extraordinarais

83. Impe-

83. *Imperio Romano declinante interdum Legati Imperatorum Romanorum tempori inservientes nonnihil remiserunt de prærogativa debita.*

84. *Theodosii Imp. Legatus ex equo descendit regi Persæ obvius factus, ad quem honorem barbarus obstupuit, & legato petita indulsit.*

85. *Cùm plures Imperatores Romano Imperio præessent, uter ipsorum in Sessionibus prælatus alteri, vel an alternationi locus? disquiritur.*

86. *Quamnam Sessionem occupavit Constantinus M. in Concilio Nicæno ex Eusebio docetur, & reprobatur opinio Polycrat. in libro de nugis Curialium.*

87. *In Ecclesia suus Imperatori supra populum, infra Sacerdotes locus fuit, quod ex Sozomeno probatur?*

88. *Ambrosius non in sacrario, sed in Ecclesiæ portic u locum Imperatori assignavit.*

PRiusquam ad illustres Controversias de Præcedentia & Sessione inter Imperatores, Reges Christianos, & liberas Respublicas obortas, nos accingamus, operæ precium facturos existimamus, si inclyti Populi Romanorũ dignitatẽ, ejusq; legatum præcedentiam asseruerim, præsertim cùm hæc ipsa tractatio non parum lucis allatura videatur subsequenti Controversiæ, de qua capite sequenti disquisituri sumus. Et quidem primò omnium nemini obscurum esse poterit, in ipsa Reipublicæ Romanæ infantia summam penes Reges potestatem fuisse. Quorum primus Romulus, ut libitum fuit, imperavit, prout Tacitus *3, Annal*, loquitur. Et Pomponius noster *in l. 2. D. de orig. jur* Initio Civitatis hujus, *ait*, constat, Reges omnem potestatem habuisse, quamvis fatendum absolutam Regum Romanorum potestatem in Republica Romana non parùm labefactatam vidri Tullii Hostilii temporibus, cùm condemnato à Tullo Hostilio Horatio, is ipse ad populum provocâsset. Cùm enim provocatio nonnisi, ad majorem regulariter fiat, sequi omnino videtur, populum Rege superiorem fuisse, quin Livius florentissimus Rerum Romanarum Scriptor *Decad 1. lib 1. hist*. expressè tradit, absolutum fuisse Horatium non à Rege, sed à populo Romano, nec id diffitetur Dionysius Halicarnass *lib. 3. Antiquit. Romanar*. cujus verba ex versione Gelenii hæc sunt: Populus Romanus tum primùm capitalis judicii potestatem nactus comprobavit Patris sententiam, juvenemq; absolvit à cædis crimine. Idem ex Ciceronis operibus de Republicâ & Pontificalibus libris annotat Seneca *lib. 19. Epist. 109*. Verum enim verò con-

stat,

Margin numbers: 1 (beside line "blicas obortas…"), 2 (beside "pite sequenti…"), 3 (beside "buisse, quamvis…")

ſtat, tum ex Livio, tum Halicarnaſſenſi, nonniſi Regis conſenſu populum capitalis judicii participem factum fuiſſe, quin de Servio Tullio expreſſè Halicarnaſſenſis tradit, eum privatas cauſas judicibus ad id conſtitutis delegâſſe, criminum tamen publicorum cognitionem ſibi reſervâſſe. Et verò ſub Regibus Romanis, cùm nondum ad ejuſmodi faſtigium & potentiam Romana Reſpublica perveniſſet, nullibi quoq; Hiſtorici memorant, Romanorum Legatos, aliis exterorum Regum Legatis prælatos fuiſſe, aut eos præcelluiſſe, id quod poſtmodum Italiâ devictâ,
4 Hiſpaniâ ſubjugatâ, & Galliâ ferè ſub Imperium redactâ contigit, etenim ut potentia ſpiritus addere aſſolet; ita tùm non pares ſe Regibus, Romani tantùm geſſerunt, ſed & ſuperiores, eorumque Legati exteris Regibus cedere noluerunt. Ita Martium videmus noluiſſe primùm tranſire
5 amnem; & ratione jocoque ad ſe Perſeum pellexiſſe, Minor, *inquit*, ad majorem, & filius (Perſei pater Philippus, quod cognomen Martio fuerat.) ad patrem tranſeat, Liv. *lib.42.* Maſaniſſa quoque Scipioni primum in conſeſſu locum conceſſit, Liv. *lib.28. hiſt. Rom.* Et Orobazum
6 videmus Regis Parthorum Legatum necari à rege, quoniam Syllæ Imperatori Romano nobiliorem in conſeſſu ſellam conceſſerit, ex Plutarcho Albericus Gentilis *lib.3. de Legationibus capite 19.* primò quoque omnium in conventibus Legatorum Romanorum cum exteris Regibus, Romano-
7 rum Legatos peroraſſe conſtat, ita cùm ad Achæos Romani non modò Legatos ſuos miſiſſent, ſed & Rex Attalus Philippus Macedoniæ Rex, & Athenienſes eò Legatos ſuos ablegâſſent, primo dicendi poteſtas data Legatis Romanorum Livius, *dec. 4. lib. 2.* Ad homines ita incertas introductis legatis *ait*, poteſtas dicendi data eſt, Romanus primum Legatus L. Calphurnius: deinde Attali Regis Legati: poſt eos Rhodii diſſeruerunt: Philippi deinde Legatis dicendi poteſtas facta eſt: poſtremi Athenienſes: ut refellerent Macedonum dicta: auditi ſunt: ferè atrociſſimè in Regem: quia nulli, nec plura, nec tam acerba paſſi erant: invecti ſunt: & illa quidem concio ſub occaſum ſolis tot Legatorum perpetuis orationibus die abſumpto dimiſſa eſt. Idem Livius *d. l.* ſimile exemplum habet, & licèt Romanus æquum cenſeret, Philippum Macedoniæ Regem priorem dicere, id tamen eam ob rationem factum, quod Philippus priùs petiiſſet colloquium, quod tamen detrectavit Philippus, aſſerens ejus eſſe priorem orationem, qui daret pacis leges, non qui acciperet, & ideò primò Romanus dicere cœpit. Porrò, quòd Legatus
Rom.

Romanus in Ætolorum concilio apud eundem Livium *lib. 31.* dicere primum Atheniensem legatum voluit, id ipsum ideo factum, quòd hic ipse immania Philippi esset explicaturus, ut de inflammari Ætoli ad bellum poterant, quod Romanus volebat, prout rectè observat Albericus Gentilis *d. lib. 3. de Legationibus. cap. 19.* Eadem præeminentia 8
Romanorum Legatis mansit, postquam Respublica Romana in Monarchiam desiit, & necesse esset Reipublicæ Romanæ per unum consuli, ceu loquitur Pomponius *in l. 2. §. novissimè. D. de orig. juris* Popularis enim dominatus, cùm senescit, in anarchiam & omnium rerum confusionem transit: ejusque non aliud remedium est, quàm potens unius dominatus, prout eleganter loquitur Christophorus Forstnerus *in Notis Politicis ad 1. Annalium Taciti,* ad verba: Qui cuncta discordiis civilibus fessa, nomine Principis sub imperium accepit. Certè Roma Cæsaris & Au- 9
gusti temporibus in ea conditione erat, ut impossibile esset, recuperare libertatem, omnia enim factionibus laborabant, salva esse Roma non poterat, nisi beneficio servitutis, Seneca *V. de benef. XVI.* Unde rectè Pomponius, rectè etiam illustris Annalium conditor Tacitus. *1. Annal,* non aliud discordantis patriæ remedium fuisse dicunt, quum ut ab uno regeretur. Errat ergo Sudholdus *Differt. de Jurisdict. th. 64.* dum 10
ICtum eo ipso Principum malitiæ velum obtendisse affirmat.

Et quidem Imperatorum Romanorum temporibus, eorum Legati 11
& Duces alteri cedere noluerunt, quin ultro se Reges submisserunt. Equidem in Statu Monarchico tempore Augusti, Tiberii, Caji Caligulæ, Neronis, & sequentium Imp. nullum exterorum Regum iisdē prælatum fuisse, non reperio quinimo ultro Reges exteri Imperatoribus se subjecerunt, non devicti, aut subjugati, sed amici & socii. De Octavio Augusto Suetonius Tranquillus *in vita Augusti, cap. 60.* Reges amici atquè socii, *ait*, & singuli in suo quisque regno Cæsareas urbes condiderunt. Et cuncti simul ædem Jovis Olympici Athenis antiquitus inchoatam, perficere communi sumptu destinaverunt, genioque ejus dedicare: ac sæpe regnis relictis, non Romæ modò, sed provincias peragranti, quotidiana officia togati, ac sine regio insigni, more clientium præstiterunt. Notatu dignum, quod idem Suetonius Tranquillus de C. Cæsare Caligula, in ejus vita *cap. 22.* memorat: Cùm audiret forte Reges, *ait*, qui officii causâ in urbem advenerant, concertare apud se super cœnam de nobilitate generis exclamavit. Εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. Nec

Xx multum

multum abfuit, quin ſtatim diadema ſumeret, ſpeciemque Principatus in
Regni formam converteret. Verùm admonitus & Principum, & Re-
gum ſe exceſſiſſe faſtigium, divinam ex eo majeſtatem aſſerere ſibi cæ-
pit. Hæc Suetonius *d. l.* Refert Dio *lib. 53. hiſtor.* quòd Polemo Rex
12 Ponti inter ſocios ac fæderatos Populi Romani aſſcriptus, ſtatim prima
ſubſellia in theatris per totum ſuum Regnum Senatoribus Romanis tri-
buerit. Parthorum Legati, qui Meherdatem Romà petebant, cùm
vires ſuas Romanis æquales feciſſent, ſe tamen cedere, per reverentiam
13 dixerunt, teſtante Tacito *lib 12. Annalium.* De Vologeſe Rege Par-
thorum idem tradit Tacitus *lib. 15. Annalium.* Porrò, Reges exteri,
14 Imperatoribus Romanis, eorumque legatis id honoris tribuerunt, ut
primi omnium eos adirent, quod non obſcurum præeminentiæ argu-
mentum, in quibus precedentiæ & dignitatis indiciis & argumentis
annotandis, non ſegnes hiſtorici Romani fuere. Hujusce rei exem-
plum exſtat apud C. Velleium Paterculum *Hiſtoriæ Romani libro ſecundo,
capite centeſimo primo*, cujus verba hæc ſunt: Breve ab hoc intercelſerat
ſpatium, cùm Cajus Cæſar, antè aliis provinciis adſidendum obitis, in
Syriam miſſus convento priùs Tiberio Nerone, cui omnem honorem,
ut ſuperiori habuit, tam variè ſe ibi geſſit, ut nec laudaturum magna,
nec vituperaturum mediocris materia deficiat, cum Rege Parthorum
juvene, excelſiſſimæ inſulæ, quam amnis Euphrates ambiebat, æqua-
to utriusque partis numero coiit. Quod ſpectaculum ſtantis ex diverſi
hinc Romani, illic Parthorum exercitus, cùm duo inter ſe eminen-
tiſſima Imperiorum & hominum coirent capita, perquam clarum &
memorabile, ſub initia ſtipendiorum meorum, tribuno militum mi-
hi viſere contigit, quem militiæ gradum ante ſub patre tuo Marco Vi-
nicio, & Publio Silio auſpicatus, in Thracia Macedoniáque, mox
Achaia, Aſiáque, & omnibus ad orientem verſus provinciis & ore
atque utroque maris Pontici latere, haud injucundâ, tot rerum, lo-
corum, gentium, urbium recordatione perfruor. Prior Parthus apud
Cajum in noſtra ripa, Poſterior hic apud Regem in hoſtili epulatus eſt.
Hæc Paterculus d. l. De Tiridate Rege, cùm in colloquium Corbulonis
Romanorum Ducis veniſſet memorat Tacitus *lib. 15. Annalium*, *quod*
viſo Corbulone, Rex prior equo deſiluerit: nec cunctatus Corbulo, ait
Tacitus *d. l.* ſed pedes uterque dextras miſcuere. Ex in Romanus laudat
juvenem, omiſſis præcipitibus tuta & ſalutaria capeſſentem.

Quod

Quod exterorum Regum legatos attinet, idem Romæ, non juxta Im- 15
peratorum ſedem, ſed in ſedibus Senatorum collocabantur prout teſta-
tur Tacitus *lib. 13. Annalium*, ubi de legatis Friſiorum, Dum conſeſſum
caveæ, *inquit*, diſcrimina Ordinum, quis eques, ubi Senatus, percontan-
tur, advertêre quosdam cultu externo in ſedibus Senatorum: & qui-
nam forent rogitantes poſtquam audiverant, earum gentium legatis id
honoris datum, quæ virtute & amicitiâ Romanâ præcellerent, Nullos
mortalium armis aut fide ante Germanos eſſe, exclamant, digrediuntur-
que, & inter patres conſidunt, quod comiter â viſentibus exceptum, quaſi
impetus antiqui, & bona æmulatio. Quandoque in publicis ſpectacu- 16
lis, loco nobiliſſimo, in Orcheſtra datum conſidendi locum Legatis, ſcri-
ptura eſt à Joſepho *lib. 14. cap. 17.* quod & Suetonius *in vit. Auguſti &
Claudii* annotavit, Auguſtus Imperator tamen noluit Legatos exterarum 17
gentium in Orcheſtra conſidere, ut tradit Suetonius *in Auguſto cap. 44.*
Legatos liberarum ſociarumque gentium, *ait*, vetuit in Orcheſtra con-
ſidere. Apud Athenienſes in publicis ſpectaculis certum locum Lega- 18
tos, ubi ſederent, Athenis tenuiſſe, Cicero *in Catone* oſtendit, & in thea-
tris, Curiis, foris Græciam excepiſſe Legatos, tradit Herodotus *lib. 9.* A- 19
pud Romanos ſanè Legatos exterorum in Comitio ſtetiſſe, exſpectantes
ut in Senatum introducerentur, probat Albericus Gentiſis, *lib. 1. cap. 15.*
In ſelectis Polybii obſervavi tamen, itum his obviam Legatis, qui gra 20
tulandi causâ Romam adveniebant, quinimo proſecuti quoque Romani
diſcedentes fuere, & literis commendatiis ad Reges, civitatesque, quâ
remeandum fuit, prout teſtatur Joſephus *libro decimo tertio Antiquita-
tum capite octavo.* Equidem potentiæ Romanorum inſigni, ultró ſe ſub-
miſerunt Reges exteri, præclarè hac de re Dionyſius Halicarnaſſæus *Anti-
quitatum Romanarum lib. 1.* cujus verba ex verſione Gelenii, ut ſubji-
ciantur, digna exiſtimamus: At Romanorum civitas, *ait*, imperat 21
per cunctas terræ plagas, quæ quidem inacceſſæ non ſunt, ſed habitan-
tur ab hominibus: toto etiam mari dominatur, non ſolùm intra colum-
nas Herculis, verùm etiam Oceano, quacunque eſt navigabilis: prima-
que & ſola in omni hominum memoria Ortum & Occaſum terminos ſui
imperii poſuit. Tempus quoque ejus potentiæ non breve, ſed diutur-
nius, quàm ulli vel Regno, vel Reipublicæ obtigit. Et paulò pòſt Idem:
Ex quo totius Italiæ potita dominio, auſa eſt Orbis imperium ſibi ſu-
mere, exturbatis è mari Carthaginenſibus, quorum navales opes fuerant

maximæ; subjugataque Macedonia, quæ ad temporis terrestribus copiis plurimum pollere videbatur, nulla amplius non barbara gente, non Græca contendente de principatu, septimam jam ætatem me hæc prodente, dominium omnibus in terris constanter obtinet; nec est ulla gens (ut breviter dicam) quæ non agnoscat universorum dominam, aut detrectet ejus imperium. *Hactenus Halicarnassaeus, d. l.* Romani primum

22 quidem cum Carthaginensibus de universi Orbis terrarum imperio diu & ambiguè dimicârunt, uti ex Livio liquet, atque ex Silio Italico, apud quem in principio de bello Punico:

Gens Cadmæa super regno certamina movit,
Quæsitumque diu, qua tandem poneret arce
Terrarum fortuna caput.

Subactis verò & funditus eversis Carthaginensibus, Antiocho que cum reliquis Alexandri M. successoribus profligato, Romani jam ante

23 Julii Cœsaris tempora, rerum Dominos se vacârunt testante Livio, sub Imperatoribus verò hæ appellationes frequentissimæ. De Romanis Dio Cassius πάσης χεδὸν θαλάσσης γῆς καὶ θαλάσσης, omni fermè imperantes terra marique. De Augusto Ovidius:

Pontus quoque serviet illi.

Idem testatur de eodem Inscriptio in ejus honorem, hisce verbis: Orbe terræ & mari pacato Augustus Janum Quirinum terra marique pace parta ter clausit: & Suetonius de eodem: Classem Miseni, & alteram Ravennæ, ad tutelam superi & inferi maris collocavit. Constantius Imperator dominus Mundi vocatur in basi obelisci:

At Dominus Mundi Constantius omnia fretus
Cedere virtuti.

Et apud Marcellinum *lib. 19. pag. 147.* Nostris virtutem Constantii Cæsaris extollentibus, ut Domini rerum & Mundi. Et *lib. 23. de Juliano*, tanquam Mundi, nationumque suarum Dominum adorarunt Julianum. Procopius disertè *lib. 1. de Ædificiis* orbem in manu statuæ Imp. positum fuisse ait, [illegible]. De potentia Romanorum Appianus Alexandrinus suo tempore, hoc est, Antonini Pii, sub quo scripsit A. D. 150. in eximia & prolixa Præfatione, Historiæ suæ, quam viginti quatuor libris com-

24 plexus fuerat, præmissâ, Imperii Romani limites describens, hæc tradit, non tantùm passim, *ait*, mediterranei Maris insulis omnibus Ro-

manos

manos tum imperasse, atq; in Ægeo etiam mari, Myrtoo, & in cætero mari (quod nostrum vocat) Cycladas, & Sporadas tenuisse, item Cyprum, Cretam, Rhodum, Lesbum &c. Romanos occupasse, omniáque adeò ista, Romanis paruisse, πάντα ταῦτα ἐπὶ Ῥωμαίοις ὑπήκοα. Idem cùm de Legionum prætenturis, Romani Imperii limiti circumfusis agit, addit, καὶ φυλάσσουσι τὴν τοσήνδε γῆν καὶ θάλασσαν ὥσπερ χωρίον. & expressè tandem scribit θαλάττης τε πάσης ἡγεμονεύουσι τῆς ἐντὸς ὥστε καὶ νήσων ἁπασῶν &c. Id est, Mediterranei totius maris Imperium & Insularum omnium tenere. Philostratus (qui sub Severo Imperatore vixit ad Philippum Imp. usque, teste Suidá) *lib. 7. de vitâ Apollonii cap. 2.* ubi de Domitiano. ὑφ᾽ ᾧ θάλαττά τε ἦν καὶ γῆ πᾶσα, eodem modo imperium maris Imperatoribus Romanis tribuit Oppianus Cilix, ἁλιευτικῶν. 3. initio statim ad Antoninum Caracallam Imp.

Σοὶ μὲν γ᾽ ἄρ ὑπὸ σκήπτροισι θάλασσα
Εἱλεῖται, καὶ φῦλα ποσειδάωνος ἐναύλων.
Tuis enim sub sceptris mare
Volvitur, & greges Neptuni incolarum.

Confer Aristidem Atheniensem, *de Marco Antonino Philosopho, oratione ad eum ipsum pag. 119.* γῆ δὲ καὶ θάλαττα ὥσπερ πρυτάνιν στεφανοῦσιν, id est, terra verò & mare Præsidem (ita vocat Imperatorem) coronant. Idem rursus de Roma ejusque imperio sub eodem Marco Antonino, *tom. 1. p. 354.* ἀλλ᾽ ἡ μὲν θάλαττα ὥσπερ ζώνης ἐν μέσῳ τῆς οἰκουμένης, ὁμοίως δὲ καὶ τῆς ὑμετέρας ἡγεμονίας τέταται, περὶ δὲ &c. Quamvis verò passim à Scriptoribus 25
Romanis Orbis dominium Romanis tributum, attamen suaves ad ridendi materiam sunt, qui totum Orbem terrarum Romanis paruisse contendunt, qua in sententia tamen plurimi magni nominis viri fuerunt, & ipse ICtorum Princeps Bartolus hæreticum ausus est pronunciare, qui id negaret, *in l. Hostes 24. n. 7. D. de captiv. & postlim. revert.* 26
Et quidem fundamentum desumunt tum *ex l.* ἀξίωσις. *9. D. de Leg. Rhodiâ de jactu* in qua ipse Antoninus Pius Imperator se τοῦ κόσμου κύριον appellavit, tum ex illis S. Lucæ Evangelistæ verbis: Exiit edictum à Cæsare Augusto, ut totus Orbis censeretur, quò etiam pertinet illud Petronii: 27

Orbem jam totum victor Romanus habebat,

Verùm enim verò totum terrarum Orbem aliquando Romano Imperio paruisse, prorsus historicis repugnat monumentis. Nam constat ex historiis, latè quidem patuisse fines imperii Romani, non tantùm tempore Augusti, sed inprimis Trajani, nec tamen, tota Europa Ro-

manum agnovit dominium, multominus aut Africam totam, aut
28 Asiam universam sibi subjugavit insolens Roma. Ætate Marci Tullii, sicut ipse quodam loco significat, nondum Caucasum montem Romanæ Reipublicæ fama transcenderat, & erat tunc adulta, ait Boethius in elegantissimo de consolatione Philosophiæ libello, *lib. 2.* Nihil dicam de Americâ, terrâ non prorsus veteribus incognitâ. Erudité id ex veterum monumentis demonstrarunt Lipsius *1. Admirandor sive de magnitudine Romanâ cap. 3.* & Onuphrius Panvinius *lib. 3. Commentar. de Re-*
29 *publ. Rom.* Quin Romanum Imperium, quando vel maximum fuit, Hispanico minùs fuisse ostendit Lipsius *lib. 2. de magnitud. Roman. c. 3.* Quod Germaniam nostram attinet, illa, quæ trans Rhenum ac Danubium Romanis erat, perpetua bella quidem cum Romanis gessit per
30 aliquot secula à Julii Cæsaris usque temporibus, potiùs tamen triumphata, quàm victa, nec unquam illa trans Rhenum ac Danubium portio in provinciam redacta. Quod illam Germaniæ portionem, quæ cis Rhenum, attinet, nec illa, quamvis pars Imperii Romani habita, omni ex parte subdita fuit, sed ut plurimum socii Romanorum fuere, quod de Batavis testatur Tacitus *in libello de moribus Germanorum.* Quamvis autem de utraque Germania, superiore & inferiore, Provinciarum
31 titulum prædicârit Romanus Princeps *in l. 3. D. de officio Assessorum*, inanem tamen triumphum, inanem ac nullam rei gloriam fuisse, ex fide digno Tacito constat. Quapropter non tantùm totus Orbis terrarum à Principe Romano nunquam devictus fuit, sed nec illi jus, ullum in
32 universum Orbem competiit. Nam si istud fuisset, necesse foret, illud ipsum, eum habuisse aut jure divino, aut jure naturali sive gentium, aut civili. Non de jure divino, nec emim inde ullo modo probari poterit, quod antea adductum ex S. Luca de Augusto universo Orbi tri-
33 butum imponente, hoc non tam simpliciter intelligendum, nec id vox οἰκουμένης importat, siquidem multa alia ejusmodi per excellentiam dicuntur, & in iisdem sacris literis sola Judæa sæpius nomine τῆς οἰκουμένης venit,
34 Luc. 21. 1. Hugo Grotius *lib. 2. de Jure Belli ac Pacis cap. 22. §. 13.* qui ibidem in Annotatis *ad d. cap. 22. §. 13.* adducit Hieronymum dicentem: Nomen terræ, etiam cùm addita particula omnis, restringi debet ad eam regionem, de qua sermo est. Non jure naturæ, vel gentium, quia hoc ex principiis naturâ notis nemo probabit, nec unquam universum orbem sibi Romanus subjugavit. Præclaré Ludovicus Mo-

lina *tom. 1. de just. & jur. disp. 30. n. 2.* ubi postquam opinionem Bartoli, uti ridiculam, rejecit, subjicit. Aut enim, *ait*, contingeret hic totius mundi dominatus de jure naturali, atque hoc asserere est stultum; vel per electionem totius mundi, qui consensum præbuisset, ut unus esset communis omnium Imperator; quod absque ulla probabilitate atque fundamento affirmaretur: vel jure belli; & hoc constat esse falsum, cùm nullus unquam, non solum justè, sed neq; injustè subegerit sibi omnes universim nationes; præsertim cùm nostris temporibus plurimæ sint repertæ, quæ antea omninò fuerunt incognitæ: & multæ aliæ sint etiam adhuc incognitæ: vel jure humano positivo, idque vel summi Pontificis; & hoc non; quippe cùm neque ipse sit Dominus Orbis, vel ipsorum met Imperatorum, aut alicujus alterius: Quod item verum esse non potest, eò, quòd tale jus ligare non potuerit non Subditos illius, qui id condidisset; aut denique jure divino; quod non minùs est falsum: quippe cùm nullum testimonium ad id sufficiens possit adduci: Ergo Imperator non est dominus Orbis: *Hæc Molina d. l.* Sanè, multæ fuerunt provinciæ in universo Orbe, vel nunquam à Romanis devictæ, vel exemtæ, Covarr. *in c. peccatum. 2. §. 9. num. 5. de R. I. in 6.* Et multos 36
liberos populos, socios, amicos, & confederatos Populi Romani, ejus potestati & legibus subjectos non fuisse, patet ex *l. 7. ¶. 1. D. de captiv. & postlim. revers.* quem textum aureis scribendum literis esse, dicit Cagnol *in pr. proœm, D. de R. J n. 56.* H. Grotius *cap. 3, de antiq. Reipubl. Batavica.* Quoc suprà adductam *l. ἀξίωσις 9, D. de L Rhodiâ de ja-* 37
ctu attinet, dictum à me & ostensum *in Resolut. mea historic. Philologic, juridicâ ad d. l. 9. D. de Rhod. de jactu. cap. 5. p. 43.;* generalitatem verborum *in d. l. 9.* Ego mundi Dominus, restringendam esse ad Orbem Romanum, hoc est, ad eos, qui Romano suberant Imperio, vel ut alii volunt, Synechdochicè accipiendam, ut totus ac universus mundus hic pro majori mundi parte, non quidem per se, sed contemplatione Rerum publicarum, & regnorum aliorum intelligatur *arg. l, majore 156.* & ibi Alciatus & Gædd. *de V. S.* Reinckingk. *de R. S. & E. lib. 1. Class. 3. c. 13. n. 15.* Confer tradita Jacobi Gothofredi ICti eximii *in diss. de Imperio Maris & de Jure Naufragii colligendi cap. 7.* ubi Ignei commenta hac de re rejicit, cujus Ignei opinionem *in repetit. ad l. ne-* 38
cessarios. 5. ¶. non alias, 2, num. 700, 701. &c D. ad SC. Syllanian. de hac eadem controversia, non sine ingenti risu se legisse, idem Jacobus Gothofre-

Thoſredus *in cap. ult. de Impeſto maris*, memorat, qui tamen Igneus excuſationem meretur, quippe qui Græca nunquam legere potuerit, ut idem teſtatur multominus intelligere, quomodo & hodienùm linguæ græcæ ſtudium parvi æſtimatur à multis, etiam ab iis, qui Profeſſores & Doctores legum noſtrarum audiunt.

Ex modò adductis apparet, Imperatorem Romanum falſò mundi Dominum dici ab interpretibus antiquis, Bartolo *in d. l. hoſtes. D. de*
39 *captiv. & poſtlim verſ.* ibi: Et ſi quis diceret D. Imperatorem non eſſe Dominum & Monarcham totius Orbis, eſſet hæreticus; quia diceret contra determinationẽ Eccleſiæ, contra textũ ſancti Evangelii dum dicit; Exivit edictũ à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis. *Hæc Bart.* adde Hoſtiens. *in c. per venerabilem, X. qui filii ſunt legit.* qui dicit mortaliter eos peccare, qui Imperatoris Romani poteſtate ſe vel nunquam fuiſſe ſuppoſitos, vel exemptos contendant. Verùm cùm hæc opinio mo-
40 dò ſatis refutata, non opus eſt, ut plura afferamus. Vide tamen clariſſimum Arnilæum *lib. 1. de jur. maieſt. c. 2. n. 2.* Molinam *d. l.* Dom. de Soto *de juſt. & jur. lib. 4. q. 2. art. 2.* Klockium *de contribut, c. 4. n. 8. 9. & 10.* & Bernhardum Sudholt. *in diſſertat. de Juriſdictione aphoriſmo*
41 *24. & ſqq.* Nec verò quemquam movere debent Dantis argumenta, quibus probare nititur Imperatori jus tale competere, quia id humano generi expediat. Nam, uti rectè Hugo Grotius *lib. 2. de Jure Belli ac Pacis, cap. 22. ¶. 13. ait*, commoda, quæ affert, ſuis compenſantur incommodis. Ut enim navis aliqua ad eam magnitudinem pervenire poteſt, quæ regi nequeat; ſic & hominum numerus & locorum diſtantia tanta eſſe, ut unum regimen non ferat. Equidem eò excrevit tractu temporis Romana potentia, ut multæ barbaræ nationes Romanis non ſubjectæ, Reges ſibi ex arbitrio Senatus Populique Romani elege-
42 rint, nam Appianus *de Armenia majori* idem ſcribit, quod Tacitus *4. Annal.* de Parthis & *11. Annal.* de Cheruſcis, confer Tom. Stapletonum *l. 2. de Magn. Rom. Eccleſ. cap. 1.* quinimo ſummo ſeſe honore maximo-
43 que beneficio affectos cenſebant Reges, quos Senatus, Populusque Romanus Regum nomine affeciſſent, ut more ſuo eruditè demonſtravit incomparabilis Barnabas Briſſonius *de Form. Pop. Rom. opere ſtupendo lib. 2.* Cæſar *lib. 1. de Bello Galico* de Arioviſto. Quoniam tanto, *inquit*, ſuo populique Romani beneficio affectus, cùm in conſulatu ſuo Rex atque amicus à Senatu appellatus eſſet, hanc ſibi Populòque Rom. gra-

tiam

tiam referret, ut in colloquium venire gravaretur. Idem refert Dio *l. 38.* Unde Masanissa, testante Livio *lib. 30.* per Legatos gratiam Senatui egit, quòd Scipio eum Regem appellàsset, adde eundem Liv. *lib. 31. & 35.* & Brissonium *d. l.* Et verò Monarchia Romana sub Imperio 44
Trajani potentissima fuit occupans ex trecentis gradibus, in quos Orbis terrarum ab Astronomis & Cosmographis describitur, nonaginta in longitudinem, in latitudinem verò quadraginta quinque. Quòd verò Romana hæc Monarchia etiam ex providentia divina exordium, & ejus- 45
modi incrementa sumpserit, non Christiani modò, sed & ipsi Gentiles ultro agnovere, ut docet Bernardus Aldretes Canonicus Cordubensis *lib. 1. des varias antiquetades cap. 5.* quale verò testimonium perhibet Plinius *lib. 3. cap. 5. Nat. hist.* ubi Romam omnium terrarum alumnam & parentem, numine DEûm electam dicit, quæ cælum ipsum clarius faceret, sparsa congregaret imperia ritúsque molliret & tot populorum discordes feràsque linguas sermonis commercio contraheret, colloquia & humanitatem homini daret, brevitérque una cunctarum gentium in toto Orbe patria fieret. Sanè, hoc solo Monarchia hæc se supra omnes præprimis efferre potest, quòd Restaurator generis humani IEsus Christus Filius DEI, non solùm nasci, sed etiam inter Romanum Populum censeri dignatus sit, qua de re eleganter Orosius *lib. 6. cap. ult. & lib. 7. cap. 1.* Prisci præterea Ecclesiastici Scriptores uno ore asserunt, fidei 46
Christianæ & propagationi Religionis Catholicæ inservisse, hanc Monarchiam longè lateque diffusam esse. Ita S. Eucherius Episcopus Lugdunensis *in Epistola Parænetica ad Valerianum de contemptu mundi fol. 28.* Nationes & regna, *ait*, putásne, ob aliud in ditionem ac jus cessisse Romanorum, & ob aliud magnam partem generis humani in unum transiisse populum, nisi ut faciliùs, tanquam medicamentum per corpus unum, ita per unam gentem fides infusa penetraret: & ut capiti ingesta velociter se per membra diffunderet? Alioqui non ita cucurisset, & disceptantes ritibus linguisque gentes, nec tam longè per novorum semper graduum, objecta transiisset. Consentit Poëta Christianus Aurelius Prudentius, *lib. 2. contra Symmachum* hisce versibus:

Vis dicam, quæ causa tuos, Romane, labores,
In tantum extulerit? Queis gloria fortibus aucta
Sic cluat, impositis ut mundum frænet habenis?
Discordes linguis, populos & dissona cultu

Regna volens sociare DEus subjungier uni
Imperio quicquid tractabile moribus esset.
Concordique jugo retinacula mollia ferre
Constituit, quò corda hominum conjuncta teneret
Religionis amor: nec enim fit copula Christo.

47 Equidem Romano Imperio, cui virtus & fortuna pariter æterni-
tatem promittebant, Dan. Heinsius. *in orat. 10.* ultro se reges exteri re-
verentiam exhibuerunt, quinimo sub Julio Cæsare, non Romani Im-
perii tantùm, sed ipsius Cæsaris nomen tam formidabile ubique erat,
48 ut si fortè Reges & Principes de Julio Cæsare supra cænam loquerentur;
præ timore noctem, ad usque multam lucem insomnem agerent, si
fides habenda Antonio Guevarræ *in Horolog. Principum. lib. 1. cap. 41.*
Verùmenimverò non immeritò hoc loco disquiritur; *Quanam res Ro-*
49 *manum imperium ad tantam potentiam, & ad summum fastigium evexe-*
rit, cum tamen sæpius victi, profligati, & ad extremas angustias redacti à
Carthaginensibus Romani, tempore belli Secundi Punici fuerint, à Gallis
quoq; & Germanis, aliisve bellicosis gentibus cæsi sæpius, & eorum exercitus
50 *funditus deleti, & fugati?* Diversæ verò heic sunt eruditorum opiniones,
alii tribuunt hoc ipsum Reip. formæ bonisq; legibus, in quorum numero
sunt Alvar. Pelag. *lib. 1. de planct. Eccles. c. 42.* & Bellarmin. *lib. 3. de*
Laicis cap. 6. Verùm Leges Romanorum, licèt justissimæ fuerint, &
ob earum æquitatem à moratioribus gentibus receptæ, Ego *in tract. de*
iure offerendi cap. 3. n. 3, 4. 5. & seqq. attamen istis causa ejusmodi po-
tentiæ Populi Romani adscribenda non est, nam constat & Græcorum
leges, quas Romani ultrò ab iis petierunt, æquissimas fuisse, nec tamen
Græci inde ad tantam potentiam pervenerunt, & verò magnam conve-
nientiam esse juris Romani cum Attico jure, eruditè ostendit vel solus
Samuel Petitus *in Commentario ad Leges Atticas* scripto planè lectu di-
gnissimo, quinimo hodie Veneti & bonis legibus, formâque Reip.
præstant, nec tamen ad potentiam Romanam pervenerunt unquam.
51 Alii potentiam Romanorum adscribunt defensioni sociorum, & quòd
nonnisi justis ex causis bella inceperint, prout Livius *in Rhodiorum Ora-*
tione lib. 45, ibi: Certè quidem vos estis Romani, qui ideò felicia esse
bella vestra, quia justa sint, præ vobis fertis, nec tam exitu eorum, quòd
vincatis, quàm principiis, quòd non sine causa suscipiatis, gloriamini.

Poly-

Polybius apud Suidam in voce ἐμβαίνειν· οὐ γὰρ Ῥωμαῖοι ἐσπούδαζον ἑαυτῶν μὴ δόξαι προτέρους τὰς χεῖρας ἐπιβάλλειν τοῖς πέλας, ἀλλ' ἀεὶ δοκεῖν ἀμυνόμενοι ἐμβαίνειν 52
εἰς τοὺς πολέμους. Romani summopere id curárunt, ne priores ipsi finitimis inferrent violentas manus. Sed ut semper crederentur in hostem ire ad arcendas injurias, proinde Hugo Grotius *lib. 2. de jur. Belli & Pacis cap. 1. §. 1. in Annotatis* scribit, nullam gentem, præter Romanam, tamdiu constantem mansisse in spectandis belli causis. Verùm enimverò Romanis potiùs cura fuit propagandi Imperii, quàm defensionis Sociorum, illa vera causa bellorum, hæc tantùm prætextus, distinguendum enim hoc loco probè inter αἰτίαν bellorum & πρόφασιν, sive δικαιώματα, 53
ut Procopius vocat *Gotthicorum 3. Grot. d. lib. 2. cap. 1. in pr.* Sic in bello Alexandri adversus Darium πρόφασις fuit ultio injuriarum, quas Persæ Græcis intulerant, αἰτία cupido gloriæ, imperii, & divitiarum. Sic πρόφασις belli Punici Secundi controversia de Sagunto, causa indignatio Carthaginensium, ob pactiones, quas Romani iniquis temporibus ipsis expresserant, & aucti spiritus ex secundis per Hispaniam rebus, prout rectè H. Grotius *lib. 2. de jure Belli & Pacis cap. 22. in princ.* quod ipsum præclarè jam antè notavit Polybius *lib. 3. Historiar.* Una & ea vetus causa bellandi est, *inquit Sallustius*, profunda cupido Imperii, & divitiarum, apud Tacitum, aurum & opes præcipuæ bellorum cau- 54
sæ dicuntur. Equidem ipsos Romanos fermè ex causis levissimis, inani prætextu, & dominandi causa, pleraque bella incepisse facilè nunc ostendere possem, nisi jam hoc argumentum præoccupatum viderem ab eruditis, quomodo ex recentioribus id solidè & dilucidè probavit Arthurus Duck. *in tract. de usu & authoritate juris Civilis Romanorum in dominiis Principum Christianorum lib. 1. cap. 1.* quò nunc cupidum Lectorem remitto, gravia planè hac de re sunt testimonia sanctissimorum Patrum, Hieronymi *in Comm. ad c. 2. Daniel.* Isidori Pelusiot. *Epist. 218.* in Bibliothec. Patr. *tom. 5.* S. Cyrilli ArchiEpiscopi Hierosolymitani *de incarnat. Christi catechesi 12.* in Biblioth. Patrum *tom. 4.* Cypriani *in lib. de idolor. vanit.* ubi etiam populum Romanum sceleratum, & Romulum parricidam vocat Arnobii *advers. gent. in fin.* ubi de Roma ait: Una civitas in humani generis perniciem nata, orbem subjugavit innocuum, idem Lactantius Arnobii discipulus etiam tradit, ut omittam alios, ICtorum nostrorum hac de re testimonia quamplurima adduxit Arthurus Duck. *d. lib. 1. cap. 1. §. 15.* Sanè, Romanos ad

 ejusmo-

ejusmodi fastigium & potentiam insignem nulla res alia, quàm studium
55 armorum, & amplificandi Imperii evexit, quoties enim bellum quoddam compositum, statim de novo adversus aliam gentem, quæsitis & fictis causis arma sumpserunt. Hæ verò Respublicæ armorum gloriâ claræ, facilè reliquas evertunt, prout rectè observat H. de Rohan *en traicte de la guerre chapitre. 1. ibid:* La plus part des Estats d' aujourd'
56 hui sont plus fondez sur la police, que sur la guerre, & tachent plustost de se conserver, quæ de S' accroistre. Ce qui nous y fait voir les lettres fleurir, & les armes S' abastardir; si bien que les Estats qui ont pour fondement la guerre, gourmandent les autres. L' exemple du Turc à la honte des Chrestiens & celui du Roi d' Espagne au preiudice de l' Allemagne; & de l' Italie.. De Republica Romana id, quod diximus,
57 expresse affirmat Bodinus *lib. 5. de Republ. cap. 5. p. m. 881.* Ut planum sit, *ait*, Rempublicam Romanorum nulla re magis floruisse, quàm arte militari; sine qua non modò imperii fines augeri, sed ne stare quidē potuissent. Pleni sunt Græcorum ac Latinorum libri, quibus perspicitur Senatui Populoque Romano ad unum propositum fuisse, ut perpetuis bellis cum hostibus cives implicarent. *Hæc Bodinus d. l.* Turciæ quoq; Ratio Status in bello, & armorum studio hodie consistit, qua de re subjicere placet verba Petri Cedolini Episcopi Lesinensis *in discursu ad Clementem VIII. Pontificem Maximum pro defensione contra Turcam apud Honorium tom. 2. Thesauri Politici p. m. 44.* Si come i Turchi, ait Petrus Cedolinus, sono di origine sotto un governo Tirannico d' un Re naturale constituiti, hanno per instituto proprio, & particulare, l' essercitio dell' Arme, & la professione dell' empia setta Mahometana, cosi hanno per fine, & oggetto la Monarchia di tutto il Mondo, & la destruttione della Christiana religione. il che chiaramente si manifesta col vedere, che mai stanno in otio, ma continuando di guerra in guerra, hanno soggiogato la migliore & la piu nobile parte dell' Asia, dell' Africa, & dell' Europa, & quasi estinto il volto della Fede Christiana in tutto il loro Imperio. Cæterùm licèt Romani armorum & pugnæ genere atq; disciplina militari, aliis omnibus populis prævaluerint, uti Livius passim testatur, & Tacitus non uno in loco notavit, quin Alexandro Magno, si in Europam penitiùs penetrâsset, soli Romani satis resistere potuissent, eiq;
58 opponere Papirium cursorem excellentē Romani contra Samnites belli, tum temporis Ducem, victoriis clarum, uti observat Livius *decad. 1. lib. 9.*

quo

quo in loco eleganter ostendit, Romanum populum ejúsq; Duces, si A-
lexander M. Romanos debellâsset, Alexandro M. non modó pares, sed
& superiores fore multis de causis. Uno prælio victus Alexander, *ait*
Livius d. l. bello victus esset. Romanum quem Caudium, quem Cannæ
non fregerunt, quæ fregisset acies? Et de Papirio prædicto. Idem *d. l.*
Hauddubiè, *ait*, illa ætate, quâ nulla virtutum ferocior fuit, nemo unus
erat vir, quò magis innixa res Romana staret: quin eum parem destinâ-
bant animis M. Alexandro Ducem, si arma Asia perdomitâ in Europam
vertisset, istud tamen mirandum, & sine exemplo Romanos ita extra
fortunæ aleam fuisse, ut sæpius cæsi, fugati, penitus victi & subiugati ni-
hilominus non fuerint, sed semper fortiores validioresque evaserint, &
de hostibus sibi paulò antè insultantibus triumphaverint. Triplicem verò 59
fuisse fontem, ex quo validissima Romanarum copiarum flumina, quæ
orbem terrarum inundarint, proruperint; dicit Forstnerus *in notis Politi-*
cis ad lib. 4. Annalium Taciti, ad verba plerumque inopes ac vagi sponte
militiam sumant, percensuitque cursim numerum legionum, & quas pro-
vincias tutarentur *p. m. 378.* Tribus scilicet, Colonias & Socios, quod
Tribus attinet, populus Romanus in 35. Tribus descriptus erat, urbanus
populus non nisi in quatuor tribus divisus erat, Suburanam, Esquilinam,
Collinam, Palatinam: cæteræ, ut Franciscus Bocchus *in libris de ma-*
gnitudine Romana probavit, una & triginta extra urbem erant; quæ ap-
pellationem sortitæ, vel ex locis, ubi degebant, vel à fluminibus, aut
præcipuis Romanorum familiis. Quantus ex hisce tribubus exercitus 60
cogi potuerit, conjicere licet ex eo, quòd interdum CC. interdum CCC.
millia & quod excurrit, censa sint civium capita, censebantur verò ii
tantùm, qui ferendis armis habiles, de primo censu, qui actus sub Servio
Tullio Rege Livius memorat, millia 80. eo lustro civium censa fuisse,
Franciscus Bocchus *d. l.* conjicit, connumeratis pueris, senibus, cæterisq;
supra quindecies centies mille homines in tribubus fuisse. Postmodum
cum jus civitatis Romanæ ab Imperatoribus passim exteris concessum,
sub Claudio Imperatore censa fuisse civium LXVIII. centena, XLIIII. 61
millia tradit Tacitus *lib. 11. Annalium.* ibi: Sed ipse cohibuit Consulem,
ut nimium assentantē, condiditq; lustrum, quo censa sunt civium LXVIII.
centena, & XLIIII. millia. Nisi tamen Codices vitiosi sint, nam in Me-
diceo M S. numeros istos aliter scriptos fuisse, se Florentiæ vidisse scribit
Forstnerus *d. l.* Quantum præsidii Romanis collocatum fuerit, in

Colonis, colligere passim licet ex Historicis Romanis & præsertim ex
62 T. Livio *libro 37.* ubi tradit tempore Belli Punici Secundi Coloniarum
subsidio tum imperium populi Romani stetisse. Sociorum auxilia quod
attinet, itidem iis Romanum Imperium magnâ ex parte conservatum;
anno conditæ urbis cccexv, Latini gloriabantur, testante Livio *lib. 8.*
Romanos sociali exercitu adjuncto duplicare vires suas, & ideo æquum
esse, consulem alterum ex Latio, alterum Româ creari, & senatus
partem æquam ex utraque gente esse. Quomodo verò non minimum
præsidii repositum habuerunt Romani in sociorum auxilio, ita potissi-
mum ex tribubus milites fortissimi, & rei militaris periti cogebantur,
& verò Romanos disciplina militari omnibus reliquis gentibus præstitisse
tum temporis in confesso est, nec enim alioquin Romani ingentibus
63 Germanorum corporibus, aut Aphrorum dolis, vel Græcorum pru-
dentiæ pares fuissent, ut observat Vegetius, qui, postquam dixisset, nulla
alia re populum Romanum sibi orbem subegisse terrarum, nisi armo-
rum exercitio, disciplina castrorum, usuque militiæ; addit: Quid enim
adversus Gallorum multitudinem paucitas Romana valuisset? Quid
adversus Germanorum proceritatem brevitas potuisset audere? Hispa-
nos quidem non tantùm numero, sed etiam viribus corporum nostris
præstitisse, manifestum est. Aphrorum dolis atque divitiis semper im-
pares fuimus; Græcorum artibus prudentiaque nos vinci nemo unquam
dubitavit. Hæc Vegetius. De Germanorum alioquin proceritate cor-
64 porum testantur Tacitus *in libello de Moribus Germanorum.* Josephus *lib.*
1. Belli Iudaici cap. 16, Cæsar *lib. 4. Belli Gallici*, Pomponius Mela *lib. 3.*
de situ orbis c. 3. Burgundiones nonnullos in Giganteam quandam pro-
65 ceritudinem, & staturam excrevisse præclarè probavit vir summus Chif-
fletius *part. 1. Vesontionis cap. 47.* & Scandinaviam frequentes olim
immanes corpore gigantes habitâsse testantur Saxo Sialandicus *in proœm.*
66 *historia sua Danica*, & Arngrimus Ionas *in Islandia patria sua descriptione*
cap. 4. vide H. Conringium *in dissertat. de Germanicorum corporum ha-*
bitus antiqui ac novi caussis p. 4. & 8. & seqq. ubi rectè observat post Cu-
67 jacium *lib. 5. observ. c. 21.* apud Romanos justam staturam legendi tyro-
nis militisve quinque pedes cum septem unciis usualibus explevisse, quod
ipsum haud obscurè ex Vegetio, *lib. 1. c. 5.* & Codice Theodosiano *l.*
de tyronibus colligere licet. Ex quibus facilè nunc patet, cur minus
bella & expeditiones sacræ contra Turcam hactenus processerint, scili-
cet

cet, hodie cùm tympanum strepit, & pecuniola proponitur, coëunt ali-
quot ignoti inter se ignorantesque, Liv. *lib. 21.* purgamenta urbium 68
suarum, uti vocat Curt. *lib. 9.* quorum lingua vana, manus rapacissimæ,
gula immensa, pedes fugaces, quæ honestè nominari non possunt inho-
nestissima, nec in procinctu & castris habentur, sed per omnia man-
cipia desides, hospitibus tantùm metuendi, Tacit. *3. Hist.* effundunt se
in luxum & epulas, & nocturnos cœtus, ubi circumferri merum largiùs
jubent, debellaturi super mensa Alexandrum, Curt. *lib. 7. de reb. gest.*
Alex. M. Econtra Turcæ fortissimum quemque educunt & exercitatis-
simum, militem, ac veteranum, sanè, Turcas quoad militarem disci-
plinam parum abesse à Romanorum institutis, ex Historicis rerum Tur-
cicarum persit verosimile, in expeditionibus sacris damnandum & istud,
quòd ingens multitudo hominum coacta, nulla tamen ratione habita
commeatus & annonæ, unde & plurimum major pars Christianorum
inediâ, fame, & peste mortui, ut historia Expeditionum sacrarum te-
statur. Verissimum istud Vegetii *lib. III, cap. 26.* qui frumentum neces-
sariumque commeatum non præparat, vincitur sine ferro. Mirari verò
hac in re libet Romanam dispositionem, quæ ad hunc usum in plerisq;
oppidis, totius anni, in acetoq; frumento, larido, atque hordeo & paleis 69
condita habebat, teste Capitol. *in Gord.* Romani etiam bella constan-
tius gerere potuerunt, quibus pecunia abundè suppetebat, enimverò
τὰ πολλὰ τοῦ πολέμου γνώμῃ καὶ χρημάτων περιουσίᾳ κρατεῖσθαι, dictum est Thu- 70
cydidis *l. 2.* Ut enim non dicam de ipsis vectigalibus Populi Romani,
de quibus præclarè egit Bullingerus, maximè augebant Ærarium Roma-
num, spolia hostium, quæ inferebantur, ita Paulus Æmilius ex Mace-
donum gaza tantum in Ærarium pecuniæ invexit, teste Cicerone *lib. 2.* 71
de Officiis, ut unius Imperatoris præda finem attulerit tributorum, Livius
lib. 45. summam extulit H. S. millies ducenties. Majorem Velleius
Paterculus *lib. 1.* ibi: ut bis millies centies sestertium ærario contulerit,
& omnium ante actorum comparationem amplitudine vicerit. Variant 72
in summâ Scriptores, Livius *d. l.* ait, summam omnis captivi auri argen-
tique fuisse H. S. millies ducenties: nimis infra Velleianum calculum,
nisi cum Justo Lipsio *in animadvers. ad d. Vellei. locum*, legas bis millies.
Nam in Plinio quoque intulisse Æmilius Paulus legitur, prædam pondo
trium millium, sive ut manuscripti sestertium ter millies. Plinii verba
lib. 33. N. H. c. 3. hæc sunt: Intulit & Æmilius Paulus, Perseo Rege
Mace-

73 Macedoniæ devicto, prædam Sestertium ter millies, à quo tempore populus Romanus tributum pendere desiit. Asiâ devictâ ex Cypro Cato
quingenta millia talentorum reportavit, Fl rus *l. 3, Epit. c. 9.* Plin. *lib.*
74 *33. c. 3.* L. Furius Prætor de Galliis triumphans trecenta viginti millia
æris in ærarium tulit, argenti CLXX millia pondo, Liv. *lib. 31.* C. Cæ-
75 saris signati & cælati summa, quam in suis triumphis in ærarium intulit.
quadraginta & unum milliones valore æquavit. Summa pecuniæ à
76 Pompejo illatæ ad centies & vicies centena millia aureorum æstimata.
Nihil nunc dicam de immensis privatorum divitiis, quæ regiis opibus
pares erant, quid enim dicemus de illis, qui plura flumina possidebant,
77 in suo orientia, in suo cadentia? teste Seneca, horum è numero erant,
78 qui, ut Athenæus *6. Dipnosoph.* tradit, decem aut viginti millia servorum
habebant? De C. Cæcilio Claudio Isidoro hæc scribit Plinius *lib. 33.*
79 N. H. c. 10. C. Asinio Gallo, C. Marcio Censorino Coss. C. Cæcilius
Claudius Isidorus testamento suo edixit: quamvis multa bello civili perdidisset, tamen relinquere servorum quatuor millia, centum sedecim;
juga boum tria millia, sexcenta; reliqui pecoris ducenta, quinquaginta
millia: in numerato. H. S. sexcenties: quæ summa secundum Lipsii calculum facit millies, quingenties mille Philippicos, hoc est, prout nunc
loquimur, unum millionem cum medio, Forstner. *ad 2. Annal. Taciti.*
Minora hæc si cum Senecæ divitiis & opibus conferantur, de quo Au-
80 sonius *in Grat. action. cap. 10.* annotavit, non erudiisse indolem Neronis, sed armasse nequitiam, de eo Dio *lib. 41.* dicit, cum Agrippina
Neronis matre consuevisse; in plerisq; contrà fecisse, quàm fuerit philosophatus; divitias culpâsse & tamen possedisse ter millies sestertium
(septem milliones auri cùm semisse, si rectè supputaveris) Vid. Meibomium *in Mæcenate*, unde ipse Seneca apud Tacitum *lib. 14, Annalium*
in Oratione ad Neronem Imperatorem, *ait*, tantum honorum atque opum
in se collocatum esse, ut nihil felicitati suæ deesset, nisi moderatio.

Porrò, qui potentiam Romanam sub Imperatoribus, & quot legionibus & classibus navalibus tot remotæ & dissitæ regiones in imperio
81 retentæ, cognoscere cupit, is adeat Tacitum *lib. 4. Annalium*, cujus
verba quædam subjicere operæ pretium duco: Quod mihi quoque exsequendum reor, *ait Tacitus d. l.* quæ tum Romana copia in armis, qui
socii Reges, quanto sit augustiùs imperitatum. Italiam utroque mari
duæ classes, Misenum apud & Ravennam, proximumque Galliæ litus

rostra

rostratæ naves præsidebant, quas Actiacâ victoriâ captas Augustus in oppidum Forojulienſe miserat, valido cum remige. Sed præcipuum robur Rhenum juxtà, commune in Germanos Gallosque subsidium, octo legiones erant. Hispaniæ recens perdomitæ, tribus habebantur. Mauros Juba rex acceperat, domum populi Romani, cætera Africæ, per duas legiones, parique numero Ægyptus, dehinc initio à Suria usque ad flumen Euphraten, quantum ingenti terrarum sinu ambitur, quatuor legionibus coërcitum; accolis Hybero, Albanóque & aliis regibus, qui magnitudine nostrâ proteguntur adversum externa imperia, & Thraciam Rhæmethalies ac liberi Cotyis: ripámque Danubii, legionum duæ in Pannonia, duæ in Mæsia attinebant, totidem apud Dalmatiam locatis, quæ positu Regionis á tergo illis, ac si repentinum auxilium Italia posceret, haut procul accirentur, quanquam insideret urbem proprius miles, tres urbanæ, novem prætoriæ cohortes, Etruriâ fermè Vmbriâque dilectæ, aut vetere Latio, & colonis antiquitus Romanis. At apud idonea provinciarum sociæ triremes, alæque, & auxilia cohortium, neque multò secùs in iis virium; sed persequi incertum fuit; cùm ex usu temporis huc illuc mearent, gliscerent numero, & aliquando minuerentur. *Hæc Tacitus d. l.* Quantum verò hominum numerum effecerint, tot Legiones diversis in regnis collocatæ, facilè licet conjicere, constat enim 6000. peditum & 700. equitum complevisse Legiones ordinarias, dico notanter ordinarias, Romanis enim fuere & magnæ Legiones & parvæ. 82 Illas ordinarias vocabant, Livius *lib. XXXIV.* expeditas nominat, Veget. *lib. 2. cap. 7.* plenas; sex millium peditum & septingentorum equitum. Has extraordinarias & imperfectas vocabant, sæpe non duûm millium, ut docet wolffg. Lazius *Comm. Reipub. Rom. lib. 5. cap. 3.* exiles eas vocat Cicero *ad Atticum lib. 5. epist. 15.*

Verùmenimverò, ne extra propositum vagari videamur, vel invitiea, quæ fortè non ingrata Lectori forent, & heic adduci possent, omittimus, & verò constat ex dictis sub Impp. nullum Regum exterorum aut Rempublicam parem fuisse potentiæ Romanorum, si quoque de rebus præclarè gestis sermo sit, Romani reliquas gentes longè intervallo post se reliquerunt; cui consequens est, jure Legatos Romanorum præcedentiam & honoratiorem in consessu locum præ reliquis exteris Regibus, eorúmque Legatis sibi vindicâsse. Postmodum etiam in præceps ruente

83 Republica Romana & nutantibus Imperii rebus, nihilominus Imperatores hanc prærogativam & jus προεδρίας sibi eripi passi non fuerunt, quamvis interdum legamus Legatos Imperatorum, tempori inservientes nonnihil remisisse de jure suo & prærogativa debita, quod ipsum tamen tollere aut imminuere dignitatem Imperatorum suorum dicendum
84 non est, ita Theodosii Legatus teste Procopio *lib. 1. de Bell. Pers.* ex equo descendit Regi Persę obvius factus, nam & obstupuit ad tantum honorem barbarus, & legato petita indulsit. Vide Albericum Gentilem *lib. 3. de Legation. c. 19.*

Porrò, quid dicendum, *cùm plures simul Imperatores Romano Imperio praeessent, uter ipsorum in Sessionibus pralatus alteri?* Non dixerim
85 alternationem inter eos obtinuisse, attamen quod titulum attinet, Andreas Tiraquellus *de jure Primigeniorum quaest. 19. n. 4.* curiosa observatione deprehendit, hoc casu nunc unum se primum, nunc alium sese in suis literis, sanctionibus & Rescriptis nominâsse, quasi de industria id fecerint, ne si semper unus aliquis primus fuisset nominatus, veluti aliis superior esse videretur, & major: Hunc enim Titulum Gratianus, Valentinianus, Theodosius in multis legibus reperies, videlicet *in l. 1. C de summ. trinit. & in l. si quis C. de Apost. & l. Judai. C. de Judaeis.* Alibi eo ordine inverso ita reperies. Thodosius, Valentinianus, Gratianus, videlicet *in l. 2. C. de offic. mag. eqv. l. 2. C. de offic. civ. jud. & in l. nobiliores C. de commer. & mercator.* Sed & Valentinianus, qui duobus illis Tit medius est, nonnunquam primum invenio, hoc ordine. Valentinianus, Gratianus, Theodosius *in l. jussio C. de Judaeis.* Et ita quoque alio ordine Valentinianus, Gratianus, Theodosius *in l. 1. C. de offic. mag. mil & l. civitas de offic. rector. provinc.* eodem modo hoc ordine collocati Theodosius, Archadius, Honorius, *in l. mima C de Episcop. audient.* rursus inverso hoc ordine iidem positi. Honorius, Archadius, Theodosius *in l ult C de offic. praefect. Prat.* & alio ordine, ita. Archadius, Honorius, Theodosius *in l. 1, C. de offic. civil judic.*

Cæterum in Codice Justinianeo invenire licet in inscriptionibus Legum, hunc ordinem inter Cæsares observatum fuisse, ut ubique, aut major natu, aut qui diutius imperium tenuerit, reliquis præferatur, ita Valentinianus II. junior Valente & Gratiano; & Cæsar novissimè creatus post Valentem & Gratianum semper ferè scriptus reperitur, ceu patet ex *l, 3. C. de offic. Praef. Urb. l. 2, C. ubi Senat. vel Clariss. l. 10. C de*

Testib.

Teftib. l. 24. C. de probat. lib. 2. C. de adv. div. judic. l. 5. C. quor. appell. non recip. lib. 23. C. ad L. Corn. de fals. l. un. C. quand. civ. act. crim. lib. un. C. ne op. à collat. exig. l. 2. C. de mancip. lib. XI. l. 2. C. de Palatin. sac. larg. lib. XII. l. 1. C. de Tyron lib. XII. Sic Valente defuncto & Theodosio Imperii Orientalis consorte recepto, hic ipse Valentinianus secundo post Gratianum loco, ut in *l. 6. C. de Fer. lib. 4. C. de defens. civit. l. 1. C. de summ. Trinit. l. 1. C. de Sportul. l. 24. C. de procurat. l. 15. C. de rescind. vend. l. un. C. si rect. prov. l. 7. C. de suscept.* & tandem post mortem Gratiani Arcadio ad Imperii consortium evecto, primo loco scriptus reperitur, prout apparet ex *l. 7. C. de offic. Rect. prov. lib. 25. C. de procur. lib. 5. C. de Judæis & Calic. l. 7. C. de Fer. l. 16. C. de resc. vend. l. 2. qv. mul. tut. off. fung. l. 9. C. de suis & legit. l. 2. C. de off. div. ind. l. 2. ne rei dom. vet. vel templ. vind. l. 24. C. ad l. Cornel. de fals. l. 7. C. unde Vi l. 9. C. de malef. & mathem. l. 1. C. de decur. Urb. Rom. lib. XI. l. 9. C. de susceptor. lib. X. l. 2. C. de proxim. sacr. scrin. lib. XII.* Quæ ipsa cùm ita sint, paret, emendatione indigere inscriptionem *l. 1. C. Ne sanct. baptism. iteret.* ubi Valentinianus præponitur Valenti & Gratiano, rectè Clarissimus IC. Caspar Zieglerus *in erudita Dissertatione de Baptismate non iterando* inscriptionem ita restituit, ut Valentiniani nomen ultimo loco legatur, hoc modo: IMPP. VALENS, GRATIANUS, ET VALENTINIANUS AAA. & verò hæc ipsa emendatio non parùm firmatur inscriptione *l. 8. C. de ædif. privat.* quæ eodem mense, ac iisdem consulibus triduo pòst promulgata est, nec verosimile, intra istud triduum tam enormen in ordine Imperatorio contigisse mutationem, ut primus deinceps esset, qui postremus paulò antè fuerat, & ut puer undecim annorum, quippe natus anno Christi CCCLXVI. Januarii 18. præferretur simul patruo & fratri natu majori. Nec verò Valentinianus iste, cujus in præadducta inscriptione *l. 1. C. Ne sanct. baptism. iteret.* mentio facta, Valentinianus Senior fuit. Editam enim *d. l. 1. C. Ne sanct. baptism. iteret.* profitetur subscriptio XVI Calend: Novemb. Constantinop. Gratiano A. IIII. & Merobaude Conss. Incidit verò id tempus in annum Christi CCCLXXVII. ad quem Valentiniani senioris vita nunquam pervenit, utpote qui Gratiano III. & Ecætio Coss. ut tradit Socrates *l. 4. c. 26.* vel Valente V. & Valentiniano Coss. prout

 poste-

posteritati reliquit M. Aurelius Cassiodor. *in Chron.* fato functus fuit. Utrumque tempus annos Consulatus Gratiani & Merobaudi præcessit, proinde non potuit defuncti nomine ulla Lex scribi aut promulgari.

Cæterùm, quod alterum capitis membrum attinet, *quanam Sessio Imperatoribus Christianis competierit in conciliis & Ecclesia, postquam scilicet Christianæ Religionis ejusmodi incrementa facta essent, ut & Cæsares se submitterent, & veram Religionem susciperent?* suprà
26 *Capite primo Libri Secundi* diximus ex Eusebio, Constantinum M. in Concilio Niceno solio parvo posito in medio sedisse, ibi: θρόνου μικροῦ τεθέντος ἐν μέσῳ καθίζειν, ut proinde fides non habenda Polycrat. *in libro de nugis Curialium & vestigiis Philosophorum lib. 4. cap. 3.* qui tradit in Concilio Niceno, Constantinum Imp. primum locum tenere non ausum fuisse, nec se Presbyterorum consessibus adjungere, sed sedem novissimam occupâsse. Idem in subsequentibus conciliis observatum fuisse constat. Porrò, in Ecclesiâ suus Imperatori supra populum, infra sacerdotes lo-
27 cus fuit. Sozomenus *lib. 7. c. 24.* cujus verba latino sermone donata hæc sunt: Moris erat, ut Principes in sacrario Ecclesiæ, rei divinæ interessent, á populo separati, eminente ac definito loco. Ambrosius non in sacrario, sed in Ecclesiæ porticu locum
28 Imperatori assignavit ante cancellos sacrarii, ita ut Principes ante populum, infra sacerdotes sederent. Vide incomparabilem virum Julium Cæsarem Bullingerum *in tract. de Imperio & Imperatore Romano lib. 2. cap. 19. per tot.*

CAP.

CAPUT. II.

De Præeminentia, & jure προεδρίας Imperatorum Germanicorum præ omnibus orbis Christiani Regibus eorumque præcedentia, & dignitate, quæ à novissimis impugnationibus Dn. Auberii Advocati Regii Parlamenti Parisiensis vindicata.

SUMMARIA.

1. *Roma ibidem esse dicitur, ubi Romanus Imperator est,*

2. *Imperatores Occidentales, & præ primis Carolus M. qui à Leone tertio Pontifice Romano coronatus & more antiquorum Principum adoratus fuit, non immeritò sibi jus προεδρίας præ cæteris Regibus asseruerunt.*

3. *Augustissimis Imperatoribus Germanici Imperii in conciliis & conventibus publicis Reges exteri honorationem in consessu locum sine ulla contradictione tot seculis tribuerunt.*

4. *In ceremoniali Romano Paridis de Grassis primus locus Imperatori Romano; secundus Regi Romanorum, tertius Galliæ Regi assignatus fuit.*

5. *Adducta verba H. Conringii & probatum à tempore Ottonis Magni non tantum Cæsareo nomine, sed & amplitudine imperii, Germanicum Regnum per complura secula longè antecessisse, Hispaniam Galliam, Britanniam Daniam, Sueciam, Poloniam & Ungariam.*

6. *Regnum Germanicum comprehendit omnem Germaniã, Galliæ magnam partem usque ad Rhodanum, regnum Arelatense, & Italiam universam.*

7. *Ab annis septingentis nulla Resp. non ulterò semper Germaniæ, ejusque Regibus aut Cæsaribus primum locum concessit adeóque Germanicum Regnum in quieta ejus honoris possessione hactenus fuit.*

8. *Apud Turcas Imperatoris Germaniæ Legati cæteros omnes præcedunt.*

9. *Davides Ungnadius Legatus Cæsareus judicio Mahometis Bassæ Persico Legato prælatus, & Persa, licet Mahumetanus, loco inferiori sedere jussus est.*

10. *In celebritate circumcisionis Mahometis 3. præsentibus Constantinopoli maximorum propè totius orbis Principum Legatis Rudolphi. II. Imperatoris Legati primo loco spectaverunt*

11. *Apud Turcam licèt aliorum Regum & Principum Legati in pedes erecti mandata sua exponant, solus nostri Imperatoris Legatus sedendo mandata explicat.*

 12. *Quam*

12. *Quam egregiè hanc prærogativam sibi vindicarit Vngnadius Legatus Cæsareus, subsftrato pallio suo mandata exponens, & ingeniosum ejusdem dictum.*

13. *In fœdere inter Imperatorem nostrum & Turcam inito Anno 1606 cautum fuit, ut in conventibus, literis, actis, Imperator Romanus à Constantinopolitano pater, & hic vicissim ab illo filius cognominaretur.*

14. *Reprobatur Bodinus, qui contendit Turcam Francorum Reges omnibus præferre, eosque Principum Christianorum maximos appellare.*

15. *Nunquam Francorum Regum Legati ausi fuerunt, præcedentiæ jus Imperatoriis adimere nunciis, sed eos tantum pro Regis Hungariæ Legatis agnoscere: hâcque de causa illis ullâ ex parte cedere noluerunt.*

16. *Omnes Christiani Principes tacito quodam consensu Imperatori Romano loco cedunt.*

17. *Imperatori Romano omnes universi Orbis Christiani Principes lubentes primas omni jure cedunt,*

18. *Imperatores nostri, Daniæ, Poloniæ, Bohemiæ & alios Principes Regalibus dignitatibus decoraverunt.*

19 *Ludovicus Rex Hungariæ & Bohemiæ avorum memoriâ defuncto patre Vladislao veniam ætatis ab Imperatore Maximiliano I. impetravit*

20. *Idem fecisse Christianum IV, Daniæ Regem probatur.*

21. *Carolus Lotharingiæ Dux, postulatus Episcopus Metensis indultum veniæ ætatis ad consequendam investituram & administrationem Episcopatus 18. septembr. Anno 1585. Pragæ in aula Cæsaris obtinuit.*

22. *Imperatoribus Germanicis passim ab aliis Regibus majestatis titulus tributus, id quod exemplo Regum Poloniæ, Britanniæ, & Franciæ probatur.*

23. *Carolo V Lutetiam anno 1539. ingredienti, Præfectus Mercatorum, comitatus quatuor ejus civitatis Scabinis, pravia oratione obtulit claves civitatis.*

24. *Egregium encomium Imperatorum Germanicorum, à Bodino iisdem tributum.*

25. *Refertur notabile responsum Alphonsi Regis Neapolitani, quod Reges omnes debeant reverentiam Imperatori, tanquam summo Regi, qui est caput & Dux Regum.*

26. *Cæsari per imperium autoritas super omnes Reges conciliatur.*

27. *Sine controversia usu receptum, Imperatores Romanos, omnibus Christiani orbis, & aliis etiam infidelibus Principibus sedendo & eundo præponi.*

28. *Nullius Principis tanta majestas, quanta Imperatori debetur*

29. *Soli Imperatori in Imperio nostro*

Ma-

Majestatis nomen; aliis Regibus Serenitatis & Celsitudinis attribuitur.

30. Quod ipsum illustratur exemplo Legati Regis Daniæ, qui cum aliquando in Comitiis Imperii dixisset, se nomine Regiæ Majestatis votum dare, solemniter explosus & reprehensus fuit à Directorie, qui nullam in eo loco Majestatem præter Cæsarem sese agnoscere regessit.

31. Reliqui Reges in imperio tantum titulo der Königlichen Würden venerantur.

32. Quænam controversiæ ratione Sessionis intercesserint inter Imperatores Occidentalis & Orientalis Imperii.

33. Probatur argumentis & rationibus Imperatores Occidentales in Sessione prælatos & jure præferendos fuisse Orientalibus.

34. Imperatoribus nostris jus προεδρίας & præcedentiæ dignitatem dubiam reddere ausi fuere Galliæ Reges, non quatenus Imperatoribus, sed ut Regibus Hungariæ quibus se superiores deprædicant Reges Galliæ, unde eorum Legati Cæsareis Legatis cedere noluerunt.

35. Adducta hâc de re verba notatu digna Thuani & Dn. Auberii.

36. Evincitur Imperatores nostros in Sessione semper prælatos fuisse Regibus Galliæ, & notati Bodinus & Auberii.

37. An præscriptio juris civilis sit, prout Borcholt. & Auberii statuunt, cujus verba adducuntur.

38. Evincitur præscriptionem apud quasvis moratiores gentes receptam, adeoque jure naturali introductam fuisse, quod gentium dicitur.

39. An res Fisci & Ecclesiæ prorsus à præscriptione immunes sint? ubi exposita Novella 9. Imp. Justiniani.

40. Nullus exterorum Regum Imperatoribus jus προεδρίας dubium reddidit.

41. Antonius Quetta vindicatur ab impugnatione Dn. Auberii.

42. Ordinarii juris est, ut prius de possessione, quàm proprietate pronuncietur.

43. An ista quæ apud Danielem 2. v. 31. de statuâ ista habentur Imperio Romano conveniant, & an Imperium Romanum quarta Monarchia sit? disquiritur.

44. Electores Regibus comparantur, & supremi patres & senatores imperii dicuntur.

45. Examinantur argumenta Auberii, quibus adimere præeminentiam Sessionis Imperatoribus Germanicis conatur.

46. Refutatur Auberii, qui putat Imperatoribus nostris ante coronationem à Pontifice factam nomen & dignitatem imperatorium non competere, & adducta hâc de re notabilis con-

constitutio Ludovici IV. Imperatoris lata in Comitiis Coloniensibus ann. 1339.
47. *Aliis argumentis probatur Imperatorem ante coronationem à Pontifice factam, ex sola electione esse & dici Imperatorem.*
48. *Referuntur verba Auberii de titulis Imperatoris, & Regis, & stricttim refutantur.*
49. *Agitur de potestate Consulum Romanorum, eámque parem fuisse Regum potestati ex scriptoribus Romanis ostenditur.*
50. *Imperatoris verbum olim castrense ac militare fuisse ex Appiano, aliisq́ probatur.*
51. *Quantâ astutiâ sub nomine Principis Augustus Imperium Romanum sibi subjecerit.*
52. *Posterioribus temporibus firmato imperio Imperatores Romanos Reges dictos fuisse, luculenter probatur ex scriptoribus Romanis.*
53. *Romano Imperio labefactato, cum à Francis, Gothis & Vandalis regna diversis locis constituta essent, Regisq́ nomen à novis dynastis usurpatum, Imperatores Romani Græci non βασιλεῖς, sed ῥῆγας appellarunt.*
54. *Quibus titulis Imperatores Romani â scriptoribus passim ornati.*
55. *Emendatus locus Trebellii Pollionis*
56. *Evincitur titulum antiquiorem non semper excellentiorem esse, & ampliorem arguere dignitatem.*
57. *Adducuntur verba Auberii, quibus probare conatur Regnum Galliæ etiam imperium dictum fuisse.*
58. *Referuntur verba ejusdem Auberii de corona Imperatorum priscorum ac Orientalium, necnon Regum Galliæ.*
59. *Cæsaribus nostris cis Alpes in Italia duplex competiit corona, altera Romana, Longobardica altera, trans Alpes verò plerunque nonnisi unâ hactenus coronati fuerunt.*
60. *Corona illa, quam Germania exhibet ferme usque ad seculum Christianum duodecimum dicta Corona Regni Francorum sive Regni Teutonici, quomodo à Friderico I. vocata?*
61. *Lombardica Corona cujus substantiæ fuerit?*
62. *De expeditione Romana adducitur constitutio Caroli Crassi.*
63. *Maximilianus I. Coronam Imperialem à Romano Pontifice accipere minimè necessarium sibi videri dixit, quia compertum habebat, imperii majestatem ipsis Ordinibus inesse.*
64. *Post Carolum V. nullus Imperatorum coronationis Pontificiis Romani rationem habuit.*
65. *Ceremonias coronationis Aquisgranensis quinam descripserint?*
66. *Qualis forma & Status Imperii nostri sit, an Monarchicus, Aristocraticus vel mixtus? disquiritur, & referuntur hac de re opiniones Reinckingii, Bodini, & Limnæi.*

67. Erit-

66. Evincitur argumentis & rationibus Statum Imperii nostri mixtum esse ex Monarchia & Aristocratia, nec jus Imperatori competere sine consensu Statuum Imperii bellum gerere, fœdera pangere, & nova vectigalia in-instituere, &c.

67. Auctio veterum & constitutio novorum vectigalium pari passu ambulant.

68. An in institutione & erectione novorum Vectigalium præcisè omnium Electorum consensus requiratur, an verò majoris partis sufficiat ? disquiritur, & ex Capitulatione moderni Imperatoris Leopoldi deciditur.

69. Ab Imperatore ad Palatinum aliquando provocatum fuisse exemplo probatur.

70. Probatur Imperatores interdum ab imperio universorum Electorum consensu remotos fuisse, cujus rei exempla relata.

71. Adducuntur alia Scriptorum testimonia de Statu Imperii Germanici.

72. Parlamenti Parisiensis tanta authoritas est, ut nulla Regia lex, nulla constitutio rata sit, nisi cujus illi consiliarii, auctores, comprobatoresq; fuerint, quod ex Hotomanno & Philippo Cominæo probatur.

73. Nullus ferè in toto Christiano Orbe Princeps reperitur, cujus potestas per certas capitulationes aliquo modo non sit limitata.

74. Removentur alia dubia ab Auberii mota.

75. In introitu Caroli IV. Imperatoris, cum Carolo V. Rege Galliæ in Lutet. Paris. Dux de Berrii secundus frater Regis Franciæ præcessit Ducem Brabantiæ filium Imperatoris, & an hoc ipsum aliquid detrahat præeminentiæ Imperatorum Germanicorum.

76. An electio successioni præferenda?

77. Quænam ceremonia circa coronationem Constantinopolitanorum Imperatorum & Regum Galliæ observatæ.

78. Adducuntur argumenta pro Imperatorum nostrorum præcedentia contra Galliæ Reges afferenda.

79. Quoad antiquitatem & res bello præclarè gestas Gallia Romano-Germanico Imperio conferri non potest.

80. Imperium Germanicum tempore Ottonis M. comprehendebat omnem Germaniam, Galliæ magnam partem usque ad Rhodanum, Regnum Arelatense, & Italiam universam.

81. Probatur Galliam diu Romani Imperii provinciam fuisse.

82. Reges Franciæ, ut vasalli Imperio fidelitatem jurarunt propter regnum Arelatense.

83. *Evincitur ulterius ratione Ducatus Mediolanensis & Delphinatus & hodiernum ratione Alsatiæ Reges Galliæ fuisse vasallos imperii.*

84. *Francia hodie ab imperio avulsa, & notati hac de re versus Guntheri.*

85. *Francorum Reges Lutetiæ Romana jura doceri aliquando vetuerunt, & speciatim Blesensi edicto.*

86. *Quamnam vim Leges Romanæ in Gallia obtineant?*

87. *An Galli & Hispani originem suam à Germanis trahant?*

88. *Quibus laudibus Germani passim à Scriptoribus ornati?*

89. *Landgravii Hassiæ dictum de Germanis.*

90. *Quò quis melioribus & liberioribus præest, tantò illustrior & sublimior Princeps, æstimatur.*

91. *Ex dignitate subditorum, dignitatis præeminentia dignoscitur.*

92. *Adducuntur verba Auberii & Bodini, quibus asserunt Carolum M. Gallum natione fuisse.*

93. *Carolus M. Saxones ad religionem Christianam convertit, & adducta hac de re verba Eginhardi.*

94. *Galliæ jam á temporibus Clodovæi religionem Christianam abdicatá idololatriá ethnicá, professa fuit.*

95. *Adducitur Epitaphium, quod mausolæo Clodovæi inscriptum Lutetiæ Parisiorum exstat.*

96. *Autor contra Scriptores Gallicos argumentis evincit Carolum M. non Gallum natione, sed Germanum nativitate, prosapiá, moribus, linguáque fuisse.*

97. *Ex Historicis Germanicis luculenter & eleganter probatur Franciam olim divisam fuisse in orientalem & occidentalem.*

98. *Orientalis Francia quasnam regiones & ditiones comprehenderit?*

99. *Franciam occidentalem, Galliam Romanam appellarunt Scriptores Germanici.*

100. *Carolus M. fuit Germanus ex Francia orientali, quod ex Sigeberto, Reginone, Nauclero, Ænea, Piccolomineo Senensi Cardinali, Iacobo, Wimphelingo aliisque probatur.*

101. *Evincitur præclarè dudum ante tempora Caroli M. ecclesias in Germania, & verbum Dei annunciatum fuisse.*

102. *Probatur & ipsum ulterius ex Theodoreto, Aventino, aliisque historicis.*

103. *Ex Irenæo & Tertulliano evincitur jam secundo & tertio seculo florentissimas in Germania Ecclesias, neque paucas, neque obscuras Christianismum professas fuisse.*

104. *Agitur de idolo Saxonum Irminsul, vocato.*

Posteaquam

POsteaquam præcedenti Capite præeminentiam Imperatorum Romanorum abundè asseruimus, consequens est, ut videamus; *An hodiernum Imperatores gloriosissimi & Augustissimi, Germanici Imperii, cæteros orbis Christiani Reges & Principes præcedant?* Et quidem expedita videri posset decisio, cùm imperium nostrum adhuc Romanum rectè dicatur, quòd enim quidam ob amissam Romam, uti caput, unde nomen Imperio inditum, non ampliùs Imperium hoc Romanum dici posse, contendunt, hi ipsi profectò à vero aberrant, quoniam obscurum esse potest, quòd Roma sit & meritò dicatur, *etenim ibi*, ubi Romanus Imperator est, uti sub commodo Imperatore Pompeianus dixit, Reinckingk, *de R. S. &* E. *lib.* 1. *class.* 2. *cap.* 2.

Veios habitante Camillo

Illic Roma fuit.

Herodianus *l.* 1. ἐκεῖ τε ἡ Ρώμη ὅπου ποτ' ἂν ὁ βασιλεύς. vid. Cujac. *ad l.* 1. C. *de Canon. largit.* & Rittershus. *in Nov. part.* 9. *c.* 10. *n.* 19.

Cæterùm, dubium movere posset, quòd Româ translata sit postmodum dignitas Imperialis in Orientem, (Constantinopolim, quæ tum nova Roma audiit, & cui eadem privilegia, quæ veteri Romæ competebant, ab Imperatoribus tributa) quam Chrysostomus vocat, ὅλης τῆς κόσμου μητρόπολιν, alia hac de re testimonia adduxit Julius Cæsar Bullingerus *lib.* 2. *de imperio & Imperatore Romano lib.* 2. *cap.* 8. *per tot*, quò lectorem remitto Cui consequens est, quòd annexa dignitati imperiali privilegia, & præeminentia in orientales Imperatores transierint. Sed quicquid sit. Imperatores occidentales, & præprimis Carolus M., qui ob res præclarè gestas, & propagatam religionem Catholicam Rex salutatus Romæ fuit, & à Leone tertio Pontifice Romano coronatus, & more antiquorum Principum ab eodem adoratus, prout testantur Ado Episcopus Viennens. *in Chron. ad Ann.* 798. & Aimonus *lib.* 4. *c.* 90. non immeritò sibi præeminentiam & jus προεδρίας præ cæteris Regibus asseruerunt, quin quòd ultrò eidem, nec non successoribus ejus Augustissimis Germanici Imperii Imperatoribus, in Conciliis & conventibus publicis Reges exteri honoratiorem in consessu locum, sine ulla contradictione tot seculis, tribuerunt. Nuspiam planè legi apud Historicos, ullam quæstionem ratione præcedentiæ Imperatoribus nostris ab Hispano, Anglo, Vngaro, Polono aliisve motam, & ne à Gallo qui-

dem antiquis temporibus. In Ceremoniali quoque Romano Paridis
4 de Grassis, primus locus Imperatori Romano, secundus Regi Romanorum, tertius demum Galliæ Regi assignatus, post quem reliqui deinceps locati. Dignum quoque existimamus, ut hoc in loco apponamus ea, quæ Clarissimus Conringius *in Exercit. de Imperatore Romano-Germanico. conclus. ult.* hâc de re tradit. Certum est, *ait*, Carolum Magnum cum Francis quoquoversum imperium suum extendisse, in Germaniam scilicet, & Galliam, & Italiam, & magnam Hispaniæ partem, fuisse autem illos omnes natione & lingua Germanos, adeoque tum certè præcipuam Europæ vim penes Germanos fuisse. Certum verò & hoc est: à tempore Ottonis Magni. non tantùm Cæsa-
5 reo nomine, sed & amplitudine imperii Germanicum Regnum per complura secula longè antecelluisse, Hispaniam, Galliam, Britanniã, Daniam, Sueciam, Poloniam, Vngariam: utpote quæ comprehenderet omnem
6 Germaniam, Galliæ magnam partem usque ad Rhodanum, regnum Arelatense, & Italiam universam. Denique certum est, ab annis septingentis nullam Rempubl non ultrò semper Germaniæ, ejusque Re-
7 gibus aut Cæsaribus primum locum concessisse. Itaque quum dignitas hæc & *πρωτεῖα*, non tam à Cæsareo titulo, quàm ab ipsa amplitudine imperii variat, & verò Germanicum Regnum in quieta ejus honoris possessione hactenus fuerit, manifestum est, etiamsi tollas omne cæsareum nomen, jus tamen suum Germanico Regno permansurum
8 integrum. *Hæc Conringius d. l.* Apud Turcas quoque Imperatoris Legati cæteros omnes præcedunt. Hinc Davides Ungnadius Legatus Cæsareus, cùm Constantinopoli Sultano valedicturus esset, & Legatus Persicus eadem de causa ad Divanum (locus est audientiæ publicæ) se
9 contulisset; ille seriùs adveniens, & Persam jam primum locum occupâsse conspicatus, insalutato Sultano, discessurus erat, nisi Mehmetes Bassa Vezirames: Consiliarius Regis Turcarum supremus, ea re animadversa, Persam, licèt Mahumetanum, loco inferiori, sedere jussisset, *Joan. Leunclav. in supplem. Annal. Ottomannicorum. Besold. de præcedent. & session. prærog. cap. 2. num. 2.* Ita in celebritate circumcisionis Mahometis 3. quæ duravit integris 40. diebus & noctibus continuis: præsen-
10 tibus Constantinopoli maximorum propè totius orbis Principum Legatis Rudolphi II. Imperatoris Legati primo loco spectaverunt, *Lansius de Princ. provinc. Europ. p. 114. & sequent.* Porrò, cùm aliorum Regum & Principum Legati, apud Turcam in pedes erecti mandata sua exponere

consue-

consueverint, solus nostri Imperatoris Legatus sedendo mādata explicat. Unde idem prædictus Vngnadius aliquando ad Turcam Legatus ab Imperatore missus, ad audientiam, uti vocant, admissus paulisper stetisset, 12
non delato Sessionis honore, substrato pallio superinsidens mandata exposuit, & consurgens pallium reliquit, admonitus verò à Turcis, ut palliū secum sumeret, interrogatúsve, cur relinquere vellet? ingeniosè respōdit, LegatumImperatoris sellam sibi portare nō solere, Christoph. Warsewic. *in Oratione de Legation. & Legat.* Memoratu quoque dignum, quòd in
fœdere inter Imperatorem nostrum & Turcam inito, Anno 1606. inter 13
alia cautum, ut in Legationibus, conventibus, literis, actis, Imperator Romanus à Constantinopolitano pater, & hic vicissim ab illo filius cognominaretur, teste Thuano *histor. lib. 136. p. 1113.* Et licèt Bodinus *lib. 2. de Republ c. 9.* contendat, Turcam Francorum Reges omnibus præferre, eosq; Principum Christianorum maximos appellare, parùm tamen facessit negotii, cùm eodem titulo & longè etiam augustiori à Turca Impera- 14
tores nostri decorati, quos usitato stylo tali affatur titulo: Auß den Potentaten Jehu der vornembster/ unnd zwischen dem Geschlechte Jehu erwöhlter Vornembster Herr aller Christlichen Völcker/ ein Vorsorger und Administrator dero Gerechtigkeit/ unser Nachtbar und guter Freund. Vide affinem meum p. m. Anton. Bull. *discurs. Academ. 5. p. 345.* præterea titulorum vanitas heic consideranda non erit, nunquam sanè probabit Bo-
dinus, aut alius quisquam Francorum Regum Legatos ausos fuisse, præ- 15
cedentiæ, quod vocant jus, Imperatoriis adimere Nunciis: sed eos tantùm pro Regis Hungariæ Legatis agnoscere: hacque de causa illis ulla ex parte cedere noluerunt, Michael Heberer. *in servitut. Ægypt. lib. 2. cap. 15.* Joannes Jacobus Speideilius *in Notabil. jurid. histor. polit. lit. K. voce* Keyser. Equidem, quod Christianos Reges & Principes attinet, verissimum est Alstedii *tom. 4. Encyclopæd. lib. 23. cap. 18. pag. 1141.* & Limnæi *in Addit. ad lib. 2 cap 7. n. 33.* effatum: Omnes Christianos Principes tacito quodam consensu Imperatori Romano loco cedere, quem eminere super omnes, tanquam stellam matu- 16
tinam in medio nebulæ meridionalis, dicit Restaur. Castald. *de Imperat. q. 52.* & Imperatori Romano omnes universos Orbis Christiani Principes, lubentes primas omni jure cedere, asserit Bernhard. Zierita. *cap. 3.* 17
de Princip. prærogativa, de quo Guntherus *lib. 3. ibi:*

Suscipe cunctorum Regnator maxime Regum,
Suscipe lux mundi, cui nullum parve priùsve

Spirat in orbe caput: te gaudet Principe mundus:
Te populi, te Regna timent: te Solis ab ortu
Solis ad occasum submisso vertice, cuncti
Suspiciunt, Dominumq; simul, Regemque fatentur.

Et Rex Angliæ ad Frid. I. apud eundem Guntherum *lib. 6. de gest. Frider.*

Cùm tu cunctorum, quos cernunt sidera, Regum
Maximus, & toto nulli cessurus in orbe:

Et quidni regiâ dignitate superior sit, qui aliis illam confert? jam
18 verò notissimum, quòd Imperatores nostri Daniæ, Poloniæ, Bohemiæ, & alios Principes Regalibus dignitatibus decoraverint, Marquard. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. 8. p. 186.* & constat avorum memoriâ, Ludovicum Regem Hungariæ & Bohemiæ, defuncto patre
19 Vladislao, veniam ætatis ab Imperatore Maximiliano I. impetrâsse, Dubrav. *lib. 33. histor. Bohemic.* Goldast. *de Regno Bohem. lib. 4. cap. 1. n. 6.* Idem de Christiano IV. Rege Daniæ, quòd anno ætatis 17.
20 nondum completo ab Imperatore Anno 1593. 26. April. veniam ætatis consecutus fuerit, tradit Ant. Hering. *in tr. de fidejuss. cap. 2. n. 110.* ita Carolum Lotharingiæ Ducem, postulatum Episcopum Meten-
21 sem indultum veniæ ætatis ad consequendam investituram & administrationem Episcopatus 18. Septembr. Anno 1585. Pragæ in Aula Imperatoris impetrasse, refert Caspar Klock. *in tract. de contributionibus cap. 4. n. 20.* in quo Cæs. Majestas fatetur, daß sie mit seiner L. ihres minderjährigen alters halben dispensire, den abgang und mangel deren noch wenig übrigen jahren ersetze/ und veniam ætatis gebe/ sie auch der zugegebenen administration gänzlich befreie/ und dargegen die volkomliche administration und Regierung bemelts Stiffts und Bischoffthumbs Metz Regalien und Weltlichkeit/ untergebe/ anvertrawe/ und befehle. Sanè, quod non parum ad præeminentiam nostrorum Imperatorum fa-
22 cit, passim à Regibus, Imperatoribus nostris, Majestatis Titulus tributus, ita factum à Sigismundo I. Poloniæ Rege in literis ad Carolum V. Imperatorem, & à Jacobo Britanniæ Rege in literis ad Ferdinandum II. Imperat. datis, 12. Novembr. Anno 1621. ubi Ferdinandum Majestatis titulo compellat, in subscriptione subjiciens Majestatis vestræ frater amantissimus, literas hasce legere licet in Manifesto publi-

cato nomine Caroli Ludovici Comitis Palatini Rheni. p. 115. quinimo Ludovicus XIII. in literis 7. Maji Anno 1628. ad Ferdinandum II. Imperatorem, aliquoties ei Titulam Majestatis tribuit, uti videre est apud Mercûre Francois *tom. 12. pag. 321 & 322.* & testatur Theodore Godofroy *au Ceremonial. de France pag. 251.* Carolo V. Lutetiam anno 1539. ingredienti, Præfectum Mercatorum comitatum quatuor ejus civitatis Scabinis prævia oratione obtulisse claves civitatis, 23
Bodinus ipse *lib. 2. de Republ. c. 6.* fateri cogitur, tantundem honoris Imperatori deferri non posse, quantum majestas sacri Imperii, cujus 24
caput est, meretur. Notabile est responsum Alphonsi Regis Neapolitani: Nos Reges omnes debemus reverentiam Imperatori, tanquam 25
summo Regi, qui est caput & Dux Regum: uti ex Philippo Melanthone refert Cothm. *in lib. 1. C. tit. 1. quæst. 1. n. 7.* Granvellano apud 26
Landgravium Hassiæ in Colloquio Spirensi intrepidè affirmanti, ex imperio nisi subsidii vel emolumenti habere Cæsarem, bellè respondit, quòd sufficiat Cæsari per imperium authoritatem super omnes Reges, sibi conciliari, Sleidan. *lib. 17. Comment. de Stat. Relig. p. m. 283.* Equidem sine controversia, ut modò evicturi, receptum, Imperatores Romanos omnibus Christiani orbis & aliis etiam infidelibus Principi- 27
bus sedendo & eundo præponi, Anton. Quett. *consil. 1. n. 9.* Reinckingk. *de R. S. & E. lib. 1 Class. 2 cap. 6.* Eric. Beringer *in responso juris. An Imperatoris Electio ex gente saltem germanicâ fieri debeat &c. p. m. 51.* & jure quidem? cùm nullius Principis tanta Majestas sit, quanta Impe- 28
ratori debetur, sunt verba Purpurat. *in l. quicunque n. 116. D. de offic. ejus, cui mand. est jurisd.* proinde ei soli imperio nostro Majestatis nomen; 29
aliis Regibus Serenitatis & Celsitudinis attribuitur, Tiberius Decianus *in practic. criminal, lib. 7. cap. 4. n. 5.* unde cùm Legatus Regis Daniæ aliquando dixisset in Comitiis Imperii, se loco & nomine Regiæ 30
Majestatis votum dare, solenniter explosus & reprehensus fuit à Directore, qui nullam in eo loco Majestatem, præter Cæsaream sese agnoscere regesfit, Goldastus *lib. III. cap. 13. n. 6. Bohem.* Quamobrem in imperio Gemanico solius Cæsaris majestatem agnoscimus, reliquos verò Reges titulo der Königlichen Würden veneremur: vide Caspar 31
Klock. *d. tr. de contribut. cap. 4. n. 5.* Proinde in imperii conventibus nulli Regum majestatis, sed Regiæ dignitatis titulus attribuitur, N. A.

zu Eßlingen de Anno 1526. ¶. und seind diß die Churfürsten ibi: die Königl. Würde zu Böheim ob. R. A. zu Regensburg de Anno 1527. ¶. und alß die Wohlgebohrne/ ibi von wegen Königl. Würde zu Boheimb und Ungern. Speidel. *d. l.* Quo titulo Königlichen Würden cum imperii status Regem Sueciæ pridem Germaniæ fines intrantem salutarent, ægrè hoc tulit, avisatus verò quo jure, qua consuetudine hoc fiat, acquievit.

Cæterum, quamvis in confesso sit, dignitate imperiali nullam superiorem, nihilominus tamen in quantum, *quod quidem* mihi notum, Cæsati controversiam quoad Sessionem & præcedentiam esse motam,
32 constat (1.) *à Constantinopolitano* Imperatore, cujus prætensio, uti initio hujus capitis monui, speciem veri habere videtur. Exstant hujus literæ ad Fridericum I. apud Goldastrum. *tom. 1. constit. Imper. pag. 285.* adde eundem *in Senior. lib. 1. c. 16. n. 9. p. 45.* Verùmenimverò digna sunt, ut legantur, quæ reposuit ad hæc Fridericus I. cujus responsoriales exstant apud Goldastum *d. l.* Et quidem, Romano Germanicos Imperatores ratione antiquitatis Græcis perferendos esse, suprà monui, quod ipsum expressè constituitur In Imper. Ludovici. II. Aug. rescripto ad Basilium Imp. Constantinopol. ¶. 7. quod legi poterit apud Baronium Cardinalem *tom. 10. Annal. Ecclesiast. Anno 871. n. 50.* & Gretserum Jesuitam *in tract. de Munificent. Imperatorum Regum &c. in sedem Romanam* necnon in Imper. Conradi III. rescripto ad Johan-
33 nem Comnenum Imp. Constantinopol. ¶. 2. quod legitur apud Ottonem Episcopum Frisingensem *lib. 1. de gestis Friderici I. Imp. cap. 23.* præterea in Imp. Friderici I. Aug. rescripto ad Emanuelem Imp. Constantinopol. cujus Diploma exstat apud Albertum Crantzium *lib. 6. Metropol. Saxon. cap. 37.* & Radevicum Canonicum Frisingensem *lib. 1. de gestis Friderici cap. 6.* uti & in Balduini Imp. Constantinopol. epistola ad Imp. Otthonem IV. Aug. quam relatam reperies apud Helmoldum Presbyterum *in Chronic. Slavor.* & M. Goldastum *in Collect. Constitut. Imperial. tom. 3.* confer eundem Goldastum *lib. 1. de Majoratu cap. 17. ¶. 7.* etiam adducit Eugenii Papæ ordinationem factam in Synodo Ferrariensi, cujus fragmenta græco-latina exstant cum Nili & Barlaami opusculis de potestate Papæ impressa, & verò à prædicto Pontifice honoratiorem in consessu locum nostrorum Impp. Legatis præ Constanti-

nopolit.

nopolit. assignatum fuisse, constat sanè, inter pares dignitatis, gradu præcedit, qui tempore est antiquior, hoc est, qui dignitatem priùs adeptus est, *l. 2. C. ut dignit. ord. serv. l. 1. C. de consulib.* Calefact *in tr. de equestr. dignitat. n. 91. in fin.* ut idcirco meritò Nicolaus III. Pontifex maximus *in c. fundamenta. 17. de Elect. & elect. potestat. in 6.* Imperatoris nostri nomen Græco præposuerit, ibi: Nullus Imperator seu Rex Romanorum, aut alius Imperator, vel Rex, Princeps, Marchio, Dux, Comes &c. ubi (per alium Imperatorem) intelligi Græcum, Glossa ibidem annotavit, vide Calefact. *de equestr. dignitat. num 113.* Verùm cùm hodie Constantinopolitanum imperium proh dolor eversum, & á Turca immanissimo occupatum, operæ precium non est, ut plura hac de re afferamus.

(2.) *Imperatoribus* nostris jus προεδρίας & præcedentiæ dignitatem dubiam reddere quoque ausi fuère Galliæ Reges, non tamen quatenus Imperatoribus, sed ut Regibus Hungariæ, quibus se superiores deprædicant Reges Galliæ, unde eorum Legati Cæsareis Legatis cedere noluerunt, Michael Heberer: *in servitut. Ægypt. l. 2. c. 15.* Besold *t. Pol. 2. n. 23.* Proinde Thuanus *lib. 78. histor. p. 133.* Machometis circumcisioni, *ait*, Anno 1582. Legatus Galliæ non interfuit, quòd obtinere non potuisset, ut Legati Poloniæ Regis excluderentur, quem pro Rege non agnoscebat. Nam hos titulos Rex Galliarum sibi sumebat. Falsò, qui hæc descripserunt, Gallicum Legatum, quòd secundo, post Legatos Cæsareos, loco, sedere jussus esset, spectaculo abstinuisse dicunt. Nam quamvis Rex ubique in Orbe Christiano primas Cæsari concedat, quia tamen ad portam Othomanicam Cæsaris Legatus, non tanquam Cæsaris, sed ut Hungariæ Regis, qui tributum Turco pendit, Legati comparent; quâ simulatione utcunque Imperii Majestati, Principes & Ordines consultum existimant, idcirco in eo loco nunquam fuit Regi primarius locus, quem inter Reges principem locum tenere extra controversiam est. Hæc Thuan. *d. l. 78. p. 133.* Subjicere heic itidem placet, ea, quæ hac de re scribit Auberii *part. 2. de la preeminence de Roys de France, ou de leur preseance sur l' Empereur p. m. 103.* L' Ambassadeur. desquels, *ait*, ne doit pas trouver estrange de quitter la dite preseance au Nostre, puisque ce luy est une chose tout ordinaire en Orient à la cour du grand Seigneur; comme nous l' apprenons di-

34 35

 stincte-

stinctement par l' Instruction du Sieur de Lancosme Ambassadeu en Levant pour le Roy Henriy III. Le lieu premier de prerogative & precedance de sa Majesté entretous les autres Roys, n'est point en controverse par delà, comme aussi n'est il, ny peut estre veritablement en aucun autre endroict: mais il y a d'abondant, que l'Empereur pour n'estre par eux estimé & tenu que pour Roy de Hongrie, & encores y estant comme tributaire, a esté tousiours precedé par l' Ambassadeur de sa Majesté, lequel est recognu par delà, & reputé pour vray & seul Ambassadeur. Parquoy ledit Sieur de Lancosme sera tres-advertii, tres-soigneux & affectionné à conserver autant que son honeur, & que sa propre vie & personne, cét honorable & premier lieu & qualité, sans que directement & soubs-main il y soit fait aucune bresche & prejudice; Estant cestuy-cy le principal & le plus important, premier & necessaire poinct de toute sa charge & legation, & S' y gouvernera prudemment, comme a fait Monsieur d' Ax.

Verùm, utut per indirectum Imperatori Augustissimo debitam Præcedentiam adimere Galli satagant, Regem suum adeò extollentes, quasi Romanus Imperator eidem cedere cogatur, quod ipsum argumentis quamplurimis novissimè ostendere conatus fuit Auberii Advocatus Parlamenti Parisiensis, *in tractatu historico de la preeminence de Roys de France & de leur preseance sur l' Empereur & de Roy d' Espagne partie 2.* quod ante ipsum Bodino placuisse, *lib. 1. de Republ. cap. 9. n. 145.* video, ut alios nunc omittam. Sed quid? Imperatorum nostrorum Augustissimorum dignitatem, jus [illegible], & præeminentiam indefensam relinqui num fas sit? & non magis hoc suadeat patrem & in patrem Patriæ augustissimum devotio subjectissima, quod ut pertexam contra Gallicos Scriptores, paucioribus me absolvam argumentis.

Primò quidem omnium, quod Possessorium attinet, constat, Imperatores nostros hucusque semper & ubique Reges Galliæ præcessisse, & in Sessionibus iisdem prælatos fuisse. Revolvamus tantùm veterum monumenta & nullum in contrarium exemplum exstabit, in Ceremoniali Paridis de Grassis simpliciter Imperatori Romano primus
36 locus tributus fuit, adeò ut operæ precium non sit, quoad possessorium, probare rationibus vel exemplis, cùm Gallici scriptores

res nolentes volentes ipsi fateri cogantur , potiorem in possessorio Im-
peratoris nostri causam esse, quod ipsum diffiteri non potest Bodinus *d.l.*
verba ejus hæc sunt: At ne Germani quidem Imperatores negant, quin
Imperium Germanicum antea fuerit Imperii Francorum provincia, vir-
tute Caroli Magni, natione Galli, & Gallorum opibus & armis parta,
deinde ab hoc imperio familiæ erciscundæ judicio avulsa, ut Ludovico
Pii filio tribueretur; cùm Carolus Calvus Francorum Imperator impe-
rii sedem teneret: at paulatim Othones Germani Principes, Pontificum
Romanorum concessu nomen Imperatorium adepti , dignitatis etiam
prærogativam Legatorum nostrorum inscitiâ arripuerunt. Auberii
quoque *in d. tract.* se ultro, relicto possessorio, ad petitorium confert,
actus tamen possessorios, & tempus immemoriale sive præscriptionem
nihil prodesse putat Imperatori ad tribuendum ipsi jus aliquod , cùm
præscriptio ab Imperatoribus Romanis introducta juris civilis sit, quam
in rem Auberii adducit Borcholt *in Comm. ad Instit, ad* ¶. *1. de perpet.* 37
& temporal. act. & proinde concludit præscriptionem liberos populos
obligare non posse, cùm jura etiam hæc à præscriptione exempta sint,
non minùs, quàm res Fisci aut Ecclesiæ. Verba Dn. Auberii hæc sunt,
in d. tr. p. m. 142. I'ayme mieux me restreindre volontairement au pe-
titoire, que de me gehenner inutilement l'esprit, & abandonner ainsi
d'abord la possession; laquelle aussi bien ne peut avoir acquis de titre á
l'Empereur, quand mesme elle seroit immemoriale. Dautant qv'il
est trescertain & veritable, que la prescription n'ayant esté introduite
que par les Empereurs, elle ne sçauroit aucunement lier les Princes sou-
verains, qui estans au dessus des Loix & des Ordonnances, peuvent en
quelque temps que ce soit intenter leurs actions, & iouyr quand bon leur
semble de cette faveur, ou plutost de ce droict naturel, que les particu-
liers mesmes devroient avoir: que les droicts Royaux ne se peuvent non
plus prescrire que les choses sacrees, se Fisc ayant presque tousiours eu les
mesmes prerogatives & les mesmes privileges que l'Eglise &c. Verùm
enimverò, primò omnium pro confesso habetur , quòd fateri cogatur
Auberii, Imperatores nostros in possessione præcedentiæ hactenus fuisse,
quod acceptatur modò, ut practici ajunt, utiliori, quod verò conten-
dit, præscriptione per Imperatores Romanos introductâ, Principes su-
premos obligari non posse, verum non est, & licet adductus ab Auberii

Bocholt: & communiter Dd. existiment præscriptionem jure civili introductam esse, nos tamen semper in contraria opinione fuimus, & adhuc sumus confirmati argumentis non invalidis, inter quæ hoc præcipuum est: Quòd non apud Romanos tantùm, sed & quasvis gentes moratiores præscriptio recepta fuerit, adeò ut si non jure naturali, saltem gentium arbitrario introductam, asseruimus, cum summis viris, H. Grotio *de I. B. & P. lib. 2. c. 4.* H. Conringio *in tract. de Finibus Imperii Germanici cap. 19.* & Hugone de Roy *lib. 3. tit. 2. de Eo, quod justum est*, nec non cum Didaco Covarruvia *tom. 1. Relect. cap. possessor. de R. I. in 6. part. 3. princ. n. 1.* qui, hinc sanè fit, *inquit*, ut nulla Respublica sit, quæ propriis statutis & legibus usucapionem mobilium & immobilium rerum non probaverit. Ego *in tract. de jure offerendi cap. 16. n. 24.* ita in sacris literis Jephthes Regi Ammonitarum sibi vindicanti terras inter Arnonem & Jabocum, & ab Arabum desertis ad Jordanem sitas, objicit trecentorum annorum possessionem. Lacones apud Isocratem, tanquam certissimum & apud omnes gentes confessum ponunt, possessiones publicas non minùs, quám privatas multo tempore ita firmari, ut revelli nequeât, alia ejusmodi testimonia adduxit Grotius *d. lib. 2. de I. B. & P. c. 4. §. 2. & in Annotatis* ibidem. In hunc sensum disserit pro Gallia Dux Nivernensis apud Thuanum *libro 59. in Ann. clc Io LXXIV.*

39 Deinde, quod res Fisci & Ecclesiæ attinet, licèt eo temporis spacio, quo reliquæ res non præscribantur, attamen quis ejusmodi res prorsus à præscriptione immunes esse dixerit? præterea adversus ipsam ecclesiam Romanam præscriptio 100. annorum locum habet, *Novell. 9.* sive potiùs 40. annorum tantùm, quomodo postea dispositum esse, *Novell. 9.* correctâ *ex Novellâ 131. & 111.* patet, & communiter Dd. tradunt Cujac. *lib. 5. observ. 5.* Borcholt *p. 3. cap. 7. Feud. n. 8.* Pacius tradit d. Novellam 9. subreptitiam esse, idem asserit Schrimgerus, qui dicit neque in numero Græcarum Novellarum, neque in Basilicis eandem exstare. Hugo de Roy verò *in tr. de Eo, quod justum est. de mala fidei possessoribus accipit d. N. 9.* alii aliter, qua de re pluribus hoc loco disquirere instituti nostri non est. Quod ulterius vulgò & rectè quidem dicitur, quòd in favorem possessoris pronunciandum sit, id removere Auberii eà responsione conatur, quòd jus hoc possessionis sit contentiosum, incertum, & absurdum. Sed hæc

40 dicuntur quidem, ast non probantur, quis enim unquam Regum exterorum Imperatoribus hanc præeminentiam & jus προεδρίας dubium reddidit? & non potiùs ultrò honoratiorem in consessu locum reliquit? Porrò

Porrò, nullam rationem consequentiæ video, dum ex eo, quod Antonius Quetta in *Consil. 1.* possessionem præcedentiæ Imperatorum nostrorum potissimùm urget Auberii inferre conatur, non posse igitur, nisi per solam & nudam possessionem Imperatorum nostrorum præcedentiam defendi, ibi: Scachant fort bien qu' en ce cas-là l' Empereur ne se pourroit deffendre que de la possession seule, avantage inconstant & variable. Enimverò non desunt argumenta in petitorio, quæ præeminentiam Imperatorum nostrorum præ Gallo arguunt, interim meritò primò omnium disquirendum, cujusnam causa in possessorio potior sit, cùm melius sit possidere *l. 24. D de* R. V. & alioquin ordinarii juris sit, ut priùs de possessione, quàm proprietate pronuncietur *l. ordinarii 13. C. de Rei vindicat. l. incerti juris non est. 3. C. de interdictis.* 42

Sed conferamus nos cum Auberii ad petitorium, ubi primò omnium quædam affert de Statua illa Daniel *2. v. 31.* & de vicissitudinibus Imperii Germanici, quodq; istud divisum inter 7. Electores. Quæ omnia nequicquam adimunt præcedentiam Imperatoribus nostris: sive enim ea, quæ Statua ista apud Danielem habentur, conveniant imperio nostro, & de eodem intelligenda, prout communiter Theologi & interpretes sacræ Scripturæ interpretantur, Hugo Cardinalis, Nicolaus Lyranus, Pererius, & recentiores propè infiniti, uti & non pauci ex Patribus, quales sunt Hieronymus, Theodoretus, aliíve ita exponunt, sive verò commodè de imperio nostro exponi non possint, adeò soliciti non sumus, legi tamen hac de re poterunt, ea, quæ contra opinionem istorum, qui quatuor monarchias statuunt, & Imperium Germanicum quartam Monarchiam esse contendunt, in medium attulit Joannes Bodinus *in Method. histor cap. 7. per tot.* ubi tradit, totum illud de quatuor magnis futuris monarchiis plus habere famæ, quàm veri, quippe cùm olim in Asia jam ante Alexandrum M. tot numero floruerint amplissima imperia, Assyriorum, Babyloniorum, Medorum, Persarum, Asia eadem itidem habuerit, hodieq; ex parte habeat vastissima regna, Sarracenorum, Turcarum, Tartarorum, Persarum & Sinensium. Europa verò viderit vastissimum & maximum Francorum regnum, jam ante acquisitum Cæsareum nomen, & etiamnum floreat vasta Hispanorum potentia. 43

Porrò, quòd Electores non minimam Imperii Germanici partem teneant, tantum abest, ut minuat dignitatem imperii, quin potiùs augeat, electores ejusmodi sive proceres imperii, qui Regibus comparantur Dan. Moller *1. semestr. 40. n. 1.* Arum *in Aur. Bull. discurs. 3. concl. 11.* & supremi patres, & senatores imperii dicũtur, die oberste Vätter und rathgeber Teutscher 44

Nation

Nation, uti seipsos appellant apud Hortledder. in Reichhandlung *lib. 1, c. 37. num. 511.* Imperatorem ipsum, uti superiorem agnoscere.

45 Quod ulterius Auberii affert de coronatione Imperatorum nostrorum, quòd iis ante coronationem à Pontifice factam, nomen & dignitas Imperatoria non competat, nihil hoc loco stringit. Verba Auberii subjicere placet: Puis qv'il est vray, ait, que depuis pres d'un siecle, c'est à dire, depuis Charles V. l'Esleu Empereur ne se met plus en devoir ou en peine d'aller recevoir la Couronne Imperiale du Pape ny de ses Legats, Et neantmoins le *Ceremonial Romain lib. 1. sect. 5. c. 1.* nous apprend en termes precis & formels, que l'Esleu Roy des Romains ne peut point changer ce nom là en celuy d'Empereur, que par le Couronnement qui se doit faire à Rome. C'est pourquoy encore il est remarqué dans le Missel Romain aux endroicts ou l'on a coustume de prier pour l'Empereur, qv'on ne le doit qualifier qv'Esleu Empereur, s'il n'est point couronné. Idem paulò post, Or il est tres-certain dans les regles ou maximes Canoniques, que l'Eslection donne bien le droict de jurisdiction on de territoire; mais non pas le caractere ny la dignité. &c. Verùm enimverò, non video, quidnam novi afferat Coronatio Pontificis Imperatoribus nostris, aut quid omissa ipsi detrahat. In

46 Regem enim Romanorum electus, statim electione peracta, & confirmatis Electorum privilegiis, virtute sacri Imperii omnia negotia administrat *c. 2. A. B.* idcirco non Pontificis coronatione demum administratio eidem defertur. Constat id ex notabili constitutione Ludovici IV. Imperatoris, latâ in Comitiis Coloniensibus Anno 1339. ubi inter alia hæc habentur: Quia nonnulli avaritiâ & ambitionis cæcitate ducti, & nullius sententiæ intelligentiam habentes, sed divertentes à tramite recti sensus, in quædam iniqua, & prava commenta, & in assertiones detestabiles prorumpunt, contra potestatem & autoritatem imperialem, & jura Imperatorum, Electorum, & aliorum Principum, & imperii fidelium committentes, fallaciter asserentes, quòd imperialis dignitas & potestas est à Papa, & quòd electus in Imperatorem, non est verus Imperator, nec Rex, nisi priùs per Papam sive sedem Apostolicam confirmetur, approbetur, & coronetur, & per hujusmodi pravas assertiones & pestifera dogmata hostis antiquus movet lites, jurgia suscitat, contentiones parit, & seditiones procurat; ideò ad tantum malum evitandum, de consilio & consensu Electorum & alio-

rum

rum Principum Imperii declaramus, quòd imperialis dignitas & potestas est immediatè à solo DEo, & quòd de jure & imperii consuetudine antiquitus approbata, postquam aliquis eligitur in Imperatorem sive Regem ab Electoribus imperii concorditer, vel majori parte eorundem, statim ex sola electione est Rex novus & Imperator Romanorum censendus & nominandus, & eidem ab omnibus imperio subjectis obediri. & administrandi jura imperii, & cætera faciendi, quæ ad Imperatorem verum pertinent, plenariam habet potestatem, nec Papæ, sive Sedis Apostolicæ, aut alicujus alterius approbatione, confirmatione, autoritate indiget vel consensu. Vide Goldastum *tom. un. Constit. Imperial. p. 336. & tom. 1. p. 409. & eod. tom. p. 414.* pluribus quoque hac in re imperii dignitatem defendit M. Guilhelmus de Ockam Monachus Fraciscanus Ludovici IV. Imp. *συγχρόνος* ejusque consiliarius, cujus scripta quædam exstant, non pauca verò injuriâ temporum perierunt, de eo Trithemius Abbas Spanheimensis *in Chronico Ducum Bavariæ*: Imperator Ludowicus, ait, dolis & falsis litteris Magistri Vldarici de Augusta Cancellarii sui, indignationem Papæ Johannis XXXII. incidit, à quo excommunicatus fuit. Ad hunc Imperatorem Ludowicum Wilhelmus Ockam Ordinis Minorum, vir doctissimus, cum quibusdam aliis sui Ordinis Fratribus, á Papa Johanne XXII exacerbatus confugit, apud eum defensus mansit, & contra Papam scripsit, eumque hæreticum declaravit, quinimo testatur expressè Aventinus *lib. 7. Annal. Boiar.* eundem Wilhelmum de Ockam probâsse in scriptis suis, imperium nequaquam Sacerdotis, sed Dei Opt Maximi beneficium, cujus populus sit, esse. Cæsarem continuò esse & vocari, postquam á Septemviris delectus sit, sunt verba Aventini *d. l.* Goldastus quoque *in tract. cui titulum fecit, Monarchia S. Romani Imperii in dissert. de Auctoribus*, quæ præfixæ prædicto tractatui, memorat se in manuscripto membraneo, quod ex Bibliotheca Freheri accepisset, cujusque titulus fuerit: De nullitate processuum Papæ Johannis contra Ludowicum Bavarum, sine ullo auctoris indicio in fin. hæc scripta legisse; Imperium â DEo esse, non â Papá. Ita quoque statuit M. Johannes de Gaduno Doctor Perusinus *in Informat. de Nullitate Processuum Papæ Iohannis XXII contra Lodovicum Bavarum Imperatorem, pro superioritate Imperatoris in temporalibus Anno Domini 1338.* qui, cùm pluribus hanc sententiam probasset, 47

ſet, ſubjungit. Ex quibus omnibus & aliis multis clarè patet, quòd poteſtas imperialis eſt immediatè à ſolo DEo, & non à Papa: & quòd electus in Imperatorem, ex ſola electione eſt Rex Romanorum, & habet auctoritatem, jurisdictionem, poteſtatem imperialem, etiam antequam inungatur, & conſecretur, vel coronetur à Papa. Ejuſdem ſententiæ fuit, ipſe Fridericus I Imperator, qui ad Principes imperii ita reſcripſerat: Cùm per electionem Principum à ſolo DEo regnum & imperium noſtrum ſit, cumque Petrus Apoſtolus hac doctrina mundum informaverit: DEum timete, Regem honorificate, quicunque, Nos imperialem coronam pro beneficio à Domino Papa ſuſcepiſſe dixerit, divinæ inſtitutioni, & doctrinæ Petri contrarius eſt, & mendacii reus erit, Radevic. *de geſtis Frid. 1. lib. 1. c. 10.* Idem jam ſe vidiſſe judicari & teneri per Principes in Alemannia teſtatur Hoſtien. *in c. ſuper quibusdam de V. S.* quod ſcilicet Rex Romanorum poſt electionem concordem habeat omnem poteſtatem, quam Imperator, & quòd unctio nihil addat, Johan. Andr. *in Clem. Romani.* ſcribit ſe vidiſſe literas ex Regiſtro Innocentii 3. inter alia referentes, quòd inconcuſſa conſuetudo imperii, & rationi conſona, & jure ſubnixa per patientiam Sedis Apoſtolicæ tolerata, & per tolerantiam approbata habeat, quòd duobus in diſcordia electis, uterque jura Imperii adminiſtret, ut Rex, & omnem imperii juriſdictionem exerceat, deinde prout rectè argumentatur Henningus Arniſæus *de translatione Imperii p. 256.* non poteſt coronatio hodie plùs juris dare, quàm dedit olim Carolo M. cùm prima in ejus perſonam fieret translatio. Atqui Carolus M. ſaltem in provinciis, quibus jam imperabat, non acquiſivit majus jus. E. nec Imperator per coronationem Papæ hodie plus acquirere poteſt in provinciis jam imperio conjunctis, quinimo conſtat Ludowicum ab ipſo Carolo M. diadomate coronatum fuiſſe, teſtante Eginhart. *in vita Caroli M.* Extremo vitæ tempore, *ait*, evocatum ad ſe Ludowicum Aquitaniæ Regem, qui ſolus filiorum Hildegardis ſupererat, congregatis ſolenniter de toto Regno Francorum primoribus, cunctorum conſilio conſortem ſibi totius Regni & imperialis nominis hæredem conſtituit, impoſitoque capiti ejus diademate Imperatorem & Auguſtum juſſit appellari. Idem tradit Theganus in vita Ludovici, tertio demum anno pòſt, ut computat Author Annalium Germanicus, venit Stephanus, Leonis ſucceſſor, & coronam ipſi obtulit, quam ex Italia ſecum

secum addaxerat: nec obscurè insinuat, Papam ad id non requisitum, sed ultrò venisse, at obsequium suum Imperatori probaret, nec obstant rationes Baronii, & Bellarmini, *c. 5. de translat. imper.* quòd Carolus, cùm testamento imperium filiis divisisset, rem totam à Leone Pontifice confirmari voluerit, ad quod probandum affert Adon. *at. 6. & Annal. Francorum,* qui testamentum Caroli Romam missum scribunt, ut manu Leonis Pontificis subscriberetur, sed enim prout rectè iterum Arnisæus *d. l. p. 258.* à subscriptione testis non pendet confirmatio testamenti, quinimo Ado *d. l.* Pontifici non tribuit, nisi subscriptionem, sed de optimatibus *Franciæ* dicit: Testamentum inde factum, & jure jurando ab optimatibus Francorum confirmatum.

Porrò, Auberii confert se ad titulos Imperatoris & Regis sui, indeq; aliquam præeminentiam exstruere satagit. Audiamus ipsum: La dignité imperiale, inquit, est notoirement de l'invention ou du caprice des hommes; au lieu que l'Authorité Royale est sans contredict d'institution Divine. C'est pourquoy le Fils de Dieu a pris plaisir si souvent de se qualefier le Roy des Roys, & voulu expressément ioindre en cette derniere & mysterieuse inscription, que Pilate poussé de tout autre que de luy-mesme, fit mettre mal gre les Juifs au sommet de la Croix, les deux noms ou titres de Sauveur & de Roy, comme les plus majestueux, les plus magnifiques & les plus augustes. &c. Idem antè Auberii sentire videtur Scip. du Pleix *tom. 1. de l'histoir. generale de France p. 98. n. 3.* ibi: Il est vray qu'à parler proprement le nom de Roy est plus anciem, plus venerable, plus auguste, & mesme plus doux, que celuy d'Empereur. & paulò pòst. Les autres Nations ont tousiours preferé le tiltre de Roy à celuy d'Empereur. Cæterùm nec hoc argumentum præeminentiam Gallo præ Imperatoribus tribuere, luculenter ostendam. Primò enim omnium constat, nec Regium nomen apud Romanos olim ignotum prorsus fuisse, in prima enim Reipublicæ Romanæ infantia, Romanum imperium septem Reges tenuisse cõstat, quorũ primus Romulus, ut libitũ fuit, imperavit, uti Tac. 1. 3. *Annal.* loquitur. Sed quantam tyrannidem sub statu Regio sæpius patiantur subjecti, dum unius libidini & arbitrio omnia subjacent, testatur exstirpata regia potestas apud Romanos, tum verò successit annuũ consulũ imperiũ Primumq; consulatũ Romæ L. Junius Brutus L. Tarquinius Collatinus ann. post Romã conditam, ut Liv. & Dionysius testantur, CCXLIIII. tenuerunt.

 Hos

Hos verò, qui inferiores Regibus dixerit, ideo quòd Regium nomen antiquitus fuerit, constat enim consules omnia jura majestatis & insignia tenuisse, Livius *lib. 2. Histor.* locupletissimus testis est. Nihil enim diminutum ex Regia potestate fuisse affirmat, nisi quòd annuum esset consulare imperium. Numeres, *ait*, omnia jura, omnia insignia, primi consules tenuēre, id modò cautum est, ne, si ambo fasces haberent, duplicatus terror videretur. Idem ante Livium Polybius, cujus verba ex versione Perotti hæc sunt: Consules antequam ex urbe legiones educant, urbanarum rerum omnium jus atque imperium habent, Cicero *lib. 3. de Legibus.* Regio imperio duo sunto: iique præeundo, judicando, consulendo, Prætores, judices, consules appellator, Militiæ summum jus habento, nemini parento, ollis salus populi suprema lex esto. Quæ tamen imperandi forma non diu mansit, post mortem enim Bruti restrictum consulare imperium per P. Valerium Publicolam lege Centuriatis Comitiis latâ, scilicet ut civi Romano provocare liceret, & ne quis Magistratus civem Romanum adversus provocationem verberare aut necare posset, teste Plutarcho *in Publ.* post nodum, cùm in Republica Romana summum imperium penes unum esse *inciperet*, tempore Cæsarum, iidem Imperatores & Principes dici cœperunt. Equidem fatendum Imperatoris verbum olim castrense ac militare
50 fuisse, prout etiam docet Appianus *in proæmio Historiæ suæ*, quò Dux exercitus in maximis belli operibus re feliciter gesta, & aliquot millibus hostium cæsis, à Legionibus donabatur, Cornel. Tacitus *lib. 3.* uti Pompejus superato in Africa Domitio, Plinius *lib. 8. c. 26.* quin & M. Cicero scribit *in Philipp.* Imperatorem solitum appellari à Senatu, si quis mille aut duo millia hostium unâ acie occidisset, quâ justâ victoriâ, se apud Issum gloriatur Imperatorem appellatum *lib. 2. famil. epistol.* Nunc verò, inquit Appianus *lib. 2. de bello civili*, sub quo decem millia in bello cecidissent, hac appellatione dignos haberi audio. Postmodum verò, qui, Republicâ armis occupatâ Romæ dominabantur, plausibile Imperatoris nomen assumpserunt, eòque primum ornatus Julius Cæsar. Augustus Imperator postea,
51 & ne sentiret populus de libertate sibi eripiendâ eum solicitum esse, ipse liberatorem populi, acrémque defensorem libertatis simulavit, unde nec triumviratus nomen, quod odiosum omnibus erat, nec Re-

gi-

is nomen, quod exosum ita, ut ne nomen populus Romanus ferre poterit, teste Livio *lib. 2. Histor.* nec Dictatoris, quod formidabile, inprimis ob recentem Syllanæ crudelitatis memoriam, nec denique aliud quoddam invidiosæ dominationis assumpsit vocabulum, sed ut unus ex cæteris legitimis magistratibus, neque tam tollere, quàm conservare libertatem populi videretur, Consulem se tulit, & tribunitio jure contentus, sub iis certè extra omnem invidiam positis nominibus omnem & senatus & plebis vim & potentiam complexus fuit. Ut enim Consules Senatui, ita quoque tribuni plebi caput dabant. Accidit hisce, quòd sub Principis nomine imperium tantùm acciperet. Cuncta, inquit Tacitus *1. Annalium*, discordiis civilibus fessa nomine Principis sub imperium accepit. Eo arcano politico firmabat sibi imperium, Romanos enim titulum servitutis magis, quàm rem ipsam exhorrescere conspiciens, ne civium animos concitaret, regium titulum omisit, ac Principis assumpsit, quo speciosissimo nominis tegumento, perinde ac si melle illitum absinthium propinaret, omnem, quam amissæ libertatis memorià suscitasset, amaritudinem delinivit, uti tradunt Scipio Ammir. *lib. 1. dissert. in Tacitum disc. 1.* & Forstnerus *ad 1. Annal. ejusdem Taciti.* Ego *in resolut. l. ἀξίωσις. 9. D. de L. Rhodia de jactu cap. 5.* confer Scip: dupleix *tom. 1. l' histoir general. de France n. 3.* Posterioribus temporibus firmato imperio Imperatores nostri quoque Reges audiverunt, cujus rei etiam vestigia in jure nostro exstant, præprimis *in d. l. 9. D. de L. Rhod. de jactu, ubi* Eudæmon Nicomediensis Antoninum 51
Imperatorem ita alloquitur, κύριε βασιλεῦ. Proinde verissimum puto, quod asserit Isaacus Casaubonus *in Emendat. ad Ælii Spartiani Hadrianum, in verb. ergo conversis regio more militibus* &c. Regis appellationem, quam tantopere abominati essent veteres Romani, & primi etiam Imperatores, proximam ætatem frequentâsse. Apud Tacitum in Annalibus passim occurrit regnum appellari Romanum Imperium, quin de Cajo Caligula Suetonius: Nec multum, *inquit*, absuit, quin statim diadema sumeret speciemque Principatus in Regni formam converteret, verùm, quod hic frustra tentavit, perfecit postmodum Aurelianus, ut in ejus vitâ Græci latinique observant, sumpsit enim primus diadema, & reliqua Regum insignia, hinc apud Historiæ Augustæ Scriptores passim hæc occurrunt, servi Regis, Statio Regia, ornamenta Regia, sedile Regium, & regale imperium, planè græcis jam inde à principio

βασιλεῖς & βασιλεία: sed per κατάχρησιν & adulationem: cùm ipsi Imperatores, ut scribit etiam Appianus, eam appellationem non admitterent, quod etiam tradit Sinesius περὶ βασιλείας. Flavius Vopiscus *in Carino*: Regem denique, *ait*, illum Allyrici plerique vocitarunt. Postmodum labefactato Romano imperio, cùm à Francis, Gothis, & Van-
53 dalis, aliisque Barbaris regna diversis locis essent constituta, Regisque nomen à novis Dynastis usurpatum, eviluit apud Romanos, & Regis, & regni appellatio, neque hos Græci βασιλεῖς, sed ῥῆγας appellarunt. Procopius *Gothicorum libro primo de Theodorico*, qui Romam & totam ferè Italiam obtinebat: Καὶ βασιλέως μὲν τοῦ Ῥωμαίων οὔτε τοῦ σχήματος, οὔτε τοῦ ὀνόματος ἐπιβατεῦσαι ἠξίωσεν, ἀλλὰ ῥὴξ καλούμενος διεβίω. οὕτω γὰρ σφῶν τοὺς ἡγεμόνας οἱ βάρβαροι καλεῖν νενομίκασι. Fatendum verò, quód Rex nihil aliud sit, quàm βασιλεύς. Lubet audire ipsum Auberii *p. 154.* ibi: Ils se firent enfin appeller de nouveau βασιλεῖς, & leurs Ordonnances par consequent, ou leurs Decrets, Basilicques, Il est vray qv'ils firent encore icy paroistre leur vanitè, qui a esté de tout temps assez decriee, & que pour mieux se distinguer d'avec les autres Roys estrangers ou barbares, ils ne qualifoient ceux cy que Ῥῆγες, nom vrayement barbare & nouveau. &c. Cæterùm, si ex titulo quædam præeminentia colligenda, sanè Imperatores
54 Romani excellentioribus titulis ornati fuerunt, ita Princeps Romanus apud Tacitum *lib. 2. Histor.* est generis humani Dominus, & *lib. 3. Annal.* Rector generis humani dicitur, Lampridio *in vita Alexandri Severi*, Princeps humani generis vocatur. Decius (postquam Valeriano patri unanimi Senatus Romani consensu censura delata esset) ad ipsum Valerianum apud Trebellium Pollionem *in ejus vita.* Felicem te,
55 *inquit*, Valeriane, senatus sententiâ, imò animis atque pectoribus: totius orbis humani suscipe censuram, quam tibi detulit Romana respublica, quam solus mereris judicaturus de moribus nostris. Vbi tamen non possum probare vulgarem & receptam lectionem scilicet verborum, totius orbis humani. Ergo pro istis cum præstantissimo Puteano Orbis Romani lego, à qua lectione non est alienus clarissimus Causaubonus *in Notis ad Trebellii Pollionis Valerianos duos*, dum rectè ibidem annotavit, non semel in veteribus Codicibus hunc errorem esse, ut pro Romana Resp. habeant humana Respubl. quòd æquè ineptum ac Orbis humanus. Theodoret. *lib. 4. c. 8.* aliis titulis ornat Imperatores,
δεσποτ-

τηκρήτης μέγιστη, ἀνίκητη, νικητῇ, αὔγουστη ἐκλάμπαντες καὶ ἄλλας καὶ γεγενηνές.
on fer Eusebium *lib. 2. de vit. Constant.* & egregiè differentem Julium æsarem Bullingerum *in opere egregio de imperio & Imperatore Romano b. 1. cap. 3. per tot.* Et licèt Imperatores Romani, Reges appellati non uissent, quomodo tamen contrarium modò ostensum, parum tamen oc stringeret, cùm nemini non constet, Imperatores Romanos non soim pares Regibus exteris fuisse, sed & superiores, uti capite præcedenti iximus. De Augusto Imp. tradit Suetonius in ejus vita, quòd ipsi Rees relictis regnis, Romæ, & provincias peragranti quotidiana officia ogati, ac fine regio insigni more clientium præstiterint. De M. Anonino Philosopho memorat Iulius Capitolinus *in ejus vita*, eum multa gisse cum Regibus, & pacem confirmâsse, occurrentibus sibi cunctis egibus & Legatis Persarum. Porrò, utut concederetur, Regis titum in orbe tempore priorem, & ante Imperatoris titulum in usu fuisse, nde tamẽ non sequitur, excellentiorẽ eundẽ esse, nulla enim consequen- 56
ia, titulus hic antiquior isto est, ergo excellentior & ampliorem aruit dignitatem, hoc enim concesso, dignitatum recentiorum nomina, uta Papæ, Cardinalium, Landgraviorum, Marchionum exiguis prisci emporis titulis loco cedent..

Porrò, parùm ad præsentis controversiæ decisionem facit, quod ulerius Auberii *p. m. 155.* tradit, regnum Galliæ etiam Imperium dictum:
La France avoit aussi en particulier le nom d' Empiré, ait Dn. Hersent 57
dans sons traitté de la souveraincté du Roy à Mets p. 208. dont faict foy un titre de Charles le Gras Empereur, qui est en l' Abbaye S. Benigne de Dyon, datté du cinquiesme de son Empire d' Italie, quatriesme de la France Orientale, il entend de l' Allemagne, & primier de la Gaule. Et dans le Titre de la fondation de saincte Cornille de Compiegne par Charles le Chauve, on lit escrit au sceau qui est d' Or. Seel de Charles, Empereur de Rome & de France: Mesme nos Roys, apres que l' Empire de Some eut esté usurpé sur eux par les Allemans, ont retenu la qualité d' Empereurs pour la regard de la France, comme il appert par un Titre, qui est au Thresor des Chartres, par lequel il est porte, Regnant Philippes premier, l'an seiziesme de son Empire, mil octante-trois, Et par un Titre qui se voit dans l'Abbaya sainct Benigne de

 Dion

Diion, par lequel le Roy Louys le Gros est appellé Empereur Auguste de France: Et par un autre qui est au Thresor, qui touche le privilege donné á l'Evesque de Maguelone ou de Montpellier, en datte du huictiesme Feurier, mil cent cinquan te-cinque dens lequel le Roy Lonys le Ieune prend qualité d'Empereur de France. &c. Ita quoque Scipio du Pleix en l'histoire generale de France tom. 3. p. 306. n. 9. & 16. Le Roy de France, ait, est Empereur à meilleur tiltre, que l'Empereur d'Allemagne; celuycyne l'estant que par election, & celuy là par succession, & de naissance de sorte, que sa Couronne est affermie sur un piedestal inesbranlable. Idem paulò pòst adducit dictum S. Gregorii M. asserentis, Regem Galliæ inter omnes monarchas Orbis Christiani ita excellere, quantum illi suos inter subditos. Verùm enimverò licèt ultro concederetur, Regem Galliæ quandoque abusivo & largo dicendi modo, vocatum Imperatorem, & Galliæ regnum, imperium, ergone inde sequitur Christianissimum Galliæ Regem Imperatori nostro semper Augusto præferendum esse? minimè verò rationem consequentiæ video.

Ejusdem valoris est, quod idem Auberii *p. 158. 159. 160. & sequent.* subjungit de Corona Imperatorum priscorum & modernorum ac orien-
85 talium, necnon Regum Galliæ, nam quòd Reges Galliæ, ad eundem modum confectâ coronâ, quâ Imperatores nostri decorati, utantur, parùm ad præsentis Quæstionis decisionem facit. Ultrò enim largiri possum, quod ex Ceremoniali Francico adducitur, de ordine observato in introitu Regis Ludovici XII. in Lutetiam Parisiorum anno 1498. ibi: Et devant luy le grand Escuyer portoit son Heaume & Tymbre, sur lequel avoit une Couronne de fin or garnie de pierres precieuses. Et au dessus du Heanme, au milieu de ladite Couronne, avoit une fleur de Lys d'or comme Empereur. Et pour les pas & iouftes huict iours apres l'entreé de Lonys de Valois donziesme de ce nom, Roy de France, fut planté un Lys aù bout des lisses en la grand! rue sainct Antoine, assez prez de son Hôtel des Tournelles de la hauteur de trente pieds de long, à la pointe duquel estoient six Fleurons, á chacun d'iceux un Escu pendant. Ausquels Escus estoient figurées les armes des Seigneurs, qui apres S'ensvivent, pour tenir le dit pas, & iouster contre tous venans, au iouyeux advenement du Roy nostredit Seigneur. & paulò pòst. Au dessus d'iceux six Fleurons, ou estoient les dix Escus pendans, avoit un

Lys

Lys tout espany, duquel yssoit un sion verd; Aû haut dùquel estoit posé un Escu de France à trois fleurs de Lys d'orrichemẽt bordé tout au tour d' colier de l'Ordre saint Michel, semé de coquilles. Et par dessus ledit Escu estoit un riche Couroñe tymbree en fazon d' Empereur &c. Equidẽ Cæsares nostri non uná coroná insigniri solent. Cis Alpes enim in Italia duplex ipsis competit, altera Romana, Longobardica altera. Trans Alpes plerumque non nisi uná hactenus coronati fuerunt, interdum & Arelati altera imposita, Conradus II. Burgundicam illam coronam accepit annno 1033. ejusque filius, Henricus III. anno 1038. eodem diademare ornatus, prout tradit Wippo *in vita Conradi*, idem de Friderico I. memorat Otto Frisingensis *lib. 2. de gestis Frid. c. 29.* & de Carolo IV. Christophorus Marcellus *Ceremonial. Romani. lib. 1. sect. 5. cap. de triplici Imperatoris corona.* Illa quam Germania exhibet corona, fermè usque ad seculum Christianum duodecimum, dicta corona Regni 59
Francorum, frequentiùs, corona regni Teutonici, quomodo ea vocata ab ipso Friderico I. *in Epistola ad Ottonem Frisingensem.* Lombardica coronatio quondam ab Archiepiscopo Mediolanensi in oppidulo Modetiæ solá coronæ impositione sine unctione fieri solebat. Cujus autem substantiæ fuerit illa corona, de eo non certò constat: alii argen- 60
team, nonnulli ferream eam dicunt, sed auream & preciosissimam fuisse probavit Carolus Paschal *in comm. de coronat. Imp. c. 7.* qui subjungit, ferream eandem dictam fuisse propter laminam quandam in sumitate ferream. Romanam Coronam Imperatores electi à manu Pontificis Romæ vel alibi accipiebant; de cujus coronationis ritibus vide Majolum *tom. 2. dier. Canicular. colloqu. 6. p. 762. & sequent.* Goldastum *p. 4 polit. Imp. à p. 290. usque 343.* & ceremoniale Romanum Freheri notis ad P. de Andlo annexum. Hæc olim magnis sumptibus propter Comitatum Imperatori, Romam proficiscenti, à Statibus & Vasallis sub pœnâ amittendi Feudi præstandum, expediebatur, vulgò expeditio Romana Römerzug dicta; qua de re exstat constitut. Caroli Crassi 61
apud Goldastum *tom. 1. constit. Imper. p. 207.* cujus constitutionis etiam meminit Christophorus Lehmannus *lib. 2.* der Speirischen Chronick *cap. 42. pag. 177.* ibi: Zum achten ist der brauch eingeführet worden/ daß die Frantische Könige/ obwol sie Italien/ Franckreich/ und Teutschland/ nach jedes Königreiches Rechten/ Gesatzen und Gerechtigkeit beherrscht/ jedoch die Keyserliche Cron vom Bischoff zu Rom/ auß sonderbahrer

derbahrer affection und andacht/ in dem sie diese Hochzeit von Gott a... erkent/ mit statlichen Kirchen Ceremonien empfangen/ und von sol... krönung die jahr der Keyserlichen Regierung/ zu schreiben angefang... Solchen actum, und die Keyserliche Krönung mit allerzeitement... Herzligkeit/ Pomp/ und prächtigem stattlichem ansehen/ zu begehen/ von den Ständen verabschied und übereinkommen worden/ daß die f... nembste Fürsten des Reichs mit ihren Lehenleuten den König biß g... Rom/ und wieder zurück begleiten/ solcher zug zu empfahung Keyserlich... Cron/ hat von altershero/ der Römerzug oder Expeditio Romana g... heissen &c. & paulò pòst Idem; von solchem Römerzug ist ein sonde... bahrer Abscheid Keyser Caroli Crassi im jahr 890. zu Wormbß in gr... ser versamblung der Reichs-Stände aufgericht, Recessum hunc Ide... Lehmannus *d. cap. 42.* inseruit, adde Goldastum *lib. 2. de regno Bo... bemiæ cap. 15. p. 229. & sequent.* Hanc coronationem Pontificia... verò nec aurea Bulla Caroli Quarti, nec constitutio imperialis Ludov... ci Bavari præcisè requirit. Maximilianus I. cùm ad ordines imperi...
62 orationem haberet, Coronam Imperialem à Romano Pontifice acci... pere minimè necessarium sibi videri dixit, quia compertum habebat imperii majestatem ipsis ordinibus inesse, Bodin *lib. 2. de Republ. c. 6.*
63 ita post Carolum V. nullus Imperatorum coronationis Pontificis rationem habuit, ut non vanum videri posset eorum augurium, qui, cùm in coronatione dicti Caroli V. Augustissimi Imperatoris Bononiæ celebrata, pons ingens, super quem ingrediebantur, corrueret, rem in omen vertentes, ex fracto ponte, nullum postmodum alium Imperatorem coronatum iri, vaticinati fuere, prout ex Corn. Agripp. tradit
64 Arumæus *disc. 2. ad A. B. th. 20.* Ceremonias coronationis Aquisgranensis accuratè descriptas habemus cùm Ottonis Magni apud Witichindum *lib. 2. Annal.* tum Wilhelmi Hollandi apud Beckam *in Chronico Episcopor. Vltrajectinor. in Ottone Episcopo XXXVI.* Porrò ulterius, Auberii movet, *p. m. 162. & sequent.* quòd Imperator noster, non tam absolutè gubernet, quàm Rex Galliæ, cùm legem universalem sine Statuum consensu condere non possit, nec bellum gerere, aut alia jura majestatis administrare. Equidem fatendum, Statum imperii nostri hodiernum, non esse amplius purè Monarchicum, quòd tamen
64 operosè contendit Theodorus Reinckingk *de R. S. & E. l. 1. Class. 1. cap. 2.* cujus opinionem defendit etiam Wilhelmus Witzendorf *in disc. de Sta-*

tu

tum & administrationis Imperii Rom. formâ hodiernâ, *nec purè Aristocrati-cum*, uti Bodinus *lib. 2. de Republ. cap. 6.* putat, sed mixtum potiùs, ita ut Monarchia secundùm quorundam sententiam prævaleat, Limnæus *lib. 1. de jure publico cap. 10. p. 154.* Aristocratiam prævalere existimat: Hodiernum, *inquiens*, imperium Romano Germanicum imperium mixtum ex Monarchia & Aristocratia esse arbitramur, ita tamen, ut Aristocratiæ lumen clariùs apparere statuamus. Sané, quòd Status hodiernus Imperii nostri non sit Monarchicus, sed ut dictum, mixtus ex Monarchia & Aristocratia, patet exinde, quòd jura Majestatis, quæ in regno ac in Statu Monarchico soli Regi competunt, sine Statuum Imperii consensu Imperator exercere non possit. Penes quem verò sunt jura Majestatis, penes eum ipsa imperii majestas est. Atqui penes universos 66
Imperii Status pleraque sunt jura majestatis. E. penes eosdem ipsa imperii majestas est. Major plana est. Absurdum enim foret, in aliorum potestate majestatem imperii, in aliorum potestate jura majestatis esse. Minor vel ex Instrum. Pacis *artic. 8.* satis clara est, & per inductionem probatur, nec enim Imperator (1.) *sine* Statuum imperii consensu universalem imperii legem condere potest. Unde solenne singulis ferè capitibus, quæ in deliberationem proposita fuere, hanc clausulam adjici: Quòd inter Cæsarem & ordines ultrò citroque ita fuerit conventum, vetus in Decreto Maximiliani 1. Anno 1497. & in ordinat. Regimenti de Anno 1500. Idem repetitum in Decreto Spirensi de Anno 1526. item in Decreto Augustano de Ann. 1548. nec non Ann. 1551. *nec (2.) bellum* gerere Capitulat. Caroli V. apud Sleidanum *lib. 1.* Capitulat. Ferdinandi II. *art. 2. nec* (3.) fœdera sine consensu statuum pangere. Capitulat. Ferdinandi III. Imp. *art. 7. nec.* (4.) potestas circa religionem ad solius Imperatoris arbitrium pertinet, sed potiùs singulis imperii Statibus vigore superioritatis territorialis competit, testante vel sola pacificatione religiosa de Ann. 1555, *nec* (5.) Imperator nova vectigalia sine Electorum consensu instituere potest, testantibus R. I. de An. 576. Ratisbonæ publicato §. incipiente, weiter sind. Capitulat. Caroli V. apud Goldastum in Reichs. Satzungen *p. 2. pag. 183. art. 18.* Capitulat. 67
Ferdinandi II. *art. 17.* Capitulat. Ferdinandi III. *art. 20.* Instrument. Pac. *art. 9.* Capitulat. moderni Gloriosissimi Imp. Leopoldi *art. 21.* nec veteria augere, quia auctio veterum & constitutio novorum pari passu ambulant, recepto jure per ea, quæ notat Rosenthal *in Synopsi juris Feudal. de Regalibus agens c. 5. conclus. 44. n. 8.* cui adstipulatur Waremūdus de

Erenbergk. *in tr. de regni subsidiis ac oneribus subditorum cap. 6. p. 77.* & Christophrous Crusius Juris-Consultus parens meus dilectissimus *part. 3. de indiciis delictorum c. 22. p. 153.* R. A. de Ann. 1576. §. Weiters seind an etwie ibi: zu Wasser und zu Land theils newe Zoll auffzustellē / theils ihre alte Zoll zu ersteigern angefangen / Denais. *de Jur. Camer. tit. 321.* Dubitari hoc
68 loco posset: *An in institutione & erectione novorum vectigalium præcisè omnium Electorum consensus requiratur, an verò majoris partis sufficiat?* posterior opinio videri posset juri consentanea, cùm in aliorum collegiorum actibus majoris partis consensus sufficiat, prout constat *ex l. quod major 19. D. ad municip.* Verùm expressè contrarium decisum in novissima Capitulatione Augustissimi nostri Imperatoris Leopoldi I. *d. artic. 21.* ibi: masen wir dießfals die majora nicht attendiren. Ex quibus patet hodie Imperatoris potestatem *ex l. vectigalia 10. D. de public. & vectig.* æstimandam non esse, ceu observat Lampad. *p. 2. de Rep. Rom. Germ. cap. 4. §. 17.* Quin (7.) *quod* provocationem attinet, constat ab Imperatore ad Palatinum fuisse provocatum. Quemadmo-
69 dum Fridericus Burggravius Noribergensis à sententia Caroli IV. Rupertum Palatinum appellavit; qui etiam appellationem suscepit, sententiamque ab Imperatore latam reformavit, si fides habenda Hyppolitho à Lapide *de Ratione Status part. 1. cap. 5. pag. m. 92.* qui eandem in rem adduxit „das bedencken / ob die Chur-Pfaltz in causis gravatorii des Keysers Richter seyn könte? Notissimum *denique* (8.) quòd Imperator conveniri queat coram Electore Palatino, *ex Tit. 5. A. B.* ubi Buxtorff. *Concl. 66.* Quin quòd *majus* (9.) interdum ab officio
70 removeri, universorum tamen Electorum consensu. Wilhelm Anton à Freundeberg *in Coroariis annexis tractatui de moratoriis rescriptis Sect. 4. Coroll. 2.* ita Wencestlauum, cùm prorsus inutilis imperio esset, teste Trithemio *in Chron. Spanheim. ad Annum 1400.* ab Electoribus cæterisque Imperii Statibus per sententiam imperio privatus fuit. Ego *in tr. de jure offerendi cap. 4. n. 17.* Vide Author. Relationis de constitutione Romani imperii apud Honorium, ubi eam sententiam in Campo Brubacensi ad Rhenum in Episcopatu Trevirensi latam memorat his verbis: Et per publicare questa sentenza, *ait*, fu fatto un Tribunale nella Campagna di Brubach appresse il fiume Reno nel Vescovato di Treveri, & ragunossi tutto l'Imperio nell' anno Signo. 1400. alli venti del Mese Agosto, supra il qual' Tribunale fa publicato à tutti dell' Imperio, come Vincislao era dismesso & privato della Majesta Imperiale. Proinde

Elect

Elector Moguntinus contra Henricum IV. Imperatorem. Quem meritum investivimus, quare immeritum non devestiamus, *ait*, apud Helmoldum *in Chron. Slavor. c. 32.* aut, ut paulò aliter Sigonius *lib. 9. de Regno Italiæ* effert; cur quem immeritum induimus, non meritò exuamus? ita etiam Ottho IV. Imperator; Vestri, *ait*, ô Principes, juris esse fatemur, Imperatorem creare simul & destituere. Naucler. *vol. 3. Chronogr. gener. 41.*

Ex dictis constat, quomodo jura majestatis soli Imperatori non competant, sed potiùs Statibus imperii hodiernus Monarchicus nec sit, 71
nec dici possit. Eleganter hac de re Author Informationis Causæ Palatinæ: Il suffit de Scavoir, *ait*, que l' Empire n'est pas un Estat Monarchique, ou le Prince domine absolument, & que les Empereurs n' heritent pas leur dignitez & authoritez, ains qv'elles leur sont conferees par la main des Electeurs, qui lors qv'ils en abussent, ont pareil pouvoir de les leur oster, qv'ils ont de les leur donner, ainsi que cela se verefie par les loix fondamentales, & par les exemples de la deposition par eux faite autre fois des Empereurs pa, eus esleus; Aussi se trouve il es anciennes lettres & documents de la Germanie, que les Empereurs sont appellez Administrateurs & Tuteurs supremes de l' Empire, dont il S'ensuit, qv'il ne S'en peuvent attribuer la proprieté, nyn disposer absolument à leur fantasie; ains qu'ils sont tenus de ren dre conte de leur administration, adde Authoram tract des Princes absolument souverains. ibi: L empereur n'est pas absolument souverain, & la Majesté souveraine de l' Empire ne gist pas en la personne de l' Empereur, ains en l' Assem blée des Estats dudit Empire, qui peuvent donner Loy au dit Empereur, & à chacun prive & particulier; desorte que l' Empereur n'a puissance de faire Edict quelconque, ny la paix, ny la guerre, ny charges les subjects de l' Empire d' un seul impost ny passer par-dessus l' appell interiette de luy aux Diettes. Reinckingii argumentis pro Statu Imperii Monarchico adductis jam antè distinctim satisfecit Hippolithus à Lapide *in dissertat. de Ratione Status part. 1. ferè per tot.* Verùm enimverò, licèt Status Imperii nostri non sit Monarchicus, nec Imperator noster absolutus Monarcha, ne quicquam tamen hoc præjudicat præeminentiæ & dignitati Imperatorum, cùm nec
Christianissimorum Galliæ Regum authoritatem imminuat, quòd Parla- 72
menti Parisiensis authoritas maxima ac tanta, ut nulla regia lex, nulla constitutio rata sit, nisi cujus illi Consiliarii auctores comprobatoresq;

 fuerint,

fuerint, ut ait Hotomannus *in Franco-Gallia cap. 20.* & de memorabili auctoritate Concilii in Regem Ludovicum XI. testatur idem Hotomannus *cap. 18. Franco-Gallia* Proinde expresse Philippus Cominæus *liv. 1. chap. 14.* C'est la coustume de France de publier tous accords en la Cour de Parlement, ou autrement seroint de nulle valeur. &c. Annæus Robertus *lib. 2. Rer. judicatarum Senatus Parisiensis cap. 11. pag. m. 417.* Licét in hoc Franciæ regno, *ait*, omnia Regiæ auctoritati & supremæ Principis potentiæ subjiciantur: Hæc tamen semper fuit Regum Franciæ benigna moderatio, ut non priùs rescripta sua vim legis habere voluerint, aut obsequii necessitatem requirere, quàm à Senatu, æqua sint, an iniqua, cognitum fuerit, accedente postea solenni Senatus adprobatione. Sanè, nullus ferè in toto Christiano Orbe Princeps reperitur,
73 cujus potestas per certas capitulationes aliquo modo non sit limitata, prout per inductionem quandam id probatum dedit Carpzovius *in tract. de leg. Reg. Germanorum c. 1. n. 11.*

Neque ulteriùs dignitatem imperii minuit, quòd Auberii de civitatibus & territoriis, quo à composito diuturno & truculentissimo Germaniæ bello, ab Imperatore & imperio Galliæ Regibus concessa & relicta affert, non minùs sané dignitati imperii detrahit, quàm Galliæ Regno, quòd superiori seculo ab Anglis ita oppugnatum, & tam graviter afflictum, ejusque urbes & provinciæ florentisimæ, ab Anglis occupatæ,
74 vel quòd Hispano relinquere munitissimas in Brabantia urbes Galli coacti fuere. Reliqua parum ad rem, quæ de introitu Caroli IV. Imperatoris cum Rege Galliæ Carolo V. in Lutetiam Parisiorum adducuntur, *p. 165. 166. & seqq.* ibi: Nous ne ferons point difficulté de la confirmer encor par exemples & remarquer nommément quelques particularitez ou circonstances qui se feroint observees à lasus dite entreneue de l'Empereur Charles IV. avec nostre Roy Charles V. icy en France; ou parmy toutes les magnificences, les honneurs & le bon traittement dont on eut soin de le regaler, l'on se donna bien garde de luy accorder aucune faveur, qui deust estre reseruée au Souverain, comme de paroistre en public avec ses ornemens & habits Imperiaux, & d'estre receu dans les villes ou Eglises par le Clergé en procession, & les cloches sonnantes: jusque-là mesme. que lors qu'il fut question de faire son entreé icy à Paris le Roy luy envoya exprez un cheval de poil noir, pour contrequarrer la coustu-

me ou lo droict qu'ont les Empereurs, de faire leurs entrées dans les vil
les qui sont de l'Empire sur un palefroy blanc, ensigne de Souveraineté.
&c. Etenim, ex hisce tantùm hoc colligitur, noluisse Regem Galliæ
permittere: ut ullum signum superioritatis Imperatori in ingressu Civi-
tatis Parisiensis competeret, ad præcedentiæ verò controversiam præ-
sentem, hæc adduxisse, non conducit.

Porrò, quòd in introitu Caroli IV. Imperatoris cum Carolo V.
Rege Galliæ, in Lutetiam Paris. Dux de Berrii secundus frater Regis
Franciæ præcesserit Ducem Brabantiæ filium Imperatoris, id Galli cau-
sam non juvat, cùm Dux Brabantiæ nec Imperator, nec Rex Romano- 75
rum tum temporis fuerit, adeoque hæc ad electum Imperatorem aut Re-
gem Romanorum applicari non possunt. Verba Dn. Godefroy, quæ
adducit Auberii *p. 174.* hac de re sequentia sunt: Cela est remarqua-
ble, que le Duc de Berrii, second frere du Roy de France, (lequel en-
cores avoit Deux fils) precede en cette Entree, & en tous autres Actes
le Dux de Brabant, frere & petit fils d'Empereurs. Et la cause est, que
la dignite Imperiale n'estant que precaire & subjecte à eslection, & non
affectee à aucune maison, le Duc de Brabant n'avoit droict d'estre par
succession Empereur, comme le Duc de Berrii dèstre, Roy de Fran-
ce. &c.

Nihil ulterius ad præsentem Controversiæ statum facit, quod
Auberii affert, quòd Regnum Galliæ succesfivum sit, in Imperio verò
Germanico Imperatores nostri eligantur, etenim rationi conveniens
imperaturum omnibus eligi debere ex omnibus, uti Plinius *in Paneg.*
loquitur, cùm optimum quemque electio inveniat, teste Tacito *1. Histor.*
Nam nasci & generari, *inquit Tacitus*, à principibus fortuitum, nec
ultra æstimatur: cooptandi judicium integrum, & si eligere velis con-
sensu monstratur, quinimo loco libertatis erit, si eligi incipimus, ut 76
idem illustris Annalium conditor *eodem libro* abundè testatur, nec verò
heic animus adeò vexatam à politicis quæstionem: *An electio succesfioni
præferenda?* hoc loco examinare, cùm parùm ad propositum, consulen-
di hac de quæstione Justus Lipsius *lib. 2. Politicor. cap. 4.* & Lieben-
thal *Exercit. Polit. 6. qv. 3.* aliique, quorum rationes ab utraque
parte adductæ procedunt quidem in Regno constituendo, non verò
constituto, ubi successio vel electio ita radicata est, ut

difficillimè evelli possit, habet enim tam electio, quàm successio sua commoda & incommoda.

Porrò, quod Auberii movit, quòd eædem ceremoniæ, quæ circa electionem & coronationem Constantinopolitanorum Imperatorum
77 observatæ, vide Codin, Curopal. *de offic. Constantinopol. c. 17.* etiam in Regum Galliæ electione & coronatione observentur, quod ostendit *p. 183. 184. & sequent.* itidem ad præcedentiæ hanc quæstionem exponendam nequicquam conducit, quamvis Regum Galliæ dignitatem non obscurè exinde colligere liceat, quò etiam refero, quæ idem Auberii *p. 188. 189. & 190.* de Solemni ingressu Caroli VIII. Regis Galliæ in Neapolim tradit ex Andrea de la Vigne Secretarie Annæ Reginæ Franciæ en l' histoir de Charles VIII. *p, 201.* & Petro Desrey *in Suppllem de Monstrel. fol. 160.* authoribus συγχρόνοις ibi: Mardy douziesme iour de May le Roy ouyt la Messe en l'Eglisse del' Annonciade, & puis apres disner il yssit de la ville de Naples, pour audit lieu de Ponge Real, ou se assemblerent tous les Princes, tant de France comme dudit Naples, & des autres lieux d' Italiæ, pour honorablement accompagner le Roy à faire son entrée dedans icelle ville de Naples, comme Roy de France, de Cecile, & de Hierusalem, laquelle entrée il feist en moult grande triumphe & excellence, en habillement imperial, & aussi il fut douc nomme & appelle Charles Cesar Auguste, il tenoit la pomme ronde en sa main dextre, & à la senestre son Sceptre. Il estoit aussi vestu & habitué d' un grand manteau de fine escarlatte, fourré & moucheté d' ermines á ung grant collet renversé, fourré de mesmes & la noble Couronne sur un beau cheval, &c. Et dessus luy estoit un moult riche poisle en maniere d' un Ciel, porté par les plus grandes de la Seigneurie dudit Naples &c.

Cæterùm, remotis hisce potioribus Domini Auberii argumentis, pro Galliæ suæ Regibus adductis, facilè jam apparet de præeminentia & jure προεδρίας nostrorum Imperatorum præ Regibus Galliæ, & verò tot seculis nunquam honoratior locus Imperatoribus nostris denegatus præ reliquis Orbis Christiani Regibus, uti suprà sat superque evictum, & verò nec in petitorio rationes desunt speciosæ, ex quibus facilè colligere licet, jus προεδρίας jure competere Imperatoribus & Regibus Germanicis

ræ Galliæ Regibus (1.) enim, ut nihil dicam in Ceremoniali 78
Paridis de Grassis primum locum Imperatori nostro Augustis-
cundum Regi Romanorum, & tertium denique Regi Galliæ
m esse, quòd antiquitatem & res bello pacéve præclarè gestas
confesso est, Galliam Romano Germanico imperio conferri 79
quin nullius ferè gentis res gestæ cum Romanorū conferri pos-
perium verò nostrum hodiernum rectè esse & dici Romanum,
no hujus Capitis monuimus.
) Si etiam ipsum Imperium Germanicum sub unum corpus
respicias, faciliè apparebit, id amplitudine Gallici Regni ditio-
re, Ottonis Magni Imperatoris Germanici verò temporibus
nostrum Galliam, Hispaniam aliaque regna longò pôst se
reliquit, cui tum nullum ferè imperium amplitudine par fuit
hristiano, comprehendebat enim Imperium Germanicum
ermaniam, Galliæ magnam partem usque ad Rhodanum re-
latense, & Italiam universam, & hodie vulgò dicitur, drey 80
hen ein Franckreich/ und drey Franckreich machen ein Teutsch-
hen. Litigios. lib. 1. c. 16. n. 7.
) Imperii nostri dignitatem auget, quòd ipsa Gallia diu Romani
ovincia fuerit, testante Suetonio in vita Cæsaris. vide Alciat
unct. c. 22. & Restaur. Castald. q 53. de imper. Roman. n. 11. 81
juris nostri locis quamplurimis, & præprimis ex inscriptione
jurisdict. in qua Arcadius & Honorius Impp. rescripserunt ad
um Præfectum Prætorio Galliarum, confer l. 2. §. 1. ibi
ue in partibus Galliæ seu Francorum, C. de offic. præfect.
fric. Justinianum Imperatorem sine controversia jura
Galliæ dedisse, ait Cujacius consultat. 3. in fin. & ne de Ro-
e tantùm quis exaudiat, constat Ottonem II. consobrinis suis
atque Carolo Galliæ Regibus bellum intulisse, quòd Romano
usta non persolverent, seque subducerent legitimæ domina-
out scribit Cranzius in Metropol. Saxon. lib. 3 cap. 35. Sigis-
Imperatorem quoque Anno 1411. auctoritate imperiali usum
rlamento Parisiensi equitem Senescalcum creâsse, post Bodi-
art. de jurisdict. p. 1. c. 26 refert Reincking. de R. S. & E. lib. 1. 82
p. 8. n. 17. Quin Reges Franciæ, ut vasalli Imperio fide-
litatem

litatem jurarunt, propter regnum Arelatense, quem inde Sigismundus Imperator fidelem suum dixit in mandato, ut veniret ad Concilium Constantiense Anno MCDXIII. apud Goldastum *tom. un. Constitut. Imperial. p. 386.* adde Arnisæum *de jure majestat. lib. 1. cap. 5. n. 8.* Limnæum *in Notitia Franciæ lib. 2. cap. 6. in testim. ad d. cap. lit. (b.)* & Goldastum *in præfat.* der Reichshandlungen/ ubi sequentia habentur: Keyser Maximilianus außschreiben wieder den Frantzosen/ weisen auß/ das der König in Franckreich/ wegen des König-Reichs Arlen/ ein Lehnman des Reichs seye/ und soll Carolus Delphinus, als ein Fürst des Reichs/ auf den Reichs-Tag gen Metz Anno 1356. berussen/ seinen Sitz und Ort neben anderen Fürsten des Reichs vertretten, und Keyser Carolo IV. in gegenwart aller Chur und Fürsten des Reichs/ und Bäpstlichen Legaten, den Lehneyd offentlich geleistet/ und die Regalia der Hertzogthumben Delphinat, Provinzen &c. Von ihrer Majest. als ordenlichen Lehnherrn empfangen haben. Die Lehen-Brieffe sollen noch vorhanden/ und im Closter S. Victors bey Pariß zu finden seyn/ Ludovicus XII. Rex Galliæ itidem à Maximiliano Imperatore anno 1505. de Ducatu Mediolanensi investitus, promisit singulis annis in festo Nativitatis Christi offerre calcaria aurea, (une paire d' esperons d'or) Cassan *de la re cherche des droicts du Roy & de la couronne de France ch. 5. p. 345.* Principes Delphinatus etiam semper fideles imperii vasallos fuisse, & ea lege Principatum suum ad Reges Galliæ transtulisse, ut eum tanquam Vasalli ab imperio recognoscerent, & filium Regis natu maximum, regnique successorē designatum, Delphini cognomento appellarent, scribit Betsius *de pactis fam. illustr. cap. 7. p. 224.* Regnum Arelatense deinde, (sub quo est Delphinatus) circiter Annum Christi 1360. maxima Caroli IV. liberalitate ab imperio abalienatum, ob unius solennis prandii præparati acceptionem, in Ludovicum Andegavensem translatum fuit, teste Theodor. de Niem *lib. 4. tr. 6. cap. 33.* Taceo denique, quòd homagii jure, tempore hodierno devincti, sint Reges Galliæ augustissimo Romano imperio, à quo feudi titulo obtinent Alsatiam aliásque ditiones ex nuperrimo pacis instrumento Cæsareo Gallico, finitimas. Ex quibus omnibus & singulis facilè dijudicari poterit, quid sentiendum de Caroli Molinæi, Bodini, aliorúmque opinione, qui Galliam nunquam Romano imperio subjectam fuisse asserere non verentur, quibus contradicit universa

omnis

storia, sanè hodie istam provinciam ab imperio avulsam esse,
n constat *c. venerabilem* ibi : insuper cùm Rex superiorem
oscat *X. qui filii sunt legitimi*, unde Gunther. *lib.*

simul à nostro secessit Gallia regno
s priscum regni morem servamus, at illa 84
re suo gaudet, nostræ jam nescia legis.

e ob causam, quòd Gallia superiorem non agnoscat, Franco-
utetiæ Romana jura doceri aliquando vetuerunt, & specia- 85
edicto caverunt, ne quis publicè profiteatur leges Roma-
emia Parisiensi, Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8.* vide Molin.
Hispan. lib. 3. cap. 12. n. 11. & Suarez. *lib 3. de Legib* & leges
n aliam habere vim in Gallia, quàm bonos mores, notat 86
Enchirid. jur. Gall. ¶. *error.* ideòque interdictum fuisse
II. & IV. leges Cæsareas contra Constitutiones suas in ju-
, Choppin. *de doman. Franc. lib. 2, tit 15. n. 5.* Coquill.
Franc. lib. 1. unde Thuanus Præses, Senatus Parisiensis
Romanum tantùm rationis scriptæ locum in Gallia habere.
. Duck. *in tr. de usu & auth. jur. civil. lib. 2. cap. 5.*

Pro dignitate imperii nostri asserendâ facit, quòd Hispani
nem suam quodammodo à Germanis trahant, prout eru- 87
avit Thomas Lansius *in consultat. de principat. inter provin-*
ciat. pro German. p. 124 & sequent. Nihil nunc dicam, 88
n Imperii, & Germanorum laudibus, quæ passim a scripto-
tur, Tacitus *in lib. de morib. German.* fatetur, quòd ante
obilior gens nulla sit, idem *lib. 13. Annal.* nullos mortalium
e ante Germanos dicit, Seneca *lib. 2. de Ira* Germanos 89
s pronunciat Josephus *lib. 2. Bell. Judaic. cap. 16.* pro liber-
s, & verè Hassiæ Landgravius. Die Teutsche Nation ist
/ und billig das freyste auff der Welt. Hordleder *de*
rman. lib. 4. cap. 5. p. 65. Quæ illustris Germanorum li-
iorem reddit Imperatoris Majestatem, quò enim quis me-
erioribus præest, tantò illustrior & sublimior Princeps æsti- 90
r ex *Novell 15.* Andr. Knich. *de sublim territor. cap. 1.*
s *vol. 1. consil. 18. n. 17.* Natta *consil 637. n. 35.* Zachar
uss. exemt. Imperii Concl. V. & ex dignitate subditorum 91

Eee dignitatis

dignitatis præeminentiam dignosci, ait Marz. *consil. 26. n. 63.* confer Modestin. Pistor. *consil. 51. n. 36.*

Ex prædictis apparet, nihil adduci jure posse, quo ulla prærogativa Galliæ Regibus præ Imperatoribus nostris Augustis competat, nisi, quòd colophonis loco hoc capite monendum, dicas, Carolum M. Gallum natione primum Imperii Occidentalis Imperatorem salutatum fuisse, id quod etiam movit Auberii *p. 177. 178 & 179* ibi : Il est tres-certain que Leon III. proclamant nostre Roy Charlemagne Empereur, ne fit au plus que le declarer solemnellement ce qu'il estoit deia en effect, & paulò pòst Idem *d. p. 177.* D'ou il S'infere necessairement que la fondation de l'Empire ne vient point du tout de Papes, qui n'y ont contribué que de la bonne volenté, ou au plus, qui en ont donné le premier avis; mais seulement des Roys de France &c. ubi adducit etiam eam in rem Otthonem Frisingensem *lib 6. c. 17.* idem, Carolum M. Gallum fuisse
92 statuunt Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 7. de Republ. c. 15.* & Bodinus *in Methodo hystorica cap. 7. p. m. 443.* Illud verò ineptius visum est, *ait*, quòd Carolum Magnum, natione Gallum, in Gallia natum, lingua quoq;, moribus & institutis Gallorum unà cum suis majoribus educatum, modò Germanum, modò Alemannum vocant. *Hæc Bodinus d. l.* Et cùm Carolum M. Gallum natione primùm Saxones nostros ad Catholicam Religionem suscipiendam, diuturno illo bello, cui primùm anno 33. finis impositus, coëgisse scriptores passim scribant, Eginard. *in vita Caroli Magni,* ea conditione, *ait*, à Rege proposita, & à Saxo-
93 nibus suscepta tractum per tot annos bellum constat esse finitum, ut abjecto Dæmonum cultu, & relictis patriis ceremoniis Christianæ Religionis sacramenta perciperent & Francis aduniti unus cum eis populus efficerentur. *Hæc Eginhard. d. l.* Gallia verò jam à temporibus Clodo-
94 væi, qui primus inter Franciæ Reges Christi nomen professus est, religionem Christianam, abdicatâ idololatriâ ethnicâ professa fuerit, consequens videbatur vel ob hanc rationem Gallo prærogativam quandam competere, cùm *libro 1.* dictum sit, primam religionis Christianæ professionem in decisione controversiarum de sessione inter Reges Christianos, potissimùm attendendam esse, *H. Grotius lib. 2 de jur. Bell. & pac. cap. 5. §. 21.* Equidem Clodovæum Abbatiam & templum Genovefæ virginis, ut vocant, (l'eglise de saincte Geneviefe) fundâsse ad preces uxoris Clotildis scriptores perhibent, cujus Clodovæi uti fundatoris

hujus

atriæ mausolæum, in templo Abbatiæ Lutetiæ visitur, cui
itaphium adscriptum legimus.

est illustrissimus Rex Ludovicus, qui & Clodoveus ante ba-
t dictus; Francorum Rex Quintus, sed verus Christianus:
astasio Imperatore Consul & Augustus est creatus. Hunc
emigius baptisavit, & in baptismate ejus, angelus ampullam 95
atis detulit. Hic ex Aquitania Arrianos expulit, & totam
n, usque ad montes Pyrenæos subjugavit. Huic per Vien-
m cervus miræ magnitudinis viam ostendit; postquam Rex
adum transierunt: Et in ejus adventum muri Angolismæ ci-
nerunt. Alemanniam, Thoringiam, & Burgundiam
fecit, & terram adjacentem transivit. Parisiis sedem regni
Ecclesiam istam fundavit, in honorem Apostolorum Petri
nitis sanctissimæ & non satis commendandæ Clotildis uxoris
æ Genovefæ; quam sanctus Remigius dedicavit. In qua
ilia opera Rex sepultus est, á quatuor filiis suis Regibus,
, Clodomiro, Childeberto, & Clotario, Anno Domini
i sui. 30.

men enimverò, licèt apud Gallicos Scriptores recepta & com-
sententia sit: Carolum M. Gallum natione fuisse, attamen 96
verior videtur sententia contraria, scilicet Carolum M. Ger-
sse, id quod luculenter paucis ostendam. Primò omnium
: Franciam olim divisam fuisse in Orientalem & Occidenta-
dentales Francos agnoscit Otto Frisingensis *lib. 6. cap. 18.*
orientalis Francia inculcatur ab eodem Ottone Frisingensi 97
l. 7. 8. & 16. Annalibus Francicis ad Annum 824. Ditmaro *lib. 6.*
historiæ belli sacri edito á Reinero Reineccio *lib. 1. cap. 24.*
c Francia dicitur ab Aventino *lib. 3.* & anonymo scriptore
Magni, quem edidit Henricus Canisius. Teutonicam
at Henricus IIII. Imperator in diplomate fundationis mona-
w, dato Anno 1060. Complexa verò fuit Orientalis Francia, 98
Sveviam, Saxoniam, Thuringiam, Frisiam, teste Frinsingense
1. confer Rhenanum *lib. 1. Rerum Germanicarum.* Verùm
ancici anonymo Auctore *ad annum 820. & 823.* Franciam
á Saxonia, Bojoaria & Alemannia discernunt. Vide Hen-
bom. *in notis ad Annales Witichindi lib. 1. ad verba, ex Orien-*

 talibus

talibus Francicis. Audiendus heic Godefridus Viterb. *Chron. part. 17. sub Anno 881.* Porrò, *inquit*, Arnulphus totam Orientalem Franciam, quæ hodie Teutonicum Regnum vocatur, id est Bavariam, Sveviam, Saxoniam, Thuringiam, Phrygiam, & Lotharingiam rexit. Occidentalem veró Franciam Odo tenuit. Idem sub anno 913. Mihi ex multis scriptorum auctoritatibus patuit, regnum Teutonicorum, quod Imperator Fridericus nostro tempore possidet, partem esse Regni Francorum. Ibi enim primi Franci fuerunt cis citraque Rhenum: quæ hodie Francia orientalis usque ad terminos Bavariæ appellatur. Francia verò Occidentalis est regnum illud, quod est cis citraque Sequanam & Ligerim fluvios. Quod Franciam Occidentalem (cujus meminit Ausonius
99 *eidyllio 9.*) attinet, eam Galliam Romanam appellant Luitprandus *lib. 1. cap. 6.* & continuator Reginonis *ad Annum 939.* Hos Gallicos Francos Æneas Sylvius *de statu Europæ sub Friderico tertio Imperatore cap. 31.* & Lupoldus de Babenberg *cap. 3. de juribus Regni & imperii,* non Francos, sed Francigenas appellandos censent, proinde in Chronico Sigfridi hæc habentur: Carolus Martellus Francos in duas partes divisit, partem illam, in qua Sequana & Lygeris, quæ Gaudiana dicebatur, currunt, Francium, & populos Francigenas, id est, á Francis genitos appellavit, & in teutonico Kerlingen idiomate suo: alteram verò partem in qua Rhenus currit, Franconiam, cujus Franci dicuntur. Carolum igitur Magnum é Francia Orientali Germanum fuisse, nativitate, prosa-
100 pia, moribus linguaque testantur præter Sigebertum, Reginonem Abbatem Prümiensem *in Chronic.* Nauclerus *generat. 27.* Carolus Magnus, *ait*, Rex Francorum dicebatur: quod idem erat, ac si nominatus fuisset Rex Germaniæ & Galliæ. Nam clarum est, quòd eo tempore omnis Gallia transalpina, & etiam Germanica à montibus Pyrenæis usque in Pannonias, Francia dicebatur: illa, id est, Germanica, Francia orientalis, alia, id est, Gallica, Francia occidentalis &c. ita Æneas Piccolomineus Senensis Cardinalis *in Commentario de his, quæ Friderico III. imperante in Germania & tota Europâ gesta sunt, usque ad annum MCCCCLVIII. cap. 31.* apud Marquardum Freherum *tom. 2. Rer. Germanic. Scrips.* Carolus M. quamvis Galliæ potiretur imperio, *inquit*, Germanus tamen fuit, in Germania natus alitusque, cujus sedes plerunq; in Aquisgrano fuit, quæ civitas Teutonica est: ibi palatium ejus & caput ostenditur. Ejus posteri imperium tenentes in Gallia & Germania regnave-

nt: Deficiente autem masculinâ lineâ, imperium ad Germa-
, ad Francos orientales rediit: inter quos primus habitus est
idem tradit Jacobus Wimphelingius *in Epitom. Rer. Germani-*
. Ideo spectat, *ait*, ut Carolum Germanum esse intelligas.
rhenanus est, ideoque magnificæ res per eum gestæ nequa-
cis modernis, sed Francis Germanis sunt assignandæ: á quibus
qui Francorum Regni titulo designantur, olim descivere.
phelingius *cap. 21.* A Francis autem Orientalibus, *ait*, qui
incolunt, ipse Carolus genus duxit, omnesque Franci
ui á Trojana stirpe post Ilium captam longa serie progeniti,
ld. de Bamberg. *de jur. imper. cap. II. III. & IV.* dannenhero
Teutschen Keyser Carolum M. ihren Vorfahren am Reich.
o Keysers Friderici III. de Anno 1442. tit. von den heimli-
gen/ & R. A. zu Augsburg de Anno 1530. §. dieweil auch
confer H. Conring. *in lib. de German. Imperio Romano cap. 7.*

, Gallos ab ipsis Germanis originem trahere, ultrò fatetur
& eloquentissimus rerum Gallicarum scriptor Joannes de
lliocensis è societate JEsu, (cujus Historia Francica quatuor
s absoluta anno 1661. Lugduni impressa, publici juris fa-
qua res gestas Regum Galliæ á Pharamundo usque ad moder-
ianissimum Galliæ Regem Ludovicum 14. luculenter expo-
Historia Francica part. 1. lib. 1. in princ. verba ejusdem sub-
t: Nec enim, *inquit*, juvat á Trojanis eam (originem) arces-
Astyanactem sive Francionem Hectoris filium ab Trojæ ex-
udem Mæoticam actum, ibique condita urbe Sicambriá se-
ium, dare primordia ferocissimæ genti, quæ deinceps in
atque in Galliam penetrarit; quasi Romanorum pòst gestis
eorum cunis ali debuerint; vel nasci nobiles, quàm effici
Malunt quippe Franci posterorum factis, quàm majorum
are cere. Eorum natales verosimilius sibi Germania vindi-
in solo suo primum ignotos deinde celeberrimis gestis præ-
eluri ab infantia in florentem ætatem provectos, jam eman-
que juris, in peregrinas terras emiserit; ut si aliunde non
nes possidentem sit præjudicium &c. Vide eundem pluri-
quentibus.

 Quod

Quod alterum attinet, nec id simpliciter verum, primum Caro-
101 lum Magnum Catholicam religionem Germanis majoribus nostris tradidisse, eámque in Germania propagásse, dudum sanè ante tempora Coroli Magni ecclesiæ in Germania fuêre, & verbum DEi ibidem annunciatum. Ad nos planè quoque S. Pauli ætate lucem aliquam doctrinæ cœlestis pervenisse, illa facilè fidem fecerint, quæ Rom. *10 v. 18.* dicuntur: In omnem terram exivisse sonum Apostolorum, & ad ultimi orbis terrarum verba eorum: itémque ea Col. *1. 23.* Evangelium prædicatum esse omni creaturæ, quæ sub cœlo est. Equidem, si in Scythiam, Æthiopiam, Indiam, vastásque alias ad utrumque mundi cardinem sitas regiones Apostoli penetrárunt, uti Euseb. Socrat. Greg. Nazianz. aliique Ecclesiæ Doctores scribunt, certè Germaniam ab iis præteritam, non fit verosimile, præcipuè cùm Theodoretus *lib. IX. de Curand. Græc. aff.* inter gentes ab Apostolis conversas Germanos & Britannos numeret. Nostri illi piscatores, *inquit*, & publicani, sutórque ille
102 noster cunctis nationibus legem Evangelicam detulerunt: neque solùm Romanos, & qui sub Romano vivunt imperio, sed Scythas quoque ac Sauromatas, Indos præterea. Æthiopas, Persas, Seras, Hyrcanos, Cymmerios, Germanos, & Britannos, utque semel dicatur, omne hominum genus, nationésque omnes induxerunt crucifixi leges accipere. Sed & ipsorum discipulos in Germania prædicásse, multi scriptores prodiderunt, ex quibus Aventinus *lib. 11. Annalium Bojorum* hæc refert: D. Paulus, ut ipse fatetur, ab Hierosolymorum urbe exorsus, per circumjectas quoque versum regiones, longè latéque usque ad Illyricum & Danubium amnem, ultoribus Deorum primus arma militiæ Christianæ intulit. Ejus commilito & cognatus Lucius Cyrenensis in Vindelicia & Rhetiis provinciísque Histro conterminis Christianæ pietatis sementem fecit, crescens in Galatiam, hoc est, Gallias Germaniásque, Titus in Dalmatiam, Ita D. Paulus narrat, profectus est: Thomam Germanis & Scythis prædicásse, testis est Sophronius. &c. Similia Centur. I. Magdeb. *lib. 11. cap. 11.* ex vitis Tungrensium Episcoporum, Henrico de Erphordia aliísque traduntur. Crescentem Moguntiæ, Maternum, Eucherium, & Valerium Treviris, & Coloniæ Egistum unum de septuaginta Christi discipulis cum Mariano in Bardewick ad fluvium Elmenaw, non procul ab eo loco, ubi nunc Luneberga sita est, Evangelium docuisse. Quamvis autem hæc testimonia, uti recentiora in dubium vo-

cari

on diffiteamur, testes tamen indubitatos, & istis seculis vici-
o Irenæum & Tertullianum, quorum ille jam tum secundo,
ost natum Christum seculo florentissimas in Germania Ec- 103
que paucas, neque obscuras Christianismum professas fuisse
as. Hæ quæ in Germanis sitæ sunt Ecclesiæ, non aliter
t Irenæus *lib. 1. cap. III.* & Tertullianus *lib. adversus Iudæos*
Getulorum varietates, Maurorum incultos fines, Hispaniæ
terminos, & Galliarum diversas nationes, & Britannorum
a, & Danorum, & Germanorum, & Gothorum, & Scythæ
morat, in his omnibus, *inquit*, nomen Christi regnat. Qui-
. IV. jungendus Hieronymus; cujus testimonium ex Epi-
iam & Fretelam duos Germanorum Episcopos dignum; ut
Verè in vobis, *inquit*, apostolicus & propheticus sermo com-
omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ,
. Quis hoc crederet, ut barbara Getarum lingua Hebrai-
veritatem & dormitantibus Græcis ipsa Germania Spiritûs
a scrutaretur? Dudum callosæ tenendo capulam manus, &
ndis sagittis aptiores ad stylum calamumque mollescunt, &
tora revertuntur in mansuetudinem Christianam. Nec
de sola Germania cultiori circa Rhenum, quæ Romani im-
sia, aut Trevirensibus, inter quos Hieronymus aliquamdiu
nteriori Germania accipienda, id quod suadent rei circum-
sa descriptio Hieronymi aliorúmq;, ut non dicam jam de
rmaniæ, quorum in Conciliis, passim mentio facta, quorum
ab ipsis Apostolis, vel eorum discipulis & successoribus
e persit verosimile. Licèt non inficias eam, plures tum in
bus & errore gentilismi sui permansisse, multos relicta vera
patrias superstitiones, uti canes ad vomitum, relapsos,
M. temporibus communi errore idolum Irminsul Saxones
uod destructum à Carolo M fuisse, omnes penè Germani- 104
scriptores testantur, Witichindus, Regino, Lambertus
nsis, & Annales Francorum Fuldenses ad Annum DCC-
Carolus Saxoniam bello aggressus, Eresburgum capit, &
mum, quod vocabatur Irminsul destruit, de hoc idolo
vocant Ditmarus Mersburgensis, Hermannus Contra-
l Irmindsul, ut Albertus Stadensis *in historia Ecclesiastica*
lib.

lib. 1. cap. 6 & Caspar Barthius *lib. 4. Adversar. cap. 7.* aut Hermansaul, vel Hormensul, quomodo hoc idolum appellatur à Sigeberto Gemblacensi) videantur Annales Francici Fuldenses *ad AnnumChristi 772.* Ditmarus Mersburgensis *lib. 2.* Aimonius *de gestu Francorum lib4..cap. 69.* Lambertus Schafnaburgensis Monachus, Hermannus Contractus, Conradus à Lichtenaw Abbas Vrpergensis, omnes *ad Annum 772.* Regino Prumiensis Abbas, & Wernerus Rolevincius *de laudibus antiquæ Saxoniæ parte 2. cap. 3.* Idoli hujus templum sive basilica (Græci εἰδώλειον vocant, videatur Caspar Barthius *lib. 4. Advers. cap. 7.*) fuit in veteri Saxonia, quæ hodie Westphalia, locum, ubi fuerit Hermannus Contractus. Auctor vitæ Karoli à Pithoeo editus, Albertus Stadensis, Joannes Trithemius, & Poëta Anonymus à Reineccio evulgatus appellant Eresburg. Widechindus Monachus Corbeiensis *lib. 2.* Regino Prumiensis *lib. 2.* Sigebertus Gemblacensis *ad annum 772.* & *941.* cum aspiratione scribunt Heresburg. Disertè Annales Francorum Fuldenses *ad Annum DCCLXXII.* ibi: Carolus Saxoniam bello aggressus, Eresburgum capit, & idolum Saxonum, quod vocabatur Iminsul, destruit. Hoc simulachrum sive idolum quale fuerit, describunt Crancius *lib 2. Saxon. cap. 9.* Georgius Fabricius *lib. 6. originum Saxon.* & Wernerus Rolevincius *parte 2. antiquæ Saxoniæ cap. 3.* adde Martinum Crusium *parte 1. Annalium Sveviæ lib. 12. cap.* & Caspar Barthium *d. lib. 4. Advers. cap. 7.* qui tradunt Irminsulam idem esse, quod statuam Hermis, id est, Mercurii. Vide latè & præclarè hac de re pluribus agentem clarissimum virum Henricum Meibomium in erudito scripto de Irminsula Saxonica, per totum, quò lectorem remitto. Hujus idoli partem aliquam hodiernum videre licet Hildesiis in templo Cathedrali asservatam; Vide Meibom. *d. l.* Atqui ex prædictis constat, Carolum Magnum Germanum fuisse, & ante ejusdem tempora lucem quandam Evangelii ad Germanos majores nostros, pervenisse, ut proinde malè hæc in laudem Gallorum detorqueant Gallici Scriptores, quæ nostræ genti potiùs tribuenda.

CAP-

CAPUT. III.

...troversia Præcedentiæ & Sessionis inter ...m Romanorum, & Regem Galliæ, & uter alteri præferendus?

SUMMARIA.

... Controversia Sessionis
...egem Romanorum &
...umGalliæRegem,& qui-
...omanorum præeminen-
...rint.
...evailles contendit Regem
...mpore Romanorum Re-
...fuisse, & adducta hac de
...mond. de Ramando.
... Gothofredus ex manu
... Chronicis Bibliothecæ
... conatur, Regem Galliæ
...cessisse Romanorum Re-

... II. Imperator in li-
...aniæ & Gallia primus
...lliarum Regem in ten-

...tur testimonia Dd. de
...dignitate Regis Galliæ.
... argumentum Jacobi

... præponenda sunt, &
...s scribi debent.
...borum inducit ordinem

prælationis, secundum Imolam.

9. *In Concilio Tridentino prius recitatæ fuerunt literæ Concilii ad Regem Galliæ destinatæ, quàm ad Regem Romanorum.*

10. *Adducuntur argumenta, quibus probatur Regem Romanorum in Sessione præferendum Regi Galliæ.*

11. *Ratione dignitatis inter Imperatorem & Regem Romanorum nullam planè aut sanè modicam differentiam esse, quinimo unũ idemq́; cum Imperatore tribunal RegemRomanorum habere, nec ab eodem appellari posse, probatur.*

12. *Imperator Regi Francorum, & cunctis aliis Regibus præfertur.*

13. *Imperatoris Legatus apud Portam Ottomannicam, Regis Galliæ Legato in Sessione prælatus fuit.*

14. *Imperatorum Legati semper sedendo apud Turcam perorare solent, quod Venetorum Legati imitari voluerunt, sed à barbaris prohibiti.*

15. *In Ceremon. Rom. Parid. de Grassis*

Rex Romanorum expressè præpositus legitur Regi Galliæ.
16. Aliud argumentum pro Rege Romanorum adducitur.
17. Antonius Quetta & Besoldus vel ideo Regem Romanorum præferendum putant, quod is habeat spem à iure approbatam de succedendo in imperio.
18. Ante Hadrianum & Ælium Verum filii Imperatorem, licèt nondum imperii consortes, Cæsares dicti fuerunt.
19. Primogenitus Regis, eundem honorem, qui ipsi Regi debetur, sibi jure asserit.
20. Antonii Quettæ sententia approbatur, scilicet ante coronationem à Pontifice factam Regem Romanorum, Imperatorem dici posse.
21. Multis hoc ipsum præjudiciis & authoritatibus Dd. confirmatur.
22. Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolphus II. Matthias, Ferdinandus II. & Ferdinandus III. coronam Romæ nunquam acceperunt.
23. Aliis argumentis evincitur coronationem Pontificis necessariam non esse.
24. Notatus insignis error Chassanæi.
25. Removentur argumenta suprà adducta pro Rege Galliæ, ejúsque præeminentia.
26. Vna hirundo non facit ver.
27. Comitas in materia Sessionum non inducit obligationem.
28. Respondetur Guidoni Papæ, qui refert Imperatorem & Regem Galliæ visos fuisse lateraliter simul ire.
29. Quilibet inferior magistratus in loco, ubi officium suum gerit, major est, quocunq; superiore magistratu.
30. Alia removentur argumenta pro Gallo adducta.
31. Rex Romanorum propter spem à iure approbatam de succedendo in imperio praeminentiâ imperiali præfulget.
32. Quantis titulis & encomiis ornati fuerint Cæsares?
33. Divi Imperatores dicti fuerunt, qui mortui & à Senatu consecrati erant.
34. Vivos etiam Imperatores Divos appellatos fuisse ostenditur.
35. Referuntur alia Imperatorum encomia ex Patribus.
36. Reges olim sponte ministrarunt Impp. ac depositis sceptris & fascibus Regalibus cubicularii fuerunt Cæsarum.
37. Prusias Rex Bithyniæ ingrediendo Senatum Romanum deosculatus est Senatorum solia, licet nec tributarius, nec sub protectione populi Romani esset.
38. Alia argumenta pro Gallo adducta excutiuntur.
39. In Concilio Tridentino receptum fuit, ut mandata Legatorum eo ordine legerentur, quo fuissent exhibita, non juxta Principum dignitatem.

PI

cedenti Capite præeminentiam & jus [illegible] Imperato-
Romano-Germanicorum, abundè, & argumentis non
lidis, uti existimamus, asseruimus, alia nunc non ince-
is controversia Sessionis & Præcedentiæ se offert, quæ mo-
Serenissimos & Potentissimos Principes, Regem Roma-
Christianissimum Galliæ Regem, & quidem Regis Ro-
partes ex professo defendit, Antonius Quetta, Jurisccon-
e Menochio, perfectissimus, & gloriosissimorum Impe-
ondam Caroli V. & Ferdinandi Consiliarius, ac Lega-
trissimum Senatum Venetum, *Consilio 1. per tot.* eum secu-
ti ab Goldasto *in Seniore l. 1. c. 16. n. 8.* & Besoldo *in dis-
cedentiæ & sessionis prærogativa c. 2. n. 6.* confer Bartholo-
assanæum *in Catalogo Gloriæ Mundi part. 5. considerat. 29.* 1
controversia teste Bellaio *l. 4. Histor. Anno Christi 1533.*
d. l. dicit Anno Domini 1521. mense Septembri in
lecti inter Cancellarium & Legatum electi in Imperato-
Dn. Mercurinum, & Antonium de Prato Cancellarium
Francisci Galliæ Regis, hanc de Sessione controversiam
isse, quæ ipsa postmodum sæpius suscitata & acriter in-
e partem ventilata, unde quando Regina Angliæ obviam
Sponso suo, Hispaniæ Principi, Consiliarii Reginæ
nt erga Dn. de Novailles Legatum Regis Galliæ, quòd
m introitum vocatus non fuisset cum cæteris Legatis, id
n fuisse, ad evitandum scandalum, cùm Legatus Regis
m ibi adfuturus esset, cujusmodi contigisset tempore
I. Regis. Quibus Dn. de Novailles respondit, se nun-
isse aliud, quàm Regem Christianissimum omni in re & 2
re Romanorum Regi prælatum fuisse, nec unquam ei
prout tradit Florimond. de Ræmond *de la naissance de l'he-
h. 9. n. 2. p. 701.* cujus verba subjicere placet: Quand
Angleterre, inquit, alloit recevoir son Espoux Prince
les Seigneurs de son conseil envoyerent vers le Sieur de
Ambassadeur de France, pour le prier, de ne trouver
S'ils ne le convioient pàs à ces ceremonies Royalles,
es Ambassadeurs, & qu'on ne faisoit cela, que pour eviter
ndale, à cause que celuy du Roy des Romains S'y devoit

trouver, ce qui estoit une fois arrivè du temps du Roy Henry VIII. Le Sieur de Novallles leur respondit, qu'il n'voit iamais ouy dire, que le Roy tres Chrestien ne fust en toutes choses, & en tout temps, preferé au Roy des Romains, auquel il ne cederoit iamais.

Et verò, qui Galliæ Regis partes tuentur, primò præcedentiam ejus, quoad possessorium, ex eo confirmare conantur, quòd ex manuscriptis Galliæ Chronicis Bibliothecæ Regiæ constet, Regem Galliæ quandoque præcessisse Romanorum Regem, Theodor.
3 Gothofred. *in tr. de la preseance des Roys de France sur les Roys d'Espaigne.* Mariana *l. 25. de Repub. Hispan. c. 12.* Surita *lib. 20. de los Annales de*
4 *Arragon. c. 78.* Quinimo constat, Henricum II. Imperatorem in limitibus Germaniæ & Galliæ Roberto Regi Galliarum primum obtulisse honorem, dùm primus eum in tentorio accederet, quod non obscurum præcedentiæ argumentum, quod ab Imperatore factum fuisse Gallici Scriptores tradunt, tam propter dignitatem & excellentiam Regis Galliæ, quàm propter insignes virtutes, quibus Rex præditus erat: Cette entreveuë (*ajunt*, Scevole & Louys de St. Marthe *en l'histoire genealogique de la maison de France livr. 2. pag. 54*) fut d'autant plus honorable au Roy Robert, que l'Empereur luy defera la preseance, puis qu'il estoit venu trouver le premier en sa tente, comme les auteurs du temps tesmoignent. Ce que l'Empereur fit (comme il croyabble autant pour la dignité du Royaume de France, que pour les vertus insignes, dont ce Prince estoit dovè.

Quoad petitorium (*1.*) *adducunt* Gallicæ causæ defensores, quòd Rex Galliæ in actuali imperio sit regni Occidentalis, Rex Romanorum tantùm in spe orientalis Franciæ.

(*2.*) *Idipsum* confirmare & evincere conantur iidem, ex dictis Dd. nostrorum, ita Bald. *vol. 3. consil. 217.* quem adducit purpur.
5 *in lib. 1. de jurisdict. omn. jud. n. 13.* dicit: Quòd nemo præsumere debeat honorem super vexilla invictissimi Regis Franciæ, in consilio sequenti idem tradit, quòd de persona Regis Franciæ nihil aliud dici possit, nisi quod dicitur de Polo Antarctico, qui non est nostri hemisphærii, idem Bald. *de prohibit. feud. alienat.* notat de eodem, quòd sit supra omnes Reges, tanquam stella matutina in medio nebulæ, Guilelm. Benedict. *in repetit. c. Raynutius de Testam. p. 303.* scribit, quòd

Francorum immediatè imperium à DEo habeat, & nemini
, ut non adducam nunc alia Dd. dicta.
) *Movet* clarissimus Jurisconsultus Jacobus Gothofredus *in* 6
fur. pracedent. p. 1. c. 1. th. 12. quòd, quemadmodum non sine
imperii capita; ita Majestas imperii nonnisi uni competere
per consequens præcedentia incommunicabiliter & indivise
um sustinere, eique tribui possit, præterea Regem Romano-
m jurisdictionem habere, nec principaliter demandatam.
) *Pro Rege* Galliæ adducunt ordinem scripturæ, eum enim,
tiam quandam, & excellentiam personarum designare, non 7
atuunt, cùm digniora præponenda sint, & digniores
debeant, *l. D. de alb. scrib.* Bald. *in l. cum quidam C. de V. S.*
or nominatus cateris major præsumitur, l. generaliter §. quis
com. liber. ibi: ordinem scripturæ sequendum l. qui solvendo de
. ubi Imola notat ordinem verborum designare & indu- 8
n prælationis. Ast verò notatum à Campegio Episco-
c. 16. de auctoritat. sacror. Concil. in Concilio Tridentino
as literas Concilii, ad Regem Galliæ destinatas, quàm ad
anorum. Idem memorat Auberii *en parte 2. de la pre* 9
Roys de France ou de leur preseance sur l' Empereur p. m. 146.
tesmoignage authentique de Thomas Campeggio Evesque
Autheur irreprochable, qui fait foy qu' au Concile de Tren-
oit, on leut par honneur les depeches ou les lettres, qu' on
oyer au Roy Tres Chrestien, auparavant celles qu' ont
ees pour le Roy Ferdinand, frere & successeur presomptif de
Charles V. &c. Omitto alia leviora argumenta à Gallicæ
loribus notata.
non obstantibus, verosimile est, & receptum Regem Ro-
Christianissimo Galliæ Regi præferendum esse, id quod satis 10
ito, si ostenderim Regem Romanorum eandem potestatem
am ipse Imperator noster, cui consequens erit, eun-
ndum Regi Galliæ, cùm capite præcedenti evictum, Impe-
nanum Galliæ Regem præcedere debere.
idem (1.) *nemini*, rerum germanicarum peritus obscu- 11
rit, ratione dignitatis inter Imperatorem & Regem Roma-

norum nullam planè aut sanè modicam differentiam esse; quinimo unum idemque cum Imperatore tribunal Regem Romanorum habere, nec ab eo perinde ac ab Imperatore appellari posse constat, proinde egregiè G. Sigismundus Saldus in seinem Bedencken an Keyser Ferdinand, wie des Bapsts zu Rom Pii V. unbillichen anmassen wieder ihrer Keyserliche Majestätt ordenlicher Wahl &c. zubegegnen sey inter alia scribit: Ja es haben wol etzliche Rechtsgelährten gehalten/ daß eines Römischen Keysers Sohn/ der die anwartung ans Reich hat/ ein Keyser mag genennet werden/ und ist aufm Reichstag zu Franckfort/ durch gemeine Stände und andere erkennet worden/ daß ein Römischer Keyser und König eben ein ding sey. Nec novum & inauditum Regis & Imperatoris nomen conjungi, pro æquipollentibus. Ordnung des Cammergerichts zu Wormbß Anno 1495. tit. Wie Prælaten, Grafen &c. in fin. ibi: Unsers Königlichen oder Keyserlichen Cammergerichts/ unde qui modò se Imperatorem, mox Regem Romanorum, aut contrà eodem in contextu se ipsum appellitat. in R. A. de Anno 1512. Maximilianus dicitur Römischer König/ circa finem verò ejusdem Recessus §. alle und jede idem appellatur Römischer Keyser/ quinimo, quod majus, idem Maximilianus in altero Recessu d. Anni 1512. §. solches alles und jedes &c. promittit, als Römischer Keyser bey seinen Königlichen Worten.

12 Hoc præsupposito, cùm Imperator Romanus Regem Francorum præcedat, Signorol. de Homede *part. 2. consil. 129.* & cunctos alios Reges. G. Panciroll. *consil. 119. n. 30.* quod diuturna possessione & tacito omnium Regum Christianorum consensu eidem concessum, uti capiti imperii Germanici R. A. de Anno 1530. §. nach dem ibi: obrist Haupt der Christenheit/ quidni idem de Rege Romanorum dicendum? Sanè, Imperatorem nostrum Galliæ Regi præferendum, capite præcedenti pluribus evictum est. Equidem, licèt aliquando Regis Galliæ Legatus apud Portam Ottomannicam de Sessione controversiam moverit Austriaco, quòd

13 non Imperatoris, sed Ungariæ Regis nomine advenisset, Mich. Heberer. *lib. 2. servitut. Ægypt. c. 15.* & ex eo Besold. *disp. Pol. 2. class. 1. th. 23.* eamque ob causam superiorem in templo occupare locum vellet, Turca tamen contentione intellecta, suspendi nudum acinacem ante fani valvas jussit, additis per præconem minis, capitis pœnam luiturum, qui vel unum verbum proferre de illa controversia in posterum fuerit ausus, H. Kirchner. *lib. 2. de Legat. c. 5. n. 86.* qui ibidem *n. 62.* tradit Impp. nostro-

m Legatos semper sedendo apud Turcam perorare solitos, quod Venetorum Legati imitari voluerunt, interpellati, tamen 14
causam, & prohibiti á barbaris fuerunt, ut idem memorat, post
ic. *in Orat de Legat.*

(2.) *Regem* Romanorum Galliæ Rêgi in Sessione præferendum
on obscure colligitur ex libris Ceremonialibus Romanis, & illo
quod á Paride de Grassis, magistro Cæremoniarum tempore 15
PP. Anno 1504. conscriptum, in quo absque omni controver-
cedentiæ & sessionis, quæ tamen, si quæ alteri ab altero mota ac-
orata ab eodem Paride de Grassis Rex Romanorum præponitur
alliæ. Hoc ordine: Imperator Cæsar, Rex Romanorum, Rex
æ, Rex Hispaniæ. &c.

(3.) *Porrò*, quid quæso est eligere Regem Romanorum in vita
s, quàm imperialem dignitatem & administrationem de uno in 16
prorogare: electio enim infert dignitatem, quæ si fiat vivo Im-
ore, dicitur esse prorogatio quædam de persona in personam, pro-
io verò est ejusdem qualitatis adjectio, *l. sed & si manente D. de pre.*
& intelligitur ejusdem forma & natura. c. hi qui de præbend. in 6.
verò dici poterit dignitas prorogata ejusdem qualitatis & naturæ,
regalis habeat præeminentiam, quæ habet imperialis, & extendi
r cum sua natura & qualitate, & consequenter cum sua præeminen-
& honore, ita statuit Antonius Quetta *d. Consilio 1. n. 19.*

(4) *Movet* Besoldus *in dissert de præcedent. & sess prærogativ.*
n. 5. quod verbotenus desumpsit ex Antonio Quetta *dict. consilio* 17
18. Quòd vel ideò præferendus Rex Romanorum, quoniam
abet spem à jure approbatam de succedendo in imperio *in c. in nomine*
distin. & in Cle. 1. de jurejur. ibi: futurus Imperator debet honorari
modum, quo honoratur Imperator, argumento ejus, quod dicit
lossa *in capit finali 24. quæst. 1.* Quòd filius Regis vivo Rege dicatur
ex, Bald. *in l. in suis de lib. & posthum.* Corset. *de potestat. Regiâ quæst.*
. & filius Comitis dicatur Comes, Jason *in tract. Feudorum in verb.* 18
mes, ita ante Hadrianum & Ælium Verum filii Imperatorum, licét
ondum imperii consortes, Cæsares dicti, Tacitus *lib. 1. Annalium*
Drusum Tiberii filium Cæsarem appellat. Ante Vespasianum Galba
Pisonem ὑπόδεξι κατ᾽ ὄνομα, Bullinger. *lib. 1. de Imper. & Imperat. Rom.*
cap. 2.

cap. 2. Et consensu moratiorum gentium receptum, filium Regis primogenitum, vel ad quem imperium perventurum, honoratiorem in
19 consessu locum occupare, & eundem honorem, qui ipsi Regi debetur, sibi jure asserere, vid. Tiraquell *in præfat. tract. de jur. primogenitorum n. 13. & seqq. & n. 30.* ubi tradit: Apud Persas aquam fuisse cognomento auream, ex qua Rex tantùm potabat ac ex filiis ejus natu maximus, cæteris verò ex ea bibere capitale fuisse, testatur Athenæus.

Nec nobis officit opinio quorundam, existimantium, Regem Romanorum ante coronationem à Pontifice factam, Imperatorem dici non posse, à qua resolutione pendere decisionem quæstionis de hac præcedentiæ controversia putat Chassanæus suprà laudato loco, rectè enim Quetta *d. consil. 1. n. 15. & 16.* asserit, etiam ante coronationem à Pon-
20 tifice factam Regem Romanorum Imperatorem dici posse, Bald. *in Tit. de Pace Constantiæ sup. verbo;* *Nos Romanorum in fin. in verb. Rex adducens.* Hostien. notat, se vidisse in Alemannia per Principes judicari,
21 quòd Rex Rom. post electionem concordem, omnem omnino potestatem habeat, quam ipse Imperator, nec unctio aliquid addat. Dec. *consil. 194. & 588.* dicit, hanc disputationem inutilem esse, cùm communis Dd. opinio sit, quòd Rex Romanus ante coronationem Pontificis possit omnia, quæ Imperator post coronationem, ut ipse ait, Glossa *distinct. XCIII. c. 1. legimus.* Ex sola, ibidem dicitur, electione Principum dico eum verum Imperatorem, antequam à Papa confirmetur. Quod ipsum non ignorarunt Basileenses, quando post obitum Ludovici Imperatoris Episcopo Bambergensi ita responderunt: Quemcumque Imperatorem Electores nobis dederint, hunc recipimus, etiamsi nunquam Papam requirat, Mut. *lib. 25. Chron. German.* ita refert Paurmeisterus *lib. 2. de jurisdict. cap. 5. n. 3.* in Comitiis Ratisbonensibus *A. 1576.* ipso momento intellectæ mortis Maximiliani Imp. inscriptionem ædium, (in quas Rex Rom. Rudolphus diverterat) quæ erat Röm. Kön. Maiest. deletam, huncque titulum Röm. Keys. Maiest. subjunctum fuisse, ex quibus patet, Imperatore mortuo, Regem Romanorum mox esse & dici Imperatorem, ita ut hunc titulum non demum per coronationem Pontificiam obtinere necesse sit, quem actum absque ullo Impe-
22 ratoriæ authoritatis detrimento Ferdinandus I. Maximil. II. Rudolph. II. Matthias, Ferdinandus II. & Ferdinandus III. felicis memoriæ spreverunt,

&

& coronam Romæ nunquam acceperunt. Et quis quæso Romanus 22
Pontifex coronavit Imperatores Constantinopolitanos ? Quis ante Constantinum consecravit Ethnicos Imperatores ? Quis ante Carolum M. Christianos Cæsares ? Quod si quis Imperator aut Cæsar ante coronationem à Pontifice factam dicendus non est, sanè Ludovicus III. Conradus I. Henricus I. ab ipsis Italis Cæsarum nomine honorati, cùm coronationem Pontificis nunquam desideraverint, Cæsares dicendi non erunt. Constantinopolitani quoque, qui post Caroli M. tempora, imperio præfuerunt, (si duos excipias Balduinum & Petrum à Pontifice
coronatos, Sigismund. Seld. S. R. I. Vice Cancell. *in consilio suo ad* 23
Ferdinand.) non fuere Imperatores, quos tamen ipse Pontifex hoc titulo affecit *in c. Hadrianus 63. distinct. & c. solita de major. & obed.* Et cùm ipse Pontifex ante coronationem verus sit Pontifex, & omnia possit administrare, prout ipse Clemens V. Pontifex decrevit, & excommunicatione notavit, qui dicere ausi essent, Pontificem non posse, priusquam coronatus fuerit, ea facere, quæ post coronationem, quidni idem de Imperatore dicendum, cùm ab illo ad hunc argumentatio optimè procedat, notante Petro Gilkenio *ad Auth. Quas actiones c. 9. n. 10 C. de SS. Eccles.* Vide Oldr. *consil. 168. & consil. 169.* Anton. Quett. *d. consil. 1.* & eidem adductos Dd. ac Salycet. *in l. bene à Zenone C. d. quadr. præscript. in fin.* cujus argumentis dum respondere conatur Chassanæus *in Catalogo Gloriæ Mundi part. 5. considerat. 29.* turpiter labitur, inter
alia enim Salyceto reponit, verum quidem esse, Regem Romanorum 24
etiam talem dici ante coronationem, sed enim cum Regem Romanorum parvam habere potestatem : cùm Reges Romanorum sint exacti, ita quòd nulla potestas penes eos remanserit, *l. 2, §. exactis. D. de orig. jur.* Et etiam; quia regnum Romanorum (sunt ipsa verba Chassanæi) est hodie penes alium, scil. penes summum Pontificem per donationem factam per Constantinum. *Hæc Chassanæus d. l.* Utraque propositio falsa & ejusmodi Jurisconsulto indigna. Primò enim ex ignorantia historiæ confundit Chassanæus hodiernum imperii nostri statum, cum antiquissimo imperii statu, hodiernos Reges Romanorum, cum antiquis illis Romanorum Regibus Romulo, Numa Pompilio, & sequentibus, quorum imperium & potestas longè diversa á nostrorum Regum Romanorum majestate, & quidem vel illis, qui nondum ære lavantur, notis-
 simum

simum, Pomponio ICto *in d. l. 2. §. exactis D. de orig. jur.* sermonem esse de antiquis septem Romanorum Regibus, quorum ultimus Tarquinius Superbus ob scelera & vim Lucretiæ illatam regno expulsus fuit, Liv. *Dec. 1. lib. 1.* & verò, quòd Reges isti Romanorum exacti, quid, quæso, hoc ad Germaniæ nostræ Reges? Falsa deinde & altera Chussanæ opinio, quâ, maculam Augustissimo imperio inurere cupit, dum imperium penes summum Pontificem esse asserere non erubescit, idque confirmare non dubitat, putido isto, & jam dudum ab eruditis exploso mendacio factæ donationis Constantini, falsum itidem, quòd Imperator se subjecerit jurisdictioni summi Pontificis, quod ipsum dudum quoq; improbatum à viris præclaris superioris seculi, ut adeò actum agerem, si hac de re multa in medium afferrem.

Non obstant superiùs adducta pro Christianissimo Galliæ Rege, & quidem quod possessorium attinet, primò meritò suspectum, quod ex Chronicis Galliæ manuscriptis refertur, Regem Galliæ, quandoque Romanorum Regem præcesfisse, de fide enim prædictorum Chronicorum meritò dubitatur, quis enim inspexit, & legit quænam circumstantiæ,
25 quo tempore, loco, &c. hoc factum fuerit, quin quòd in impressis Chronicis & scriptoribus Gallicis nihil tale quid posteritati relictum, nec verosimile scriptores Gallicos, qui in laudem gentis suæ alioquin prolixè scribere solent, rem ejusmodi memorabilem & quæ potissimùm ad dignitatem Regem suorum spectabat, omissuros, domesticum quoque hoc ipsum est testimonium, & multis aliis ex causis suspectum, quod si
26 unquam hoc unico casu id factum, ex comitate & civilitate, nullum tamen inde præjudicium Regi Romanorum illatum fuisse, verosimile est, per ea, quæ *supra lib. 1.* diximus vulgò notum diverbium quód una hirundo ver non adferat, μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ Aristot. *1. Ethicor. 7.* unde Mantuanus *lib. 4. Sylvar.*

Ver non una dies, non una reducit hirundo.

Nec etiam comitas Henrici II. Imperatoris à jure ordinario, quod vult, in ejusmodi congressibus minor majorem primus accedat, recessit, indeq;
27 tunc temporis honor Regis Galliæ, major solito fuit, sed inde nullum jus natum, quod ad consequentiam trahi possit, Decian. *vol. 3. consil. 1. n. 63.*

n. 69. Nec quoque in possessorio Regis causam meliorem reddit, quòd Guido Papæ refert Imperatorem & Regem visos lateraliter simul ire, ut ipse loquitur, non autem Imperator præcedebat & Rex sequebatur. Re- 28
ctè enim respondet Quetta *d. consil. 1. n. 14.* quòd etiam in pariter incedentibus præeminentia alteri competere possit, ei scilicet, qui à dextris deambulat, proinde si Imperator dextrum latus occupàvit, non obscurum præeminentiæ argumentum fuit. Quòd si etiam à latere sinistro Imperator positus fuisset, nihilominus id fieri potuisset sine necessaria consequentia vel illatione minoris honoris, cùm receptum sit, inter duos æquales, illum qui in suo territorio est, majorem altero dici, secundùm Gl. *in l. apud eum de manumiss. vindict.* & Anan. *in c. 1. de rapt.*
adducit Angel. dicentem, quòd quilibet inferior Magistratus, eo in lo- 29
co, ubi officium suum gerit, major sit quocunque superiore Magistratu, quam opinionem ἁπλῶς probare non possum. Quinimo ipse Chassanæus *d. part. 5. considerat. 30.* tradit, in exemplo isto, adducto Guidoni Papæ, Imperatorem Romanum sedisse & deambulasse à dextris, Regem verò Galliæ à sinistris, quam in rem adducit Guagninum *lib. 10. c. 2.* Quamvis verò idem Chassanæus hoc loco reponat, quòd, cùm Rex Franciæ prætendat paritatem cum Cæsare, ut ipse loquitur, fieri potuerit, ut Rex permiserit dextram Cæsari in regno suo, rectè tamen id improbat, Antonius Quetta *d. Consil. 1. n. 14.* Hoc satis pro excusatione dici
posset, *inquit Quetta d. l.* si Rex Franciæ esset persona plus humilis, quàm 30
elata, quia primus gradus humilitatis est deferre majori, & æquali se non præferre, ut dicit Gloss. *in Clem. 1. de Religios. domib.* & Abb *in 1. vol. consil. 21. n. 5.* Sed ista non solent fieri à personis elatis, quare magis dixerim, Imperatorem à dextris fuisse locatum, quia sic de jure fieri debuit, quàm ex humilitate Regis Franciæ. Præterea non, quod isti referunt in Francia factum, sed id quod alibi indifferenter fit, & in usu est, inspiciendum venit. In usu verò est, ex testimonio etiam Doctoris Chassanæi, qui est Gallus, quòd Imperator præcedat Regem Franciæ, cum à Pontifice Romano inungatur & coronetur Et sic ejus præeminentia super omnes approbatur. *Hæc Quetta d. l.*

Quod argumenta in petitorio pro Gallo adducta concernit, & quidem (*1.*) *quod* Rex Galliæ in actuali imperio sit Regni occidentalis,

Rex Romanorum tantùm in ſpe Orientalis Franciæ, Reſp. licèt concedatur, Regem Romanorum tantùm in ſpe orientalis Franciæ eſſe, quod tamen ἁπλῶς verum non eſt, attamen inde neceſſariò inferri non poterit. E. Rex Galliæ præferendus Romanorum Regi, cùm Rex Roman.
31 propter ſpem â jure approbatam de ſuccedendo in imperio, *c. in nomine 23. diſt. & Clem. 1. de jurcjur.* dignitate & præeminentia imperiali præfulgeat, ut adeò in Rege Romanorum nonſolùm dignitas regalis inſpicienda, ſed etiam imperialis, quæ in eo futura, pro præſenti habeatur, & ut Quetta *in fine d. conſilii 1.* loquitur, cùm Dignitas regalis, per conſequentiam trahat dignitatem Imperialem futuram, regalis ab imperiali dignitate illuſtrari debet.

(2.) *Minus* urgent (2.) adducta Dd quorundam dicta, quòd nemo honorem præſumere debeat ſuper inſignia Regis Franciæ, cujus umbrâ totus mundus regatur, ut ait Bald. *in c. 1. de renunciat.* quòd is ſupremam jurisdictionem in imperio ſuo habeat, Franc. Curt. *in conſil. 49.* & majorem, quàm Imperator in imperio, Card. Alex. *in c. 1. quæ ſunt regal. in uſib. feud.* item, quòd dicatur Chriſtianiſſimus *in Extrava gant. Johannis 22. ibi prodiens. &c.* magnificus *c. novit de offic. delegat.* illuſtris *c. novit de judic.* glorioſiſſimus *c. hoc quippe 3. q. 6.* excellentiſſimus *cap. excellentisſimus 10 q. 3.* & quæ aliæ laudes & tituli Gallo tribuu[illegible] Quidquæ ſo hæc ad præſentem Seſſionis controverſiã? indicant dignita[illegible]
32 Regum Galliæ, præcedentiam non tribuunt, quod ſi argumentum hoc titulis depromptum, alicujus valoris & ponderis, longè majores titul[illegible] Imperatoribus & Regibus noſtris paſſim tributi, audiunt enim & ti[illegible] Chriſtianisſimi *in Epiſt. inter claras C. de ſumm. trinit. & fide Chatholi[illegible]* Vicarii Chriſti, *Vide reſponſum Conradi Secundi cognomento Salici ap[illegible] Goldaſtum tom. un. conſtitut. Imper. p. 230.* Glorioſisſimi *l. inter. clar. C. de ſumm. trinitat.* Divini *l. 3. in fin. C. de quad. præſcript. l. fin. C. [illegible] acqui. poſſ.* Sanctisſimi *l. 87. §. fin. D. de Leg. 2. l. 3. D. de Natal. re[illegible]* Divi *l. 1. & 2. D de his qui ſunt ſui vel alier. n. l. 8. in pr. & §. 12. D. de Tran[illegible]*
33 *action.* quamvis verò divi Imperatores propirè ii dicti, qui mortui & Senatu conſecrati erant, J. Gothofred. *c. 6. de Imperio maris*, de c[illegible] conſecratione eruditè diſquirunt Johannes Kirchmannus *de Funerib[illegible] Romanorum lib. 4. cap. 13. p. m. 653.* Roſinus *lib. 3. Antiquitat. Rom[illegible]*
ni

nar. cap. 18. & ibidem Thomas Dempsterus à Muresk *in Notis*, & Onuphrius Panvinius *lib. 11. Fastorum*, attamen etiam vivos Imperatores divos appellatos fuisse, ostensum à me ex classicis autoribus *in resolutione mea historico-Philologico-juridicâ l. ἀξίωσις 9 D. de Lege Rhodia de jactu cap. 7.* sanè Principes Romani humanæ fragilitatis immemores, nunc jactant æternitatem suam *l. 2. C. de Fabricens. lib. 11.* divinam suam domum *l. 2. C quib. muner. vel præstant. lib. 10.* divinam indulgentiam, & divinos afflatus *l. Imperialis 23. C. de nupt.* nunc adorandam suam serenitatem *l. 1. C. de silentiar. lib. 10.* Chrysostomus *in Homil, 2. ad Popul. Antioch.* Imperatorem vocat summitatem & caput mundi, qui parem super terram nullum habet. Tertullianus *ad Scapulam*: Sic Imperator omnibus major, cùm solo DEo minor est. Idem *in Apolog. contra gentes* Imperatorem primum ante omnes, & super omnes homines vocat. Restaur. Castald. *de Imperat. quæst. 52.* Imperatorem corporalem mundi DEum, eminentem super omnes tanquam stellam matutinam, in medio nebulæ meridionalis, appellat, à cujus imperio omnia dominia originem traxisse scribit Mart *de jurisd. p. 1. c. 32. n. 7.* eique Reges olim sponte ministrârunt, ac depositis sceptris & fasciis regalibus, pro cubiculariis servierunt, Mart *de jurisd. p. 1. c. 27. n. 7.* ac omnes universi orbis Christiani Principes primas jure omni cedunt lubentes, *Novell. 30. à pr.* Bernh. Zieriz. *de princip. prærogativa cap. 3.* unde Ludovic. IV. usus fertur in sigillo suo hac inscriptione:

34

35

36

Roma caput mundi regi. orbis frena rotundi.

Prusias Rex Bithyniæ, ingrediendo Senatum Romanum, deosculatus est Senatorum solia, licèt ipse nec subditus, neque tributarius, 37
neque sub protectione populi Romani fuisset, Eumenes Rex Pergami post debellatum Mithridatem Regem Amasiæ, veniens Romam, capite cooperto, simplici bireto, dixit, se æstimari libertinum populi Romani, Adherbales Numidiæ Rex procurator populi Romani dicebatur Vide Reinckingk *de R. S. & E. lib. 1. Class. 2. cap. 6.* omitto alia præeminentiæ indicia & titulos passim Imperatoribus tributos, cùm argumentum hoc leve, nec inde ad hanc controversiam legitimè inferri possit.

Quod (3) adductum, quòd, sicut duo imperii capita non sint, ita majestas nonnisi penes unum, & per consequens & præcedentia esse

 possit,

poſſit, itidem non ſtringit, nam & Legatis Regum & Magnatum idem locus, eademque ſeſſio competit, quæ ipſis Regibus, à quibus miſſi, nec tamen inde majeſtas & præeminentia Regum ſuorum imminuitur, & cùm ejuſmodi honor Legatis Magnatum, qui ipſis Dominis debetur, exhibeatur, cur non Regi Romanorum, tanquam indubitato futuro Imperatori Romano, eadem Seſſio quoad exteros Reges, quæ ipſi Imperatori debetur, tribuenda, cùm inter Imperatorem & Regem Roma-
38 norum nulla ſit differentia, perinde enim, feuda Imperii conferre, & cætera omnia expedire poteſt, quæ ſunt de reſervatis ipſius Imperatoris, Gylman. *in Symphor. tom. 1. part. 3. vot. 8, n. 34.* nec tantùm Nobiles, ſed etiam Comites & Barones creare poteſt, per Reichs Abſch. cit. de An. 48. §. Wiewol auch / ibi: daß die Graffen und Herren / ſo fürſtlich ihre digniteten, und præeminentz, von uns und unſerm Fr. lieben Bruder dem Römiſchen König empfangen. Ex eo ſanè, quòd Imperator præponendus Franciæ Regi evidentiſſimè demonſtrari poſſe, ait Beſoldus *in tract. de præcedent. & ſeſſ. prærogativ. cap. 6. n. 5. p. 131.* eandem etiam præeminentiam Romanorum Regi, deberi: cùm inter Regem & Imperatorem Romanum modica differentia, præſertim ratione dignitatis exſiſtat. Nam & Rex Romanorum ab Electoribus eligi, ungi item, & triplici corona coronari ſolet; Unde, cùm Rex Roman. perpetuus Imperii Vicarius ſit, ordinariam juriſdictionem in abſentia Imperatoris, ſuo & proprio nomine habet, & exercet, itaque omnia facere poteſt, quæ facturus eſſet Imperator, ſi præſens adeſſet. Hinc etiam pragmaticas ſanctiones promulgare, de feudis majoribus & annexam dignitatem habentibus infeudare poteſt, ut modò diximus, unum cum Cæſare tribunal habet, nec, ab uno ad alterum appellatur, Matth. Stephani *lib. 2. de juriſdict. p. 1. c. 2. n. 51.* Ergo idem jus honoris illi debetur: cùm Imperatoris & Regis dignitates ad ſe invicem habeant relationem, (nam ex Rege factus fuit Imperator, & Rex eſt futurus Imperator) unde etiam meritò ſub eadem prærogativa terminari debent, Beſold. *d. l.*
39 Dominic. Arumæ, *diſcurſ. 2. ad Auream Bullam qv. 21. per tot.*

Quod (4.) & ultimò adductum de ordine ſcripturæ, parùm ſtringit, præterea, quòd in Concilio Tridentino priùs recitatæ fuerint literæ Concilii ad Regem Galliæ deſtinatæ, quàm ad Regem Romano-

cum

m, indeinferri non poterit. E. Rex Galliæ præcedit Regem Romano-
m. Quinimo in eodem Concilio Tridentino receptum fuit, ut
ndata Legatorum legerentur eo ordine, quo fuissent exhibita, non
tra Principum dignitatem, quod & in aliis actibus observatum fuit,
istoire du Concile de Trente p. 560. unde patet ordinis legendorum
ndatorum vel scripturæ nullam rationem in dicto Concilio habitam
e, ut adeo nihil afferri possit, quo ullam præeminentiam aut hono-
iorem in Sessione locum, Rex Galliæ præ Roman. Regibus sibi asserere
it. Vide pluribus Antonium Quettam *d. consil. 1.* Goldastum &
oldum *suprà adductis locis.*

CAPUT. IV.

e Famosa & nobili Sessionis Controversia inter Christianissimum Galliæ, & Catholicum Hispaniarum Reges, & uter alteri præferendus? solidis argumentis ostensum.

SUMMARIA.

Referuntur authores, qui vel ex esso, vel sparsim in scriptis præce-ium Regis Galliæ præ Hispano as-runt.
Adducuntur Scriptores, qui è con-Hispani partes, ejusq; præeminen-defenderunt.
Rex Galliæ antiquis temporibus r & ubique in conventibus pu-Conciliis, & Synodis in Sessio-s Hispaniæ prælatus fuit.
In Concilio Constantiensi Joan-Gerson Cancellarius Parisien-sis sine contradictione primum locum occupavit, post quem demum sedit Jean Raymond Floch, Comte de Cardone, Legatus Arragoniæ.
5. *In Concilio Basileensi & Lateranensi itidem Reges Galliæ, eorumq; Legati, Regum Hispaniæ Legatis in sessione prælati sunt.*
6. *In Ceremoniali libro Paridis de Grassis magistri Ceremoniarum tempore Julii II Rex Galliæ Hispano præpositus legitur.*
7. *Rex Galliæ in quieta præceden-*

tiæ possessione fuit, donec Anno 1558. ut à nonnullis traditur, Venetiis primùm eidem quæstio ab Hispano mota fuerit.

8. In Concilio Tridentino Legatus Regis Galliæ Anno 1562. & 63. antiquam sedem tenuit proximam imperatoriæ, non obstante contradictione Legati Hispanici, cui exttaordinaria sedes data fuit ad Latus Secretarii Concilii, ex opposito Gallici Legati

9. Referuntur ipsa verba protestationis ratione Sessionis interpositæ à Comite de Luna, Legato Philippi II Regis Hispaniarum in Coucilio Tridentino.

10. Adducuntur ea, quæ ad hanc protestationem in eodem Concilio responderunt Legati Regis Galliæ Caroli IX die 21. Maji Anno 1563.

11. Pro Gallo, eidem præcedentiam præ Hispano competere, respondit illustris Senatus Venetus & adducta hac de re verba Jacobi Menochii, Bodini, & Petri Justiniani Patricii, Senatoris Veneti.

12. Pius IV. Papa Anno Dn. 1564. itidem Gallo præcedentiam tribuit.

13. Multis hoc ipsum Historicorum testimoniis confirmatur.

14. Adducuntur rationes ex Cavitellio in Annalibus Cremonensibus, quibus motus fuit Pontifex Romanus, ut Gallo præcedentiam tribueret.

15. Sixtus V. Papa Anno 1588. etiam Gallum Hispano prætulit in canonizatione Didaci D' Alcala Hispani.

16. In Comitiis Poloniæ Warsoviæ celebratis Anno 1573. communi ordinum decreto Gallorum Regi antiqua sedes assignata fuit, & notabile dictum Thomæ Campeggio, Episcopi de Feltrio in Concilio Tridentino, qui pro indubitato posuit, Regem Franciæ præcedere cæteros omnes orbis Christiani Reges.

17. Referuntur hac de re verba Michaelis Suriano Veneti.

18. Probatur ulteriùs Curiam Romanam & Pontifices Regem Galliæ Hispano prætulisse.

19. Turcarum Imperatores Amurathes III. & Mahometes III. pro Gallo pronunciarunt.

20. Probatur quoad ordinem Scripturæ Regem Galliæ Hispano prælatum fuisse.

21. De potentia Regum Hispaniæ admiranda, disquiritur, & an ob eam in petitorio Hispanus Gallo præferendus?

22. Legati Henrici II. Regis Galliæ, potentiam Regis sui etiam extulerunt.

23. Quantus hominum numerus in Gallia, & quomodo sola Lutetia populo refertissima?

24. De dignitate & præstantia regni Galliæ præ cæteris regnis adducuntur verba egregia Michaelis Suriano Veneti.

25. Quoad

25. Quoad multitudinem regnorum Gallia Hispaniæ conferri non potest, quamvis amplitudo regni Hispanici plurimum obsit illius firmitati & stabilitati, frustra dissentiente Botero.

26. Regnum Hispanicum jam dudum mole sua laboravit.

27. Evincitur argumentis, solam potentiam Hispanicam, nullam præcedentiam Hispano tribuere posse, & adducta hac de re verba Jacobi Menochii.

28. Major potentia partis alterius non respicit dignitatem, nec illam auget; sed quum sit qualitas à dignitate separata minime tollere potest prærogativam temporis.

29. Franciscus Rex Galliæ quomodo multitudinem titulorum Hispaniæ Regum eluserit.

30. S. Jacobus prædicavit verbum DEi in Hispania.

31. An S. Paulus Hispaniam penetraverit, disquiritur.

32. S. Lucas Evangelista prædicavit verbum DEi in Gallia, nec non Apostolus S. Philippus, quod ex Isidoro apud Baronium probatur.

33. Petrum ac Paulum in Gallia verbum DEi annunciasse, ex Historicis Gallicis exponitur.

34. S. Dionysius Areopagita Episcopus Parisiensis præfecit Hispaniæ Episcopum Marcellum.

35. Hic ipse S. Dionysius Areopagita is est, qui, cum præternaturalem Solis defectum in passione Christi Heliopoli in Ægypto unà cum Apollophane vidisset, exclamavit: aut DEum pati, aut vicem patientis dolere.

36. Refutantur Origenes, Laurentius Valla, & Erasmus Roterodamus, qui asserunt, Ecclypsin hanc præternaturalem, neque Athenis, neque alibi visam fuisse.

37. Referuntur hac de ecclypsi verba Phlegontis Tralliani, Hadriani Cæsaris liberti, egregii olympiadum supputatoris.

38. S. Dionysius Areopagita, ut fama est, caput gladio præcisum, brachio suspensum amplexus est atque à collis propè Lutetiam Paris. vertice forti animo per duo millia passuum portavit, usque ad oppidum S. Dionysii.

39. Quoad res præclarè gestas Gallia Hispaniâ superior est.

40. Francicum nomen iam ab initio formidabile Romanis fuisse ostenditur.

41. Adducuntur verba egregia Pontificis S. Gregorii de Regum Galliæ praeminentia, dignitate, & meritis in Ecclesiam.

42. Carolum M. ipsam Hispaniam à barbaris nationibus liberâsse, ex Scriptoribus germanicis probatur.

43. Zelus & fervor insignis Regum Galliæ ad liberandam ecclesiam Romanam adeò celebratur, ut inde titulus Christianissimorum ipsis meritò tributum.

44. Maximlianus Imperator quanti æstimaverit regnum Galliæ

45. *Iulius II. Pontifex hunc titulum Christianissimi adimere Regi Galliæ, & transferre in Regem Angliæ voluit, ob indignationem contra* Ludovicum XII. *Galliarum Regem.*

46. *Vindicatur hic titulus Regum Galliæ ab impetitionibus Casparis Schioppii.*

47. *An nomen Catholici, quod Regi Hispaniæ tribuitur, amplius, & di gnius sit, quàm Christianissimi.*

48. Titulum Catholici diu ab *Alphonso Castellæ Rege intermissum, Ferdinandum Arragonium Hispaniæ Regem á Iulio II.* Pontifice *enixis precibus rursus impetrasse, ex Spondano, Valdesio, Innocentio, Gentiletto aliisq; probatur.*

49. *In Gallia soli masculi regni capaces sunt, idq; ex* L. *Salica, cujus varia encomia relata.*

50. Lex *Salica á quibus lata, ex Sigeberto Gemblacensi proponitur.*

51. Referuntur *hæc de lege Salica verba Hadriani Iunii.*

52. *Quando hæc* Lex *Salica lata? disquiritur.*

53. *Quibus verbis* Lex *Salica concepta fuerit? exponitur.*

54. *Vnde* Lex *Salica dicta?*

55. Capitulum Legum *Salicarum de excludendis fœminis, & descendentibus â fœmina truculentissimis bellis inter Anglum &* Gallum *causam dedit, quod ipsum latiùs enarratur ex Froßardo, Historico Gallico.*

56. *Vbi fœmina non succedit in regno, pariter non succedit ejus filius, licèt masculus, cùm omne, quod est ex radice, sequatur naturam proprii genitoris.*

57. *In causato non potest plus virtutis esse, quàm procedit ab influenti potentia causæ.*

58. *Refertur, quinam motus bellici & ob quam causam inter Valesium & Eduardum tertium Angliæ Regem exstiterint?*

59. *An jure Eduardus Angliæ Rex, prætextu* Legis *Salicæ â regni successione exclusus fuerit?*

60. *Similes leges & instituta diversorum populorum referuntur, quibus fœmina â successionibus exclusæ fuerint.*

61. Lex *Voconia septingentos annos, florentissima sub republica Romana atq; imperio observata fuit, sublata demum á Iustiniano.*

62. *Probatur, legem Voconiam & similes, excludentes fœminas, ut plurimum ad familiarum conservationem respicere.*

63. *Quidquid in fœminas confertur, detrahitur familiæ, quæ tenuiori re prædita, non potest tueri suam dignitatem.*

64. *An in lege Salica de regnorum hereditatibus quicquam sancitum fuerit?*

65. *Probatur statum regni Galliæ esse Monarchicum.*

66. *Adducta hac de re verba Thuani & Michaelis Suriano Veneti.*

67. *Regnum Hispaniæ æquè Monarchicum est; & Regi absoluta potestas competit, quamvis hæc in omnibus suis regnis non eadem sit usu recepta.*
68. *Exponitur, quisnam Ordo sessionis observatus fuerit præsente Rege Galliæ S. Ludovico, nec non Regibus Angliæ & Navarræ, quidvè Rex Angliæ de Galliæ Rege pronunciaverit quondam?*
69. *Antiquis temporibus Reges Galliæ cum cœli trono consederunt.*
70. *Regibus Galliæ ultrò cessisse reliquos Reges ex Iohanne Baptista Historiographo Florentino probatur.*
71. *Agitur ulteriùs de præeminentia Regis Galliæ.*
72. *Clodovæo sacris initiato, cœlo, lilia aurea, quibus adhuc Reges Galliæ utuntur, dimissa fuisse historiæ passim tradunt.*
73. *Examinantur historicorum hac de re testimonia, & eosdem heic mirum in modum variare ostenditur.*
74. *Hispanis cœlitus indicata fuisse insignia crucis, fama est.*
75. *In medio relinquit Author, quod tradit Majolus: Insignia Hispanorum nonstantium post Christi adventum, sed ante Christum natum, exstitisse.*
76. *Gallici Scriptores Reges suos extollunt, quòd oleo sancto cœlitus dimisso, unguntur.*
77. *Regibus Galliæ divinitus concessum, strumas vel glandulas induratas curare.*
78. *Refutatur opinio Petri de Crescentiis Medici Gallici, id negantis.*
79. *Carolus VIII. Romæ ac Genuæ strumis laborantes tetigit, & sanavit.*
80. *Franciscus I. Bononiæ, præsente Pontifice, & postea captivus in Hispania strumosos curavit.*
81. *Philippum Valesium 1400. hoc morbo laborantes curasse, Gallici scriptores testantur.*
82. *Quo tempore & quibus ceremoniis Reges Galliæ strumosos tangant, exponitur?*
83. *Reges Angliæ quoque strumosos curare posse, contendit Guillelmus Tockerus Anglus.*
84. *Idem de Comitibus Habspurgensibus ex Felice Fabro in historia Svevica refertur.*
85. *Pyrrhum Epirotarum Regem splene laborantibus mederi solitum, ex Plutarcho refertur.*
86. *Plinius lienosis medicatum mavult, dextrique pedis pollici vim basisse, quòd cremato post mortem corpore illæsus intactusque ab igni repertus fuerit.*
87. *Ex Carolo Sigonio de Bernhardo Mediolanensium præposito refertur, quòd solo tactu cæcis visum, claudis ingressum, surdis auditum restituerit, cujus dextra putrefactioni haud fuit obnoxia.*
88. *Cùm gentiles S. Ioannis ossa combusserint, digitus, quo demonstravit salvatorem, comburi non potuit.*
89. *Ex Beutero refertur, etiam Re-*

ges Arragoniæ ægrotis morbo strumarum salutem contulisse.

90. *Ex Chassanæo probatur, Reges Castiliæ vel Hispaniæ signo crucis dæmones ejicere, & dæmoniacos curare.*

91. *Evincitur, Regem Galliæ in possessorio Judicio Pontificum Romanorum, ac Cardinalium Curiæ Romanæ, Senatus Veneti, ordinum Poloniæ, & ipsorum Imperatorum Turcicorum in Sessione Hispano prælatum fuisse.*

92. *Adducuntur rationes quæ Pontifices Romanos moverunt, ut declararent, Legatum Regis Galliæ præcedere debere modò memoratis.*

93. *Nulli præ Gallis largiùs Christiani orbis fines promoverunt, nulli toties de Barbaris religionis ergo triumpharunt, nulli pulsos Româ Pontifices toties reduxerunt, atque ab externa injuria texerunt.*

94. *Reges Angliæ in consessu Equitum aureæ periscelidis, sedem Regi Francorum ad dextram proximè Principem Walliæ reservarunt, sinistram verò Regi Hispano post Imperatoris sedem concesserunt.*

FAmosa jam & acriter ventilata se offert disceptatio Præcedentiæ inter Christianissimum Galliæ, & Catholicum Hispaniæ Regem. Nec defuere, qui utriusque partis jura scriptis peculiaribus defendere conati fuere, Christianissimi enim Gallorum Regis jura & præeminentiam peculiari tractatu defendunt, N. Vignier *in tract. cui titulus Raisons & causes de preseance entre la France & l' Espagne.* Cardinalis Vitellius *in discursu de præcedentia agitata Romæ inter Legatos Regum Galliarum & Hispaniarum*, præ cæteris verò in hoc scriptionis genere laude dignus T. Godeffroy *de la preseance* &c. quem secutus est postmodum Monsieur Auberii Advocatus Parlamenti Parisiensis, qui tractatum itidem scripsit, de la Preeminence de Roys de France, & de Leur preseance sur l' Empereur & le Roy d' Espagne editum Parisiis Ann. 1649. quem tractatum historicum prædicti Auberii, cùm antea in Germania non vidissem, nactus fui Parisiis, dum ibidem anno elapso 660. subsisterem, qui sanè lectu dignus, ut omittam alios Scriptores Gallicos, qui passim in operibus suis Regi suo præcedentiam præ Hispano vindicarunt, quales præter Chassanæum, Boerium, Corsetum, aliosve sunt Bodinus & Gregorius Tholo[illegible]nus. Ille *lib. 1. de Republica. cap. 9. n. 14.* Ita Regi Francorum, *ait*, post Imperatorem, cæteri Principes cedere consueverunt; non tantùm propter diuturnam possessionem, sed quia toto terrarum orbe nullius imperii tanta vetustas, aut tanta Regum se-

des ejusdem stirpis inveniri potest, quanta in Regibus Francorum, sive Christianos, sive Tartaros, sive Turcas, sive Æthiopes, sive Indos, sive Barbaros spectes. Hic *lib. 4. de Republica cap. 10. n. 14.* Sic Legati Regum Galliæ & Hispaniæ, *inquit*, voluerunt contendere de prioritate Romæ & Venetiis, quamvis ex omni antiquitate & meritò digniùs habitum, sit Regnum Galliæ, & antiquiùs, & magis de ecclesia bene meritum, ideò præferendum, ut & judicatum à summo Pontifice & Consistorio Cardinalium & Venetiis.

Cæterùm Catholici Hispaniarum Regis partes scriptis defenderunt peculiaribus Augustinus Cranatus; & Valdesius *in tractatu de dignitate Hispaniæ*, non minùs injurioso & impotenti, quàm ingenti volumine, judicio Clarissimi Gabrielis Naudæi Parisiensis *in Bibliograph. Politic. p. 76.* Horum argumenta examinaverunt suprà adducti Gothofredus & Auberii. Nos nihil in gratiam cujusque partis, nisi quod veritati historicæ congruum, dicturi sumus. Primò omnium verò videbimus, cuinam horum Regum in possessorio Præcedentia jure & meritò debeatur, postmodum dicturi, an in petitorio idem obtineri possit, constans enim JurisConsultorum nostrorum sententia, consensu moratiorum gentium approbata, possessorem antiquiorem in possessione sua defendendum, sive, ut loquuntur, manutenendum esse, nec eâ sine causâ privandum esse, id quod præprimis in hac præcedentiæ materia obtinet, prout *libro 1.* pluribus monuimus.

Et verò veterum monumenta evolventi, apparet Gallum antiquis temporibus semper & ubique in conventibus publicis, Conciliis & Synodis Hispanum præcessisse, nec ullam ab Hispano Gallo quæstionem eam ob rem motam, imò in libris Ceremonialibus Gallus semper præpositus legitur. Nec ullum actum in contrarium Hispanicæ causæ defensores hactenus adducere potuerunt. In Concilio Constantiensi Joannes de Gerson Cancellarius Parisiensis sine contradictione primum locum occupavit, post quem demùm sedit Jean Raymond Floch, Comte de Cardone Legatus Arragoniæ, prout constat *ex hist. Concil. general. t. 7. part. 2. p. 1088.* Idem observatum in Concilio Basiliensi, quâ de re Æn. Sylvius *de gest. Basil. Concil. l. 1. p. 3. & l. 2. p. 50.* necnon in Concilio Lateranensi, quod cæpit sub Julio II. & finitum sub Leone X. in quo Louys de Solier Legatus Christianissimi Galliæ Regis similiter præ-

2
3
4
5

 cessit:

cessit, Hierosme de Vich. Legatum, Catholici Hispaniarum Regis, prout patet *ex Act. Concil. general. t. 9. p. 87.* distinctè hæc adduxit Godoffroy *d. tr.* & post eum Auberii *in tr. histor. de la preeminence de Roys de France & de leur preseance sur l' Empereur & le Roy d' Espagne partie 1. p. 34. 35. & sequent.* Porrò si libros Ceremoniales penitius quis inspiciat, videbit Gallum Hispano ubivis prælatum fuisse, ita in veteri Ceremoniali libro Romano à Paride de Grassis magistro Ceremoniarum tempore Julii II. P. P. Anno 1504. divulgatos etiam longè, antequam
6 controversia, hæc præcedentiæ inter Gallum & Hispanum mota, primus locus post Imperatorem & Regem Romanorum, assignatus Regi Galliæ, & post eum demùm Rex Hispaniæ locatus. Et verò Rex Gal-
7 liæ in quieta Præcedentiæ possessione fuit, donec Anno 1558. ut à nonnullis traditur, Venetiis primùm eidem quæstio ab Hispano mota, à quo tempore acriter ventilata, præprimis in Concilio Tridentino, sed non obstante conatu Hispaniæ Regis, Legatus Galliæ in d. Concilio Tri-
8 dentino Anno Christi 1562 & 63. antiquam sedem tenuit, proximam Imperatoriæ, Hispanico verò Legato extraordinaria sedes data fuit ad latus Secretarii Concilii ex opposito Gallici Legati, qua de re videre licet *liv. 8. de l' histoire du Concile de Trente p. 828 & 851.* non obstante
9 protestatione Illustrissimi Comitis de Luna Legati Phillippi II. Regis Hispaniarum interposita in congregatione generali die 21. Maji Anno 1563. protestationis factæ verba, quippe ex quibus de ipsa hac controversia magis liquere poterit, subjicere placet:

Dom Claude Fernandes Vigil de Quignonnes, Comte de Luna &c. Ambassadeur vers ce sacré & Oecumenique Concile de Trente, de Philippes Roy Cotholique des Espagnes de l'une & l'autre Sicile &c. Archiduc d' Austriche, Duc de Bourgogne, de Brabant, de Milan &c. Comte de Hapsburg, de Flandres, de Tirol &c. Quoy qu'en qualité de tel Ambassadeur ie deusse avoir icy, & par tout ailleurs, la premiere place ou le premier rang apres l' Ambassadeur de sa Majesté Imperiale, comme i'en fais maintenant mes protestations, & en demande acte: Neantmoins eu esgard au lieu, à l'affaire dont il se traitte, au temps, & à l'estat de la Republique; & n'estant pas raisonnable que cette saincte congregation soit aucunement retardeé à restablir le repos de la Chrestienté, & reformer les desordres Ecclesiastiques, par des contestations & debats

debats purement temporels & civils ; mais qv'au contraire chacun de nous y contribué selon son pouvoir à procurer au plutost l' union & la concorde qui en doit estre le vray dessein & le seul but ; ie suis content de recevoir qvant à present la place ou seance qve l'on m'y donne, sous les protestations neantmoins qve ie n'entens point que cette mienne moderation & cét esgard qve i'ay eu aux salutaires deliberations de ce sacré Concile Oecumenique puisse enquelq; fason qve ce soit prejudicier à la dignité, à la Majesté, ny aux droicts de Philippes Roy Catholique des Espagnes, mon Prince, ou de ses descendants, ny empescher qv'ils n'ayent encore doresnavant icy mesme, ou en quelqv' autre temps & lieu, toutes leurs mesmes actions en leur entier. C'est porqvoy i' entends reserver & reserve effectivement pour tous autres temps, lieux ou affaires, les dits droicts de mondit Seigneur le Roy Catholique, & de ses descendants, sans prejudicier, comme dit est, à sa tres-juste & tres-legitime intention d' estre preferé, comme il doit, à tous les autres Roys en honneur & en seance ; lesquels droicts & intention ils pourront encore cy-apres poursvivre, & deffendre, ne plus ne moins, que si i'avois eu des à present la place ou le rang que ie maintiens m' estre deu, & non obstant toutes objections & protestations quelconques qui ayent esté faites, ou se pourront faire à l' encontre. Laquelle mienne protestation comprise en cét écrit que ie tiens en mains , ie requiers de vous Tres saincts & reverends Peres, que vous la fassiez enregistrer dans les actes de ce tressainct Concile : que vous ne permittiez point q'on divulgue ou imprime le recit de tout ce qui S' est passé auiourd' huy sans y inserer tout au long ladite protestation ; & que vous m'en fassiez delivrer solemnellement un acte authentique, signé du Reverendissime Secretraire, & de vos Scribes ou Greffiers.

Egregié ad hanc Protestationem, ab Hispanico Legato interpositam responsum fuit à Legatis Regis Galliæ. Scilicet nihil novi se postulare, sed æquum esse tueri in possessione Præcedentiæ antiqua Regem suum, eum verò semper in Conciliis primum locum post Imperatorem 10
obtinuisse, & Hispano prælatum fuisse, ipsa verba Legatorum ut subjiciantur digna quoque existimamus, quæ hæc sunt:

Si nous n'avions auiourd'huy en ce sainct Concile la mesme seance qu'ont tousiours eue nos Predecesseurs, & mesmes les dernieres fois

aux

aux Conciles de Constance & de Latran, qui est la premiere apres l'Ambassadeur de l'Empereur, & devant tous les autres Ambassadeurs des testes couronnées; ou si cette nouvel le place qu' occupe maintenant hors du rang des Ambassadeurs, l'Illustre Comte de Luna tres-digne Ambassadeur, de sa Majestè Catholique, nous pouvoit porter prejudice, ou aux autres Ambassadeurs: Il ne faut point douter que Vous Tres-Saincts Peres, qui representez l'Eglise universelle, ne nous z' appelleriey charitablement tous à l'ancien rang, ou au moins nous ad monesteriez de nostre devoir, conformément au precepte de l' Evangile. Mais puisque vous vous taisez, & que les tres-illustres Ambassadeurs de sa Majestè Imperiale, qui n'y ont pas moins d'interest que nous, ne S' opposent point à cette noveauté; Nous, qui nous conservans tousiours dans le rang ordinaire des Ambassadeurs & dans la seance la plus proche apres l' Ambassadeur de l, Empereur maintenos inviolablement à nostre Prince son ancienne possession & prerogative, & qui d'ailleurs n'avons rien à apprehender de sinistre de la velonté, ou affection du tres-haut & tres puissant Philippes Roy Catholique des Espagnes, à l' endroit du Roy Tres-
11 Chrestien Carles, Prince pupille & son proche allié ou beau frere, Vous requerons seulement, que vous interpriez tout ce que peut avoir dit & fait auiour d' huy sur cette occurrence l' illustre Comte de Luna, ensorte qv' il ne puisse porter oucun prejudice à latres-ancienne prerogative & continuelle possession du Roy Tres-Chrestien, & que vous fassiez enregistrer le present acte avec les autres du Concile.

Hæc sunt verba Responsionis Oratorum Caroli IX. Regis Franciæ ad protestationem Oratoris Phillippi II. Regis Hispaniarum die XXI. Maji Anno Christi MDLXIII. quæ exstant *au Ceremonial de France p. 712.* adde de hac sessionis controversia Petrum de Suavis *lib. 8. Hist. Concilii Tridentini.*

Porrò, Gallum Hispano præferendum in Sessionibus, ejusq; causam in possessorio meliorem esse, unanimis Christiani orbis Principum & gentium consensus approbavit, & verò, cùm Philippus II. Hispaniarum Rex decisionem hujus de præcedentia controversiæ exclusis omnibus committeret Senatui Veneto, ut is propter singularem prudentiam, & rerum publicarum cognitionem de hac lite judi-

judicaret, is quidem hinc inde ab initio cunctari, nec Hispanum offendere voluit, demum cùm instanter urgeretur ab Hispano, ut pronunciaret, summa cum integritate, & prudentia insigni sepositis affectibus, pronunciavit, Gallo deberi præcedentiam præ Hispano. Que L. Ambassadeur de FRANCE continueroit tousiours de preceder comme au paravant celuy de Espagne. Petrus Justinianus Patritius Senator Venetus *lib. 14. Hist. Venet.* ingenuè in hæc verba erumpit: Nihil ex antiqua priorique consuetudine, & quod omnium memoriâ semper observatum fuerat à Senatu immutatum &c. Censuit Senatus, quòd omnium memoriâ semper observatum fuerat, ut Gallus Orator Hispanum apud Principem publicè præcederet. Digna itidem sunt verba Jacobi Menochii *consil. 126. n. 5.* ut heic subjiciantur: Serenissimum Dominum Venetorum, *ait Menoch. d. l.* aliquando declaravit, observandam fuisse consuetudinem præeminentiæ sedendi & ambulandi inter Regis Christianissimi Regis Catholici Legatos. Quo sanè prudentissimo judicio factum est, ut Rex Hispaniæ conqueri non potuerit, cùm id placuerit Domino Serenissimo, quod olim Regibus Hispaniæ placuit. Natalis Comes *lib. 1. Histor.* sui temporis, Marzarius *consil. 26. n. 33.* Theodor. Gothofre. *de la preseance des Roys de France cap. 3. in Annot, fol 45.* Vide Bodinum *lib. 1. de Republica c. 9. n. 145.* ibi: Non ita pridem Rex Hispaniarum tentavit Regum nostrorum Legatos antevertere; sed Venetorum Senatus consulto deturbatus est anno MDLVIII. Hac sententia graviter offensus Hispanus provocavit ad Curiam Romanam, sed Papa Pius IV. Anno Domini 1564. Gallo præcedentiam 12
etiam tribuit, teste Onuphrio Panvinio in vita Pii IV. Antonio de Vera *livr. 3. de l' Ambassadeur parfait p. 98.* & sequent. idem tradunt Joan. Antonius Petramellarius *in Additionibus ad Onuphrium de summis Pontificibus*, Cabrera Morales *in Continuatione Alphonsi Ciaconii de Gestis summorum Pontificum in Pio IV.* Petr. Justinianus Venetus *lib. 15. Histor. Venet.* ibi; Pontifex circa jus præcedentiæ inter Gallorum & Hispaniarum Re- 13
gum Oratores, priorem locum Gallo, uti semper observatum fuerat, attribuit. Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. c. 9. n. 145* Joh. Bapt. Adrianus *lib. 18. Historiar sui temporis.* Papyrius Massonus *in Histor. Pontificum in Pio IV.* Petr. Matthæus *in Hist. Henrici IV. Regis lib. 1. narrat. 2. n. 8. fol. 41.* Thomas Costus *del compendio dell' Istoria del regno de Napoli part. 3. lib. 1.* qui uno ore idem testantur, quibus adjungendi ex

 Germa-

Germaniæ nostræ Scriptoribus Paul. Matth. Wehnerus *in Metamorph. Rerumpub. cap. 7. fol. 89* & Anton. Colerus *in Disputat. de jure Imperii German. sect. 66.* Rationes, quibus Pontifex motus, ut pro Gallo judicaret, affert in medium Cavitellius *in Annalibus Cremonensibus Anno*
14 *1564.* ibi: Summus Pontifex declaravit, debere præcedere Legatum Regis Galliæ, sub fundamento, quòd Galliæ regnum sit antiquius Hispaniæ, & Galli priùs Hispanis fidem Christi receperint, quamvis Rex Hispaniæ plura habeat regna, & sit potentior Rege Gallorum, confer Cardinalem Vitellium *in discursu de controversia præcedentiæ agitata Romæ inter Legatos Regum Galliæ & Hispaniæ*, quem inseruit libro suo *de dignitate Regum Hispaniæ c. 3. n. 18.* Jacob. Valdesius, quo loco in responso Pontificis ad Legatum Hispaniæ hæc legitur ratio decidendi: Haveva trovato gli Francesi sempre che stavano à canto all' Ambasciador dell' Imperadore, gli conservava in quello istesso luogo, senza dar gli cosa alguna de nuovo. Postmodum Anno 1588. Sixtus V. Papa Gal-
15 lum Hispano prætulit in Didaci D' Alcala Hispani canonizatione Cicarella *in vita Sixti V.* vide Goldast. *in Seniore lib. 1. c. 30. n. 6.* ubi adducit eam in rem Franciscum Pegnam *in lib. de vita & actis canonisationis S. Didaci Complutensis*; ita quoque in Comitiis Poloniæ Warsoviæ celebratis Anno 1573. communi ordinum decreto Gallorum Regi antiqua sedes assignata fuit, Thuan. *lib. 56. Histor.* Monlucius Episcopus Valentinus *in discurs. de elect. Regis Polon.* Theodor. Gothofredus *in tract. de la preseance des Roys de France sur les Roys d' Espagne cap. 1. in Annotat. lit. b.* & hanc esse veram sententiam omnium populorum Christiani orbis, ostendit effatum Thomæ Campeggio Episcopi de Feltrio *in Concilio Tridentino*, qui pro indubitato ponit, Regem Franciæ præcedere cæteros omnes orbis Christiani Reges, placet hac de re subjicere verba Dn. Auberii, quæ exstant *in d. tr. p. 40*: Et pour montrer, *ait*, que ce n'est pas là le sentiment seul de Rome, de Veneze, & de Pologne, mais generalement de toutes les nations & les peuples de la Chrestienté; c'est
16 que Thomas Campeggio Evesque de Feltrio, l'un des Prelats Italiens qui se rendirent des premieres au Concile de Trente, a remarqué que S'y estant mene en sa presence entre quelques Prelats de diverses Nations, la question qui devoit avoir la preference du Roy de France, ou de celuy des Romains, ils convinrent tous d'abord, comme d'un fondement & d'une verité indubitable. Que le Roy de France avoit tousiours precede

cede tous les autres Roys de la Chrestiente. Idem notatum à Michaele 17
Suriano Veneto, *in relatione Italica de Legatione sua in Galliam p. 5.* ibi:
Per tutti questi rispetti il Rè di Francia hà hauuto sempre fin' à questi tempi il primo luogo di dignità fra tutti li Rè Christiani senza contrasto. Et se bene il Rè di Spagna pensa al presente d' haver ragione di contendere; però non è nissuno de suoi regni che ne per splendore di nobilitá ne per fama d' antichità ne per gloria di titolo si possa comparare col regno di
Francia. In hac sententia Curiam Romanam & Pontifices perseve- 18
rasse, constat ex literis Pauli de Foix Legati Regis Galliæ Henrici III. ad d. Henr. scriptis Romæ die 28. *Maji* Anno 1582. in quibus inter alia hæc habentur: Monsieur le Cardinal d' Est & moy n' avons esté d' advis de parler au Pape, pour Scavoir comment l' on traittera icy ledit Ambassadeur quand il sera arrivé, & quel lieu on luy donnera. Car c'eust esté revoquer nous mesmes en doute vostre precedence, laquelle est toute claire & certaine, mesmement à Rome, ou vos Ambassadeurs sont en possession de preceder, & ou il y a eu jugement du Pape Pie IV. depuis lequel nul Ambassadeur d' Espagne ne S' est trouvé en Chappelle aux ceremonies. Et non seulement ce Pape, qui est juste & non partial, ne voudroit avoir pensé à vous faire tort de ladite precedence; mais nul autre Pape, pour Espagnol qu'il fust, n'oseroit l' avoir attenté contre le droict de possesion, que vous avez, & le jugement de ses predecesseurs, pour la crainte qu'il auroit que vostre Majesté n' usast d' une infinité de moyens que vous avez de vous en revancher. &c. Hadriano *l. 17. della historia.* Per li ordini antichi il Christianissimo dopo l' Imperadore ha semper tenuto per tutto il luogo piu degno. Quinimo Turcarum
Imperatores Amurathum 3. & Mahumetem 3. pro Gallo pronunciâsse 19
testatur Leonclavius *in Supplem. Annal. Othom.* Goldastus *in Senior. lib. 1. c. 30. n. 9. p. m. 114.* & in fœdere Henrici IV. cum Achmete de Ann. 1604. *attic. 32. præcedentia* Gallico Legato præ Hispano expresse attributa. Baudier *en l' inventaire de l' historie des Turcs livre 17. ch. 14. pag. 729:*

Porrò, si ordinem Scripturæ quis attendere velit, constat Regem Galliæ, Hispaniæ Regi præpositum fuisse, prout constat ex Tra-
ctatu pacis inter Galliæ & Hispaniæ Regem de Anno 1559. d. 3. April. 20
au chateau en Cembresis. ibi: Au nom de Dieu le Createur. A tous ceux qui ses presentes lettres verront, Soit notoire qv' apres tant & si

dures guerres dont il a pleu à Dieu ia par plusieurs fois visiter & chastier les Peuples, Royaumes Pays, Estats, & Subjects estans sous la diction & obeissance de tres-hauts tres-excellens & tres-puissans, Princes Henry deuxiesme de ce nom, Roy de France TresChrestien, & Philippes Roy des Espagnes Catolique &c. Verùm enim verò hoc argumentum fragile esse, aliquoties suprà monuimus & præterea constat Hispanum Gallo præponi in R. A. zu Augßburg de Ann. 1566. § und da einig Standt.

Ex prædictis & hactenus allatis planè constat, in possessorio potiorem esse Christianissimi Gallorum Regis causam, eumque Hispano præferendum, sané, antiquitus nulla Gallo eam ob causam ab Hispano mota controversia, ast postquam plurima ista Hispaniæ Regna in unum coaluere corpus, simul cum potentia crevit ambitio, qua de re eleganter Petrus Bertius *in Breviario totius Orbis Terrarum p. 13.* Regna Hispaniæ divisa olim, *ait*, inter plures fuere; at tunc quidem nemo erat illorum, qui non Francorum Regibus libenter adsurgeret, inque adversis rebus ipsorum salutem opem implorarent: nunc omnibus illis regnis ad unum caput reductis, auctaque aliunde potentiâ, crevit cum fortuna animus; eoque tandem devenit, ut plura adhuc appetat.

Cæterùm videamus modò; *An in petitorio ejusmodi rationes ab Hispanicæ causæ defensoribus allatæ, ut ob eas Hispanus Gallo præferri de-*
21 *beat?* Cranatus & Valdesius præprimis urgent magnam istam Hispani potentiam & multitudinem ac amplitudinem regionum, idem movet Besoldus *in discurs. de jure* προεδρίας *c. 2. n. 7.* qui itidem pro Hispano concludit. Fatendum equidem nulli Imperatorum, Regum aut Principum majus imperium obtigisse eo, quo Philippus IV. Hispaniarum & Indiarum Rex potitus, prout notatum Valdesio de dignitate Hispanica, *c. 12. fol. 243. & seqq.* Anno quippe 1578. in Philippo II. Caroli V. filio omnia Hispaniarum regna confluxerunt; videlicet regnum Hispaniæ, Arragoniæ, Siciliæ, Neapolis, Sardiniæ, Portugalliæ &c. hoc regnum Hispanicum decuplo esse majus, quàm Turcarum Imperatoris scribit Bodinus *lib. 2. de Republ. c. 2.* & Romanum imperium, quando vel maximum fuit, Hispanico minus fuisse, ostendit Lipsius *de magnitud. Roman. lib. 1. cap. 3.*

cap. 3. & quocunque se die nocteque sol vertit, nunquam in hoc regno Regem cernere occasum tradit Joan. Bapt, Villalpand. *in praefat in Ezech. p. 7.* amplissimas enim Europae provincias, nobilissimasque Asiae Africaeque regiones complectitur. Novum denique orbem, qui Europâ Africaque latiùs patet, solus pacificè possidet, asserente Botero *in Relat part. 2. l. 4.* Ut nihil nunc dicam de immensis reditibus Regum Hispaniae, qua de re lectorem remitto ad Casparum Klockium *in tr. de Aerario lib. 1 c. 6. per tot.* Vide etiam von Macht, Reichthumb, Gewalt und Einkommen Kön. May. in Hispanien. Acta publica Lundorpii *tom. 2. lib. 7. tract. 12. fol. 1247. & sequent.* Equidem in petitorio in considerationem venire potentiam alicujus insignem *suprà libro 1.* monuimus. Gallici Scriptores opponunt heic potentiam Regis sui, id quod fecerunt Legati Henrici II. Regis Galliae, cùm de praecedentia & Sessione cum Legatis Philippi II. Regis Galliae disceptarent. Les Ambassadeurs d' Henry II. Roy de France & de Philippes II. Roy d' Espagne scribit Pierre Justinian dans son Histoire de Venize *liv. 14. p. 392.* mesurans chacun la grandeur & la puissance de leurs Maistres, poursuyvoient tous deux avec obstination ou chaleur la premiere & plus honorable Seance dans les solemnitez publiques & les assemblees. 22

Caeterùm, an potentia Regum Galliae comparari aut conferri posit, cum Regum Hispaniae potentia, multitudine subjectorum, & regionum, dubito, quamvis Gallicae causae defensores nihil intermittant, quod ad eam rem confirmandam adduci posit, sanè Gallia populo refertissima, prout ulla regio, inspiciat quis tantùm solam Lutetiam Parisiorum, planè, quod me attinet, satis mirari non potui, tantam multitudinem hominum ibidem conspiciens, nec à vero abesse puto, quod Michael Suriano Venetien *en Relation Italienne touchant son Ambassade de France*, refert: Il numero popoli di Francia, *ait*, è grandissimo, perche quel Regno ha piu di 140. città, che hanno vescovieti & altre terre & villaggi infiniti, & ogni luogo pieno quanto possa essere, & in Parigi solamente si crede che siano da 400000. in 500000. anime; quinimo egò longè majorem numerum hominum ibidem degere persuasum mihi habeo, placet ulteriùs quaedam de dignitate Regni Galliae ejusque potentia ex eodem Suriano subjicere: Il regno di Francia, *ait*, per universale consenso del mondo fu sempre riputato il primo Regno de Christiani per dignità, & per potenza, & per autorità del Re che 23 24

lo governa : perche quanto alla dignità fù sempre libero fin dal suo principio, & non hà mai riconosciuta altra superiorità da altri , che da Dio. La qual cosa benche sia commune à molti altri regni, non è però à tutti : perche altri hanno riconosciuta la chiesa, come fù gia l'Inghiltera, & hora è il Regno de Napoli : altri l'Imperio, come fù gia la Bohemia & la Polonia. Oltre di questo, è Regno piu anticho d'ogn' altro che sia in essere al presente, perche 400. anni ò poco piu dopo la Nativirà de N. Sre. Giesu Christo hebbe principio, & prima di tutti per propria virtu, si sottrasse dall' obedienza & servitu dell' Imperio di Roma, al quale soleva esser soggetto : & per conseglio & opera del primo Re Faramondo cominciò á farsi leggi, & á governarsi, & á diffendersi da se stesso. Fù anco il primo ad accettare la fede Christiana nel tempo del Rè Clodoveo qualche 80. anni dopo Faramondo : d'ondè meritamente há nomè di figlivolo primogenito del la santa Chiesa, perche dopo il Papa ch'é universal capo della nostra Religione & la Sriá di Venetia che come è nata , così si è conservata sempre Christiana , non è alcun Principe, potentato, ne regno al presente chi possa avantarsi d'haver conosciuta la fede Cattolica del regno di Francia. A questa prerogativa, della quale nessuna è piùnobile, illustre, S'aggiorge un' altra, che cressendo sempre quel regno di forza & di fortuna, fù il primo che per li meriti del Rè Carlo, il quale per la grandezza dello cose fatte si chiamò Magno: fù honorato del titolo & dignità dell'Imperio, il quale durò nella posterita sua longo tempo, & del nome & titolo di Christianissimo, che dura nello Rè di Francia fin hora : ne mi pare di lasciar di dire un' altra cosa ch'é messa in consideratione da molti, che il costume d'ongere il Rè che fu ordináto da Dio nel tempo delli Rè Hebrei, & che S'usa da quattro ò trè Re Christiani & non più, & è segno d'una gran preeminenza, hebbe principio in Francia più di mille anni sono & si conserva in Reinsla sacra Ampolla sino al di d hoggi tenuta da ogniuno per cosa miraculosa, del liquore della quale si unge ogni Rè di tempo in tempo. Della potenza non è da dubbitare; perche è regno amplissimo, pieno di popoli, d'armi, & di richezze piu d'ogn' altro regno d' Europa, & comprende undeci gran provincie, come undeci membri che uniti & congionti tutti insieme somministrano forze & virtù l'un l'altro: &c. Verùm enim

25 verò quicquid sit, quoad multitudinem regnorum & populorum Gallia Hispaniæ conferri non poterit, fatendum interim amplitudinem & immensi-

mensitatem regni in tot partes divisi, & per totum penè orbem sparsi plurimum obesse illius firmitudini, & stabilitati Hispanicæ, frustra dissentiente Botero *in d. Relat.* qui in extollenda Regis Hispaniæ potentia terminos excedit, nam ut ipsimet Hispani in communi proverbio dicunt, Ne todo lo grande es bueno ma todo lo bueno es grande; Floresta Espagnola *lib. 11. cap. 1. n. 4.* econtra FrancoGallici regni partes omnes arctè & quidem circulariter sunt continuatæ. Regnum verò Hispanicum jam dudum mole sua laboravit, qua de re exstat egregium Noalii judicium apud Thuanum *lib. 81.* Porrò, quod attinet potentiam Hispanicam, quam tantopere urgent Hispanici Scriptores, & præ 26
cæteris Valdesius, argumentum hoc non est concludens, etenim hoc admisso Hispanus non solùm Gallo, sed & Imperatori nostro præferendus esset, & ex eodem fundamento Turcarum Imperator nostrum Imperatorem præcederet, sanè potentia sola Hispanica nullam præceden- 27
tiam Hispano tribuere poterit. Audiamus Jacobum Menochium interpretem juris in diversis Italiæ Academiis & postmodum Præsidem Majestatis Catholicæ *consil. 51. n. 55. & 56. & consil. 257. n. 59.* quem eandem in rem adducit Auberii *de la preeminence part. 1. p. 124.* Jurisdiction, *ait*, ne prouve point une plus grande dignitè. Dautant que 28
S'il se creoit maitenant un nouveau Roy dont la jurisdiction fust plus ample que celle du Roy de France, il S'ensuivroit par ce mauvais Principe: que ce nouveau Roy deust estre preferè au Roy de France; ce qui est tout á fait ridicule & absurde. Car ce nouveau Roy ne pourroit pas estre preferé au Roy de France; puisque celuy-cy creè long-temps auparavant, preecederoit necessairement l' autre par l' ordre du temps ou anciennetè: Et celuy qui a l'avantage du temps a aussi la preferenze des honneurs & des dignitez sur tous les autres moins anciens. Laquelle anciennetè, en cas de ladite preference des honneurs, est plus forte sans contredit que toutes les autres qualitez imaginables & l'emporte par consequent sur l' amplitù de de jurisdiction, qui prouve seulement la preeminence aux actes de territoire ou de jurisdiction, mais non pas en tous les autres. Equidem major potentia partis alterius non respicit dignitatem, nec illam auget; sed quum sit qualitas à dignitate separata, minimé tollere potest prærogativam temporis. Cæphalus *consil. 615. n. 136.* Lanfranchinus *in tract. utrùm præferendus sit Doctor: an miles n. 34.* Theodor. Gothofred. *in Annotat. sur l'Histoire du Roy*

Char-

Charles VI. fol. 590. etenim hæc qualitas, ut Dux potentior alteri præferatur eo nomine, quòd pluribus præsit, non est à legibus animadversa, neque valet, ubi subest imparitas temporis; notante Scoto *lib. 6. tom. 1. Resp. 28. n. 134.* cùm immota regula sit, ut, qui prior est tempore, prior sit in honore, *c. qui prior 54. de* R. *I. in 6.* Goldast. *de Majoratu lib. 1. c. 17. n. 5. p. m. 52.*

Quod si res gestas priorum temporum inspiciamus, apparet Gallum quoad potentiam Hispano non cedere, indeque Galliæ Regem Franciscum multitudinem titulorum Hispaniæ Regum risisse jam olim, & loco pomposæ inscriptionis, quâ Carolus V. Imperator utebatur, præ-

29 cepisse, ut literis dicto Imperatori præsentandis præfigeretur: Franciscus, DEi gratia, Franciæ Rex, & Dominus Gonessæ; qui pagus est minimus totius penè regni.

Porrò, qui Hispani præeminentiam defendunt, inter alia adducunt,

30 quòd priùs Christiana relegio introducta & propagata in Hispania, quàm in Gallia, jam verò *suprà lib. 1.* diximus in Conciliis prælatos cæteris fuisse, qui priùs religionem Christianam professi. Ergo constat quippe ex antiquitate S. Jacobum prædicâsse verbum DEi in Hispania, quò etiam penetrâsse S. Paulum non pauci putant ex S. Patribus, & S. Hieronymus *in Esaia cap. 11.* Quod de unius Pauli Apostoli exemplo intelligamus, *ait*, qui per Pamphiliam, & Asiam, & Macedoniam, & Achaiam, & diversas insulas atque provincias ad Italiam quoque & ad Hispanias alienigenarum portatus est navibus. Idem *in*

31 *Amos Prophetam cap. 5.* Qui vocatus, *ait*, à Domino effusus est super faciem universæ terræ, ut prædicaret Evangelium de Hierosolymis usque ad Illyricum, & ædificaret non super alterius fundamentum, ubi jam fuerat prædicatum, sed usque ad Hispanias tenderet, & à mari rubro, imò ab Oceano usque ad Oceanum curreret, imitans Dominum suum & Solem justitiæ. Idem affirmant S. Gregorius *in Moralibus lib. 31. c. 37.* S. Isidorus *in libello de ortu, vita, & obitu Sanctorum*, & S. Thomas *in Commentar. in Epistolam D. Pauli ad Galatas c. 2.* Vocat prædicationem Pauli cursum, propter velocitatem doctrinæ suæ: quia in modico tempore, ab Hierusalem usque in Illyricum & usque in Hispaniam prædicavit Evangelium, in eadem opinione fuit Sophronius Hierosolymitanus Patriarcha, ut ait Jacobus Faber Stapulensis *in Commentar. in Epistolam ad Romanos cap. 15.* Joannes Vasæus in Chronico Hispaniæ

ſpaniæ ad Annum Domini 67. qui itidem putat S. Paulum Anno Domini 67. in Hiſpania Evangelium Chriſti prædicâſſe: Neque mihi D. Paulus, *ait Vaſaus d. l.* bis affirmâſſe non ſine cauſa videtur in eodem capite, ſe profecturum in Hiſpaniam, neque autores graves & ſancti hoc temerè de illo memoriæ proditum reliquerunt. At nusquam in Hiſpania fuiſſe legitur in Actis Apoſtolorum. Sed Lucas hiſtoriam tantùm usque ad quartum Neronis annum proſequutus eſt. Paulus verò Apoſtolus ultimo Neronis anno, hoc eſt, decimo quarto paſſus eſt, neque res illius geſtæ decem annorum ſacrarum literarum oraculis traditæ ſunt, & tamen illum interea fuiſſe ocioſum, credendum non eſt. *Hac Vaſaus d. l.* Gelaſius tamen *in c. Beatus Paulus Apoſtolus 5. cauſ. 22, quæſt. 2.* S. Paulum ad Hiſpanias veniſſe negat, promiſiſſe id quidem, ſed præſtare non potuiſſe, unde & ipſe Hieronymus ſuprà nobis laudatus *in Epiſt. Pauli ad Ephesios cap. 5.* ambiguè ſcribit, D. Paulum ad Hiſpanias perrexiſſe vel ire diſpoſuiſſe. Quicquid ſit, licèt S. Paulus (quod tamen adhuc maximè controverſum) in Hiſpaniam penetrarit, poſito etiam, quòd S. Jacobus prædicaverit Evangelium Hiſpanis, nec Gallis, heic deeſt, quod reponant, teſtatur enim Epiphanius *lib. 2. advers. Hæreſ. 51.*
quòd S. Lucas Evangeliſta prædicaverit verbum DEi in Gallia, & ſi- 32
mile quid refert de Apoſtolo S. Philippo S. Iſidorus *apud Baronium t. 1. an 44. n. 32. p. 321.* quin & Petrum ac ipſum Paulum in Gallia
verbum DEi annunciâſſe Hiſtorici Gallici teſtantur, placet hac de 33
re differentem audire Dn. Auberii *d. part. 1. p. 1114.* Tous nos Hiſtoriens Francois, *ait*, font foy, que les Princes du ſacre College ſainct Pierre & ſainct Paul ſont venus tous deux, mais en divers temps, faire leurs fonctions d'Apoſtres icy en Gaule, & que nous avons ainſi receu des premiers les lumieres de l' Evangile, par le miniſtere meſme de ceux qui ont fondè l' Egliſe Romaine. Laquelle derniere opinion eſt notoirement forti fiée de l' authorité du Cardinal Baronius en ſes *Annales t. 1. an. 38. n. 51.* ou il prouve, que ſainct Pierre fut preſcher iusqv'en Angletterre, ou vray-ſemblablement il ne peut eſtre allè ſans avoir traversè les Gaules; & que ſainct Paul ayant parcouru presque tout l' occident, il ſor gea de paſſer en Æſpagne, qui luy reſtoit ſeul à viſiter de toutes les parties de l' Europe. *Hac Auberii d. l.* quinimo S. Dionyſius Areopagita, precioſus

 Chriſti

34 Christi martyr & Episcopus Parisiensis, qui à S. Paulo, cùm is Athenas venisset, ad Christianam religionem conversus, sacrosancto baptismo regeneratus fuit, misit ac dedit ipsi Hispaniæ Episcopum, Marcellum, quod ipsum non parùm ad præeminentiam Gallo comparandam facit.
35 Hic ipse S. Dionysius Areopagita is est, qui, cùm præternaturalem Solis defectum in passione Christi, Heliopoli in Ægypto unà cum Apollophane vidisset, exclamavit, aut Deum pati, aut vicem patientis dolere; prout constat ex Epistolis ejusdem ad Polycarpũ & Apollophanẽ scriptis, vide parentẽ meum dilectissimũ Christophorum Crusium ICtum *in consid. de passione & resurrect. JEsu Christi Filii Dei c. 13. n. 2.* quam historiam in compendium redegit Suidas, quem proximè post Cedrenum Curopalatem & Xiphilinum, atque adeò circa annum Christi 1080. vixisse censet Vossius, & ex eodem Martinus Zeilerus; unde sanè, ut obiter id addam, apparet, minimè probandam esse Origenis, Laurentii Vallæ, Erasmi Roterodami aliorumque sententiam, quâ asseritur
36 Eclipsin hanc præternaturalem neque Athenis, neque alibi visam esse, satis hoc commentum refutant Sanctorum Evangelistarum verba, quibus asseritur, tenebras factas esse ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, Matth. XXVII. 45. ἐφ' ὅλην τὴν γῆν, Luc. XXIII. 44. quò spectant notatu digna de hoc
37 defectu Solis Phlegontis Tralliani, Hadriani Cæsaris Liberti, egregii Olympiadum supputatoris, ut Eusebio audit, verba, quæ post alios adduxit clarissimus Marcus Zuerius Boxhornius *in Historia universali ad annum Christi XXXV.* ita verò se habet: τῷ Δ' ἔτει τῆς ΣΒ' Ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωρισμένων πρότερον. Καὶ νὺξ ὥρας τῆς ἡμέρας ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι. Σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν γενόμενος, τὰ πολλὰ Νικαίας κατεστρέψατο. Testimonium hoc Phlegontis ab antiquissimis subinde Scriptoribus Eusebio, Hieronymo, Origene *contra Celsum lib. 2.* aliisve adducitur, vide Paulum Diaconum *Histor. Miscell. lib. 12.*
Hic ipse S. Dionysius cùm ob confessionem religionis Christianæ capitali
38 supplicio affectus fuisset, ut fama est, beata manu sua caput ex corpore à nefariis hominibus gladio præcisum sumpsit, & suspensum brachio amplexus est, atque à collis propè Lutetiam Paris. vertice forti animo per duo millia passuum ingrediens portavit usque ad oppidum S. Dionysii, uti mihi ibidem commoranti sæpius relatum, & notatum etiam reperio ab incerto Auctore *de vita S. Dionysii Areopagitæ;* edito & latio sermone donato à Joachimo Perionio Gallo, Henrici Gallorum Regis

inter-

interprete, qui operibus S. Dionysii Areopagitæ eum præmisit, sané, cùm in itinere meo, me contulissem ad oppidum S. Dionysii, vulgò S. Denis, ut egregium templum S. Dionysii & visu dignum, tum ob monumenta Regum Galliæ, (ubi etiam ipse S. Dionysius Areopagita Apostolus Galliæ sepultus) tum ob thesaurum rerum preciosarum & rariorum, qui desiderantibus ostendi solet, vulgo le thresor de St. Denys, lustrarem, inter alia in sinistra (ni fallor) oppidi parte è regione præmemorati templi S. Denis inter rudera collapsi templi, ad valvas ejusdem rythmis gallicis antiquis idem annotatum legi, scilicet Dionysium Areopagitam Gallorum Apostolum capite plexum, ad istum locum caput suum attulisse, quod ipsum, an ita factum, vel historicæ veritati congruum, in medio relinquo.

Porrò, si res gestas præprimis antiquorum temporum, tum Gallorum, cùm Hispaniarum respicias, easque inter se conferas, facile apparebit, Gallicum regnum Hispanico non cedere, ut non dicam, 39
illud superare Hispanicum, etenim cùm Hispanicum regnum Romanis diu subjectum esset, tum postmodum à barbaris nationibus variè oppressum, jam ab initio formidabile Romanis, Francicum nomen fuit,
quippe à quibus sæpius Romani victi atq; fugati, planè Galli jam sub impe- 40
rio Divorum fratrum Honorii & Arcadii, Theodosii magni filiorum, in libertatem sese asserere ausi fuêre, ac Pharamundus Marcomiri filius prima hujus regni fundamenta ex labentis imperii ruderibus jacere cæpit. nec in ulla gente majora pietatis in DEum, virtutis & fortitudinis in hostes, justitiæ & clementiæ in subjectos monumenta, quæ omnia manent mansuraque sunt in æternitate temporum, famâ rerum, nulla temporis oblivione delenda. Sanè, si spectes merita in Ecclesiam Romanam, & propagationem Catholicæ Religionis, apparebit, Gallicum regnum longo intervallo post se relinquere Hispanicum regnum aliásve regiones, id quod vel iis, qui à limine salutârunt Historiam, notissimum, ut actum agerem, vel solem facibus adjuvarem, si pluribus id
ostendere animum inducerem. Dignissima verò sunt verba Pontificis 41
S. Gregorii, ut heic apponantur, quæ habentur in literis ipsius ad Christianissimum Gallorum Regem Childebertum, quæ adduxit etiam Auberii, ibi: Autant que la dignité Royale surpasse l' Estat vulgaire des autres hommes, autant vostre fazon de regner ou vostre couronne surpasse-t-elle sans contredit celle de tous les autres Princes, D'estre Roy, c'est

c'est un avantage qui vous est commun avec quelques autres ; mais d'être Roy Catolique, c'est un preciput que vous ne partagez avec qui que ce soit, & qui releve par consequent vostre reputation & vostre gloire par dessus celle de tous les autres Souverains. &c. Porrò, neque parum debet ipsa Hispania Galliæ, notissimum enim, quomodo Carolus M. Hispaniam á barbaris Nationibus liberârit, & Hispaniam victri-
42 cibus armis superârit. Vide *Annal. Francor. ab an. 708. ad an. 800. p. 9. & 15.* Monach Angolism. *in vit. Carol. M. p. 72. & 73.* constat id præterea ex literis Adriani I. Pontificis ad Imperator. Constantinum & Irenem, quas inseruit Bin. *t. 5. Concil. gener. p. 564.* & Baron. *t. 9. an.*
34 *785. §. 57 p. 380.* Quinimo Zelus & fervor insignis Regum Galliæ ad liberandam Ecclesiam Romanam adeò celebratur, ut inde titulus & nomen honorificentissimum Christianissimorum ipsis meritò tributum, Jo. Tilius *lib. de reb. Gall. in pr.* Claud Sesell. *lib 1. de Republ. Gall. pag. 46.* Spondan. *in Epit. Ann. Eccles.* Baron. in Anno Christi *740. n. 1.* Jovius *lib 16. Histor. pag. 326.* Flodoard. *Hist. Rem. lib. 1. c. 18. fol. 47.* Hist. Franc. Script. *t. 1. p. 871. & 873.* Ce glorieux superlatif, *ait*, Balzac dans son Prince ch. *99. p. 106.* qui estoit inconneu avanteux, & qu'il fallut faire exprez contre l'usage de toutes les langues pour honorer tout en semble leurs victoires & leur zele. Quanti hunc Titulum, Regnumque Galliæ præ cæteris imperiis æstimârit Maximilianus Imperator, tradit Thevet és vies des hommes illustres *livr. 4. ch.*
44 *5 pag. 206.* Voila, *ait*, pourquoy l'Empereur Maximilian souloit dire, tenant pro pos des Empires, Royaumes, & Seigneuries, qu'il voudroit, si les souhaits pouvoient avoir lieu, estre Dieu & avoir deux fils ; qu'à l'aisne il resigneroit la Deité, & au puisnè le Royaume de France, lequel il prisoit, tant pour le tiltre de tres-Chrestien, qu'il a de precipu sur les autres principautez, qu'aussi pour la fertilitè d'iceluy, & obeissance des Francois, qui tres-francs sont libres à donner à leur Prince ce qu'il demande. Idem tradit Bign. de l'excell *de Roys de France 4. p 487.* adde Paradin. *de antiquo Statu Burgundiæ c. 3 p. 12.* & Pietro Mesiña *part. 2. della sella rinovato di varie lectione. c. 28.* Hunc titulum si Guicciardino *lib. 11. p. 24. & 30* fides adhibenda, adimere Regi
45 Galliæ, & transferre in Regem Angliæ voluit Julius II. ob indignationem contra Ludovicum XII. Galliarum Regem, idque per Decretum in Concilio Lateranensi, nec desunt etiam ex Hispanicis Scriptoribus, qui invido

invido premunt calamo hunc titulum, præ cæteris verò Caspar Schioppius Regis Hispaniæ stipendiarius *in consilio Regio pag. 31.* qui Carolo 46
Magno anno demum 813. in Moguntino Concilio Christianissimi appellationem tributam esse, eumque honorem non ut Regi Galliæ, sed uti Imperatori delatum fuisse scribit à provinciali Concilio. Cæterùm quod Caroli M. posteri, qui Impp. non fuissent, eo titulo decoratos non fuisse, idem refert, primum verò Carolum VII. Galliæ Regem ultro ascito titulo Christianissimi cæteris Principibus se prætulisse, quæ veritati historicæ repugnare nemo non videt? Idem Caspar Schioppius *in Consilio Regio pag. 32.* in gratiam Regis sui etiam asserere ausus fuit, nomen Catholici, quod Regi Hispaniæ tribuitur; amplius & dignius, 47
quàm Christianissimi esse, sed rationes, quas affert, id non probant, quinimo testatur Estienne Pasquier *des Recherches de la France livr. 4. chap. 21. p. 482.* quin quod in Gallia, Philippum Valesium Regem, post mortem suam appellatum Catholicum fuisse constât, ut scribit modò citatus Estienne Pasquier, quem titulum diu ab Alphonso Castellæ Rege (qui ab innocentio VIII. eo insignitus erat) intermissum nostro seculo, Ferdinandum Arragonium Hispaniæ Regem à Julio II Pontifice enixis precibus rursum impetrâsse, & omnium Regum 48
Hispaniæ hereditarium fecisse, memorat Theodorus Hœping. *de jure Insignium c. 22. membro 3, n. 95. p. m. 1022.* post Spondanum *in Epit. Ann. Eccles. Baronii in Anno Christi 638. n. 1. & in Anno Chr. 737. n. 2.* Valdesium *de dignit. Hispan. cap. 13. per tot.* & Innoc. Gentilet. *in Exam. Concil. Trident. lib 4 sess. 22 n. 28. & sequens.*

Porrò, ad vindicandam Regum Galliæ præeminentiam Auberii *in petitorio* urget (*1.*) *successionem* masculinam in regno Galliæ receptam (*2.*) *authoritatem* ejusdem absolutam, & (*3.*) *potestatem* à solo DEo dependentem.

Et quidem quod (1.) attinet, verum est, quod cùm in cæteris imperiis, non masculi tantùm, sed & fœminæ regni capaces, 49
in Gallia soli masculi admittantur, idque lege Salica, quam legem Salicam Bald. *in l. si plures C. de condit. insert.* appellat jus gentium Gallorum à Vigniero de l'ancien estat de la petite Bretagne *p. 380.* dicitur le principal fondement de l'Estat, ab Arnoldo in Orat. quadam, quæ exhibetur *tom. 4. des Memoires de la ligue pag. 157* le vray Palladion de la France, & sans laquelle iamais les fleurs de Lys ne fussent monteés en ce haut degre d'honneur & de gloire, & verò de hac Lege lata ita

 tradit

50 tradit Sigebertus Gemblacensis *in Chronico ad Annum CCCCXII.* Franci, *ait*, uti cæperunt legibus, & legem Salicam dictaverunt per quatuor gentis suæ proceres electos de pluribus, his appellatos nominibus: Wisogast, Bosogast, Salogast, Wisogast: in villis Germaniæ Salechaim, Bodochaim, Windechaim &c. Ottho Frisingensis *lib. IV. c. penult.* Leges quoque, *ait*, Wisigastaldo (mendosè indubiè) & Salogasto auctoribus & hinc habere cæpere. Ab hoc Salogasto legem, quæ ex nomine ejus Salica usque hodie vocatur, inventam dicunt. Hac nobilissimi Francorum, qui Salici dicuntur, adhuc utuntur. Auctor Præfationis *in Legem Salicam*: Gens Francorum inclyta, antequam ad fidem Catholicam converteretur, dictavit Salicam Legem per proceres ipsius gentis, qui tunc temporis apud eandem erant rectores. Sunt autem electi de pluribus viri quatuor, Wisogast, Arbogast, Salogast & Windogast: qui per tres mallos (id est, Comitia) convenientes, omnes caussarum origines solicitè discurrendo, tractantes de singulis judicium decreverunt, hoc modo &c. Vide clarissimos & juris publici peritissimos viros Franciscum Hotomannum *in Franco Gallia cap. 8.* Conringium *in tr. de Orig. jur. Germanici cap. 7.* Theod. Reinckingium
51 *de R. S. & E. lib. 2. class. 2. cap. 6.* Benedict. Carpzov. *de L. Regia Germanor. cap. 1. sect. 3. &* Joh. Limnæum *in Notitia Regni Franciæ lib. 1. cap. 8. in Not. ad d. Cap. lit. T.* confer Hadrianum Junium *in Batavia historia cap. 9. pag. 101.* Salicas Leges, *ait*, Pharamundus (qui primus Francorum in gente titulum Regium sumpsit) circiter decimum principatus Honorii annum, tulisse perhibetur; & ope quatuor Regni Procerum sanxisse, quorum nomine Sigebertus, Cuspinianus & alii ista produnt. Wisogastum, Losogastum, Husogastum, & Salogastum, quos ego Philosophos & sapientes, á scientia rerum dictos existimo, quasi Catones quosdam, & excellentis Spiritus viros, qui è singulis fortè ordinibus ab ipso Pharamundo delecti fuere, ut in commune totæ Francorum Reipublicæ salubriter consulerent. Quod tempus latæ
52 Legis attinet, incidit illud in ætatem Pharamundi, ut rectè dicit *Ivo*, quum nondum Christianæ Religioni nomen Franci dedissent circa ann. CCCCXII. Conring. *d. l.* vel CDXXIV. ut Jean. de Tillet *en la Chronique abregeè des faits & gestes politiques & militaires des Roys de France in pr.* (latina ejus Chronici editio ponit annum CDXXII.) vel CDLXXXV. ut refert Bucholzerus *in Indice Chronol. pag. 227.* aut CDXC.

ii8

ut Alstedius *in Thesauro Chronolog. cap. 38. pag. 281.* Verba istius Legis leguntur *art. 62.* Legum Salicarum Pharamundi §. 6. (apud Goldastum *tom. 3. Constitut. Imperial. pag. 16.*) De Terra Salica nulla portio hereditatis mulieri veniat : sed ad virilem sexum tota terræ hereditas perveniat, Limnæus *in d. Notitia Regni Franciæ lib. 1. cap. 8. lit. (dd.)* & Carpzov. *de L. Regia cap. 1. Sect. 3.* paulò aliter verba ista recitat Pierre Matthieu *liv. 2. de l'histoire de Henry IV. narrat. 1. p. 266.* 53
De appellatione Legum Salicarum figmenta Interpretum juris varia heic referre operæ pretium esse non puto, sive enim à sale, id est, prudentiâ, ut quidam suspicantur, sive corrupta voce pro Gallica: quo dici nihil absurdius posse jam observatum Hotomanno in d. elegantissimo *Franco Galliæ libello cap. 8.* sive à Saliis Alpinis populis, quod Balduino placuit, sive à terra Salica, aut à Pharamundo ipso, Salico à majoribus cognominato dicta sit, quod arridet Johan. Ferrar. Montan. *in l. 2. princ. de R. I.* nobis perinde est, quam heic quis eligat sententiam. Et verò hoc Capitulum Legum Salicarum de excludendis fœminis, & descendentibus à fœmina truculentissimis & horrendis istis motibus & bellis inter Anglum & Gallum causam dedit, cùm Anglus sibi jure Galliam deberi contenderet, & cùm intersit hujusce rei notitiam & originem scire, uno atque altero verbo id enarremus, secuti fidem clarissimi & probati Gallorum Historici Frossardi. Scilicet Philippus cognomento Pulcher, Galliæ Rex, tres habuit filios, Ludovicum, Philippum, Carolum, & filiam unam. Et illi quidem per successionem, cúm nullam haberet sobolem, administrationem Regni transmiserunt ordine ad Carolum Fratrem, qui filium quidem sustulit, sed orbatus eodem fuit, multum adhuc adolescente. Filiam Philippi Regis, & sororem Caroli in uxorem duxit Eduardus ejus nominis secundus Angliæ Rex, è qua procreavit Eduardum filium. Postquam fato functus Carolus Rex Galliæ, proceres ad successionem Regni capessendam minimè admittebant illius sororem, Anglo nuptam: quòd ad fœminas tanti Regni molem minimè devolvi jam olim ibidem receptissimum esset. Deinde etiam, Eduardum tertium ipsius filium, & Philippi Regis nepotem, repudiabant, tanquam à fæmina descendentem moti procul dubio inter alia notabili decisione Bal. *in l. 1. D. de Senator.* qui tradit, quòd, ubi fæmina non succedit in regno, pariter non succedat ejus filius, licèt masculus, *per c. ad apostolicæ de re jud. in 6.* cùm omne, quod est ex radice, sequatur natu-
54
55
56

naturam proprii genitoris, unde idem Bal. infert, si filia Regis Francorum, non succedit in regno ex rationabili consuetudine Francorum, filius ejus, Rex Angliæ, in regno Francorum nullum jus prætendere potuit: quia in causato, non potest plus virtutis esse, quàm
57 procedat ab influenti potentia causæ, ut Bal. loquitur, vide Lancellot. *in Templ. omn. iudic. lib. 1. cap. 2. §. 1. q. 1. n. 25. p. m. 100.* Proinde proceres Regni Galliæ uno consensu sceptrum, & rerum summam detulerunt Philippo Valesio, defuncti Regis Philippi agnato. Per hanc oc-
58 casionem acerbissima secuta sunt bella, Eduardo tertio regnum Galliæ veriùs deberi sibi existimante, quàm Valesio, unde Antuerpiam, quâ nitidiorem in Brabantia civitatem non vidi, perveniens, cum Ducibus Geldriæ Juliaco Archiepiscopo Coloniensi fœdera fecit, non repugnante Cæsare Ludovico Bavaro, quòd speraret inter cæteros tumultus bellicos recuperari posse Cameracum, quæ quidem civitas imperii cùm sit, tamen á Gallis bello occcupata erat, quæ hodie Hispano subjecta, & á nõ exigua Hispanorũ manu, cum ego in itinere eam urbẽ viderem, tenebatur. In suam partem idem Eduardus postmodum traxit Flandros, quòd hi sperarent, se recuperare velle, Tornacum & Insulas, quas Gallus tenebat, eorum suasu Anglus ipse insignia Galliæ & titulum sibi usurpavit, cùm hoc modo Flandri liberos se posse fieri á juramento, Gallo præstito, putarent, conventum enim inter ipsos & Galliæ Regem fuerat, ne unquam adversa arma ferrent. Quod si non servarent, dependerent vicies centena millia, qualis verò hanc ob litem strages & profusio sanguinis humani diuturno isto bello secuta sit, vel ex Frossardo cognoscere
59 licet. Verùmenimverò dubitatum á multis, an jure Eduardus prætextu Legis Salicæ á regni successione exclusus fuerit, primò enim omnium satis constat, omnia & Salicæ Legis & Franciæ capita non de publico Regni & civitatis jure, sed de privato tantùm constituta fuisse, nam in iis unum hoc caput exstat *c. 62.* De terra Salica in mulierem nulla portio hereditatis transit: sed hoc virilis sexus acquirit, hoc est, filii in ipsa hereditate succedunt, sed ubi inter nepotes aut pronepotes post longum tempus de alode terræ contentio suscitatur, non per stirpes, sed
60 per capita dividatur, cujus Legis similis exstat apud Ripuarios *tit. 58.* Anglios *tit. 7.* Saxones, *Leg. Saxon. 38.* Longobardos, ut patet ex FF. libris, talis consuetudo Armeniorum, ut est apud Justinianum in Novell. *XII.* gemina lex Voconia, quæ septingentos per annos ferè flo-
61 rentissima sub Republica Romana, atque imperio observata fuit, sublata demum á Justiniano *in l. penult. C. de legit. hered.* nec legibus divinis

repu-

repugnat. Num. 27. & æterna heic DEum hominibus jura constituisse agnoscit Origenes *Homil. 22. in Numeros*, & verò ejusmodi Leges plurimum ad familiarum conservationem facere in 62
confesso est, cùm mulier familiæ suæ caput & finis sit, neque liberi in familia sint, patris familiam sequantur, *l. 195 & 196. D. de V. S.* quod ergo in fœminas confertur, detrahitur familiæ, quæ tenuiori 63
re prædita, non potest tueri suam dignitatem, interest verò Reipublicæ, plurimas esse familias divites splendidasque. Vide ea de re eruditè disquirentem Paganinum Gaudentium Theologum & ICtum celeberrimum *in Exercit. de Lege, quæ fœminas à successione repellit. per tot.* Cæterùm, in lege ista Salica nihil de regnorum hereditatibus 64
sancitum esse ex perlustratione ipsarum Legum Salicarum apparet, & ipse Hotomannus *d. cap. 8. Francogalliæ* fateri cogitur, quicquid sit, licèt nullum nec Salicæ, nec Francicæ Legis caput exstaret, quò mulieres á regni hereditate arceantur, tamen instituta & mores gentis tanto seculorum consensu conservatos legis scriptæ vim obtinere rectè idem Hotomannus *d. l.* tradit. Nec desunt ejus rei exempla. Nam Childeberto tertio Rege mortuo, duabus filiabus superstitibus, fratri ejus Cholthario regnum illis exclusis delatum est. Porrò, Chereberto quinto Rege mortuo tribus filiabus superstitibus Sigeberto ipsius fratri successio delata est. Rursus Gontranno Burgundiæ & Aureliæ Rege mortuo non Clotildæ filiæ ipsius, sed fratri Sigeberto regnum delatum est, ut alia nunc omittamus. Sed ut ex digressione ad priora redeamus, utrum ex hac ratione successionis scilicet masculorum ex L. Salica ad præcedentiam, qua de re quæstio, argumenta inducenda, eaque infallibilia, cuivis liberum esto judicium.

Quoad (2.) authoritatem scilicet Regum Galliæ absolutam, Bonifacius IX. Pontifex meritò Regem Galliæ appellavit le souverain Roy de toute la Chrestientè teste Godefr. *de la pres. p. 7.* & verò constat Reges Galliæ Monarchas esse in regno suo. Bodinus *lib. 2. de Republ. cap. 1. p. 285.* La France est purement Monarchique. Loyseau 65
du droit des offices *liv. 1. chap. 9. n. 22.* Le Royaume de France est la mieux establie, Monarchie, qui soit, voire qui ait iamais este au monde, estant, en premier lieu, une Monarchie Royale, & non pas Seigneuriale: une souveraineté parfaicte, á laquelle les Estats,

n'ont aucune part: succesſive non elective: non hereditaire purement, ni communiqueè aux ſemmes, ains deſereé au plus proche masle, par la loy fondamentale de l'eſtat, vid. Limn. *in Notitia Regni Franciæ lib. 1. cap. 9. in Not. ad d. cap. lit.* (*n.*) confer Thuanum *lib. XVI. Hiſtor.* ibi: Senatus ſpatium ad deliberandum popoſcit, & poſt deliberationem miſſis è ſuo numero legatis in hæc verba ad Regem reſcripſit: Quod miſſo nuper ad nos edicto, Rex, ſupreme Domine, omnino pugnante cum altero ante aliquot annos in hoc tuo Senatu promulgato ſtatuiſti, id cùm minimè æquum cenſeret Senatus, ſuarum partium eſſe duxit, ut ad te
66 de rationibus referretur, quibus adductus fuit, quominus ei ſubſcriberet. Regni legibus ita conſtitutum eſt, ut Regibus plena ſit & abſoluta in ſuos poteſtas, & qui ei parent, non aliunde, quàm ab ipſis jus petere debeant. Nam, licèt ſacrorum penes ipſos non ſit omnino arbitrium, cùm tamen jam à multo tempore ſe Religionis ac ſacerdotalis dignitatis vindices acerrimos præſtiterint, in iis meritò ſibi jus quæſiverunt: adeò ut cùm de rerum ſacrarum ſolique poſſeſſione controverſia eſt, non niſi apud Regios judices lis inſtitui poſſit. *Hæc Thuanus d. l.* Audiendus heic etiã Michael Suriano Venetus *en Relation Italienne touchãt ſon Ambaſſade de France p. m. 20*, ibi: Onde come il Rè è amato, obbedito, & ſervito da tutti, coſi ha ſuprema autorità & aſſoluta nel ſuo Regno, perche dalla ſua volontá depende ogni deliberatione di pace & di guerra, l'impoſitione di gravezze & di tributti, li conceſſioni delle gratie, & delli beneficii, la diſtributione delli ufficii, de' governi & de' magiſtrati per tutto il Regno. Et brevemente il Rè é conoſciuto per vero & aſſoluto Signore d'ogni coſa, & non è niſſun Conſeglio, & niſſun Magiſtrato di tanta autrorità che poſſa moderare le attioni ſue nè alcuno Prencipe ò Signore nel Regno è di tanta audacia, che ardiſca di opponerſi alla ſua volontá, come ſuole occorrere in altri Regni, &c. Verùm-nimverò, licèt Gallici Scriptores in extollenda Regis ſui autoritate, & poteſtate abſoluta nihil non intermittant, attamen dubito, an hæc ipſa offi ere poſſint Regibus Hiſpaniæ, quippe cùm Hiſpaniæ Re-
67 gnum æquè Monarchicum ſit, & Regi abſoluta poteſtas competat, quamvis hæc in omnibus ſuis regnis non eadem. Johannes de Laet. *in deſcriptione Hiſpaniæ cap. 5.* Hiſpaniæ regimen, *ait*, haut dubiè regium eſt & abſolutum; In quo deficiente maſculo herede, etiam filia, licèt adhuc minor, ſuccedit. Rex hic nullum agnoſcit ſuperiorem in temporalibus;

poralibus; nascitur, non eligitur. Licèt autem Rex absolutus sit non tamen in omnibus suis regnis & dominiis parem & æquè absolutam possidet imperandi potestatem. Idem de Portugalliæ regno affirmat Laet, *in descript. Portugalliæ c. 5.* Portugalliæ regimen quoque regium est, & absolutum, non minùs, quàm reliquæ Hispaniæ, idem patet ex legibus fundamentalibus, quas edidit Johannes Caramuel *lib. IV. art. IV.* Dixerunt omnes, Volumus, Domine Rex, & placet nobis constituere leges, quas vobis bene visum fuerit. Et nos sumus omnes cum filiis & filiabus, neptibus & nepotibus ad vestrum mandare. Sanè constat, in Hispania Primores multis privilegiis donatos esse, quibus etiam contra Regem utuntur. Notatu dignum hoc loco, ut ad priora revertamur, quisnam Ordo Sessionis observatus fuerit, præsente Rege Galliæ S. Ludovico, itémque 68
Regibus Angliæ & Navarræ. quidve Rex Angliæ de Galliæ Rege pronunciaverit. Exponit id Matthieu Paris Ecrivain Anglois *Hist. Angl. in Henr. 3. p. 900.* ibi: Tel fut l'ordre ou la seance de nos illustres Convives, le Roy de France, qui est le Roy des Roys de la terre, tant à cause de son onction celeste, que pour son eminente, absoluë, & souveraine puissance, y seoit au milieu, ayant à droit le Roy d'Anglettere, & à gauche celuy le Navarre. Et comme sa Majestè eu voulu faire l'honneur tout au Roy d'Anglettere, & l'eut invitè civilement de prendre de milieu & de seoir en la place la plus honorable, le Roy d'Anglettere S'en excusa fort honestement, & luy dit. Il n'en ira pas ainsi, S'il vous plaist, Sire, cette place-là vous appartient & vous est deue, car vous estes & serez mon Souverain, & il ya encore outre cela d'autres causes. &c. Sanè, ab antiquis temporibus Regis Galliæ, utpote qui inter reliquos Principes Orbis Christiani eminent,

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

aureo throno consederunt, Gest. *Dagobert, 1. c. 40. tom. 1. Script. Hist. Franc. p. 584.* instar veterum Imperatorum Romanorum: Procop. *lib. 3. de Bell. Goth. p. 183.* quibus ultro loco cesserunt reliqui 69
Principes, testante Johanne Baptista Historiographo Florentino *l. 17. Historiar. sui tempore.* Per li ordini antichi, *ait*, il Christianissimo 70
dopo l'Imperadore ha sempre tenuto per tutto il lungo piu deg no, come Re di piu antico Reame di Christianità, è come molto nelle

memoire antiche bene merito della Chiesa Cattolica, e che percio ha molti privilegi.

Quod (3.) Independentiam (uti loquuntur Dd.) Regis Galliæ attinet, eam qui Regis Galliæ partes defendunt, inde probant, quòd

71 Gallus nullius vasallus sit, aut ratione Feudi juramentum cuipiam præstare cogatur, cùm èccontra Catholicus Hispaniæ Rex, ut Auberii *d.tr.* putat, non possit se appellare Dei gratia Ducem de Milan, si non directò offendere velit Imperatorem, à quo investituram recipit, nec Regem se Neapolis dicere, cum recognoscat Neapolim in feudum à summo Pontifice, constat verò titulum DEi gratiâ propriè convenire illis, qui superiorem non recognoscunt, Rebuff. *tom. 2. Constitut. Reg. tr. ubi beneficiante art. 2. gloss. 1.* Chassan. *ad consuetud Burgundiæ in prooem. ad verb par la grace Dieu,* & ut loquitur Loyseau des Seigneuries *chap. 3. n. 66.* illis, qui ne tiennent leur Estat, que le Dieu, & de l'Espee. Verùm hoc argumentum parùm stringere adversus Hispanum, exinde patet, quòd & ipsos Galliæ Reges ratione Burgundiæ & regni Arelatensis, imperio fidelitatem debere scribat Arnisæus *de jure Majestat. lib. 1. cap. 5. fol. 430.* nec quoque inde rectè inferri poterit ad præsentem controversiam.

Porrò, si Insignium concessionem à superiore concessam, quicquam ad præcedentiam tribuendam conducere quis putet, prout quibusdam persuasum. Vide Theodor. Hœpingium *de jure insignium*

72 *cap. 8. §. 1. membr. 1. n 38. 39. 40. & sequent.* non deest, quòd Galli contra Hispanos in medium afferre possint, cùm non pauci referant Clodovæo sacris initiato, cœlo lilia aurea, quibus adhuc Reges Galliæ utuntur, quibusque subest cœli sereni color, dimissa esse, ita Robert Gaguin. *lib. 1. hist. Francic. cap. 3. pag. 8.* qui ad hanc rem confirmandam sibi adstipulari D. Bartholomæi Monasterium, gaudium Vallis appellatum, ibique fontem hujus miraculi testem ab incolis ostendi perhibet, vide Tilium *lib. 2. de rebus gestis Gallorum pag. 128* Trithem. *in compend. vol. 1. Chron. de orig. Gent. & Reg. Franc. in Rege XXX. Hulde-*

73 *rico pag. 21.* Jo Naucler. *vol. 2. Chronograph. gener. 17. in princ.* Sed quid? hi ipsi historici, licèt non exiguæ authoritatis scriptores sint, nihil tamen certi, si juxta historiæ leges examinentur, ponunt, alii scriptores, Æmilius Gillius, Regino, Georgius Turonensis sicco pede prætereunt, rem tantam & adeò memorabilem non omissuri, si unquam

factam

factū fuisset quomodo & Papyrius Massonius, Gallus scriptor non contemnendus *lib. 3. Annal. in Philippo Augusto p. 30.* nullam hujus rei mentionem fecit. Alii ejus sententiæ sunt: Eremitam quendam, cælitus admonitum, Clodovæo lilia attulisse. Malingre de la loy Salique *chap. 28. pag. 78.* Alii putant Clodovæum ipsummet Eremitam substituisse, quod ipsum tradit Estienne Pasquer *livr. 2. des recher. de la Franc chap. 15. pag. 171.* Clouis, *ait*, pour rendre son Royaume plus miraculeux, se fit apporter par un Hermite, comme par advertissement du Ciel, les fleurs de lys. Vide supralaudatum Hœpingium *de jure Insignium cap. 6 part. 3. ¶. 3. 4 5.* Cæterùm non deest Hispanis, quod 74
heic reponant, cùm etiam cælitùs inditata Hispanis fuisse insignia crucis fama sit, Hœping *d. part. 3. c. 6. ¶. 4 n. 464. & §. 7. n. 474.* an verò historicæ fidei conveniat, quod tradit Majolus *tom. 5. dier. Canicul. colloq. 5.* hæc insignia Hispanorum non tantum post Christi passio- 75
nem fuisse, sed ante Christum natum, aliis arbitrandum relinquo, adde Jac. Valdes. *de dignitat. Hispan. cap. 15. n. 14. & sequent.*

Cæterùm, ulterius Gallici Scriptores, Reges suos inde extol- 76
lunt, quòd oleo sancto cælitus demisso ungantur, qua de re Simon Majolus *in dieb. Canicul. tom. ult. fol. 1174.* & quòd ipsorum Regibus divinitus concessum strumas, vel glandulas induratas curare, qua de re pe- 77
culiari libro egit Andreas Laurentius Medicus Regius, & Advocatus Parlamenti Delphinatus *tit. de miraculosis effectibus sacræ manus Galliæ*, nec video, qua fronte Petrus de Crescentiis Medicus Gallus scribere non erubescat, multoties se quidem Reges vidisse pro more tangere strumo- 78
sos, sed qui inde sanatus fuerit, vidisse neminem, cùm contradicant ipsi omnes melioris notæ historici, & scriptores Gallici, ac ipsa expe- 79
rientia, constat enim, quòd Carolus VIII. anno MCDLXXXXIII. Romæ ac Genuæ strumis laborantes tetigerit & sanaverit, & Franciscus I. Bononiæ die decima quinta Decembris anno MDXV. præsente Pon- 80
tifice, & postea captivus in Hispania ipsa idem virtuosè egerit. Regem quoque Philippum Valesium 1400 hoc morbo laborantes curasse, Galli- 81
ci Scriptores testantur, Thevet *livr. 15. de la Cosmographie universelle chap. 2. p. 568.* Sanè, nullum sanari experientiæ reclamat, omnes sanari ab illis, et ipsis refellitur, qui secunda vel tertia vice, ut iterum tangantur redeunt, & quandoque cum ipso malo ad finem usque vitæ

luctantur. Actum hunc strumosos sanandi Reges Galliæ ordinariè
81 quater in anno, festis celebrioribus, nativitatis Domini scilicet, Paschatos, Pentecostes, & omnium Sanctorum expedire solent. Pridie actus precibus vespertinis, ut & quandoque matutinis vacare solent; posterâ luce confessione peccatorum facta, celebrationi missæ intersunt, & sacra se muniunt cœnâ, quo propitius numen habeant; interea strumis laborantes, quotquot numero sunt, postquam ab Archiatro Regio & chirurgis aulicis diligenter examinati, quo morbo infecti sint, sub dio, quod Turonibus; sive in ambulacro quodam spatioso, ut Parisiis in Lupara, en la grande gallerie, fieri solet, conveniunt, ac ibidem ab illis, quorum muneris hoc est, ita collocantur, ut primum locum teneant Hispani, post hos proximum locum teneant alii exteri, ultimum demum occupent Galli, in duplicem lineam, ut plurimum disponuntur, quarum una à dextris, altera à sinistris; tanto inter utramque spatio relicto, ut ad minimum tres quatuorve personæ uno ordine sine impedimento incedere possint. Adveniente tempore adventus Regis, procumbentes in genua, eum præstolantur, interea diligenter inquiritur, an cuipiam eorum sica, culter, vel alia lethalia arma sint, quo lædere Regē possit, quicquid verò hujus generis est, removetur. Rex postquā devotè intravit, extenso paulisper brachio dextro, manu perfunctoriè vel leviter tangit decussatim faciem oblatā, additis verbis: Le Roy te tauche, Dieu te guarisse, Vide Crantz. *lib. 6. Daniæ c. 16* Pet. de Andlo *l. 1. de Imp. Rom cap. 2.* & ibi Freher. *in Not ad verba De Regibus Franciæ*, post Hubertum Thomam Leodium *lib. 6. de vita Friderici II. Palatini* Limn. *in Notitia Regni Franciæ lib. 2. cap. 5.* Addere Regem hisce verbis benedictionem in Nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti (au nom du Pere, du Fils, & sainct Esprit) legimus apud le Mercure Francois *tom. 16 p. 580.* Præter Reges Franciæ, & Angliæ Reges strumas sanare docuit Guilelmus Tokerus Anglus *in singulari libro,* cujus titulus, *Charisma seu donum*
83 *sanationis.* De Comitibus Habspurgensibus refert Felix Faber *in historia Suevica lib. 1. c. 15.*, quod si strumosus aut gutture globosus à manu
84 alicujus eorum potum accipiat, sonum aptum & gracile guttur reportet, de Pyrrho illo Epirotarum Rege tradit Plutarchus in *ejus vita in princ.*
85 eum splene laborantibus mederi solitum, facto galli albi sacrificio, & resupinis jacentibus dextro pede pressis, vid. parentem meum colendum
86 *part. 2. de indic. delictor. cap. 22. n. 40.* Plinius *lib. 7. Natur. histor. cap. 2.*

&

& lib. 28. cap. 4. Kenosis medicatum mavult, dextrique pedis pollici vim hæsisse innuit, quòd cremato post mortem corpore illæsus intactusque ab igni repertus., & ideo in templo loculo conditus fuerit: De Bernhardo Mediolanensium Præposito justo scribit Carol. Sigon. *in hist. de Regn. Italiæ lib. 11.* quòd solo tactu cæcis visum, claudis ingressum, 87
surdis auditum restituerit, cujus dextra putrefactioni haud fuerit obnoxia, quidam referunt, ut id obiter addam, quòd, cùm gentiles S. Joannis ossa combussissent, digitus, quo demonstrasset Salvatorem, comburi 88
non potuerit, Joh. Rohl. *serm. 21. de S. Joanne*, confer parentem meum Christophorum Crusium *in Considerat. sacr. de Passione JEsu Christi Filii DEi in Prælud. n. 9.*

Cæterùm, ut ad priora revertamur, licèt DEi Opt. Max. gratiâ Galliæ Regibus sancto cœli oleo jam inunctis, hoc donum sanandi strumosos concessum, quod etiam agnoscit Jacob. Valdes. *de dignit. Hispan. c. 19. n. 10.* attamen ad hanc *nostram* quæstionem inde inferri 89
non licebit, quinimo Aragoniæ Reges etiam ægrotis morbo strumarum salutem contulisse, auctor est Beuterus *lib. 2. c. 50.* & Castiliæ vel Hispaniæ Reges signo crucis dæmones ejicere, & dæmoniacos curare, tra- 90
dit Chassanæus, quod ipsum in dubium revocat P. de l' Ancre *p. 166.* nec putat Chassanæo Gallo, tanquam unico testi fidem adhibendam esse, & hoc non amplius fieri scribit P. Matthieu *livr. 11. de l' histoire de Louys XI. p. 718.*

Porrò, quæ de titulis Regum suorum afferunt Gallici & Hispanici Scriptores, quomodo de titulo Galliæ Regum Sire videri poterit Auberii *d. tr. p. 68.* ea, ut quæ non adeò magni momenti, aut ad decisionem causæ faciunt, lubens omitto.

Ex prædictis verò & hactenus allatis facilè apparet, Christianissimum Galliæ Regem in Sessione præferendum Catholico Hispaniarum Regi, nam quod possessorium attinet, ostensum *in princ. hujus capitis*, jam ab antiquis temporibus Gallum semper Hispano prælatum fuisse, nec ullum actum possessorium in contrarium hactenus Hispanicæ causæ defensores adducere potuisse, receptum verò in conventibus publicis, & expressè constitutum in Concilio Tridentino, sua cuique jura in præcedendo servanda esse, Drauthius *in continuat. dier. canicular. tom. 5. colloq. 5.* atque hæc ratio decidendi legitur *in Responso Pontificis ad Legatum Hispanum super hac præcedentia controversia;* ibi: Haveva trovato 91
gli

gli Francesi sempre che stavano à canto all' Ambasciator dell' Imperadore, gli conservava in quello istesso luogo, senza dar gli cosa alguna de nuovo. &c. Valdes. *de dignitate Regum Hispaniæ c. 3. n. 18.* Adde: quòd pro Gallo ab universis Orbis Christiani Principibus & rebuspublicis, puta Senatu Veneto, Ordinibus regni Poloniæ, aliisve, & ab ipsis Pontificibus Romanis Pio IV. PP. anno 1564. Natalis Comes *lib. 14. Hist. in fin.* Bodin. *lib 1. de Republ. c. 9. n. 145.* & postmodum Sixto V. Papa Anno MDLXXXVIII. Cicarella *de Gestis summor. Pontific. in vita Sixti V. Papæ* indicatum sit. Et ante Pontifices declarationes litem inter Gallum & Hispanum motam, à Patribus Concilii Tridentini fuisse pro Gallo terminatam, asserit Vasquius *in præfat. Controvers. illustr. n. 12.* ubi signanter ratio Cardinalium hisce exprimitur verbis; Nihil immutare licet, quia is dicendi ordo præscriptus fuit, quinimo à Sultanis Turcarum Amuratho III. & Mahometo III. quum de eadem præcedentia à Gallorum & Hispanorum Legatis in Porta disputaretur, pro Gallo pronunciatum fuisse tradunt Johan. Leonclav. *in Supplement. Annal. Othom.* & Theodor. Gothofredus *in tract. de la preseance des Roys de France sur les Roys d' Espaigne cap. 1. in Annotat. lib. 6.*

In petitorio quoque rationes pro Gallo adductas prævalere, ex prædictis itidem non obscurè colligere licet, sanè, inter alias rationes,
92 quæ Pontificem moverunt, ut declararet, debere præcedere Legatum Regis Galliæ, has recenset Cavitellius *in Annalibus Cremonensibus* Anno 1564. quòd Galliæ regnum sit antiquius Hispaniæ, & Galli priùs Hispanis fidem Christi receperint, quamvis Rex Hispaniæ plura habeat regna, & sit potentior Rege Gallorum, sunt verba Cavitellii *d. loc.* Easdem rationes adduxit, suprà aliquoties à nobis laudatus Michael Suriano *en Relation touchant son Ambassade de France*, qui demum in hæc verba erumpit: Per tutti questi rispetti il Rè di Francia hà hau uto sempre fin' à questi tempi il primo luogo di dignità fra tutti li Rè Christiani senza contrasto.. Sanè Reges Galli per spacio di piu di melle anni, hanno observata la religione Christiana, senza alcuna macchia di heresia,
93 uti scribit Pietro Messia *part. 2. della Selva d. varie Lettioni cap. 28.* & nulli præ Gallis, largiùs Christiani Orbis fines promoverunt, nulli toties de Barbaris religionis ergò triumphârunt; nulli pulsos Romà Pontifices, toties reduxerunt, atque ab externa injuria texerunt: testibus Guil.

Para

Paradin. *d. antiqu. Statu Burgund. cap. 3. p. 12.* Estienne Pasquier *livr.* 94
3. d recherches de la France cap. 14. pag. 268. & Joh. Gorop. Becan. *lib. 3. Franc. p. 90.* Porrò inter alias rationes Pontificem quoque Gallo præcedentiam tribuentem, rationem habuisse diuturnæ observantiæ, tradit Justinianus Venetus *lib. 15. Histor. Venet.* Non omittendum quoque hoc loco, quòd Reges Angliæ Legatos Francorum semper prætulerint, & in consessu Equitum aureæ periscelidis sedem Regi Francorum ad dextram proximè Principem Walliæ reservarint, sinistram verò Regi Hispano post Imperatoris sedem concesserint, Petr. Matth. *livr. 1. histoir Franc. narrat. 2. n. 8.* Bodin. *lib. 1. c. 9. f. 229.* Vide pluribus hac de re suprà adductos Theod. Gothofr. *in tract. de la Preseance des Roys de France sur les Roys d' Espagne,* & Auberii *de la preeminence des* Roys *de France, & de leur preseance sur l' Empereur & le* Roy *d' Espagne,* Cardinalem Vitellium *in discursu de Controversia Præcedentiæ* agitata Romæ inter Legatos Regum Galliæ & Hispaniæ, aliòsve.

Cæterùm, vetus & famosa ista præcedentiæ controversia, inter Christianissimum Galliæ & Catholicum Hispaniarum, Reges, hoc seculo magno impetu in utriusq; Regni Legatos Londini Anno præterlapso 1661. mense Octobri iterum agitata, tùm enim decimo die Octobris Legatus ordinarius Regis Galliæ, Comes de Estrades suos, Legato extraordinario Regni Suecici Londinum ingredienti obviam misisset, Legatus Regis Hispaniæ Baron Batteville sibi subjectos itidē eidē Legato Suecico obviam non modò misit, sed simul mandavit, ut præcedentiæ jus sibi assererent, hinc cruenta inter utrosque orta dimicatio, qua re Rex Galliæ graviter offensus, ita ut extraordinario Regis Hispaniæ Legato Comiti de Fuensaldanna indicatum fuerit, ut regno excederet, majoribus planè motibus hæc controversia præcedentiæ causam dedisset, ni Anno sequenti 1662. per declarationem quandam Regis Hispaniæ, ab ipsius Legato extraordinario Marchione de la Fuente expositam, hoc dissidium compositum, & Regi Galliæ satisfactum fuisset, prout constare poterit ex scripto quodam, cujus rubrica: Process, Verbal. contenant la Declaration, que le Marquis de la Fuente Ambassadeur extraordinaire du Roy Catholique prés du Roy, a faite à sa Majestè, sur ce qui estoit arrivè en la ville de Londres le dixième Octobre de l'annee

deniere 1661. entre les Ambassadeurs de France & d'Espagne : ensemble tout ce qui S'est passé dans cette premiere audience. Quod scriptum exstat penes Authorem *Diarii Europæi parte novissima p.m 244. & seqq.* sufficiat nunc adduxisse, ipsam resolutionem Regis Hispaniæ, à prædicto Legato Marchione de la Founte, in præsentia Christianissimi Galliæ Regis, ac plurimorum Comitum ac Baronum Regis Galliæ, nec non exterorum Legatorum clara voce expositam. Verba Declarationis, idiomate hispanico factæ hæc sunt:

El Rey mi Sennor me ha mandado ponga en las reales ma nos de Vnestra Magestad esta carta en creencia mia de lo que representare en su real nombre à VnestraMagestad respondien do á la que recivio de V. M en Madrid per mano del Arcobispo de Ambrun su Embaxador alos 29. de Octobre del anno passado 1661. susecha de Fonteneblo à 17. del mismo , sobre laqual me manda dezir à V. Mag. lecha pesado mucho del caso succedido en Londres alos 10. del dicho mes de octobre entre los Embaxadores de Vnestras Magestades cerca la personna del Rey de Inglatierra por la competencia del lugar que havian de llevar sus coches en la entrada publica de un Embaxador extraordinario de Suecia por el desgusto que V. Magestad ha recivido deste accidente el qual ha causado al Rey mi Sennor la misma novedad que à V. M. le ha succedido, y que assi enteniendo esta noticia ha mandado salyr de Londres al Baron de Batteville su dicho Embaxador y que venga á Espanna revocando le del cargo que tenia, para dar satisfacion á V. M. y hacercon el las demonstraciones que merecieren sus excessos y iuntamente me ha mandado assegure à V. Magestad de como à embiado sus ordenes atodos sus Embaxadores y ministros assi in Inglatierra , como en todas las demas Cortes y par tes donde residen y residieren los dichos ministros y pueden ofrecerse seme iantes difficultades en razon de competencia paza que se abstengan y no concurran con los Embaxadores y ministros de V. Magestad en todas las funciones y ceremonias publicas à lasquales los Embaxadores y ministros de V. Magestad assistieren.

Hactenus verba Declarationis Hispanica, Vid. Anthor. *Diarii Europæi d. l. & p. 248, & seqq.*

CAP-

CAPUT. V.

De dissidiis ratione Sessionis & Præcedentiæ, inter Reges Hispaniæ & Angliæ obortis, necnon rationibus ac argumentis, quæ ab utraque parte adduci possunt.

SUMMARIA.

1. *Rex Galliæ in Sessione semper prælatus fuit* Regi *Angliæ.*
2. *Anno 652. Angliæ Legati Regis Galliæ Legatis, præsente Bassa Turcico de præcedentia quæstionem moverunt.*
3. *Carolus V. Imperator Anno 1545. Vltrajecti in consessu Equitum Aurei Velleris, sedem Henrico Regi Angliæ ad dextram, sinistram verò Francisco Regi Galliæ concessit.*
4. *Quod ipsum nullum Regi Galliæ præjudicium potuit afferre exinde, quòd hoc ætatis & ordinis intuitu factum fuerit, juxta Articulum 17. dicti Ordinis.*
5. *Delphinus Franciæ præcedit Regem Angliæ, qui etiam in Concilio Constnatiensi prælatus legitur.*
6. *Controversiam Sessionis inter Hispanum & Gallum non novam esse, ex Ceremoniali libro Paridis de Grassis probatur, & quinam Scriptores de hac Controversia egerint?*
7. *Julius II. Pontifex pro præcedentia Regis Angliæ adversus Regem Castiliæ judicavit.*
8. *Ferdinandus V. Rex Hispaniæ ob jus prærogativæ instituit controversiam cum Henrico VIII. Angliæ Rege, & quænam idem Rex Hispaniæ adduxerit rationes?*
9. *Tempore Elisabethæ Reginæ, Angli noluerunt concedere præcedentiam Hispanis.*
10. *Pro Rege Castiliæ contra Regem Angliæ super eadem præcedentiæ controversia in* Concilio *Constantiensi determinatum fuisse, probatur.*
11. *In* Concilio *Basileensi in hac eadem Sessionis controversia, in favorem Regis Hispaniæ judicatum fuit.*
12. *Don Juan de Sylva Legatus Hispaniæ ad* Concilium *Basileense, Angliæ Legatum, admota violenta manu loco movit.*
13. *Quoad potentiam Anglia cum Hispania conferri non potest.*
14. *Egregium de Anglia effatum* in-

ingeniosissimi H. de Rohan. refertur.

15. *Adducuntur de potentia Angliæ verba Authoris Relationis Italiæ de regno Britannico apud Honorium.*

16. *Reges Angliæ ducentas aliquando naves majores adversus hostes suos instruxisse indubium est, idq; factum ab Henrico V. adversus Carolum VI. Regem Galliæ.*

17. *Potentiam Anglorum arguunt insignes istæ expeditiones in Galliam ab Eduardo II. & Eduardo III. Anglorum Regibus susceptæ.*

18. *Idem probat devicta ab Anglis classis Hispanorum maritima Anno 1588.*

19. *Exponitur, quanta magnitudo, & potentia Hispanici Regni, & quænam regna ad id spectent.*

20. *Reprobatur Boterus, qui existimat Hispanum duabus validis classibus membra tantis locorum intervallis disjuncta probè in officio retinere posse.*

21. *In decisione dissidiorum de Sessione inter Reges semper ratio habita ejus, qui prius Christianismum professus.*

22. *Anglos primos ferè inter omnes Europæ populos Christianam religionem suscepisse, ex Meterano notatur.*

23. *Angli à quo & quibus temporibus ad religionem Christianam conversi fuerint, ex Witichindo, Beda, Regione, Sigeberto aliisq; probatur.*

24. *Angliæ Reges ob egregiè navatam operam in propaganda religione fidei Catholicæ post Henricum IIX. à Leone X. Fidei Christianæ & Catholicæ Defensorum titulo affecti fuerunt.*

25. *Quando nisu tentarit Hispanus Angliam sibi subjicere, quò tandem id diu speratam Monarchiam aspirare posset.*

26. *De reditibus regni Angliæ lectu jucunda afferuntur.*

27. *Hispania olim majestatem Romani imperii, ejusq; victrices recognovit aquilas.*

28. *Hodie hoc regnum ab Imperio Romano avulsum neminem superiorem recognoscit.*

29. *Legati Victoris II. Pontificis Romani pro libertate Hispaniæ Regis pronunciarunt.*

30. *Variæ rationes exemptionis Hispanorum ab imperio afferuntur.*

31. *An præscriptione immemoriali se quis eximere possit à superioritate Imperii?*

32. *Hispaniam primùm omnium obtinuerant Carthaginenses, quibus eandem eripuere Romani.*

33. *Quoties Hispania à Romanis debellata & victa, & quomodo eadem hisce erepta à Saracenis?*

34. *Evincitur, Navarræos & Legionenses primos omnium se Maurorum jugo subduxisse, & Reges sibi elegisse.*

35. *Anglia à nullo extero Principe tentata fuit, usque ad Julium Cæsarem.*

36 *Quando Britanni à Romanis vi-*

ai

tii in eorum potestatem pervenirent.

37. *Reges Angliæ ab imperio expresso privilegio exemptos se dicunt, & neminem præter DEum superiorem agnoscunt.*

38. *Sigismundus Imp. cum ad littora Angliæ appelleret, pacem facturus inter Henricum V. & Galliarum Regẽ, non prius admissus fuit, quàm profiteretur, nihil se contra superioritatem Regis prætexere.*

39. *Evincitur ex Fortescutio, Henrici VI. Cancellario, & Philippo Cominæo Regis Angliæ potestatem, Parlamenti auctoritate non parùm circumscriptam esse.*

40. *Scotiæ Regibus nihil inconsultis ordinibus permittitur.*

41. *Historica Scotica in Regum suorum albo quinquaginta exhibet aut expulsos, aut incarceratos quosdam in publico capitali supplicio affectos.*

42. *An Status Regni Angliæ Monarchicus sit? disquiritur, & adducuntur hac de verba Eduardi Cockii, Camdeni, & Thomæ Smithi.*

43. *Parlamenti authoritatem in Anglia non semper eandem fuisse, probatur.*

44 *Adducuntur verba Thomæ Smithi de sessione Regis Angliæ in Parlamento, ejusq́; Cancellarii, Episcoporum, Ducum, & Baronum.*

PRæcedenti capite jus προεδρείας vel dignitatem, Regibus Galliæ competentem, contra Hispanos asseruimus, ad alias modò controversias Sessionum accedimus, acturi hoc capite de Sessionis lite, inter Hispaniæ & Britanniæ Reges, agitatâ.

Primó omnium monendum duximus, Regem Galliæ in Sessionibus semper prælatum fuisse Regi Angliæ, idq́ quod neminem, qui à limine salutavit historias, negaturum confido, & licèt, siquidem Relationibus publicis fides habenda, Anno 652. Regis Galliæ Legatis, Angliæ Legati, præsente magno Vezier sive Bassa Turcico, de præcedentia quæstionem moverint, exinde à verbis ad verbera procedentes, haud tamen argumentis vel quibus rationibus innixi fuerint Angli, apparet. Non Anglorum causam juvat, quòd Anno 1545. Carolus V. Imp. Ultrajecti in consessu Equitum Aurei Velleris, sedem Henrico Regi Angliæ ad dextram, sinistram verò Francisco Regi Galliæ concesserit, Sebast. Munster. *lib. 3. Cosmograph. c. 209.* Sed hoc ipso nullum præjudicium Galliæ Regibus illatum, constat, cum ætatis & ordinis intuitu id factum fuisse appareat, juxta articulum 17. dicti Ordinis.

Note numbers in right margin: 1 (beside "nibus semper prælatum…"), 2 (beside "gliæ Legati…"), 3 (beside "Ultrajecti…"), 4 (beside "judicium Galliæ…").

Quinimo Delphinus Franciæ præcedit Regem Angliæ, qui etiam in
5 Concilio Constantiensi prælatus legitur.

Cæterùm, quod controversiam Sessionis præsentem inter Reges Hispaniæ & Angliæ attinet, non novam eam esse, constat ex Ceremoniali
6 libro Paridis de Grassis magistri Ceremoniarum tempore Julii II. P.P. Anno 1504. conscripto, ubi tamen Rex Hispaniæ Anglo præpositus legitur. De hac Sessionis controversia vide Garibaii *lib. 11. d'el compendio*
7 *historial d' Espanna cap. 7. & lib. 16. c. 23.* Marianam Jesuitam *lib. 21. de Reb. Hispaniæ cap. 6.* & Alphonsum de Carthagine Episcopum Burgensem *in Reg. Hispan. anacephalæosi cap. 7.* ibi: Qui audiens aliqua, quæ in disputatione sedium cum Anglicis, de antiqua claritate Gothorum ad Regis nostri eminentiam demonstrandam in medium adducebantur &c. Nec desunt speciosæ rationes, tam in possessorio, quàm petitorio, quæ ab utraque parte adduci possunt. Nam Anglorum causam in possessorio non parùm juvat, quòd Julius II. Pontifex pro præcedentia Regis Angliæ adversus Regem Castiliæ judicâverit. Petr. Matthæ. *in Histor. Henrici IV. Regis tom. 2. lib. 7. n. 12. fol. 651.* & quamvis Ferdinandus V. Rex Hispaniæ ob jus prærogativæ instituerit controversiam cum Henrico VIII. Angliæ Rege, adducens, quòd licèt olim, cùm Hispania suis partibus disjuncta esset, primus locus post Regem Galliæ Anglo
8 competierit, nihilominus post tot regnorum alluviones, sibi (Hispano) debeatur locus honoratior, attamen Julius Pontifex, quemadmodum scribit Volaterranus *lib. 3. Comm. in fin.* cùm utriusque Oratores ad præstandam obedientiam convenissent, prærogativam Anglo reservavit, Caspar Ens *in Thesaur. polit. part. 3. apotelesm. 63.* P. Matth. *d. l.* Proinde, tempore Elisabethæ Reginæ Galliæ, Angli noluere con-
9 cedere la preseance aux Espagnols, Pierr. Matthieu *livr. 2. del' histoire de France & du Regne de Henry IV. narrat. 1. p. 275.* Pro Hispano, ejusq; præcedentia in possessorio contra Anglum, allegari poterit, quòd pro Rege castiliæ contra Regem Angliæ, super eadem præsidentia in Con-
10 cilio constantiensi determinatum fuerit, testibus Alphonso de Carthagine Episcopo Burgensi *in Reg. Hispan. anacephalæosi cap. 7.* Surita *lib. 12. de los Annales de Aragon. c. 66.* & Mariana Jesuita *lib. 21. de Reb. Hispan. cap. 6.* uti in Concilio Basileensi in hac eadem Sessionis contro-
11 versia, in favorem Regis Hispaniæ judicatum fuit, Sim. Majol. *tom. 4. dier. canicul. colloq. 5. fol. 326.* Sanè, Don Juan de Sylva legatus Hispaniæ

ſpaniæ ad Concilium Baſileenſe Angliæ Legatum admotâ violentâ manu loco removit. Antonio de Vera *en ſon parfaict Ambaſſadeur livr. 3. p. 94. & ſeq. & p. 96.* Cúm Anno Chriſti 1598. Legati Angliæ Reginæ Eliſabethæ, Hiſpaniarumque Regis Philippi II. de pace, ut tractarent, conveniſſent, de hiſce ceremoniis non concordes haud negotio principali principium dare potuerunt, Pierre Matthieu *liv. 1. narrat. ult. ſect. 16.* Ita & factum Anno Chriſti 1600. Meteranus *hiſtor. Belgic. lib. 23. fol. 698.* 12

Quod petitorium concernit, ſi utriusque jura quis examinare velit, parum abeſt quin Hiſpanus prævaleat, poſtponi verò Anglo jure non poſſit. Nam quoad potentiam, cujus in hac Seſſionum lite inter 13
alia ratio habetur, Anglia Hiſpaniæ conferri non poteſt. Fatendum quidem Angliam viribus maritimis, & rebus bello præclarè geſtis eminere, adeò ut veriſſimum videri poſſit, quòd de Anglia pronunciat ingenioſiſſimus H. de Rohan, in lectu digniſſimo ſcripto *de l' intereſt des* 14
Princes & Eſtats de la Chreſtiente, à Monſieur le Cardinal de Richelieu en partie 1. Diſcours 7. p. m. 126. que l' Angletterre eſt un grand animal, qui ne peut iamais mourir, s' il ne ſe tuè lui-meſme. L' Angleterre, *ait Idem d. l.* qui eſt comme un petit monde á part, n' avoit rien demeſler avec les autres Princes, ſinon entant que la neceſſitè du commerce l' y obligeoit, qui eſtoit lors ſon vrai intereſt. Car par lá, lui venoit l' opulence, laquelle conivinte à ſa ſituation la rendoit aſſez conſiderable. Confer Relationem italicam de regno Britannico, quæ exſtat apud Ho- 15
norium *in Theſauro Politico,* ibi: Non dimeno è rimaſto tanto potente il lor regno, che ſi ritrova, che non hà biſogno, d' altri per la propria diffeſa, anzi non ſolo è difficile, ma ſi puo dire impoſſibile (ſe non è diviſione nel Regno) che per via di forze poſſa eſſere conquiſtato. Ex qua Relatione conſtat, maritimas modò Angliæ vires valde diminutas eſſe, neque paresſeculis prioribus Reges Angliæ ducentes aliquando naves majores adverſus hoſtes ſuos inſtruxiſſe indubium eſt, prout factum 16
ab Henrico V. adverſus Carolum Sextum Regem Franciæ Anno milleſimo quadringenteſimo decimo octavo. Notæ præterea inſignes An- 17
glorum expeditiones in Galliam ab Eduardo II. & Eduardo III. Anglorum Regibus ſuſceptæ, cùm Gallia ab ipſis graviter preſſa, & florentiſſimæ ejuſdem ditiones occupatæ, Galli quoque ſæpius profligati & ad extrema redacti, quod ipſum Regi Galliæ cognato ſuo jam antè prædixerat

xerat Robertus Siciliæ Rex, insignis Astronomus, prout tradit Froslardus *lib. 1. Histor.* Sané, de potentia Anglorum vel inde colligere licebit, quòd uno eodemque tempore bella gesserint cum Gallis non modò, sed & Scotis sæpius, eosque devicerint, uti ex Froslardo, aliisve historicis passim constat. Quod verò Hispanicam potentiam concernit, quomodo eandem contriverit Anglia? argumento est vel sola illa, omni ævo memorabilis, expeditio maritima Hispanica superiori seculo Anno 1588. suscepta, ubi classis maritima
18 Hispanorum, quæ invicta ferè habita, per aliquot dies â 31. Julii usque ad 12. Augusti ab Anglis sub auspiciis Draconis peritissimi Ducis, & ob circumnavigatum orbem terrarum celeberrimi, oppugnata, & majori ex parte oppressa fuit, quod ipsum pluribus exposuit Emanuel Meteranus *lib. 15.* der beschreibung des Niderländischen Kriegshandels / adde acta publica Lundorpii *tom. 2. cap. 7. tract. 11. fol. 1240. & seqv. tit.* von Macht / Reichthumb / Gewalt und Einkommen des Königreichs Engelland. Cæterùm, quicquid sit, si amplitudinem Regionum, & potentiam Hispanicam cum Anglica conferas, facilè apparebit, hanc parem Hispaniæ non esse, ut adeò verissimum Hispanorum proverbium, Dios es poderoso en el ciel y el Rey d' Espagne en la tierre, quod ipsum in Gallia jactabat Mendoza, legatus Hispanicus, *Histor de France de Henry IV. liv. 6. narrat. 5.* & o-
19 stensum à Lipsio *lib. 2. de magnitud. Roman. c. 3.* Romanum Imperium, quando vel maximum fuerit, Hispanico minus fuisse. Et sanè, abundantia & multitudine ditionum Rex Hispaniæ Alexandrum, Trajanum, Carolum Magnum omnesque alios magnitudine & gloriâ longè antecellit. In Europa tenet amplissima Hispaniarum regna, inter quæ *quorum appellatione venit* Lusitania, Arragonia, *Valentia*, ac cætera regna, quæ Hispaniæ incorporata sunt, Augustin. Barbosa *in tract. de verb. appellat. lit. H. appellat. 115. per tot.* Belgium, quod mile ferè milliaribus ambitur, taceo, Majoricam, Minoricam. & Evisam, insulas, quarum prima 300. altera 150. tertia octo milliaribus in Orbem porrigitur. In Italia possidet Regna: Neapolitanum (quod mille & quadraginta milliaria circumeunt) & Siculum (cujus circuitus est 700. milliarum) quæ fiduciario jure ab Ecclesia Romana agnoscit, possidet quoque Insubriam sive ditionem Mediolanensem (cujus ambitus est 300. milliarium) Marchionatum

natum Finalis & Dynastiam Pontremolensem, deinde insulam Sardiniam, cum titulo Regni liberi, quæ 561. milliaribus patere creditum, ut nihil nunc dicam de novo Orbe, qui Europa Africaque latiùs patere dicitur, quem solum Hispanum pacificè possidere, asserit Boterus *in Relat. part. 2. l. 4.* qui in viribus & potentia Regis extollenda modum excedere videtur. In Africa Rex Hispaniæ Castellæ nomine, nobili isto portu, ab incolis Masalquivir appellato, quo portu nullus insignior aut securior est in mari mediterraneo, possidet etiam extra fretum Herculeum insulas Canarias, quarum nulla minus, quàm nonaginta milliaribus ambitur. Nomine regni Portugalliæ possidet in Africa & mari Athlantico Septam, oppidum in Mauritania Tingitana ad fretum Gaditanum situm, à Johanne Rege Pottugalliæ Anno 1415. Mauris ereptum, & Tingim, quam hodie Tanger vocant, quæ oppida claves maris mediterranei & Oceani Athlantici sunt, nomine Lusitaniæ idem Rex tenet insulas Azores quas Flandricas vocant, quarum præcipua est Tercera, & insulam S. Michaelis. Portum Sanctum, nec procul inde Maderam, vino præstantissimam, quæ præcipua insularum Oceani Athlantici est & 160. milliaribus cingitur, ad continentem Africæ post Magazaon & Castrum Arguin sese offert Madagascar, sive insula S. Laurentii, quæ omnium feré insularum totius Orbis terrarum maxima habetur, in qua quinque Reges Regem Hispaniæ superiorem agnoscunt, ejusque Vasalli audiunt. Remitto lectorem ad Caspar. Klock *lib. 1. de Ærario cap. 6.* & Campanellam in erudito scripto *de Monarchia Hispanica.* Equidem, licèt nullus quoad multitudinem regnorum Hispano
conferri possit, attamen regnum Hispaniarum mole sua laborare, pru- 20
dentiores quique judicarunt, Boterus tamen *d. l.* existimat duabus validis classibus membra tantis locorum intervallis disjuncta probè in officio retineri posse, quod ipsum verosimile non est, utut enim concedi possit, ditiones omnes, quas Rex intra mediterranei maris limites possidet, unâ eâque validâ classe conservari posse, attamen quis affirmabit, Oceani Indici, Eoi, Atlantici, Australis & Septentrionalis dominium unâ classe defendi p8sse. Adde Hispaniæ multarum rerum necessariarum ad naves & nautica instrumenta copiam deesse, quis igitur credat Botero, Hispanum tot classibus instruendis parem esse posse, Batavos in utraque India plures naves uno mense instruere posse, quàm Hispanos septé aut octo mensibus, & vel integro anno, certum est.

Porrò, quod priorem Christianismi professionem attinet, cujus in decisione horum dissidiorum de Sessione inter Reges, semper habita
23 ratio in conciliis, teste Ænea Sylvio *lib. 2. de Gestis Concil. Constantiensis*, ibi: Ordinem istum neque nobilitas, neque majoritas peperit, quia ut quæque Natio verbum DEi priùs suscepit, sic prior habetur. Capite præcedenti dictum, ipsum S. Jacobum in Hispaniam penetrâsse, & verbum DEi prædicâsse, quod etiam de S. Paulo non pauci tradunt, prout itidem præcedenti capite monuimus. Non deest verò heic Anglis, quod reponant, cùm Anglos primos ferè inter omnes Europæ populos Christianam Religionem suscepisse, tradat Emanuel Meteranus *lib. 13.* dero beschreibung des Niderländischen Kriegshandels *p. m. 478.* ibi: und gleich/ als die Engländer auß allen Völckern in Europa leichtlich die ersten gewesen/ die den Christlichen Glauben angenommen &c. Witichindus Monachus Corbeiensis *lib. 1. Annalium* testatur, Anglos per Gregorium Pontificem ad Christianam Religionem conversos fuisse, sive ut ipse loquitur ad Christianitatis nomen pervenisse. De hac Anglorum ad fidem Christianam conversione legantur Galfridus Monumetensis *lib. 11. cap. 12.* Beda *historia Ecclesiastica Anglor. lib. 2. cap. 22. & seqq.* Gregorius M. Papa *lib. 1. Indict. cap. 30.* Regino, Sigebertus, Contractus, aliíve. Incidit verò hæc Anglorum conversio in Annum Christi 596. qui est 150. ab ingressu gentis novæ in Britanniam 14. Mauritii Imperatoris. Ipsi Angliæ Reges ob egregiè navatam operam in propaganda Religione Catholica post Henricum IIX à Leone X. Fidei Christianæ &
24 Catholicæ Defensorum & Propugnatorum titulo affecti, testes Thuanus *part. 1. histor. lib. 1. Anno Christi 1534. p. m. 48. & seq.* Thom. Milles *de nobil. Polit. & civil. Tit. de Majest. regia inaugur. p. 98.*

Proporro, cùm in expeditionibus maritimis ab omni ævo nulli ferè imperio cesserit, victâ verò Angliâ Rex Hispaniæ eò commodiùs & faciliùs sibi Belgium subjicere possit, aut certè maxima inferre damna non modò Belgio, sed & Gallo terribilis futurus, adeò ut summis viribus in id
25 incubuerint Hispani, ut, si fieri posset, Anglia cum Hispania conjungeretur, quo tandem ad diu speratam Monarchiam Hispania aspirare posset, qua de re præstantis ingenii vir Th. Campanella *de Monarch. Hispan.* pluribus egit, tentatum id modò vi, modò occultè, modò per connubia, sed irrito hactenus conatu, quod non sine singulari DEi providentia factum fuisse existimat Philip. Nicolai *in lib. de regno Christi. li.*

1. t. 180. Verè & apposité Cambden. *in Annal. Anglic. Anno Christi 1577.* scripsit ; Galliam & Hispaniam esse, quasi lances in Europæ libra, & Angliam lingulam, sive libripendem. Adde fæcundam esse Angliæ provinciam, in qua temperatus certa mediocritate aer, Jul. Cæsar Scaliger *in Subt. ad Cardanum Exercit. 284. p. m. 853.* ejusque proventus insignes, sané ordinarios regni Anglicani reditus, antequam Henricus VIII. bona Ecclesiastica occupâsset ad quingenta aureorum 26
millia accessisse Boterus prodidit & Joannes de Laet. *in descript. Angliæ cap. 7. n. 504.* è tabulis publicanorum testatur, portorium omnium mercium evectarum Anno 1612. ascendisse ad 93794. libr. sterling. Easdem tabulas, *Idem ait*, fidem facere easdem Anno 1621. vectigal mercium evectarum reddidisse publicanis 82162. libras, invectarum autem 91059. libras sterling., ut adeò non sine causa Hispani, Angliam cum Hispania conjungere toties tentaverint.

Quod verò dignitatem tum Regum Hispaniæ, cùm Angliæ Regum attinet, constat Hispaniam (licèt olim majestatem Romani imperii, ejusque victrices recognoverit aquilas, Mart. *p. 1. de jurisd. c.* 27
16. n. 73. text. in l 2. §. 1. ibi : quæcunque in partibus Hispaniæ. *C. de offic. Præfect. Prætor. Afric. l. relegatorum. §. 10. D. de interdict. & relegat. L. cum servum C. de serv. fugitiv. Restaur.* Castald. *de Imperat. Roman. q. 35. n. 11. & seq.* Reincking. *de R. S. & E lib. 1. Class. 2. cap. 8.*) hodie ab imperio Romano avulsam, ejusq; imperium non agnoscere, Molin. *in consuet. Parisiens in pr. n. 20*, Jason. *in l. cunctos populos lect.* 28
1. C de Summ. Trinit. & Reges Hispaniæ in regnis suis Imperatores & Monarchas esse tradunt, Perez. *ad Ordinat. Regn. Castell in proæm. qv. 1.* Salgad. *de reg. protect. p. 1. c. 1. n. 26.* Olan. *in antinom. jur. Civil. & Can. in præfat. n. 2.* ac nullius superioris legibus teneri, Borell. *de Cathol. Reg. præstlan. c. 31. n. 21.* Cabed. *decis. Lusitan. 211. n. 3.* nec de facto Imperatores Romanos recognoscere, Corset. *de potest. Reg. p. 3. qu. 22. n. 19.* Engelbert. Ab. *de Ortu & interit. Rom. Imper. c. 16.* Hæc Controversia cùm jam olim mota esset inter Henricum Imperatorem Romanum & Ferdinandum Regem Hispaniæ in Concilio Turonensi sub Victore II. Pontifice Romano, & Legati Imperatoris conquesti essent 29
apud Pontificem, Ferdinandum dicere, se exemptum ab omni jure Romani Imperii, seque Imperatorem nominari, Legati à Pontifice constituti, auditâ utrâq; parte, earumque rationibus ponderatis, pro liberta-

 berta-

bertate Hispaniæ Regis pronunciàrunt, testibus Marian. *lib. 9. re reb. Hisp. c. 5.* Azor. *instit. Moral. p. 2. lib. 11. qu. 5.* cujus quidem exemptionis rationes has adducunt Icti, non Hispani modò, sed & Galli, Itali, & Germani, quòd Hispani proprio sanguine, periculis, & impensis absque ullo Romanorum Cæsarum auxilio, Sarracenos & Mauros
30 Hispaniâ ejecerint, Corset *de potest. reg. p 3. qu. 22 n. 19.* Castald. *de Imper. qu. 53.* Oldrad. *consil. 69.* Vasq *lib. 1. Controv. illustr. cap. 22. n. 11.* Reincking. *d. l. n. 13.* Gryphiand. *de Weichbild. Saxon. lib. 1. cap. 10.* quòd per tempus immemoriale Hispanos pro jure suo non interpellaverint, Vasq. *lib. 2. Controvers. illustr. c. 82. n. 21.* Felin. *in c. cum non liceat X. de præscript.* Mart. *p. 1. de jurisd. c. 26. n. 70.* & Romani injustè, per vim & sine titulo Hispanis imperârint, Castald. *de Imp. qu. 53.* sanè, quòd non sufficiat, præscriptionem immemorialem ad tuendam exemptionem allegare, putat Reincking. *d. lib. 1. class. 2. cap. 8. n. 90.* mo-
31 tus ea ratione, quòd obedientia & superioritas in æternum non sit præscriptibilis *c. cum inter X. de consuetud. arg. lib. 6. in fin. C. de præscript. 30. vel 40. annor. c. cum non liceat 12 X. de Præscript.* proinde Idem *d. l. n. 87.* improbat sententiam Besoldi, qui eas gentes, quæ olim Imperio subjectæ & sese exemerunt, de jure Imperatorem Romanum pro Domino ut observent, obstrictas non esse statuit, quâ sententia Reincking. admissa sequi videtur maximum incommodum, ut controversiæ de regnis regnorumque finibus nullo unquam tempore extinguantur: quod non tantùm ad perturbandos multorum animos & bella serenda pertinet, sed etiam communi moratiorum gentium sensui repugnat, uti rectè observat & ostendit Hugo Grotius *lib. 2. de Jure Belli & Pacis cap. 4.* vide Tacit. *Ann. 6. Liv. lib. 32. & 35.*

Equidem, ut paulò altiùs de imperii Romani jure, in Hispaniam
32 competente, ordiamur, constat primum omnium eam obtinuisse Carthaginenses, de quorum rebus gestis in Hispania agit Vasæus *in Chronico Hispaniæ capite 11.* Hisce Hispaniam eripuere Romani, enimverò magna pars Hispaniæ, per fortitudinem Scipionis Africani Romanis acquisita fuit, testante Livio, quam postmodum per consules suos iidem rexerunt, Vasæus *capite 12.* inter Hispanos & Romanos per ducentos postea annos dubio marte dimicatum est, sub Indibili Rege & Sertorio Duce fortissimo. Sub Augusto Imperatore demum Cantabri debellati, & universa Hispania Romanis stipendiaria facta est. Pancir. *No-*

tit.

tit. Imper. Occident. cap. 67. quibus paruit usque ad Annum Christi CCCCX. quo Gothi Romanis Hispaniam eripuerunt, nam cùm Vandali, Suevi, & Alani, in præceps ruente imperio Romano, â Stilicone acciti Hispaniam aliquandiu obtinuissent, Honorius Imperator ad eosdem debellandos & expellendos usus fuit operâ Gothorum, quibus Aquitaniam & Galliam Narbonensem dedit. Hi ipsi verò hisce finibus non contenti Hispaniam invadunt, eámque possederunt quietè per trecentos fermé annos, usque ad annum Christi DCCXIV. quo Saraceni & Mauri per fretum Herculeum Hispaniam ingressi, eandem obtinuerunt, pulsis Gothis, & cæso Roderico ultimo Gothorum Rege, Joan. Vasæus *in Chronico Hispaniæ cap. 15.* Rodericus Santius *part. 2. Historiæ Hispanicæ cap. 37.* qui diversas ibidem sententias authorum de morte hujus Roderici recenset. Quidam enim cæsa universa nobilitate Gothorum eundem in ipsa acie interfectum esse tradunt, alii equum ipsius & insignia regalia in volutabro quodam inventa produnt, corpus verò nusquam apparuisse, & scribit Garribai *Histor. Hispan. lib. 8. c. ult.* Navarræos & Legionenses primos omnium se Maurorum jugo subduxisse, & Reges sibi elegisse; illos quidem Hennecum, hos verò Pelagium Roderic. Santius *p. 3. cap. 1. Hist. Hispan.* quibus deinde reliquæ provinciæ secutæ sese in libertatem vindicârunt. De Navarræ regno hactenus disceptatum, inter Galliæ & Hispaniæ regna, utri competeret, cùm ad Gallos id transivisse sit verosimile, & â Gallicis Scriptoribus Bodino, Carolo Molinæo, aliisve ostensum, quibus contradixerunt, & pro jure Hispanorum in regno Navarræ scripserunt Hispani; Jo. Lupus *de retent. Navar. p. 5. §. 3.* Ant. Nebrissen. *de bell instit. Ferdin. & Isabell. contra Navarr.* Borell. *de Cath. Reg. præstan. c. 46. n. 104.* 33 34

Quod Angliam attinet, ea à nullo extero Principe tentata est, usque ad Julium Cæsarem, testaturque Dio Cassius *lib. 39.* nec Græcos, nec Romanos de Britannis certi aliquid novisse. Primus verò Julius Cæsar post Gallias debellatas in Britanniam trajecit cum exercitu, & profligatis Britannis iis tantum obsides dare, & tributa annua pendere imperavit; unde Cornelius Tacitus *in vit. Agric.* eum Romanis Britanniam ostendisse potiùs, quàm tradidisse memorat: Sub Claudio postmodum, cùm Britanni tributa denegarent, ab eodem victi fuere Tacit. *12. Annal.* qui Romam rediens de iisdem, eorúmque Duce Caractato triumphum egit, & Britannici titulum assumpsit, Suet. *in Claud.* vide Arthurum 35 36

Duck. *de usu & authoritat. jur. civil. Romanor. in dominiis Principum Christianorum lib. 2. cap. 8.* & Nobiliss. D. Lans. *in Orat pro Britan.* Sub Vespasiano & Domitiano post Britannos Australes, Septentrionales quoque debellati, insulæque Britannicæ Romano imperio subjectæ fuere, prudentiâ & fortitudine Julii Agricolæ Petiti Cerealis, & tum
37 primùm Britannia in provinciæ Romanæ formam redacta, Tacit. *in vit. Agric.* Hodie Reges Angliæ & Britanniæ ab imperio expresso privilegio exemptos se dicunt, ac neminem præter DEum superiorem agnoscunt, Lans. *d. l.* Hinc cùm Sigismundus Imp. ad littora Angliæ
38 appelleret, pacem facturus inter Henricum V. & Galliarum Regem, non priùs admissus fuit, quám profiteretur, nihil se contra superioritatem Regis prætexere, sed adesse amicum ejus, & si vellet, inter duos vicinos Reges Mediatorem, Arnisæus *de jur. Majest. cap. 2.*

Porrò, si ad præeminentiam & dignitatem vindicandam *facit* habendi modus, uti Grotius loquitur *lib. 1. de I. B. & P. cap. 3.* ¶. *11.* procul dubio is major in Hispano, quàm in Anglo, cùm Hispanus Mo-
39 narchicè & magis absolutè imperat, quàm Anglus; cujus potestatem Parlamenti auctoritate non parùm circumscriptam, scriptores tradunt. Fortescutius Heinrici VI. Cancellarius, juris Anglici consultissimus (quem adduxit Milto in defensione pro Populo Anglicano contra Salmasium *cap. 9. p. m. 88.*) Rex Angliæ, *ait*, neque leges mutare potest, neque tributa nolente populo imponere, sed nec probaverit quisquam ullis testimoniis antiquorum, Regni Angliæ statum merè esse regalem. Philippus Cominæus auctor gravissimus *Commentariorum quinto*; Inter omnia, *inquit*, Orbis terræ regna, quorum ego notitiam habeo, non est meâ quidem sententiâ, ubi publicum moderatiùs tractetur, neque ubi Regi minùs liceat in populum, quàm in Anglia. *Hæc Cominæus.* adde Polydor. Vergil. *lib. 11. Histor. Anglicæ*, ubi vitam Hen-
40 rici XI. Regis exponit, planè Scotiæ Regibus nihil, quod totius regni statum attinet, inconsultis ordinibus permitti, tradit Buchanan. *lib. 8. rer. Scoticar.* idque probat exemplo Roberti II. Regis Scotorum Idem Buchanan. *lib. 9. Rer. Scoticar.* Sanè, quantam potestatem nuperrimè de facto sibi vindicaverit, & usurpârit Parlamentum Angliæ, ex Actis contra Carolum Stuardum, filium Jacobi VI. Regis, & Annæ Friderici II. Regis Daniæ, nec non Henrici Stuardi Darlii Regis & Mariæ

Sco-

Scotorum Gallorumque Reginæ nepotem, Principem pium, benignum, humanum, & Patriæ patrem, abundè patet, cui caput adorandum securi maledicta truncatum & ignominiosa carnificis manu pollutum fuit, quamvis nonnisi nefarios & degeneres divinæ humanæque legis, perjuros & seditiosos, in hanc sententiam consensisse, verosimile sit, inauditum enim, Regem à populo suo ad tribunal rapi, & capitis condemnari, audax planè facinus & scelus ultimum, certè orbis stare non potest, majestate Regum calcata, providentiam verò DEi Opt. Max. inperscrutabilem facilè ex eo colligere licet, quòd tam nefandi sceleris rei, & ipsa fax & tuba Oliverius Cromwellus, justo DEi judicio, partim repentina morte obierint, partim justissimas sceleris pœnas dederint, ipse verò filius & heres potentissimi Regis Caroli Stuardi, injuriâ è regno pulsus, modò omnium applausu, & unanimi Populi Anglicani consensu restitutus regno suo, & ab eodem in Regem Augustissimum receptus & coronatus fuerit, cùm antea nulla spes recuperandi regni affulgeret, ut adeò appareat, in solius DEi potestate esse transferre imperia, & animos subditorum flectere, & in rectam viam reducere. Cæterùm non novum, Anglos Regibus suis se opposuisse, eosdem incarcerâsse, & ultimo supplicio affecisse. Historia Scotica in Re- 41
gum suorum albo quinquaginta exhibet aut expulsos, aut incarceratos, quosdam etiam in publico capitali supplicio affectos. Angli à Gulielmo Conquæstore tres numerant in carcere occisos Eduardum II. Richardum II. & Henricum VI. ait Claudius Salmasius *in Defensione Regia pro Carolo I. cap. 5. p. m. 95.* Idem *in d. Defens. Reg. cap. 9.* operosé contendit, Statum Angliæ Monarchicum esse, adducens 42
Bractonum, qui ante quadringentos annos temporibus Henrici III. vixit *lib. 1. cap. 8. sect. 5.* ibi: Omnis quidem sub Rege, ipse sub nullo, sed tantùm sub DEo. Eduardus Cockius *in libro de jure Regis Ecclesiastico* sic scribit: Juxta igitur leges hujus Regni antiquas hoc Angliæ regnum absolutum est imperium, ex uno capite, videlicet Rege, & corpore politico compacto & composito, ex membris distinctis plurimis & ferè infinitis, nihilominus inter se cohærentibus consistens. Quæ omnia lex bifariam in Clericos & Laicos dividit, qui utrique proximè & immediatè sub DEo, suo capiti subjiciuntur & obsequuntur. Cambdenus summus rerum Anglicarum autor *in*

libro

libro de Britannia scribit ; Rempublicam Anglicanam constare ex Rege sive Monarchâ, nobilibus, civibus, ingenuis & opificibus. Deinde subjicit : Rex, quem Saxonico nomine majores nostri Kyningen, nos contractiùs Kynge appellamus, supremam potestatem & merum imperium apud nos habet, nec in imperii clientela est, nec investituram ab alio quovis accipit, nec præter DEum superiorem agnoscit. Audiendus heic præ cæteris, eximiæ eruditionis & Angliæ rerum peritissimus Thomas Smithus Jureconsultus, Eques Auratus, & Reginæ Elizabethæ Consiliarius *lib. 2. de Republica & administratione Anglorum cap. 4. in pr. p. m. 64.* Princeps, *ait*, (quem ego nunc & antehac sæpius Angliæ Monarcham appello) Rex Reginâve summam pacis bellique denunciandi potestatem habet, *bellum* indicit, fædus aut inducias rursum paciscitur, vel suo vel consilii sanctioris arbitratu. Sanctius consilium è Nobilibus, Baronibus, Equitibus, Armigerísque, prout libet, colligit, qui in dies singulos, aut quoties necessitas postulat, super gravissimis regni negotiis deliberatum conveniunt, ut deinceps Principi quàm optimè consulant.

Cæterùm, quod Parlamenti in Anglia authoritatem, de qua antea diximus, attinet, ista non eadem semper fuit, imminuta valde ejus potestas Eduardi tertii temporibus. Exposuit id ipsum
43 Author Relationis de regno Britannico apud Honorium *in Thesauro Politico pag. m. 182.* ibi : Et se bene antica mente questi Parlamenti, havevano tale autorità & liberta, che i Re erano piu præsto capi Politici & Civili, che Sig. & Monarchi, non dimeno da Eduardo terzo, in qual' autoritá de' Re si é talmente munita, che hoggi i Parlamenti non servono per altro, che per coprire conquesta apparenza le voglie, & appetiti loro, & per fuggire nelle consultationi delle cose dubbie la fatica, & l' incommodo, & nelle periculo se il danno, che per rimettere punto, della potesta che hanno, perche nissuna cosa, che in essi si determini è valida, se non è confirmata dal Re. &c. Porrò, quanta Parlamenti Anglici authoritas, constat præterea ex historia Henrici VII. á Francisco Bacono de Verulamio scripta, qui memorat, quòd Henricus condonationem generalem noluerit, ut á Parlamenti authoritate promanaret, sed durante adhuc Parlamento, nec in partes consilii vocato, ipsemet per edi-

ctum

ctum Regium veniam illam generalem subditis suis refractariis concesserit, *p. 28.* quin ut leges ab ipso latæ semper prudentiæ & artis imperandi imaginem impressam haberent, operam dederit, *p. 355.* De Parlamenti potestate idem Thomas Smithus *lib. 2. de Republ. & administrat. Anglor. cap. 2.* hæc scribit: In Comitiis Parlamentariis posita est omnis augustæ absolutæque potestatis vis, quippe quemadmodum robur & virtus Angliæ dicuntur in acie residere, quia illic cum dynastia cæteraque nobilitate plebeque Rex ipse adest: ita quoties in pace de rebus arduis liberatio inciderit, Dynastæ Regulique præstantioris in Rep. partis vice defunguntur; equites armigeri, nobiles, & plebeji, reliquę multitudinis locum obtinent; cleri nomine conveniunt Pręsules; mox animam quasi & colophonem addit jussus Principis, idem Smithus *d. lib. 2. c. 3.* Cujusque Constitutionis caput & titulus hac quasi forma recitatur: Decretum est, &c. Decretum est, &c. simúlque observatur, quod Princeps dicto comprobet, nam in hujusmodi sic ait: Le Roy aut La Royne le veult, habentúrque tum consummatę regni Anglicani Constitutiones, & paulò pòst: Quibus Princeps derogatum vult, haud pluribus verbis utitur, quàm Le Roy aut La Royne s'advisera; quę propterea exstincta penitus abolitáque censentur. &c. De Sessione Regis Angliæ in Parlamento, ejusq; Cancellarii, Episcoporum, Ducum, & Baronum, agit idem Smithus *d. l. 2 c. 3.* ibi: Locus in quem conveniunt, tapetibus & picturis textilibus splendidè obducitur, soliúmq; Rege dignum in medio conspicitur, demissiore in loco à Rege proximus sedet Cancellarius, Principis Orator & interpres, dextrum latus Archiepiscopi Episcopiq;, sinistrum Duces & Barones occupant, inter utrumque ordinem medii sunt consessus judicum, quiq; sunt Regi ab Epistolis, & Cancellario ab Archivis, lanceis de more saccis insidentes, ut sicubi de jure controversia oboriatur aliqua, aut de literis, quę hinc inde inter Principes missitantur, deque iis, quę in Senatu geruntur (neque enim suffragari, cuiquam horum licet) appositè respondeatur, atq; hoc superius Senaculum nuncupatur, &c. 44

CAPUT VI.

De Sessionis & præcedentiæ controversia inter Potentissimos Sueciæ & Poloniæ Reges, & utri horum jus προεδρίας competat, solidis argumentis & rationibus ostenditur.

SUMMARIA.

1. In Ceremoniali Romano Paridis de Grassis Polono ultimus ferè inter Reges locus assignatus fuit

2. Adducuntur argumenta, quibus evincitur jus προεδρίας *Suecorum præ Polonis.*

3. Nicolaus Ragualdi seu Ravallus Gothus Vexionensis, & ArchiEpiscopus Upsalensis in Concilio Basileensi validè asseruit, primum inter Principes Christianos locum Suecis deberi.

4. Adducta hac de re verba Andreæ Burei.

5. Hujus Nicolai Ravalli Orationem hac de re, lectu dignissimam, exstare apud Johannem Magnum in Historia Gothica notatum est.

6. Probatur, regnum Sueciæ antiquissimum esse, quod jam diu ante Caroli M. Imperatoris tempora ab antiquissima hominum memoria suos agnovisse, nec non Reges subjectos nemini habuisse.

7. Magog nepotem Noachi ex Iapheto primùm cum familia Sueciam Gothiamq; occupâsse, ex Bertio refertur.

8. Adducuntur verba Joannis Magni, existimantis, Suennonem Magogi filium Sueonicæ gentis propagatorem fuisse.

9. Gothorum gens non alibi habuit fixam sedem, quàm in Suecia, unde in omnes Romani Imperii partes, Italiã, Hispaniam, Galliam, & Germaniam dimanarunt, & præ aliis omnibus populis Romanum imperium oppresserunt, quinimo Gallus Imp. tributum Gothis solvere spopondit.

10. Ab Alarico & Athaulpho Gothorum Regibus Roma occupata & direpta fuit.

11. Suedica & Gothica gens Ptolomæo, Plinio, Tacitóve, Suecnum nomine celebrata, non ignota fuit.

12. Author disquirit de Legibus Suecicis.

13. Vestrogothicas leges, ejúsque vetustatis esse probatur, ut latè videram

tur eo tempore, quo Gothi ex Suecia exiverunt.

14. Conveniunt Leges Suecorum majori ex parte cum Isidori legibus Visigothorum.

15. Quando generale jus totius regni Suecici compilatum? ejusq; aequitas.

16. Sueci prae reliquis Septentrionalium regionum incolis, ut literarum, ita & artium scientiarumq; cultores exstiterunt.

17. Non Graecis tantùm, sed & latinis Philosophis admirationi Gothi fuere, quòd prae caeteris gentibus immortalitatem animarum crederent.

18. Praeclarum Crantzii testimonium de Suecorum gentis prae reliquis praeeminentia, dignitate & rebus gestis adducitur.

19. Nusquam stabile & fixum Gothorum nomen & habitatio reperitur, praeterquam in regno Suecorum.

20. Ex Scandia Gothos exivisse, multis rationibus probatur.

21. De Suecorum rebus gestis & fortitudine iterum Crantzii verba adducta.

22. Poloni, quorum nomen & origo antiquis ferè ignota, Ducibus primùm paruerunt, quorum primus Reipublicae Polonicae, Princeps & conditor fuit Lechus An. ID L.

23. Cracus exstruxit Cracoviam.

23. Boleslaum Chobri, seu Acrem Mieczislai filium, ab Ottone III. Germanorum Imperatore, regio nomine & honore decoratum fuisse Ann. cIↃ I. Scriptores Polonici ad unum ferè omnes tradunt, quod improbatum.

24. In uno eodemq; dignitatis genere prior meritò censendus est, qui prior meruit dignitatem.

25. Inter Consulares Romanos praeferebatur is, qui prior gesserat consulatum, etiamsi posterior bis consulfuisset.

26. Evincitur, quoad res praeclarè gestas, Suecorum gentem Polonicâ superiorem fuisse.

27. De Polonorum rebus gestis quaedam adducuntur.

28. Poloni Germaniae Imperatorum diu tributarii fuerunt, pendentes iisdem 500. marcas annuas

29. Amplitudo & potentia utriusque regni Suecici & Polonici quaenam?

30. Potentiam Suecorum terrâ marive maximam esse, ostenditur.

31. Quaenam potentia militaris Regni Polonici sit? exponitur.

32. Ad adserendam dignitatis praerogativam & praecedentiam non parùm juvat, Christianae religionis prior confessio, seu cultus antiquior.

33. Poloni demum sub Miecislao Duce Lithuani sub Iagellone Christianâ fide imbuti fuerunt.

34. Sueci jam Caroli Magni avo, regnante in Suecia Biorne, Christianae fidei notitiam habuerunt.

35. S. Ansgarius primus Gothorum, Sue-

Suecorumq; Pontifex fuit, qui non modò in Dania verbum DEi prædicavit, sed abhinc ultimos Suconum populos Evangelii gratiâ tentavit, quod ex Alberto Stadensi, Crantzio, aliisq; probatur.

36. Probatur majorem dignitatem inesse Regibus Sueciæ, qui jus regni perpetuum sive hereditarium obtinent, quàm Poloniæ Regibus, quibus temporarium ad vitam jus durat.

37. Evincitur, Sigismundum Sueciæ & Poloniæ Regem, Sueciæ Regis nomen, Poloniæ Regis nomini in literis ad Ordines Regni Sueciæ sæpissimè præmisisse.

NObilem Controversiam Sessionis & præcedentiæ inter potentissimos Reges Sueciæ & Poloniæ ventilatam quantum attinet, neque authores, neque rationes speciosas ab utraque parte deesse apparet, quas heic pro virili excutere instituti ratio postulat. Et quidem agitata hæc controversia inter Legatos prædictorum Regum, cùm ante truculentissimum bellum Sueco-Polonicum, nuperrimè Deo aspirante feliciter compositum, tractatus pacis haberentur Lubecæ. Nec verò antiquis temporibus Sueco in specie cum Polono

1 hujusmodi de præcedentia litem intercessisse legimus, in Ceremoniali Romano Paridis de Grassis Polono ultimum fere inter Reges locum assignatum fuisse, constat.

Primò omnium non desunt argumenta, nec rationes, quæ præ-

2 eminentiam & jus προεδρείας Suecorum præ Polonis haud obscurè arguunt. Equidem dignitatem Suecorum hac in re in Concilio Basileensi

3 validè asseruit & defendit Nicolaus Ragualdi, seu Ravallus Gothus Vexionensis & Archiepiscopus Vpsaliensis, contendens: primum inter Principes Christianos locum Suecis suis deberi.

Cæterùm libet heic in gratiam Lectoris, integram Orationem à prædicto Nicolao Ravallo Archiepiscopo Vpsalensi in Concilio Basileensi pro asserenda præeminentia Regum Sueciæ præ reliquis Orbis Christiani Regibus, habitam, ex Johanne Magno Gotho Archiepiscopo Vpsalensi *lib. 16. Histor. Gothorum* subjicere, quippe quòd laudatus historicus in paucorum manibus hodie exstet. Sequitur igitur Propositio & Protestatio Reverendiss. patris D. Nicolai Ravalli Archiepiscopi Vpsalensis, cùm esset Orator Sereniss. D. Erici Gothorum, & Suecorum Regis in Concilio Basileensi, ad ostendendam præeminentiam ejusdem Regis, & regnorum Sueciæ, & Gothiæ.

Opta-

Optavimus à principio, Patres reverendissimi, nihil earum rerum, quæ hanc sanctam synodum aut conturbant, aut distrahunt, maximè quæ Christianæ religioni in Christo solido lapide angulari subsistenti parum serviunt, longis, aut tædiosis anfractibus agitare. Nos enim, qui e finibus Aquilonis à serenissimo Gothiæ & Sueciæ Rege missi, non sine magno rerum, & personarum periculo dudum advenimus, cum ea humilitate promptissimis animis vestro sanctissimo cætui interfuimus, ut potiùs causæ aliorum Oratorum de sedibus dissidentium, etiam nobis qualitercunque cooperantibus sedarentur, quàm operam daremus, ne nostræ eminentiæ jura, quibus illa insignissima regna nostra decorantur, adduceremus in medium. Non enim congruere videbatur nostræ Orthodoxæ religioni jam proximè (timendum) perituræ, ut patulis omnium cerni poterit obtutibus, ne priùs hoc sciscitaretur, ubi Regum sedes, aut quis eorum ordo, antequam de ipsa omnium ipsorum, ac nostrorum salute tractaretur. Tamen, quia non parvam diligentiam per aliorum præpotentum Regum & Principum Oratores pro suis hinc inde locis experti sumus, ne omnino negligentes reputemur, & ne Regio juri præjudicium nostra taciturnitas afferat in futurum, cum benigna supportione pauca dicemus. Memoriâ tenemus, Patres Reverendiss. argumenta peritissimorum Legatorum aliorum Regum, & Principum, ad prioritatem concludendam in hoc sacro Concilio inducta, quibus persuadebatur, antiquitatem regni, quàm susceptæ fidei, pro hac causa insistendum esse. Quòd si ex hac radice justa ordinis illatio subsumitur, credimus vos prudentissimos Patres, qui in omnibus etiam historiarum scripturis promtissimi estis, meritò pro serenissimo nostro Rege antelationis sententiam inter penè omnes mundi Reges justè prælaturos. Et ne fortè hoc junioribus fictitium esse videatur, succinctissimè ea, quæ hujus rei veritatem ostendunt, patientes audire deprecamur. Quanquam de Gothorum origine, & divisa eorum gente, ac rebus gestis, omnes penè libri, & historiæ plenæ sunt, tamen Ablabius Gothicè, Dion græcè, Jordanes latinè singularissimum studium pro annalibus Gothorum conscribendis impenderunt. Tradunt autem ex ipsis Aquilonaribus partibus, videlicet ex amplissima peninsula Scandiana (quam Cosmographi alterum orbem affirmant) innumeras exivisse gentes, inter quas de regno Gothorum, quod nunc vulgariter Suetia (ob vicinitatem) nuncupatur, primi fuere Ostrogothi, & Vestrogo-

 thi,

thi, Suedi, Vinnuli: cum quibus Turcilingi, & Heruli associati, per mare Orientem petunt, & successu temporis Ægyptum, Asiam, Ciciliam subjugaverunt: e quibus, dum in Asia viri diutius morati sunt, Amazones exiere. Post hæc Telephus Herculis filius Gothorum Rex, Priami sororem conjugio ducens, cum Danais bellum inivit, & Tersandrum Ducem peremit. Cui filius Euriphilus successit, qui in Trojano bello interfuisse, & ibidem legitur interfectus. Deinde longo intervallo Thamyris Regina Gothorum cum filio Gothis præfuit, quæ in Scytico bello Cyrum Persarum Regem peremit. Deinde Darius Hydaspis filius, ab Anthino Gothorum Principe bello victus in fugam vertitur. Neque XerXes Darii filius Rex Persarum, cum maximo exercitu contra admirandam potentiam Gothicam quicquam efficere potuit. Philippus Macedoniæ Rex, magni Alexandri genitor, Gudulæ Gothorum Regis filiam Meduppam conjugem duxit ut saltem eo medio Gothorum amicitia, & pace frueretur. Eo tempore, quo Sylla gubernacula Romanæ Reipublicæ gerebat, Boroista Græcis præfuit: & ille admirandi ingenii Diceneus in Gothicam provinciā venit, quem Rex Gothorum humaniter suscipiens, permisit illi parem sibi in populo potestatem: cujus consilio magna pars Sarmatiæ subacta est. Post quem Commositus omni prudentia & scientia Rex clarissimus sequitur: Sub quo Dacia, Mæsia, & Thracia Gothis accessere. Et quia maximam partem mundi tunc Gothi in Asia, & aliis locis possidebant, duo regna constituerunt, Orientale & Occidentale: quę Romanorum potentia, postquam successu temporis in immensum adaucta essent, multis & iteratis vicibus eorum Reges supprimere conata est: sed nunquam profecit. Domitiani Imperatoris temporibus à Dorpaneo Gothorum Rege Oppius Sabinus Romanus primò, & postea Cornelius Fuscus, duces Romani exercitus, diverso prælio interempti sunt: ex qua victoria contra Romanum exercitum Gothi amplius Anses, id est, divini, dicti sunt. Ombam etiam (quem alii Cymbam dicebant) Gothorum Rex, Decium Imperatorem bello interemit. Gallus & Volusianus cum ipsis ad pacis fœdus conpulsi sunt. Quod si cuncta enarrari debeant, quę tunc ab ipsis in Asia acta sunt, cùm Ephesium Dianæ templum ab Amazonibus conditum & ipsam Trojam aliquantulum reparatam denuò vastaverunt, ac innumeras gentes subjugaverunt, tempus deficeret. Tandem successu temporis Armanaricus Gothis pręfuit, qui tantæ nobilitatis extitit, ut

Magno

Magno Alexandro in potentia adæquaretur. Visegothi verò in Mæsia eo tempore habitantes, quo Valens imperavit, fidem Christianam susceperunt. Frutigermus Rex Gothorum Danubii partes subjecit, Lupicinum & Maximum, duces exercitus Romani prostravit, & Valentem Imperatorem Arrianum incendio concremavit; Thracia, Achaja, Thessalia, Pannonia, & cæteri illi populi à Gothis subacti sunt; Gratianus Imperator cum Fridegerno, & Theodosius cum Alhanarico successore Fridegerni, fædus pacis, timoris causâ iniere. Sublato Athanarico Constantinopoli è medio, Alaricus præficitur: qui recto tramite Italiam petens, Ravennam usque feliciter pervenit: & cùm impetrasset ab Honorio Gallias, & Hispanias, jam à Vandalis penè destructas, & ad Gallias properaret, à Stilicone Patricio in paschali die clám infestatur: unde (non mirum) ad reditum concitatus, Liguriam, Emiliam, Tusciam, atque ipsam omnium nationum caput Romanam urbem potenter subjugavit. Pepercit tamen omnibus, qui ad sacras ædes se contraxerant. Athaulphus successor Alarici, & consanguineus rogatus à conjuge sua, filia Imperatoris Theodosii, ut in Gallias (dimissâ Italiâ) properaret: unde ita factum est, ut fugatis inde in Africam Vandalis, Gallias, Hispaniasq; acquireret. Et tertio pòst anno à suis necatus, successorem annalem Sigericum habuit. Cui Vallia vir. multùm eximius successit: ac illi Theodericus: à quibus ipsa Gothica successio nobilis in Hispaniis piissimorum Ricardi, Sisenandi, Recinsuindi, & Cintile Regum derivata exstitit, ita ut ipse populus etiam Hispaniarum Gothicus diceretur. Quanta religione hi sanctissimi Reges præ cæteris polluerint, & hi clarè videre poterunt, qui gesta sacrorum conciliorum in Toleto, & Bracharensi civitatibus celebratorum perspexerint, invenient (ni fallor) quomodo ipse beatus Ricardus, studiosissimus ad ispum divinum cultum, orthodoxam fidem, damnata Arriana hæresi, quæ penè totum Occidentem tenuit, plurimum roboravit. Et quomodo ferventissimo studio vigilarent illi Sanctissimi Gothici Principes, ut Religio nostra sancta & immaculata in omni studio reformaretur, & cum quanta humilitate Conciliis Episcoporum in medio in terra prostrati cum lachrymis bonum Reipublicæ Christianæ perfici solicitarent, vix dignè exprimi potest. Hanc diligentem curam Præsides sancti advertentes, multa pro confer-

conservanda Gothica stirpe Synodica statuta edidere, maximè ne unquam alius præficeretur in Regem, quàm de Gothicis Principibus electus, ac alia plura, quæ in gestis Synodicis continentur. Tempore, quo Odovacer Pannonicus violenter Romanis præfuit, Theodericus Ostrogothorum Rex Italiæ afflictionem miseratus, à Zenone Imperatore impetrat licentiam liberandæ Italiæ: quam vi armorum á tyranno arreptam, ac Romanam urbem multo tempore pacificè rexit. Insuper de nostris Vestrogothis, & Hunnis, ac Vandalis (quorum communis erat patria originis, quamvis sibi invicem interdum adversati sunt) & de ipsorum victoriis, ac de ipsis vinculis (qui & Longobardi, sive Burgundiones postea dicti sunt) de nostris Massagetis Africanis, ac Saxonica gente, quæ à nobis primùm exorta est, & de eorum notandis gestis in Britannia, & in Anglia, multa dicenda forent, sicuti ordo rerum feliciter postularet: sed nec nostræ vires, nec tempora sufficerent longiora. Unde Reverendissimi Patres, si rectè hæc omnia (ut debent) pensentur, ubi nostro regno antiquius? ubi fortius? ubi nobilius unquam etiam à quocunque Romano Monarcha subactum legitur? sed econtra, ubi non veremur adducere & illud beati Hieronymi dictum in quadam epistola! Nonne caput mundi Roma post MCLXIIII. annum ejus, non tantùm tremuit hoc fortissimum regnum Gothorum, sed sub ipso ruit? viget quidem hodie (ut ab initio) in propria patria, licèt apud exteras acquisitas nationes, ut alia mundi imperia, plurimum defecerit. Nec Imperatores Romani (Philippo solùm dempto) priús nostris Regibus fidem Christianam recepere. Cùm ergo ista ita sint, Reverendissimi Patres, speramus, judicabitis in ordine sedium nostrum regnum primum, & si non primum, tamen primo proximum sibi jure vendicare. Verùm ne certo huic nostro juri videamur pronunc tantum inniti velle, ut controversia propter nos nova inducatur ac ipsa Sancta Synodus à proposito longiùs distrahatur, hoc paternitatibus Vestris Reverendissimis insinuare volebamus cum omni modestia, ut de nostro jure certiores essetis, ac etiam, ut hac propalata protestatione, quam facimus, ut justam admittat hæc sancta Synodus; quæ est hæc:

Quòd juxta hujus sacri Concilii statuta per quascunque locationes, sessiones quorumcunque ambassatorum, Regum, Principum,

five sedium assignationes eis factas, vel faciendas, sive quoscunque actus, eminentias, vel honoris exhibitiones, nec non per hunc locum, quem non ea (ut credimus) eminenti sede, ut de jure deberemus, occupamus, Regi nostro serenissimo, ac suis regnis nullum præjudicium generetur, ex hoc nunc, aut in futurum. Sed salvum volumus esse hoc jus Regis, & regnorum suorum, reservantibus nobis potestatem eo utendi per nos, & nostros, in hoc, & futuris conciliis, & aliis locis, quando nobis ita visum fuerit. Super quibus omnibus volumus notarios sacri concilii rogatos esse, hanc nostram protestationem cum narrationis serie, pro perpetua memoria, Synodicis gestis inscribi, nobis etiam liberale testimonium sub bulla dari de eadem. Hoc petimus cum omni, qua possumus, instantia, offerentes eundem Regem nostrum, ac regna sibi subdita, servitio Ecclesiæ DEi ac omnium vestrarum paternitatum. Quas rogamus à DEo in ipsius Ecclesiæ desiderata reformatione fructuose dirigi, & ad vota feliciter conservari, Amen.

Hactenus verba Orationis ac protestationis pro asserenda Regni Sueciæ præeminentia, interposita. De hac etiam controversia Andreas Bureus *in descript. Sueciæ* commemorat. Talem se Regi & patriæ præbuit, 4
inquit, ut omnium Aquilonarium regnorum Pontifices præcedere putaretur, nam unus ex omnibus electus, qui nomine Regis quatuorque regnorum ad Concilium Basileense mitteretur, à patribus summo honore fuit exceptus; & præ cæteris omnibus congregatis dignus judicatus, qui perplexam & diuturnam illam discordiam inter Regem Galliæ & Ducem Burgundiæ, unà cum Archiepiscopo Nicosiensi exstingueret, quod & prudenter, & sedulò perfecit, à Principibus ipsis jam reconciliatis, donis magnificentissimis ornatus. Plurima præterea, laude digna, effecit, inter quæ hoc præcipuum, quod ad honorem patriæ, historiam de antiquitatibus, origine, progressu, victoriis & eminentia Gothorum pertexuit; & in publico omnium consessu ita peroravit, ut persuasum esset patribus, Regi Gothorum nullâ injuriâ primum deberi locum inter Reges & Principes Christianos. *Hactenus Bureus in descript. Sueciæ p. m. 299.* Exstat hac de re ejusdem Nicolai Ravalli ArchiEpiscopi Upsaliensis Oratio, lectu dignissima & elegantissima, apud Joannem Magnum, 5
Historia Gothica lib. 16. c. 28. Sanè, Sueciæ Reges ipsi Hispano prærogativam suam controvertere, & ratione Sessionis, antiquitatis suæ jura adversus illum vindicare ausi fuêre, vide Alphonsum de Carthagine

gine Episcopum Burgensem *in Reg. Hispan. anacephalaeosi. cap. 7.* Polonus verò nuspiam Hispano controversiam, ob Sessionem movisse legitur.

Quod si paulò accuratiùs hæc gravissima quæstio examinetur, præsertim juxta rationes & fundamenta *lib. 1.* adducta, quæ in harum Sessionum dissidiis recepta à prudentioribus, & in Conciliis & Conventibus Christianis approbata, apparet, Sueco locum honoratiorem in Sessione præ Polono, jure denegari non posse. Primò enim omnium, si
6 vetustatem antiquitatemve utriusque gentis consideremus, constat antiquissimum esse regnum Sueciæ, quod jam diu ante Caroli M. Imperatoris tempora ab antiquissima hominum memoria suos agnoverit, habueritve Reges nulli subjectos, Bert. *in Germ.* qui putat Magog nepo-
7 tem Noachi ex Japheto, primùm cum familia Sueciam Gothiamque occupâsse, anno M. 1745. octogesimo octavo post diluvium, idem jam antè tradit Joan Magnus Gothus, ex Regia familia oriundus, Archiepiscopus Upsalensis *lib. 1 Gothor. Sueonumq. hist. cap. 5.* Fuerunt, *inquit*, Magogo quinque filii, quorum primus Suenno, Sueonicæ gentis propagator fuit, & rector: secundus verò Gethar, quem alii Gogum dixere, nomen suum Gethis, quibus præerat, adoptandum curavit: reliqui tres Thor, German, Ubbo fideli promptoque obsequio fraternum illorum imperium coluere, Quicquid sit, nemini obscurum esse poterit, antiquissimam esse Gothorum gentem, quam non alibi habuisse fixam sedem, quàm in Suecia, asserit Arthurus Duck. *de usu & authorit. jur. civil. Roman. in domin. Principum Christianorum lib. 2. c. 14.* unde in omnes Romani imperii partes, Italiam, Hispaniam, Galliam, & Germaniam, dimanârunt, ubi sæpius dominati fuere, & præ omnibus aliis populis Romanum imperium oppresserunt, cum iisdem Æmilianus & Vo-
8 lusianus Impp. fœdus pepigerunt, Gallus Imp. verò tributum Gothis solvere spopondit, Ola. Magn. *de Gothor. & Suecor. histor. lib. 6. cap. 12.* quæ res omnem ignominiam excedere videtur, quæ unquam Romano
9 nomini irrogata est, quis verò ignorat ab Alarico & Athaulpho Gotho-
10 rum Regibus, Romam occupatam & direptam esse, ut alia nunc omittamus, quæ passim obvia apud scriptores. Sanè, jam Suedica & Go-
11 thica gens Ptolomæo, Plinio, Tacitóve Sueonum nomine celebrata, non ignota fuit, quod & ipsa vetustas Legum Suecicarum comprobat.
12 Fuerunt enim olim in regno Sueciæ unicuique provinciæ sua jura, leges
qu

que propriæ, quarum varios fuisse perhibent auctores, quorum nomina
majori ex parte ob vetustatem ignorantur. Vplandicæ Vigerospa, Ve-
strogothicæ verò Lumbero cuidam adscribuntur. Suntque Vestrogo- 13
thicæ illæ ejus vetustatis, ut latæ videantur eo tempore, quo Gothi ex
Suecia exiverunt, vel paulò pòst. Mentionem enim faciunt Gothorum
in Græcia & Thracia habitantium, videlicet ne quis eorum sit particeps
alicujus hereditatis in Suecia vel Gothiâ, nisi illuc redire, ibique dege-
re voluerit, constat etiam Gothos ante Alexandri M. tempora ibidem
habitâsse. Iidem etiam ante natum Christum sæpius terrori fuerunt
Romanis, qui impedire non potuerunt, quominus hi ipsi imperii sui fi- 14
nes trans Danubium propagare auderent. Conveniunt verò Leges Sue-
oorum majori ex parte, cum Isidori legibus Visigothorum, quamvis
multò sint breviores. Quare veritati non absonum videtur, *inquit Bu-
reus in descript. Sueciæ*, easdem Isidori Visogothorum leges á nostratium
Vestrogothorum constitutionibus primum derivatas, ac postea, ut ipsi
testantur tituli, á Visigothorum in Hispania Regibus augmentatas esse.
Ex supradictis autem provincialibus legibus aliisque regni constitutio-
nibus Episcopi & Senatores regni ante annos plus minus 270. generale 15
jus totius regni compilârunt, legi naturæ valde congruum, nec â jure ci-
vili multum discrepans, nisi quòd hujus vigore lites multò citiùs ad fi-
nem perducantur. Sanè, si monumenta conscripta antiquis literis, (quas
illi Runas, exteri verò literas Gothicas communiter appellârunt, quasvè
primi Christianæ religionis propagatores abolere voluerunt, inque illo-
rum locum latinas substituere, utpote cùm plurima in hac lingua, de an-
tiqua religione exstiterint scripta) adhuc hodienum exstarent, verosi-
mile est, plurimas res præclarè gestas, in iisdem posteritati relictas fuisse,
quæ modo æternâ sepultæ oblivione. Equidem cùm literæ sint artium
scientiarumve nutrices, & conservatores, per est verosimile, Suecos præ
reliquis Septentrionalium regionum incolis, ut literarum, ita & artium 16
scientiarumque cultores exstitisse. Nec Græcis tantùm, sed & Latinis
Philosophis admiratione Gothi fuêre, quód præ cæteris gentibus immor- 17
talitatem animorum crederent, Et licèt scripta eorum de immortalita-
te animæ injuriâ temporum perierint, & extraneorum ea de re testimo-
nia non supersint, posset tamen diligens antiquitatum scrutator, ut no-
tat Bureus *d. l.* ex innumeris illis, quæ etiamnum hodie apud Suecos ex-
stant, monumentis literis Runicis, immanibus saxis, rupibúsque inscul-

ptis, ejus certum infalibilémque conjecturam capere. In illis namq;
ut plurimum ad finem addita hæc verba : DEus adjuvet animam ejus.
18 Porrò, Suecorum nomen (*inquit Crantzius*) domi atque apud vicinos, Gothorum verò apud exteros semper clarum exstitit. Unde progressi sunt domitores gentium Gothi, quorum prælustrium facinorum gloriam omnes circumjacentes arrogare nituntur populi, nusquam verò
19 stabile & fixum Gothorum nomen & habitatio reperitur, prætterquam in regno Suecorum, eò quòd ex iisdem dispersum est Gothorum nomen in aliis regnis, ceu videre est in Resendi Hispania illustrata. Et verò
20 ex Scandia, in qua sita est Gothia, Gothos exivisse testantur veteres scriptores, quinimo exiverunt sæpius plurimi, ut consanguineos affinésque suos ibi habitantes inviserent, & tradit Iornandes, idem factum fuisse, cùm Gothi in Italiam venerunt, commemorans Rudolphum quendam Scandiæ Regem, relicto proprio regno Theodoricum Gothorum in Italia Regem visitâsse. Fuit autem hic Rudolphus, ut Suecorum historiæ testantur, Suecorum Rex in ordine 85. Refert etiam Wolffgangus Lazius, ex his Septentrionalibus insulis multas amplas quotidie manus, ad populares suos Visogothos Galliam incolentes, & Ostrogothos in Illyrico & Italia egressas esse, quinimo cùm Gothi adhuc in Thracia habitarent, plurimæ subinde ad illos transmigrârunt copiæ, illectæ prospero successu, rerúmque gestarum gloriâ sociorum populorum eò evolarunt. Testatur Burens, adhuc in Suecia exstare plurimos ingentes cippos, quorum inscriptiones fidem facerent, eos in memoriam insignium quorundam Heroum, qui in Græcia vel Thracia aliísve regionibus, quas Gothi inundârunt, belligerantes occubuissent, erectos esse. Apparet quoque ex historia, Gothos etiam, postquam suum in Hispania firmâssent imperium, familiaritatem quandam habuisse cum Gothis in Scanzia habitantibus, cujus non obscurum testimonium, quòd Comites Scanziarum Adulphus, Erantius, Fandila, Aphrila & Venedarius, Concilium Toletanum octavum scripserint. Summam eorum, quæ Gothi extra patriam post Alexandri Magni tempora patrârunt A. Crant-
21 zius *lib.* 1. *Suecia cap.* 1. hisce verbis complectitur : In longinqua militia Gothorum gloria sublimibus inclaruit titulis : quòd Romanis rerum Dominis, diu ea gens colluctata, aliquoties quidem repressa quievit, aliquando magis se Romanorum cladibus vindicavit, nonnunquam pari manu confligens, decessit. Demum Romanorum proculcans imperium

nium, Italiam pervasit, urbem Romam vastavit, in eadem Italia regnum multis annis tenuit: Gallias occupavit, in Hispaniis regna fundavit, & ex eo sanguine nobilissimas domos Principum erexit. Quæ in re Romani scriptores non tam in barbarorum, ut ipsi vocant, quàm in suorum laudibus profusi sunt. *Hæc Crantzius d. l.*

Cæterùm, quod Polonos attinet, horum nomen & origo antiquis ferè ignota, Ducibus primùm paruisse constat, quorum primus Reipublicæ Polonicæ Princeps & conditor fuit Lechus Anno ꟾↄ L. qui, cùm oppida rara in Polonia, quæ reperit, munivit, & nova struenda animum adjecit. Prima operum ejus Gnesna, quæ hodie exstat, regia quondam Principis, nunc primi antistitis sedes. Jam verò incidit Lechi ætas, in ea tempora, quibus Vandali Galliam, Hispaniam & Africam, Gothi Italiam inundaverunt. Post Lechum Aristocratia instituta fuit, Decemviris Rom. non absimilis, cùm enim Lechus nullam sobolem, aut non capacem sceptri reliquerat, duodecim Palatini electi ad munia Reipublicæ communi consilio expedienda, qui tum vernaculo sermone Woievodæ, id est, belli Duces dicti, hodie latinè loquentibus Palatini vocantur. 22

Hi cùm ambitione discordes agere imperium cæperunt, id ipsum ... m ad unum delatum, ad quod munus aptissimus visus fuit Cracus, ... ad Vistulæ ripam excitavit urbem, quam de suo dictam nomine ... oviam, relictâ Gnesnâ, regni caput dedicat, arcem imponit monti ... lo, qui hinc Vistulæ præterfluenti, inde subjectæ urbi imminet. ... Christi ꟾↄcc. Et verò tum Ducibus paruit Polonia, usque ad Bo... m Chobri, seu Acrem, Meicislai, (qui primus Christianam reli... n in Poloniam invehere cæpit,) filium; quem ab Ottone III. Ger... ū Imperatore regio nomine ac honore decoratum esse Anno ꟾↄ 1. ... res Polonici ad unum ferè omnes tradunt, quam ipsam sententiam ... suspectam reddidit clarissimus Hermannus Conringius in excel... ere *de Finibus Imperii Germanici cap. 18.* qui luculenter osten... ulosè id tradi, & Poloniam serò admodum jugum Germanici ... excussisse, quod ipsum ad præeminentiam & dignitatem impe... co contra Polonos asserendam non parum facere videtur, ... quidem Dithmaro nusquam Bolislaus regio nomine nuncupa... Dux; & tamen persecutus est Bolislai omnia sic satis accuratè ad ... usque 1018. Wippo quoque tradit à Bolislao assumptum 23 24

 Re-

Regium nomen fuisse demum defuncto jam Henrico II. Baronius *ad annum 1000. n. 18.* ex historia Romualdi à Petro Damiano descripta notat, Bolislaum à Romano Pontifice coronam sibi petiisse, sed fuisse impeditum ab Henrico Cæsare: unde rectè colligitur, Bolislaum hunc regium titulum ab Ottone III. non obtinuisse. Sane, Henricum II. Imperatorem hunc Bolislaum, excursionibus Germaniam infestantem, devicisse & subjugasse tradit Dithmarus Episcopus Mersburgensis *lib. 6.* cujus etiam victoriæ de Bolislao reportatæ meminit Marianus Scotus *ad Annum 1004.* confer Hermannum Contractum Ottonem Frisingensem, Albertum Stadensem, aliosque, qui idem testantur, ut adeò mirum, qua fronte Bzovius Polonus hoc negare & asserere ausus fuerit, Dithmarum hæc somniâsse. Vide laudatum modò Conringium *lib. 1. de Finibus Imperii Germanici cap. 18. p. 319. & seqq.* qui ibidem præclarè ostendit Bolislaum Conrado demum Cæsare Regem se dixisse, quod ipsum disertè testatur Wippo, cujus verba digna, ut subjiciantur: Eodem anno (primo scilicet Conradi, qui est Christi 1025.) Bolislaus Sclavigena Dux Polonorum insignia regalia & Regium nomen in injuriam Regis Chuonradi sibi aptavit, cujus temeritatem cita mors exinanivit. Filium hujus Bolislai Misiconem ad exemplum parentis itidem regiam dignitatem & titulum sibi tribuisse, memorat idem Wippo, quem tamen, necnon ejusdem auxiliatores Bohemos cæterosque Sclavorum populos Conradus Imperator sub tributum misit, ut loquitur Albertus Stadensis ad Annum 1027. Cùm secundùm effatum Theodosii & Valent.
24 Impp, *in l. 5. C de consulib. 15.* in uno eodemque dignitatis genere prior meritò censendus sit, qui prior meruit dignitatem, quomodo etiam prudentiores quique statuerunt. Vide Bartolum *in l, 2. §. prius D. de vulg. & pupill substitut.* Calefatum *in tract. de equestri dignit. n. 91. in fin.* Drauthium *in continuat. dier. Canicular. tom. 5, colloq. 5.* & Menochium *consil. 51. n. 39.* sanè, in paribus dignitatibus præferendum esse illum, qui eam primò est adeptus, æquum est, qui enim prior fuit tempore, potior enim fit, necesse est, in honoribus & privilegiis ejusdem dignitatis, arg. *L 1 & 2. C. de offic. præfect. prætor. l. 7. in pr. C. de postuland.* Joh. Fichardus *vol. 1. consil. 77. n. 14.* Jan. Langlæus *lib. 17. Semestrium cap. 7. fol. 458.* ita inter Consulares
25 Romanos præferebatur is, uiqprior gesserat consulatum, etiamsi

poste-

posterior bis Consul fuisset. Cujacius *ad l. 2. C. de consulib. lib. 12.* Adrianus Turnebus *advelrib. 29 Asariorum cap. 12.* Theodorus Sitzsmanus *in Notis ad Boëthium lib. 2. de consolat. Philosoph. prof 3. n. 55.*

Quod si ulteriùs perpendamus ac evolvamus res gestas utriusque gentis, proculdubio Suecus Polono superior erit, respectu rerum gestarum, etenim jam *Lechi* temporibus, qui, ut dixi, primus Polonorum Dux fuit, Gothorum nomen celebre, ejusque gentis res gestæ 26 nulli non genti notissimæ, ut de ejus gentis expeditionibus in Italiam factis nunc nihil dicamus, apparebit facilè excutienti veterum monumenta, quomodo continua Suecis, cum Danis & Norvegis bella intercesserint eáque feliciter gesta, quinimo in Finlandiam & Russiam crebræ expeditiones jam ante quinque & sex secula factæ, quo tempore nil tum quicquam memoratu dignum à Polonis patratum fuisse, rectè observat excellentissimus Vir Hector Johannes Mithobius *in differt. de controversiis Sueco, Polonicis cap. 4.* nec enim historici tale quid in literas referre potuerunt. Insequentibus & hodiernis temporibus, utri nam gentis majores res gestæ, vel quæ majora ediderit fortitudinis specimina, ex historicis constat, quæ damna Poloni à Suecis perpessi, quàm fortiter Sigismundus Poloniæ Rex, cùm infestis armis, adjutus validâ Polonorum manu patrium Sueciæ regnum Anno 1598. adortus esset, repulsus fuerit, quid Carolus Rex Sueciæ, & Gustaphus Adolphus felicis recordationis, postquam gubernaculo regni admoti sunt, præstiterint, vel unicus testari poterit Paulus Piasecius gente nobilis Polonus, dignitate primùm Abbas Clarætumbæ, inde Episcopus initio Camenecensis, mox Premisliensis, regni Polonici Senator *in Chronicis Gestorum in Europa singularium* passim, scilicet, ut Piasecius tradit Gustaphus Adolphus Rex Sueciæ Anno 621. in Livonia Rigam occupavit, Anno verò 625. omnem Livoniam, excepto uno Dunæmundo, sequente magnam Prussiæ partem felicibus Suecorum armis subjugavit, ut adeò omnia infeliciter Polonis, Suecis verò ut plurimum ex voto quasi cesserint, quamvis Sueci ad accipiendas æquas pacis conditiones semper prompti fuerunt, etiamsi victores extiterint, testantibus eodem Piasecio, & Stanislao à Kobyerzycko Kobierzicki Castellano Gedanense, florentissimo historiæ Vladislai Principis scriptore *lib. 11.* argumento sunt istæ Anno 635. pactæ Stumdorfianæ induciæ in Annos sex & viginti.

viginti, ubi Sueci Polonis reddiderunt Elbingam, Mariæburgum, Dirsaviam, Brunsbergam, Bilaviam, & in universum omne, quicquid Prussiæ occupaverant, solâ Livoniâ sibi retentâ. Porrò, quæ res à Suecis præclarè gestæ in diuturno Germaniæ bello, nemini non constat, & ne longiùs progrediamur, quid nuperrimo bello Suecico-Polonico Sueci egerint, in vulgus notum est, ubi Borussiam inundaverunt, Livoniam sibi vindicârunt, & majorem Poloniæ partem occupaverunt, ipsaque Cravovia regni caput, & sedes regia, (quod nulli hactenus Sueciæ Regum licuit) inclito Carolo Gustavo felicis recordationis cessit. Non diffi-
27 tendum Polonos etiam armis valere, sed ipsis cum barbaris semper gentibus, Russis, Tartaris, Walachis, & Turcis negotium fuit, quales vincere facilius, quàm bellicosam Germanorum gentem: nec veteribus ignotum fuit, unde toties de iis victoriam Poloni reportârunt, quomodo memorat Simon Staravolscius *in Polonia sua*, quòd sub Sigismundo I. Lesnio vicies mille quingentis hastatis, quadraginta millia Moschorum aggressus, in fugam omnes verterit, & novem circiter millia ex illis occiderit, ita Baratinius, ut idem scribit, similiter duobus millibus equitum tredecim millia Moschorum adortus, miraculosam ex iis victoriam reportavit, septem millia occidit, & tormenta bellica omnia ademit, gemina tradit Staravolscius *d.l.*

Ad Suecorum præeminentiam præ Polonis asserendam non parùm etiam facit, quòd Sueci nullius subjecti imperio suos Reges ab an-
28 tiquis temporibus habuerint, cùm Poloni Germaniæ Imperatorum diu tributarii fuerint. pendentes iisdem 500. marcas annuas, testante Gunthero *lib. 6.* ibi:

Nec jurare fidem, nec prisco more tributa,
Annua quingentas curabant pendere marcas.

Vide Radevicum *lib. 1. cap. 2.* qui idem testatur, dum enim de caussis belli Polonici à Friderico Cæsare Anno 1157. gesti disserit, inter alia sub finem capitis ita loquitur: Accesit ad hæc, quòd vel debitum felicitatis sacramentum offerre, vel solitum singulis annis tributum quingentarum marcarum publico ærario inferre jam desueverant. Talibus indiciis apertè se ab imperio descivisse, & non clanculariam, sed evidentem rebellionem moliti protestabantur. Digna itidem, ut heic subjiciantur verba ejusdem Radevici, quæ exstant *cap. 4. & 5.* ubi de belli hujus eventu verba faciens, sequentia tradit: Bolislaus, *inquit*, Dux rebus suis ultimum fatum cernens imminere, cùm totam terram populúmque

pulúmque suum periclitari & prope esse ad interitum, cerneret, Barones & Principes nostros, tum per nuncios, tum in propria persona conveniens, multis precibus, multis lachrimis, multis quoque promissionibus, ut sub jugum Romanæ ditionis, & in gratiam Principis recipi mereretur, postulavit. Salutare secutus consilium, ante intollerabilem calamitatem rebellionis mutare sententiam: debere autem dedignari dominos humiliores, non eum, cujus in potestate sit Romanum imperium. Imperator jamdudum edoctus hanc nobilitatem,

Parcere prostratis & debellare superbos,

præmaturam, subitam, & á DEo datam nolens cruentare victoriam, Ducem ad deditionem recipiendum decrevit. Itaque in prædicto territorio Episcopatus Bosnaniensis circa partes Crisguvæ, præfatus Dux pedibus Imperatoris provolutus, interventu Principum hoc tenore in gratiam receptus est. Primò, juravit pro se & pro omnibus Polonis, quòd frater suus exsul ad ignominiam Romani Imperii non fuerit expulsus. Deinde pollicitus est, dare duo millia marcarum Imperatori, & Principibus mille, Imperatrici 20. marcas auri, Curiæ 200. marcas argenti, ob eam negligentiam, quòd ad Curiam non venerat, nec de terra debitam fecerat fidelitatem. Juravit quoq; Italicam expeditionem. Ex hisce Radevici verbis non obscurè colligere licet, quęnam ista ætate jura Germaniæ in Polonos fuerint. Subjiciemus modò verba Ottonis Frisingensis, quæ exstant *lib. 7. Chronici sui cap. 19.* ubi de reditu Lotharii ex Italia, qui contigit Anno 1134. verba facit: Inde, *inquit*, in Saxoniam divertens Polonorum Ducem cum multis muneribus obviam habuit; quem tamen non antè dignatus est suo conspectui præsentari, quàm tributum duodecim annorum, hoc est, quingentas libras ad singulos annos persolveret, & de Pomeranis & Rugis (quos scilicet ille occupaverat) homagium sibi faceret, subjectionémq; perpetuam sacramento sibi firmaret.

Vide Rittershusium *in Notis ad d. Guntheri locum.* Portò, quod amplitudinem & potentiám utriusque regni attinet, si ex veteri ævo ea repetenda & æstimanda fuerit, non poterit vastis Suecię & Gothię terris, quibus Hallandia etiam, & Scania aliquandiu, nonnunquam Dania quoque & Norvegia sub ejusdem Regis Suecię regimine juncta fuerit, Poloniæ conferri, quę angustioribus olim finibus, quàm nunc conclusa. 29

 Ut

Ut, á demtá Russiá, Lithuaniá & Borussiá (quarum illa á Casimiro M. partim, partim á Iagellone circa A. cIↃ CCCLXXXVI. hæc cIↃ CCCCLIV. á Casimiro Rege, Poloniæ regno primùm unita & acquisita fuit) eas solùm continuerit provincias, quæ hodie majore minoréve Poloniá includuntur, ut rectè observat suprà laudatus Mithobius *d. l.* Quod si hodiernum statum utriusque regni conferas, hodienum Poloniæ Suecicum regnum cedere videtur, cui modò plurimæ istæ ditiones in Germania, quò pax Germaniæ iterum firmaretur, ab Imperatore & Statibus imperii tributæ, ut nihil nunc dicam de Hollandia, Blecking aliisque provinciis, à Potentissimo Daniæ Rege nuperrimo bello Suecus obtinuit, & pace facta quieté possidet. De Livonia ipsa quid commemorem? cui præterea non constat, ipsum
30 Sueciæ regnum vastissimum & amplissimum esse. Quod si de potentia militari Sueciæ & Poloniæ sermo sit, constat Suecorum potentiam terrá marive quoque maximam esse, quod evincunt tot expeditiones Suecorum, & diuturnum istud Germaniæ bellum, quinimo nuperrima bella, quæ Suecis uno eodemque tempore fuerunt, non modò cum ipsis Polonis, sed cum potentissimis Orbis Christiani Principibus Imperatore Romano, Rege Daniæ, Moschovitarum Duce, Electore Brandenburgico & Vnitis Belgarum ordinibus. Et quidni hodie præstent Sueones Gothique, quod olim æterná cum nominis laude Westrogothi, Ostrogothique in Italia, Hispania, & alibi præstiterunt? imò, quod ipsi Gothi in Polonici regni provinciis effecerunt. Ex Jornande patet, Gothos, qui simul trans Vistulam migraverunt, gentem Spalorum, (quæ est ipsa Polonorum gens trans Vistulam habitans) victricibus armis suo subjecisse imperio, & denique Hermanerico Rege (cujus temporibus Gothi Russiam rubram & Walachiam incoluerunt) omnes inter mare Balthicum, Euxinum Pontum, & Danubium gentes devicisse, suoque adjecisse imperio.

Cæterùm, non minimam quoque Poloniæ potentiam militarem, magnúmque olim robur evocati equitis Polonici fuisse, inficiari non possumus. Unde Samoscius in Gallia jactavit, Poloniæ Regem, cùm bellum illatum propulsandum, finésque defendendi
31 essent, nulla impensá factá, supra centum millia hominum armare posse, majorem adhuc numerum ponit Simon Staravolscius, gen-

te

te Polonus, *in Polon. sua sive descriptione Poloniæ.* Quantum ad viros bello aptos & militiâ peritos, *ait*, certum est, Regem Poloniæ posse ducenta equitum millia habere absq; ullis stipendiis: quorum quilibet sumptu proprio, vel eo nomine, quòd nobilis sit, militare tam diu tenetur, donec vel bellum finiatur, vel à Rege in hyberna omnes dimittantur. *Hactenus Simon Staravolscius in Polonia sua p. m. 94.*, qui ibidem differens de regni Polonici viribus, cùm multum jactâsset nobilem Polonicum equitatum, demum tamen ingenuè in hæc verba erumpit: Sed in ista multitudine duo desiderantur, quæ in bellis gerendis maximè sunt nociva, celeritas nimirum, & obedientia. Quia & tardè nobiles sub signa conveniunt: comitiis primò tot hebdomades celebratis, sine quibus bellum edici non potest: & difficulter ab æconomia sua, uxoribus atque liberis divelluntur: usq; tertium edictum expeditionis bellicæ prava consuetudine exspectantes. Cumque jam ad locum designatum convenerint, tum se unitos & armatos animadvertentes, aut contra Regem, aut contra Senatum tumultuantur. Vel etiam interdum Reges ipsi tardiùs in expeditionem procedunt, & morâ tempus elabi ultro patiuntur: ne vel à nobilitate ob malum regimen exagitentur, vel prætensioni eorum cum diminutione suorum redituum aliquid tribuant. Unde incommoda ista Respubl. prospiciens, stipendiario milite ordinarié bella peragere consuevit, generalem autem nobilitatis expeditionem, in ultimum tantùm casum reservavit, ut, si vel tributa non sufficerent, vel hostis ita potens esset, ut resistere conscripto milite Generalis belli nequiret, tum ad generalem omnium nobilium expeditionem, tanquam ad ultimum remedium confugiendum putarent. *Hæc Staravolscius.* Majus præsidium rebus suis invenit Polonia, in illo pedite gentis suæ mercenario Cosaccorum Zaporovianorum, ex quo enim Stephanus Rex hanc militiam in ordinem & leges redegit, hi ipsi fuerunt munimentum regni feré unicum adversus Scythicas incursiones, & vim Turcarum, qui cum multis injuriis sæpius læsi à Polonis, testibus Piasecio, & Stanislao Lubienski Episcopo Plocensi *in Censura Austriaca Julii Belli*, nec Religionis Græcæ, cui assueverant, immunitates iisdem confirmarentur, Polonis se opposuerunt, iisdémque bella non rarò moverunt.

Porrò, si ad adserendam dignitatis prærogativam, & præcedentiam, non parùm juvat Christianæ religionis prior confessio, seu cultus 32

antiquior, prout suprà dictum, & notatum ab H Grotio *lib. 2. de jure Belli & Pacis cap. 5. n. 21.* Succis iterum non immeritò honoratior lo-
33 cus debetur. Poloni enim demum sub Miecislao Duce primum Anno à nato Christo Iↄ CCCCLXVI. Lithuani verò sub Iagellone Anno CIↄ CCCLXXXVII. Christiana fide imbuti. Ast Sueci jam Caroli M. ævo cir-
34 ca A. C Iↄ CCLXXX. regnante in Suecia Biorno Alarici F. qui potentissimi Imperatoris fœderatus esse meruit, Christianæ fidei notitiam habuerunt. Etenim à Carolo M. rogatu Biorni primi Christiani Regis, complures pietate & eruditione conspicui viri, ad convertendum ad Christianam religionem, Suecorum gentem missos fuisse, & inter eos Herbertum primum Ecclesiæ Lincopensis in Ostrogothia antistitem, historici testantur. Postmodum á Ludovico ejus filio S. Ansgarius eo amandatus, qui primus Suecorum Gothorúmque Pontifex in Gallia natus, vix puerilem ætatem egressus, relictis hujus mundi opibus se in monasterium Corbeiense contulit, à cujus patribus benignè susceptus,
35 & in Lege DEi excellenter edoctus, ad eum sanctitatis gradum pervanit, ut tandem omnia aquilonaria regna sanctimoniá suá & doctriná illustraret, factus eorum Apostolus, & precipuus verbi divini præco; quem S. Ansgarium nonmodò in Dania verbũ Dei prædicâsse, sed ab hinc ultimos Sueonum populos Evangelii gratiá intrepidum Christi athletam tentâsse, tradit Albertus Abbas Stadensis *in Chronico ad Annum Domini 826.* qui ibidem eundem sanctissimum Christi Philosophum, vitæ atq; scientiæ meritò clarum, & omni Saxonum populo acceptum fuisse dicit. Venit verò S. Ansgarius in Sueciam circa annum Christi DCCCXVI. Lupoldus enim Bebenburgensis *in libro de Zelo Christianæ Religionis Veterum Principum Germaniæ*, dicit, in historia Francorum contineri, quòd à Ludovico Imperatore Caroli M. filio conversi Sueci ad fidem Christi per S. Ansgarium anno Domini DCCCXVI. Haraldum verò Regneri Danorum Regis competitorem, Moguntiæ unam cum conjuge & filiis ejusdem baptizari fecisse, idem scribit, quod testantur etiam Annales Ludovici Pii & Albertus Crantzius *lib. 4. Dan. cap. 10.* confer Johannem Letzenerum *in Chronico de rebus gestis Ludovici Pii & fundatione Abbatiæ Corbeiensis cap. 6. & cap. 32.* Sciendum verò hoc loco ex testimonio Crantzii Ansgarium non semel, sed sæpius ad regna aquilonaria ad Religionem Christianam propagandam transivisse, primùm tempore suprà indicato in Sueciam pervenisse, ac cooperatores hab[ui]sse

Gis-

Gisflemarum & Witmarum, illum Haraldo Regi in Dania reliquisse. Hunc secum in Sueciam assumpsisse, ubi benigne á Rege Berone IV. suscepti in civitate Birchensi verbum DEi publicè prædicare permissi sunt; & civitatem Birchensem; omnémque in circuitu regionem ad verum DEi cultum converterunt, idola destruxerunt, in eorúmq; locum Ecclesias construxerunt, multósque per annum integrum Christo sunt lucrati. His in Suecia patratis Ansgarius ad Hamburgensem Ecclesiam se contulit; relinquens suo loco apud Bircham sanctum virum Simonem Pontificem & Nithardum presbyterum, occiso autem post obitum Ansgarii sanctissimo Episcopo Simone, & venerabili presbytero Nithardo, magna Gothiæ pars ad idololatriam est relapsa, idque potissimùm accidit ex inde, quia Rex Ingellus bellum susceperat in avunculum suum Beronem, mansit tamen quædam pars populi in vero DEi cultu. Postmodum mortuo Erico Sergersel, successit filius ejus Ericus Aorsel, quo dæmoniis immolante, Pontifex, qui impiis sacris præerat, subita cæcitate percussus fuit coram Rege & universo populo. Pontifex admonitus á gloriosa virgine Maria, uti fama est, ut Christianam fidem profiteretur, eámque servandam omnibus prædicari curaret, recepto visu, apostolica vice fungens, omne regnum circúmivit, annuncians, Christum esse verum lumen ad revelationem omnium gentium, cui favit populus, & ipse Rex recepit Christianam religionem, mittens Oratores ad ArchiEpiscopum Bremensem, uti viri docti & sancti reparanadæ fidei Christianæ sibi mitterentur, quod factum: missi enim Adalvardus & Stephanus, qui subverso cultu idolorum, populo Christianam religionem sedulò prædicárunt.

Porrò, nemini non constat plurimùm ad præeminentiam & dignitatem Regis asserendam, facere habendi modum, prout H. Grotius loquitur *lib. 1. de jure Belli ac Pacis cap. 3. §. 11.* ibi: Si de dignitate quæritur, quæ majestas dici solet, dubium non est, quin ea major sit in eo, cui jus perpetuum datum est, quàm cui tempora- 36
rium, quia ad dignitatem facit habendi modus. Ast major procul omni dubio ea dignitas in Regibus Sueciæ, qui jus regni perpetuum sive hereditarium obtinent, quàm in Poloniæ Regibus, quibus temporarium ad vitam modò competit, & præterea constat in Suecia

Monarchiam exstare, & optimatibus populo apparenter mixtam, *lib. 11. de jure Suecorum c. 11.* ibi: In universo regno Sueciæ non sit, nec debet esse, nisi unicus Rex & una Regalis corona. Deinde omnes, qui inhabitant regnum, tenentur Regi obedire, suis parere mandatis, & ei obsequio esse, specialiter ad confinia Regni, pro ipsius defensione, & non alterius, nisi id facere velint ex spontanea voluntate. Et potissimùm promittet Rex, quòd nulla lex inducetur in regnum, populo pro lege servanda; neque aliquæ condentur leges de novo, nisi populi voluntate & assensu obtentæ. Ast in Polonia Statum Monarchicum esse, quis dixerit? Martinus Cromerus *lib. 11. Poloniæ* Nunc sanè angustis finibus, *ait*, Regia potestas in sacrum & equestrem ordinem, & utrique subjectos homines, atque bona circumscripta est. Ac in sacerdotes quidem jam inde ab initio susceptæ religionis Christianæ, Rex nihil prorsus juris habet. De Equitis verò capite & fama nonnisi in Comitiis cum Senatu judicat, certis aliquot causis exceptis: Senatu autem inconsulto, neque bellum cuiquam facit, neque fædus publicum cum quoquam icit, neque tributa, vectigalia, ac telonia nova instituit, neque alienat quidquam de bonis regni, neque rem ullam majorem ad rempublicam pertinentem statuit aut facit. Porrò, leges novas condere, pecuniam extra ordinem publicè imperare, monetam signare, successorem sibi designare, ne cum Senatu quidem potest absq; consensu cæteræ nobilitatis. *Hactenus Cromerus.*

Quod si ἐνέργειαν quandam ordini Scripturæ tribuere velimus, nec heic deest, quod Sueci partes tueatur, cúm Sigismundus Sueciæ & Po-
37 loniæ Rex, Sueciæ Regis nomen Poloniæ Regis nomini in literis, ad ordines regni Sueciæ datis, publicisque scriptis sæpissime præmiserit, ceu rectè monet Mithobius *d. l.* quinimo Idem Poloniæ Rex Sigismundus non obscurè probavit, dum Regii tituli & sigilli immutationem, ante coronationem factam parenti per litteras sollicité ita excusavit, neq; sua, neque ministrorum suorum negligentiâ, aut perverso judicio illud contigisse: Sed Polonorum solùm culpâ, qui in hisce aliisque negotiis molesta & tædiosâ illa ante coronationem litigatione mirabiles adeò se præbuerint, nullas rationes aut probationes illis satis inculcatas existimantes; quique de industria rei illius decisionem distulerint in ultimum ante coronationem momentum, quando temporis angustia sigilli mutationem

:ationem non pateretur, & plurima confestim diplomata sigillanda fue-
:nt, quæ procrastinationis moram nullo modo admitterent. Interea verò
:emporis nihilominus aliud sigillum, integris regni Sueciæ insignibus
: medio, in proximo circuitu Fascis, ultimo stemmate Polonico adje-
:o, sculpi se curâsse, quo in privatis suis negotiis sit usurus, non atten-
:ndo cuicunque Polonorum id displiceat: imò pro virili allaboratu-
:, ut quæ Cancellarius & Ordines regni in potestate haberent, sigilla
:am immutarentur. Ex quibus omnibus & singulis apparet Sueco
:æ Polono digniorem in consessu locum deberi, id quod tamen citra
præjudicium cujusvis partis solà veritatis gratià à me dictum esto,
qui meliora jura adducenti & docenti ultro me submit-
tere sum paratus.

C a p u t VII.

Sessionis dissidio inter Lusitaniæ & Poloniæ
:egatos, necnon præeminentiá, præcedentiá ac Sessione Re-
gis Daniæ.

S U M M A R I A.

:itur de controversia sessionis in-
:atos Sigismundi Regis Poloniæ,
: Lusitaniæ, & factum Polo-
:ati factum.
:Rebus gestis regni Portugallici
: adducuntur.
:citur, Reges Lusitaniæ, rerum
gestarum gloriâ per omnes
:artes clarissimos exstitisse,
:ima dominia in Asia, Africa,
:a Regno Lusitaniæ adjecis-

:sitani Romanos continuo
ferè bello ducentos annos exercuerunt.

5. Augusti fortuna demum cessit Lusitania, qui eam cum Hispania ferè universa debellavit.
6. Probatur, pro Portugallo ejusq; præcedentia, contra Polonum, Romæ judicatum fuisse.
7. Inter Lusitaniæ & Hungariæ Regum legatos in Concilio Tridentino quæstio mota fuit, utrius mandata priùs legenda, à legatis verò Pontificum pronunciatum, mandata legatorum

torum lectum iri, eo ordine, quo fuissent exhibita.

8. *Probatur, res gestas & victorias Danorum de gentibus à se debellatis, celeberrimas fuisse, & quanam praeeminentia sit quoad sessionem Daniae Regum?*

9. *Regibus Daniae quanam controversia Sessionis cum aliis Regibus fuerint? exponitur.*

10. *De Regibus Sueciae & Daniae disquiritur, uter alteri praeferendus? & notata Noldenii opinio.*

11. *Judices olim à Praetoribus dati, si negotium nimis arduum & difficile esset, sibi non liquere jurabant.*

INter illustres de Sessionibus Controversias locum meretur, & illa, quæ agitata inter serenissimos Lusitaniæ & Poloniæ Regum legatos. Exponit id ipsum Jean Hotman *de la charge & dignite de l' Ambassadeur l. 3. c. 21.* ubi refert de Polono quodam Sigismundi Regis nomine apud Carolum V. Imperat. legationem obeunte, quòd *Lusitaniæ* Regis Legatum, cum quo de præcedentia certabat, ædem sacrā ante se ingressum, adeoq; priori loco assidentem cernens, porrecta manu velut ad colloquendum invitarit, inque assurgentis locum sese immiserit ea promptitudine, quæ & Imperatori, & qui aderant, omnibus risûs occasionem præbuit. Verba ipsius Hotomanni subjicere placet: On Conte d' un Ambassadeur de Pologne, envoyè par Sigismond à l' Empereur Charles V. qu' estant en concurrence pour le rang avec celuy de Portugal, qui d' avanture estoit entre le premier en l' Eglise, & avoit pris place, feignit vouloir parler à luy, & à cet effect luy presenta la main: l' autre levè, le Polonois promptement prend la place & apresta à rire l' Empereur & à la compagnie. Cujus partis verò jura potiora, difficile est proponi, utram deinceps sententiam magis probem, haud facilè dixerim. quæ enim pro Polonis adduci possent, & partim adducta *capite præcedenti*, non levia sunt, quæ hoc loco repetere, supervacaneum, ne actum agere videar. Si antiquitatem, res bello præclarè gestas, & potentiam Regum Portugalliæ, sive Lusitaniæ (quæ à Luso Liberi filio & Lysa ut putant, vel fluvio Tago aut Tajo ita dicta, Atlas novus Rubr. Portugal und Algarbia) & Regum Poloniæ inter se conferas, apparebit, Portugalliam Poloniæ non cedere, ut non dicam illam in multis hac superiorem esse, ut de priori Christianismi professione nihil nunc in medium adferam. Quod anti-

antiquitatem & res gestas Lusitaniæ Regum attinet, constat, ab iisdem Saracenorum aliorumq; Barbarorum irruptiones ad communem Christianorum populorum utilitatem, repressas fuisse & Saracenos victos, pulsos, & deletos, historici testantur, & præ cæteris Rasendo *in Antiquit. Lusit.* passim. Sanè, Alphonsus I. ut alia nunc mittamus, insignem, 2
& omni ævo memorabilem victoriam adversus Ismarum sive Ismaelem & quatuor alios Reges Saracenos in agro Orichensi (Dourique aliis loco Cabecas do Roy nuncupato) prostratâ innumerâ plusquam 400000. Agarenorum multitudine, & Ulixibonâ diu barbara servitute pressâ, Christianis suoque imperio vindicatâ, obtinuit, unde Anno à Christi nativitate 1139. die Martis Julii mensis 25. Sancti Jacobi Apostoli festo ab exercitu suo regio nomine affectus, testibus Zurita *part. 1. Ann. Aragon lib. 1. cap. 21.* Hieron. Orosio *lib. 8. de rebus Emmanuel. Lusitan. Regum p. 242.* Jo. Mariana *lib. 10. de reb. Hispanic. cap. 17. p. 442.* Lazio *lib. 3. de Migrat. Gent. pag. 105.* & suprà laudato Rasendo *lib 4. Antiquit. Lusitan.* quamvis Alphonso II. hanc historiam adscribant, Albicius *in Princip. Christian. Stemm. Rubr. in Reges Portugalliæ notationes fol. 25.* Munster. *lib 2. Cosmograph. cap. 27.* & Abrah. Ortelius *in theatr. Orb. terr. rub. Portugallia p. 12.* Equidem Reges Lusitaniæ, re- 3
rum præclarè gestarum gloriâ per omnes Mundi partes clarissimi exstiterunt, & amplissima dominia in Asia, Africa, & America Regno Lusitaniæ adjecerunt, Alphonsus III. regnum Algarbiæ acquisivit, prout tradit Mich. Ritius *de Reg. Hispan. lib. 3.* ejus successor multas Æthiopiæ partes occupavit, Thuan. *lib. 1.* Castald. *de Imper. quæst. 53.* Emanuel deinde omnium maximus, præcipuam Indiæ Orientalis partem subjugavit, & utramque Indiam cis & ultra Gangem, Sinumque Persicum & Arabicum præsidiis suis munivit, Osor. *de reb. gest. Emanuel.* Si antiqua tempora respiciamus, soli Lusitani Romanos continuo ferè bello ducentos annos exercuerunt, Navarr *ad c. novit notab. 3. de judic. n. 160.* ac duo Lusitani Duces Viriatus & Q. Sertorius à Romanis
Scriptoribus celebrantur, quorum ille M. Vetilium & C. Plantium 4
Prætores Romanos vicit, Liv, *lib. 52. & 54.* hic verò cum Decio Bruto, Cn. Pompejo, & Julio Cæsare diu vario marte dimicavit, Appian. *lib. 1. de bell. Civil.* demùm Augusti fortunæ cessit Lusitania, qui eam 5
cum Hispania ferè universa debellavit, Pancirol *Notit. Imper. Occiden. cap. 67.* & tum quidem plures Romanæ Coloniæ in Lusitania deductæ,

 quas

quas recenset ex Jureconsultis nostris Paulus *in l. in Lusitania 8. D. de Censib.* Omitto nunc alia, quæ heic adduci possent, ex quibus de præeminentia Regum Portugalliæ constare posset. Equidem Anno 1557. inter Regem Portugalliæ & Poloniæ controversiam
6 de præcedentia agitatam fuisse, testatur Herrera *lib. 4. de la histoire gener. c. 24. p. 318.* uti Romæ pro Portugallo judicatum fuisse scribit, ex rationibus proculdubio, non obscurè modò adductis. In Ceremoniali Paridis de Grassis, qui diligenter dissidia de Sessione inter Reges oborta notavit, reperio quidem Regem Siciliæ cum Portugalliæ Rege de Sessione contendisse, de Polono verò nihil hac in re notatum, cui post Portugallum penultimus inter Reges locus tributus fuit.

Hisce addendum, existimo, quòd inter Lusitaniæ & Hungariæ Regum legatos in Concilio Tridentino quæstio mota sit, utrius
7 mandata priùs legenda, à legatis verò Pontificis pronunciatum, mandata legatorum lectum iri eo ordine, quo fuissent exhibita, non juxta principum dignitatem *l'histoire du Concile de Trente p. m. 560.* Limn. *tom. 4. Jur. publ. in Addit. ad l. 4. c. 9. p. m. 663.* Sanè in congressu Cæsaris Maximiliani Augusti, Sigismundus Poloniæ, Vladislai Hungariæ, & Ludovici Bohemiæ Regum, in urbe Viennensi facto XVII. Julii Anno Christi MDXV. testatur Joannes Cuspinianus, præfectus urbis Viennensis *in Diario* apud incomparabilem Marquardum Freherum *tom. 2. Rer. German. Script. p. m. 314.* Sigismundum Poloniæ Regem à dextris locum occupâsse, & Ludovicum Hungariæ à sinistris, ibi: Hos sequebantur duo Reges Sigismundus Poloniæ à dextris & & Ludovicus Hungariæ & *Bohemiæ à sinistris*, cincti Baronibus & nobilibus, qui pedites circa eos ambulabant. &c.

Alterum Capitis membrum quod attinet, præeminentiam scilicet & Sessionem Daniæ Regum, constat, Daniæ Reges in Sessionibus non minorem obtinuisse, ut mox dicemus, respectum, si credimus Pontano *in hist. Dan.* Quod si antiquitatem & res bello præclarè gestas consideremus, constat ante tot secula, Danorum victorias, de gentibus, aliis à se debellatis fuisse celeberrimas, vide Crantz. *in Dan. per tot.* Crantz. *in Norveg. lib. 1. c. 28.* Meurs. *histor. Dan. lib. 2. & 3.* quorum Reges Angliam, Hiberniam, Scotiam, Saxoniam,

Scla-

Sclavoniam, Livoniam, Curlandiam, Poloniam, Russiam, Sueciam, Norvegiam, Islandiam, sæpe devicerunt, testibus Crantzio *in Danic. lib. 1. c. 2. & seqq.* & Isaacio Pontano *lib. 1. rer. Danic.* Proporro Danos semper Duces suos continua serie succedentes, per annos MXL. ante Christum natum, qui eos à dominio Populi Romani & Cæsarum liberos conservarint, habuisse, rerum Danicarum scriptores asserunt, Crantz. *in Dan. lib. 1. cap. 2. & seqq.*

Cæterùm, regnum Danicum liberum, nec imperio Germanico subjectum, aut ulla ex parte ab eodem subjugatum permansit ferè usq; ad tempora Henrici I. Aucupis, qui Danicis incursionibus & rapinis irritatus, ultra Eidoram veterem Saxoniæ limitem vim Imperii protulit, testis Adamus Bremensis *cap. 40.* Henricus Rex, *ait*, cum exercitu ingressus Daniam, Worm Regem primo impetu adeò perterruit, ut impetrata se facere mandaret, & pacem supplex deposceret. Sic Henricus victor apud Schlias Wich, quæ nunc Heideba dicitur, regni terminos ponens, ibi & Marchionem statuit, & Saxonum coloniam habitare præcepit. Dithmarus *lib. 1.* Regem Daniæ, qui Henrico se subjecit non Worm, sed Cnutonem appellat, verùm Adamo Bremensi majorem hic fidem adhibendam esse, rectè existimat Conringius *lib. 1. de Finib. Imperii Germanici cap. 14. p. 194.* Danicæ enim historiæ non Cnutonem quendam Regem, sed Worm eo tempore agnoscunt. Witichindus Monachus Corbeiensis familiæ Benedictinæ *in Annalibus lib. 1. in fin. pag. m. 14.* Regem hunc Danorum Nubam appellat. Verba Witichindi ex editione Meibomii hæc sunt: Cùm autem omnes in circuitu nationes subjecisset, Danos, qui navali latrocinio Fresones incursabant, cum exercitu adiit, vicitque & tributarios faciens, Regem eorum nomine Nubam baptismum percipere fecit. *Hactenus Witichindus.* Reinecci editio heic habet Chunuba: Sigebertus *ad annum 227.* Chuipia. Lubet audire hoc loco Meibomium *in Notis ad praeadductum Witichindi locum p. m. 58.* Hujus nominis Regem, *ait*, Dani in annalibus patriis non agnoscunt, nec quenquam Regum suorum ab Henrico Aucupe Christianis sacris imbutum volunt: Etsi Continuator Reginonis de Rege Dano, per Aucupem ad Christianismum pellecto, consentiat. Sed ut annum rei gestæ ponat *931.* Quæ de Danis hîc dicuntur, de Jutarum parte, ac Principe eorum aut regio præfecto, accipienda sunt. Vide Vbbonem Emmium *rerum Frisicar, lib. 6. Hactenus Meibomius d. l.* Henrico fato fun-

 cto

cto, cùm Dani legatos Ottonis & Marchionem trucidâssent, idq; contra jus gentium, (quo sancta sunt corpora legatorum, ut loquitur Varro *lib. 5. de Lingua latina* Vide Serv. *ad 10. Æneid.* Liv. *lib. 1.* Procopium *3. Gothicorum*, Plutarchum *in vita Æmilii*, Josephum *lib. 15. historia antiqua*, Pomponium *in l. si quis D. de Legat.* & Hugonem Grotium *lib. 2. de jur. Bell. ac Pac. cap. 18.* ¶. *1.*) Otto instructo exercitu Daniam aggressus fuit, cuncta vastavit, & Regem Haraldum adegit, cúm Christianam religionem admittere, tum regnum in feudum recipere. Exposuit hoc ipsum luculenter Adamus Bremensis *c. 50* hisce verbis: Otto Rex, *inquit*, postquam omnia fermè regna, quæ post mortem Caroli defecerant, suo imperio subjugârat, in Danos arma corripuit, quos antè pater ejus bello compressit. Enimvero tunc rebellare moliti apud Heidebam, legatos Othonis cum Marchione trucidârunt, omnem Saxonum coloniam funditus exstinguentes. Ad quam rem ulciscendam Rex cum exercitu invasit Daniam, transgressus terminos Danorum apud Schliaswich olim positos, ferro & igne totam vastavit regionem, usque ad mare novissimum, quod à Danis Nortmannos dirimit, & usque in præsentem diem à victoria Regis Ottensund dicitur. Cui regredienti Haroldus apud Schliaswich occurrens, bellum intulit: in quo utrisque viriliter certantibus, Saxones victoria potiti, Danos ad naves cedere coëgerunt. Tandem conditionibus ad pacem inclinatis, Haroldus Ottoni subjicitur Regnumque ab eo suscipiens Christianitatem in Dania recipere spopondit. Nec mora ipse Haroldus cum uxore sua Gunhild & filio parvulo baptizatus est, quem filium Rex noster à sacro fonte susceptum Suen Otto vocavit. Eo tempore Dania cismarina, quam Jutland incolæ appellant, in tres divisa Episcopatus, Hamburgensi Episcopatui fuit subjecta. Servantur in Bremensi Ecclesia præcepta Regis, quæ signant, Regem Othonem in sua ditione regnum Danicum tenuisse, adeò ut etiam ille Episcopatus donaverit. *Hactenus Adamus Bremensis.* Post quem idem tradunt Helmoldus, Albertus Abbas Stadensis & Crantzius. Equidem Petrum Danorum Regem de manu Friderici I. Imp. coronam accepisse, ac eidem fidelitatem jurasse testatur & latiùs exponit Otto Frisingensis *lib. 2. de rebus gestis Friderici cap. 5.* Ipsemet Cæsar, quod huc pertinet, ita memorat, in epistola ad Ottonem Frisingensem patruum suũ: Post primam unctionem Aquisgrani & acceptam coronam Teutonici regni, generalem, Curiam Mersebùrgin Pentecoste celebravimus; ubi

Rex

Rex Danorum Petrus ad Curiam nostram vocatus venit, & Hominio ac 8
fidelitate nobis facta coronam regni de manu nostra suscepit. Gunthe-rus *lib. 1.* hàc de re ita canit:

Huc etiam geminos Petrum simul atque Guidonem
Danorum proceres; quos inter sanguine junctos
Moverat ejusdem Regni dissensio litem,
Evocat, ac tali causam ratione diremptam
Terminat: ut quadam provincia tota Guidoni
Cederet, at Regnum cum nomine Petrus haberet.
Ergo ubi vexillo partem, quam diximus, ille,
Hic autem gladio Regnum suscepit ab ipso:
(Hunc etenim longo servatum tempore morem,
Curia nostra tenet) posito diademate Petrus,
Regali dextra tulit alti Principis ensem
Praecessitq; sacram brevius diadema coronam.

Daniam sub Ottone Imp. imperio subjectam fuisse, auctor est Adam Bremensis *lib. 1. c. 2.* deinde à Friderico I. iterum sub imperium redactam, testatur Otto Frisingensis *lib. 2. c. 21.* ejus tempore Petrus Danorum Rex, coronam & dignitatem Regiam à Friderico I. Imperatore in feudum accepit. Idem Crantz *lib. 6. Daniæ cap. 17.* & in hæc verba juravit Rex Danorum Magnus, se in potestatem Imp. tradidit, obsides dedit, juramentum fecit, se successoresque suos nonnisi Imp. & successorum ejus permissu regnum accepturos, Trithem. *c. 17.* Reperire quoque licet, Regem Daniæ Waldemarum, unà cum Absolone Archiepiscopo von Roschild, ad Comitia Bysantium A. 1162. vocatum comparuisse, licet maxime horum successores in hac fide non diu permanserint. Vide Helmold *lib. 1. histor. Sclav. c. 91.* Bodin. *lib. 1. de Republ. c. 3. & 9* &c. Choppin. *lib. 3. de doman. Franc. Tit. 26. n. 5.* qui Reges Principes Feudatarios imperii appellant.

Interim constat Daniæ regnum uti antiquissimum, ita potentissimum ratione Sessionis quæstionem cum Hispano habuisse, testis Alphonsus de Carthagine Episcopus Burgensis *in Reg. Hispan anacephalaeosi, cap. 7.* ibi: Quæ memor sum, respondisse cuidam Prælato Oratori Regis Daciæ, qui Regi Daciæ, qui Gothorum Rex nuncupatur, sedem eminentem quærere voluit. Pontanus *in Histor. Danic.* memorat, con- 9

versiaS essionis inter alios reges & Danum obortâ, Regem Daniæ à dextris Imperatoris collocatum fuisse. Quod verò Galliæ Reges attinet, licet hi omni tempore in sessione Danorum Regibus prælati fuerint, nec inter eos de sessione lis esset, noluerunt tamen Danici legati Subdelegatis Regis Galliæ præcedentiam concedere, cujus rei illustre exemplum contigit Holmiæ, cùm enim apud Christinam tum temporis Reginam Sueciæ, Legatus Regis Galliæ, & Daniæ Regis legatus simul adessent, contigit, ut Legatus Gallicus in Galliam evocaretur, is subdelegaverat alii vices suas, huic Subdelegato Galliæ Legato præcedentiam, ac honoratiorem locum Danus concedere noluit, qui, cùm de hisce ceremoniis inter se convenire non possent, Gallus Dano colaphum inpegit, à quo vicissim pugnis exceptus fuit, Dn. Gottlieb von Hagen *p. m. in Comitiolog.*

De Regibus Sueciæ & Daniæ, uter alteri præferendus? heic etiam nonnihil monendum esset, cùm non desint ab utraque parte rationes satis speciosæ, Nolden *in tract. Synopt. de Nobilit. cap. 9. n. 107.* in medio relinquit. Putant alii, *inquit*, Regem Daniæ in Imperio antestare Regem Sueciæ, propterea, quòd membrum Imperii sit. R. A. de Anno 1542. §. Dieweil aber. Alii enim propterea postponi debere statuunt. Prætor ita interloquitur, Imperio servire summa libertas est. *Hæc Noldenius d. l.* Quæ quidem Noldenii rationes rem non expediunt, multominus hodie stringunt, cùm notissimum sit, Regem Sueciæ membrum Imperii & Statum immediatum ejusdem esse, nec non in Comitiis Imperii Sessionem & votum, instar reliquorum Imperii Statuum obtinere. Nos, licèt rationes quàm plurimas pro utraque parte adducere possemus, decisionem tamen, quia jura ferè paria videntur, in medio relinquimus, ingenuè profitentes, Nobis non liquere, quomodo olim judices à Prætoribus dati, si negocium nimis arduum & difficile, sibi non liquere jurabant, *l. 36. D. de re judicata.* A. Gellius *lib. XIV. N. A. c. 11.* qui ipse lectus aliquando judex, cum sibi non liquere jurâsset, apud Prætorem se solutum memorat, adde Senecam *8. Epist. 66.* ibi: Aut fer sententiam, aut, quod facilius in hujusmodi rebus est, nega, tibi liquere, & nos reverti jube.

CAP-

CAPUT VIII.

De PRÆCEDENTIA & Sessione Serenissimorum Vngariæ & Bohemiæ Regum, & uter alteri præferendus?

SUMMARIA.

1. Ordinis quænam utilitas?
2. Vngariæ Reges in actibus extra Curiam imperialem in conventibus publicis Bohemiæ Regibus ut plurimum prælati, & in libris Ceremonialibus præpositi fuerunt.
3. Quo ordine Reges & Principes à Paride de Grassis magistro Ceremoniarum, in Ceremoniali Romano locati fuerint? refertur.
4. Vngari semper Imperio terribiles fuerunt irruptionibus suis.
5. Quænam Bohemorum res gestæ potissimum?
6. An ab ordine titulorum, & scripturæ dignitas, & præeminentia quædam arguenda?
7. In inscriptionibus & titulis Cæsarum Hungariæ regnum Bohemiæ præponitur.
8. In eodem dignitatis gradu is præferendus, qui prior meruit dignitatem, nisi fortè recentior dignitas amplior sit.
9. Vngaria jam ab Attilæ temporibus suos habuit Reges. & quænam Vngarorum res gestæ?
10. De Croco & Lybussa Principibus Boemorum quædam adducuntur.
11. An Vratislaus primus Boiemiæ Rex constitutus & declaratus fuerit ab Henrico Quarto Germanorum Imperatore, ubi Witichindi ea de re locus expositus.
12. De priori Christianismi professione utriusque gentis agitur.
13. Quoad actus ad Imperialem Curiam pertinentes Rex Bohemiæ præcedit Regem Vngariæ, & adducta ea de re verba Aureæ Bullæ Caroli IV.
14 Rex Bohemiæ ipsam Augustam præcedit, quod itidem ex A. B. Caroli IV. probatur.

Succedit

SUccedit nunc alia non minùs incelebris controversia circa jus προεδρίας. Quisnam scilicet inter Reges Vngariæ & Bohemiæ ordo observandus? *An Reges Vngariæ in Sessione Bohemiæ Regibus, an verò hi illis præferendi?* Et verò, qui hac in quæstione ἁπλῶς non adhibita distinctione procedunt, illi labuntur plurimùm. Equidem Reges Bohemiæ, aut considerantur extra imperialem Curiam, aut veró quoad actus pertinentes. De priori quæstione priùs ut dicamus, ordo postulat, sine quo Natura constare non potest. Nihil enim absque ordine vel meditata est, vel efficit illa: quem-
a admodum scribitur *in octavo Physicorum* Julius Cæsar Scaliger *Exoteric. Exercit. de Subtilitate ad Cardanum Exerc. 2. n. 15. p. m. 7.* confer ipsum Aristotelem *d. lib. 8. Physic. cap. 1.* eleganter ordinem pluribus commendavit. Waremundus de Erenberg *in Meditament. pro fader. cap. 1. n. 141. & seqq. p. m. 96. 97. 98. & sequent.* confer parentem meum dilectissimum Christophorum Crusium ICtum *p. 4. de indic. delictor. c. 1. n. 4. & seqq.* Si extra Curiam Imperialem considerentur Reges Bohemiæ, dubium est, an iidem Vngariæ Regibus præferendi, an verò hi Bohemis, quod si cogor effari, quid sentiam, fateor, me vin-
2 ci á sententia posteriori. Si enim antiqua tempora considetemus, semper Vngariæ Reges majores se Bohemiæ Regibus æstimárunt, & in Conventibus publicis ut plurimũ prælati, & in libris Ceremonialibus præpositi, ita Rex Bohemiæ post Vngariæ Regem locatus invenitur in Ceremoniali Romano Paridis de Grassis magistri Ceremoniarum tempore Iulii II. P. P. 1504. conscripto, cujus cùm ali-
3 quoties suprà *in hoc libro* à nobis mentio facta fuit, placet jam subjicere, quo ordine Reges & Principes á prædicto Paride de Grassis locati fuerint. Ordo hic est:

Regum.
Imperator Cæsar
Rex Romanorum,
Rex Franciæ,
Rex Hispaniæ,
Rex Arragoniæ,
Rex Portugalliæ,
Rex Angliæ discors cum tribus prędictis,

Regum.
Rex Siciliæ discors cum Rege Portugalliæ
Rex Scotiæ } inter se discordes
Rex Vngaariæ } inter se discordes
Rex Navarræ
Rex Cypri, Rex Bohemiæ,
Rex Poloniæ,
Rex Daniæ,

Ducum

Ducum.	Ducum.
Dux Britanniæ,	Dux Mediolani,
Dux Burgundiæ,	Dux Venetiarum,
Dux Bavariæ, Comes Palatinus,	Dux Bavariæ,
Dux Saxoniæ	Dux Lotharingiæ,
Marchio Brandeburgensis,	Dux Berthoniæ,
Dux Austriæ,	Dux Aurelianensis,
Dux Sabaudiæ,	Dux Ianuæ,
	Dux Ferraræ.

Atqui hoc ordine Reges Ducésve á Paride de Grassis *in Ceremoniali* suo locati. Quod si antiquitatem utriusque gentis & res bello preclarè gestas consideremus, Hungariæ regnum Bohemiæ non cedit, quinimo, cùm Bohemi Germanicis Imperatoribus subjecti essent, Vngari terribiles iisdem, irruptionibus Germanicum infestárunt imperium, testante Witichindo Monacho Corbeiensi *lib. 1. Annalium p. m. 12.* qui cùm dixisset, Henricum Imp. inducias novennales cum Vngaris fecisse, pauló pòst memorat, eundem Pragam Bohemorum urbem, Regemq; ejus in deditionem accepisse, & cum postmodum Bolislaus Bohemorum Rex rebllásset, eundem in ordinem redegit Otho Imp., prout tradit Idem Witichindus *lib 3. p. m. 24.* Sanè, jam ab Attilæ Hunnorum sive Hungarorum Ducis & Regis temporibus A. C. 401. terribiles aliis gentibus Hungari fuère.

Equidem Arnolphò imperante primùm audita sunt Hungarorum arma, quando magnam Moraviæ partem occupárunt, quo fato functo, proximam Pannoniam sui juris fecerunt: inde Germaniam, Italiam, & Galliam invadentes, donec primùm ab Henrico Aucupe, fortissimo Germanorum Imperatore, repulsi, ab Otthone verò Magno penitus fracti fuere, prout latiùs tradunt Aventinus *lib. 5.* & Antonius Bonfinius *lib. 10. Dec. 1.* Porrò, Hungarorum Reges idola coluerunt usque ad Stephanum, qui circa annum Christi millesimum ductá Gyelá Imperatoris Henrici II. sorore sacris Christianis initiatus est, Bonfin. *lib. 10. Dec. 1.* & à Cæsare Rex nuncupatus, teste Aventino *lib. 5.* Idem tradit, Stephanum suos à pietate Christiana abhorrentes, in obsequio religionis vi continuisse, subjungit

hæc verba : Quod ut faciliùs assequeretur, dotis nomine ei coloniæ Boiorum, Uratisslaburgium, Posonium, infra Physcam amnem, Oedenburgum, Sempronium, Sabaria & alia pleraque oppida, quondam Boiorum infra Physcam attribuuntur. Et licèt postmodum Conradus Cæsar Hungaris bellum intulerit, prout testantur, Wippo in vita Conradi, Hermannus Contractus, & Lambertus Schafnaburgensis Monachus, attamen nihilominus Hungariæ libertas sua salva mansit, donec Henricus III. Cæsar, qui Conrado successit, majore vi per aliquot annos repetitis bellis, Hungariæ regnum demum in provinciam redegit, testis Wippo, *in vita Conradi Salici*, adde Sigebertum Gemblacensem, qui tradit, Henricum Imperatorem Hungariam sibi tributariam fecisse. Sanè, Hungaria Reges suos continua serie succedentes habuit, usque ad Ludovicum Regem, ex cujus filiæ Mariæ nuptiis cum Sigismundo Rege nata est Elizabetha, quæ deinceps nupta Alberto Austriaco Imperatori, coronam Hungariam deduxit in familiam Austriacam, Principesque Austriaci ex eo tempore regnum Hungariæ cum imperio Germanico tenuerunt, Bonfin. *lib 1. Decad. 2.* Mich.Rit. *de Regib. Hungar. lib. 1. & 2.* Borell. *de Cath. Reg. præstan. cap. 46.*

Quamvis & Boemorum fortitudo bellica satis conspicua, prout vel diuturnum istud bellum inter Sigismundum Imperatorem & Boemos gestum satis confirmat, in quo Imperatoris, & Principum multorum exercitus toties cæsi, fugati, & victi à Boemis, Germania verò irruptionibus pressa, & licèt Pontifex Germaniam ferè universam in Bohemos excitâsset, magnique adversus eos educti exercitus, omnia tamen Pontifici & Imperatori infeliciter, Bohemis verò ex voto cesserunt, donec Sigismundus Imperator in capita à Bohemis proposita consentiret, atque usum venerandi sacramenti altaris sub utraque specie, nimirum sub pane & vino, concederet Bohemis, quibus ab Apostolicæ Sedis Legato hic honos habitus fuit, ut primogeniti S. Christianæ Ecclesiæ filii haberentur.

Quod si ordo titulorum dignitatem & præeminentiam quandam indicat, ut voluerunt Menoch. *lib. 1. cons. 51. n. 35.* & Fichard. *tom. 1. cons. 77. n. 12.* & ab ordine scripturæ arguenda sit prærogativa, ut ille dignior vel potior judicetur, qui ordine præponitur, *Dd. ad c. qui prior de R. I. in 6. ad c. mandato de præbend. in 6. ad l. generaliter D. de fideicommiss. libert.* Andreas Gammarus *lib. 2. Dial. legal. fol. 75.* Jean. à Reberteria

lib. 2.

lib. 2. Topicor. jur. c. 11. Cardinalis Zabarella *consil 90.* Jacob Sirmondus *in Notis ad Geffridi Vindocinens. Abbatis lib. 3. epist. 11. fol. 20.* Joh Meursius *Animadvers. miscellanear. lib. 1. cap. 1.* Goldastus *in Replicat pro S. Rom. Imperio cap. 13. fol. 175. & in Senior. lib. 1. cap. 23.* Sanè, dicendum videtur, Regem Hungariæ Poloniæ Regi præferendum, nam in inscriptionibus & titulis Cæsarum, Hungariæ regnum Bohemiæ præponitur, ibi: Wir N. von Gottes gnaden erwehlter Römischer Keyser/ zu allen zeiten mehrer des Reichs/ in Germanien/ zu Hungern/ Boheimb &c. 7

Porrò, si in eodem dignitatis gradu is præferendus, qui prior meruit dignitatem, prout dicitur *in l. 1. C. ut dignit. ordo servet.* Anton. 8 Perez. *in Prælect. ad d. t. C. ut dignit. ord. servet.* nisi fortè recentior dignitas amplior sit, Mastrillus *decis. 130. n. 13, & lib. 4. de Magistr. c. 14. n. 29. l. 1. C. Theodosiani de dignitat.* non deest, quod pro Vngaris adduci possit, hoc respectu, cùm jam ab Attilæ temporibus Vngaria suos habuerit Reges, nam quamvis post ejus excessum Ostrogothi Hunnos in 9 Scythiam redire coegerint, Anno 458. atque possederint Pannoniam usque ad Annum DXXVI. Jo. Sambuc. *in Chronolog. Hungar.* Anton. Bonfin. *rer. Hungar. lib. 3. dec. 1.* attamen à Longobardis iidem Pannonia fuerunt expulsi, Bonfin. *lib. 7. Dec. 1,* qui, cùm à Narsete in Italiam acciti Anno DLXVII, Hunnis veteribus amicis Pannoniam concesserunt. Ab eo tempore eam regionem Hunni tenuerunt, impugnati licet graviter ab Impp. Germanicis, quorum impetum non modò fortiter sustinuerunt, sed & magno damno, irruptionibus suis, Germaniam affecerunt, prout Germanicarum rerum scriptores abundè testantur, Witichindus, Regino, Conradus à Lichtenaw Abbas Vrspergensis aliique, eam igitur Pannoniam ex suo nomine Hungariam appellârunt.

Boemia verò primò omnium Ducibus paruit, Czechius gentis Bojemorum conditor fuit, si fides habenda Dubravio Olomuzensi Episcopo *lib. 1. Historiæ Boiemicæ,* post cujus mortem Democratia per a- 10 liquod temporis spacium obtinuit, donec rerum summa ad Croccum perveniret, in Principem, à Boiemis electum, Dubrav. *d. lib 1.* Æneas Sylvius *de Boiem. cap. 4.* qui justitiæ opinione insignis erat, & à Polonis per Legatos accersitus, ipsorum Rempublicam & controversias privatorum feliciter composuit, ab hoc, ut fama est, Cracovia appellata est,

 Dubrav.

Dubrav. *d. l.* Croccus hic tres reliquit filias, ex quibus natu minima Lybussa, favente populo, imperio admota fuit, quæ deinde nupta Premislao, rustico & aratori, prout laté id ipsum exponit Dubravius *lib. 2.* paulò aliter adhuc tradit Æneas Sylvius *cap. 6. Boiem.* Abbas Cranz. *in Wandal.* & ne heic recensendis Bojemorum Ducibus immoremur, de quorum vita & gestis legendi laudati modò Dubrav. & Æn. Sylvius Vratislaus, primus Bojemiæ Rex constitutus & declaratus fuit ab Hen-
11 rico Quarto Germanorum Imperatore, in Concilio Principum Moguntiæ habito, Anno sexto & octuagesimo supra mille ab ortu Salvatoris Christi, testantibus Dubravio *lib. 9.* & Ænea Sylvio *Historia Bojemica cap. 22.* qui ibidem tradunt, ipsum à Gilberto, Treverorum Præsule, mandante Henrico IV. Imperatore, unà cum uxore regina Suatana inunctum Pragæ fuisse, acclamante populo. Cur verò Witichindus Mo-
12 nachus Corbeiensis *lib. 3. Annalium* Bolizlaum Regem Bohemorum appellat, si demum Vratislaus ab Henrico IV. hac dignitate regia affectus? Vir summus Henricus Meibomius, in eruditiss. *notis ad d. Witichindi locum*, quem insolenter Meibom. Ideo pronunciat, quòd Witichindus Bolislaum Regem appellet Bohemorum, cùm alii Henrici IV. alii Friderici Barbarossæ tempore hanc in gente illa usurpari primùm dignitatem cæpisse, tradant. Idem tamen facit Frodoardus *ad Annum 950.* Et Conradus Urspergensis, qui Witichindum exscribere in more positum habet, qui ipse *in Chronico p. m. 217.* Friderico Imp. tribuit, ibi: Eodem tempore Ducem Boemorum regio decoravit nomine & dignitate, regium sibi conferens diadema. Jam ante Vratislaum ab Otthone *M.* Cæsare regia dignitas S. Venceslao Bojemiæ Duci oblata fuit, ab eodem tamen repudiata, cùm is ipse vir sanctus ab omni ambitione alienus esset, Dubrav. *l. 4. hist. Bojem.* Cromer. *lib. 3. de gest. Polon.*

Quòd priorem Christianismi professionem attinet, Hungari jam à Stephani Sancti Regis Hungariæ temporibus, qui circa annum Christi millesimum, ducta Gyela Imperatoris sorore, sacris Christianis initiatus est, Christo nomen dederunt, Casp. Ens *lib. 2. Rer. Ungar. in Steph. Sancto 1. Rege.* & cùm Anno Christi 1000. Stephanus Pannoniæ Dux Legatos ad Silvestrum II. Papam misisset petitum, ut Ducem regio diademate cohonestaret, qui eo fultus honore, quæ divinæ gratiæ beneficio cepisset, ea magis magisque promovere, & stabilire posset, Pontifex à DEo

à DEo admonitus, eam, quam Polonorum Duci egregio opere factam coronam destinaverat, Legatis Vngaris tradidit, insuperque concessit, ut Crux ante Regem, ceu Apostolatus insigne deferretur, quòd ejus operâ multi infideles populi ad Christum conversi essent, Henr. Spondan. *in Epit. Annal. Cæs. Baronii in Anno Christi 100, n. 2.* confer Aventin. *lib. 5. Annal. Bojor. p. 204. in fin.*

Potentiam utriusque regni, si ab antiquis temporibus æstimemus, Bohemiam Vngariæ non cedere videtur, quinimo constat Vratislai temporibus, si fides habenda Dubravio, non modò Silesiam, Lusatiam, Moraviam, sed & ipsam Poloniam Bohemorum Imperio adjectas fuisse, ut adeò falsum sit, quod de Bohemiæ regno scriptum reliquerunt, ex ICtis nostris Hostiens. *in c. constitutus de testib.* Baptist. Castellan. *in c. scitote 6. q 3.* finium scilicet provinciarum angustiam, omnem Majestatis purpuram excludere.

Cæterùm, operę pretium fortean non est, latiùs hac de re disquirere, posteaquam utrumque regnum modò Domui Austriacæ accrevit. Vngaricum quidem, cùm ex Ludovici Regis Vngariæ filiæ Mariæ nuptiis cum Sigismundo Rege, nata esset Elizabetha, quæ deinceps nupta Alberto Austriaco Imperatori, Mich. Rit. *de Regib. Hungar. lib. 1. & 2.* Borell. *de Cath. Reg. præstan. c. 45.* qui hac occasione Coronam Hungariam deduxit in Familiam Austriacam, ex quo tempore Principes Austriaci Hungariæ regnum, cum imperio Germanico tenuerunt, regnum Bohemiæ, Austriaci jam ab Anno MDXXVI. tenuerunt, quo Ferdinandum Austriacum Ordines Bohemiæ in Regem elegerunt, Alber. Miræ *de reb. Bohem. c. 3.* Arthur. Duck. *de usu & authorit. jur. civil. Roman. in domin. Princip. Christian. lib. 2. c. 15. §. 4.*

Porrò, si Regem Bohemiæ consideremus, quoad actus ad Imperialem Curiam pertinentes, utique Regem Vngariæ præcedit, expresse enim *in c. 6. Aur. Bulla Caroli IV. Imperatoris* constitutum, quòd Rex Bohemiæ in Comitiis imperii, & conventibus publicis quemcunq; 13
alium Regem præcedere debeat, verba prædictæ Aureæ Bullæ *d. c. 6.* hæc sunt:

Eo SIGNANTER expresso, quòd nominatim, Rex Bohemiæ, in celebratione Curiarum hujusmodi, in omnibus & singulis actibus ante dictis, quemcunq; Regē alium, quacunq; etiam singularis dignitas prærogati

gati

gativa fulgentem, quem quovis casu venire vel adesse fortè contigerit, immutabiliter antecedat.

Hactenus verba *d. A. B.* confer Buxtorff. *ad A. B.* & Arumæ *discurs. 4. concl. 1.* id quod hodienum in viridi observantia est. Quinimo
14 hoc ipsum in tantum procedit, ut Rex Bohemiæ etiam Augustam præcedat, Sim Maiol. *tom. dier. canicul. colloq. 1. fol. 86.* quod ipsum itidem disertè habetur *in d. Aurea Bulla Caroli IV. Imperatoris c. 24. in fin.* verba. ibi: IMPERATRIX etiam vel Regina Roman. suis Augusta lib. amicta insignis, post Regem vel Imperatorem Roman. & etiam post Regem Bohemiæ, qui IMPERATOREM immediatè subsequitur, competentis spatii intervallo suis associata proceribus, suisque comitata virginibus, ad locum Sessionis procedat.

CAPUT IX.

De PRÆCEDENTIA sive Sessione Delphini & Parium Franciæ, & Seniorum Principum in Gallia, necnon quid circa Sessionem Principum ex regia familia descendentium in Anglia constitutum.

SUMMARIA.

1. *Delphini Francia non minoris authoritatis sunt, quàm apud Romanos Cæsares, qui Principum filii, & designata Augusta majestatis heredes dicuntur.*
2. *Delphini Francia pracedunt Reges Angliæ, iiq; in Concilio Constantiensi prælati.*
3. *Habitam aliquando hac in re atatis rationem fuisse, prajudicio confirmatur.*
4. *Lecta jucunda de Sessione Delphini Francia adducuntur.*
5. *Pares Francia cateris Principibus regni praferendi.*
6. *De origine Parium Franciæ disquiritur.*
7. *Nomina pariũ Franciæ referuntur.*

8. Pares

8. *Pares Franciæ in solemnibus Regni Comitiis post Principes, qui de sanguine regali sunt, collocati fuerunt.*
9. *Qui ordo Sessionis in congregatione generali trium Statuum totius regni Franciæ Tyronis celebratâ, observatus fuerit?*
10. *Inter Pares Franciæ seculares hic ordo servatur, ut inter eos creationis tempus incedendi aut sedendi modò inspiciatur.*
11. *Exponitur Controversia Sessionis, quæ fuit inter Philippum Burgundiæ Ducem Parem, & Parium Decanum & Ducem Andegavensem, & adducta hac de re Roberti Gaguini verba.*
12. *Probatur, præjudiciis, quo ad sessionem in Gallia, potissimùm ætatis rationem habitam fuisse inter Principes.*
13. *An remotior Princeps caput familiæ, qui vulgò Senior dicitur, præcedere debeat Principem, qui proximior, nec caput familiæ est? disquiritur.*
14. *Præjudicia hujus rei adducta.*
15. *Quisnam caput familiæ dicatur ex Tilleto exponitur.*
16. *Lectu jucunda de Sessione Principum & Magnatum Galliæ adducuntur.*
17. *Quisnam Ordo Sessionis Principum Regiorum in supremis Regni Angliæ Comitiis observatus, & relata hac de re Constitutio Henrici VIII.*

NOn exigua inter Proceres Seculares dignitas habita Delphini Franciæ, utpote Regis Galliæ proximi & necessarii heredis, qui non minoris authoritatis, quàm apud Romanos Cæsares, qui Principum filii, & designatæ Augustæ majestatis heredes dicuntur Spartiano *in Ælio Vero*, qui etiam Principes juventutis dicti, testibus, Tacito, Suetonio & Lampridio, quorum quanta fuerit dignitas, satis explicant Herodianus & Capitolinus. Delphini Franciæ originem exposuerunt pluribus, Vincentius Lupanus *de Magistratibus & Præfecturis Francorum*, ad Jacobum Brollatum Archiepiscopum Arelatensem *lib. 1.* & Draco *de jure & origine Patric. lib. 3. c. 2. n. 6.* 1
consequens itaque est, horum inter Principes quoad sessionem potissimùm rationem habendam esse, quos præcedere etiam Reges Angliæ, & iisdem in Concilio Constantiensi prælatas fuisse, scribit Nolden. *de Stat. Nobil. civil. cap. 9. n. 69.* habita tamen hac in re ætatis ratio, Et 2
enim Anno Domini 1411. die 18. Februar. & anno item 1413. die 2. Septemb. in Senatu Regio, habito in palatio S. Pauli Ludovicus II. Siciliæ Rex, tanquam Dux Andegavensis & Princeps Regii sanguinis Francorum 3

cor . m ætate major, præcessit Delphinum Regis primogenitum, attestante Joan. Tilleto sive Tillio Regis Franciæ Secretario & Protonotario *in Collectione de ordine Principum Franciæ, cap. de Barons & Pairs de France*, quinimo in conventu generali Blæsis habito, Anno 1576. Franciscus Delphinus & Princeps Franciæ, Dux Andium, & Regis frater, quia natu minimus erat, in actu publico & solennibus regni Comitiis, omnibus agnatis regiis, postpositus legitur, ceu tradit Thuanus *lib. 36. Historiar. f. 110.* Rex, *ait*, in sublimi loco sub Franisco sedebat; ad dextram infra ipsum Regina parens, & rursus inferius Carolus Cardinalis Borbonius, Franciscus & Carolus Borbonii fratres, Ludovicus Borbonius Monpenseriæ Dux, & Franciscus Delphinus Princeps F. &c. In Coronatione Francisci II. Regis Franciæ, Antonius Borbonius Rex Navarræ Principem locum ante Alexandrum proximum Regis fratrem, qui postea Henricus dictus est, tenuit; prout memorat Idem Thuanus *lib. 27. Historiar. anno 1561. fol. 565.* qui tamen ibidem addit, Reginam de liberis suis solicitam, ne præjudicium inde generaretur legitimæ eorum successioni, pridem mutavisse, Principe loco fratri Regis attributo in inauguratione Caroli IX. Regis: Audiendus heic etiam Tilletus, modò adductus: La Majesté Royale, *ait*, & l'ordre de nature font preseance contre lá proximitè, comme cy dessus ha este dit des oncles paternels & freres des Roys regnans, les freres plus proches de la Couronne sont precedez par les oncles plus esloignez & les dits oncles & freres par les Rois d'autres Royaumes plus eloignez de la Courenne de France. Itaque au lict de Justice, *addit Idem*, tenu par les Roy Charles VI. le 10. Auril 1396. Pierre Messire de Navarre plus proche de la Couronne, fut præcedé par le Duc de Bourbon, chef de sa Maison plus esloigne. Anno MCCCCXIII. in Consilio regio sedebant Rex Franciæ; Ludovicus Rex Siciliæ, Dux Andegavensis, son cousin germain; Dux Viennensis, Delphinus, & primogenitus Regis Franciæ; Dux Bituricensis, Dux Aurelianensis; Comes Alenzonius; Dux Burbonius; Comes Vertusius; Comes de Eu; Dux Barrensis; Ludovicus Dux Bavariæ, ut Comes Mortaniæ &c. Idem Tillet, in cap. des Gouverneurs & Lieutenans generaux du Roy. &c. *fol. 59.* Goldastus *de Majoratu lib. 1. c. 41. §. 5.*

Quod

Quod Pares Franciæ attinet, Bartholomæus Chassanæus *in
Catalog. Glor. mund. part. 5. Considerat. 43*, generaliter concludit, pa- 5
res Franciæ esse cæteris Principibus regni præferendos, de quorum
præeminentia & dignitate egit suprà laudatus Vincentius Lupanus
de magistratibus & præfecturis Francorum lib. 1. De origine horum Pa-
rium Franciæ res paulò obscurior est, quod enim communiter Scri-
ptores Gallici, secuti fidem Guaguini & Pauli Æmilii, scribunt, 6
magistratus illos vel à Papino, vel à Carolo Magno institutos fuisse,
id mihi haud verosimile videtur, cùm nullius planè è Germanicis
Historicis, qui ea ipsa ætate aut paulò infra eam, Regum illorum hi-
storiam scripserunt, Magistratuum istorum mentionem ne minimam
quidem fecerit, quis verò existimabit, eos, qui in rebus minutissimis
enarrandis tam diligentes fuere, rem tantam silentio involvere vo-
luisse, quin etiam Aimoni de Francorum institutis & rebus gestis
historia usque ad Ludovici Pii, ejusque Appendix ad Ludovici Junio-
ris Regis XXXVII. ætatem perducta, nusquam horum Parium
mentionem facit, rectiùs suspicatur & probat Hotomannus *in Fran-
cogall. cap. 14.* institutum illud Arturi Anglorum Regis fuisse, qui
annos aliquot in Galliæ parte dominatus fuerat, quæ sententia fuit
Gervasii Tilesberii, quam, teste Guaguino, posteritati reliquit,
in libro, quem ad Imp. Ottonem IIII. *de otiis Imperialibus* scripsit.
Prima Parium mentio facta in Philippo Pulchro inaugurando, à quo
ipso non pauci asserunt sex Pares Ecclesiasticos creatos fuisse, Bu-
dæus, lumen istud Galliæ, & Jurisconsultorum sui temporis Prin-
ceps, Pares illos Patritiorum nomine appellat. Patritiatus enim di-
gnitas ab illa Parium, non admodum dissimilis fuit: tum quòd rei-
publicæ quodammodo patres erant, teste Suida, tum quòd de sum-
mis quibusque rebus ab Imperatore consulerentur, quod ex Sidonio
Apollinari, Claudiano, Cassiodoro & Novellis sacratissimi Imp.
nostri Justiniani constare poterit. Nomina Parium Franciæ hæc
fuerunt: Duces Burgundiæ, Nortmanniæ, & Aquitaniæ: Comi- 7
tes Flandriæ, Tholosæ, & Campaniæ: item Archiepiscopi Re-
mensis, Landunensis, & Lingonensis: Episcopi Bellovacus, No-
viodunensis, & Catalaunensis. Vide Guaguin. *lib. 4. Histor. Fran-
cor. cap. 1.* Quod Sessionem horum Parium Franciæ in solennibus 8
regni Comitiis attinet, iidem post Principes, qui de sanguine regali

sunt, collocati fuère. In Congregatione generali trium Statuum totius regni Franciæ, Turonis celebrata, hunc ordinem observatum fuisse, memorat Chassanæus *in Catalog. Glor. Mundi Considerat. 46. part. 5.*

Primo in superiori loco post Regem erant Cardinales. In secundo Principes, & illi, qui de sanguine, seu Prosapia regali sunt, & cum eis Connestabilis. In tertio Pares Franciæ Ecclesiastici. In quarto Prælati secundùm ordinem promotionis. In quinto capita quatuor ordinum principalium. In sexto quatuor principales officiarii, & milites ordinis.

In oppositum Prælatorum erant multi Comites, quos longo
10 ordine recenset Chassanæus *d. l.* Proporro, inter Pares Franciæ politicos vel seculares aliōqùin hunc ordinem servari, ut inter eos creationis, tempus incedendi aut sedendi modó inspiciatur, tradit Thuanus *lib. 27. Histori. an 1561. fol. 565.* Non prætereunda hoc loco Sessionis controversia, quæ fuit inter Philippum *Burgundiæ* Ducem, Parem & Parium Decanum, & Ducem Andegavensem, qui illi, quòd ætate grandior esset præferre se volebat, cùm tamen *Dux*
11 Burgundiæ primum locum juxta Regem habere meritò deberet, tanquam primus Par, & Parium Franciæ Decanus, Chassanæ. *in Catalog. glor. mund. p. 5. consid. 45.* Exposuit hoc ipsum pluribus Robert. Gaguinus. *lib. 9. Histor. Franc. cap. 3. de coronatione Caroli VI. Regis.* Rege consecrato, *ait*, cùm ad convivii locū ventum est, Principibus incidit de Sessionis ordine atq; prælatione controversia. Nam Dux Andegavus ætate grandior, Philippo Duci Burgundiæ anteire contendebat. Philippus Parem, & Parium Decanum se esse, atq; propterea primam sibi post Regem deberi sedem argumentabatur. Eam litem consultatione Procerum habita Rex diremit, & Philippo recubitum primum, quatenus ad præsens negotium attinebat, decernit. Quare offensus Andegavus, Regi proximum nihilominus locum usurpat. At Philippus nihil cunctatus, medius inter Regem Andegavumque insilit, recubuitque, quo facto vel audaci temeritate, Audacis cognomen adeptus est. Idem tradit Vincentius Lupanus *lib. 1. de Magistratibus & Præfecturis Francorum*, cujus verba subjicere placet: Quibus (*Paribus*) in primo illo consessu Curiæ Parisiensis, Magnam Cameram vocant sedendi, & sententias dicendi

post

post Præsides jus est. Pontificum Lingonensis, Laicorum (ut vocant) Burgundus facilè Princeps, Carolo Sexto judice, cùm Remis sacris peractis contentio orta esset, qui proximum post Regem accumbendi mensæ locum haberet. Sunt tamen, qui scribant Philippum Audacis cognomentum tulisse, non â mensæ rixa, sed quòd in Pictonibus strenuum se præstitisset eo prælio, quo pater ab Anglis captus est, cúm fratres se conflictui subtraxissent, solusque inter confertissima pugnantium tela patrem servasset. *Hac Vincentius Lupanus d. l.* Ex adducto verò exemplo apparet, ne ob ætatis quidem prærogativam Andegav. Ducem validè sibi asserere potuisse jus προεδρίας præ Philippo Parium Decano, & Duce Burgundiæ, quamvis alioquin, quo ad Sessionem in 12
Gallia potissimùm ætatis ratio habita fuerit inter Principes, quod latè ostensum â Joanne Tilleto Franciæ Regis Secretario & Proto Notario, cui meritò fidem habemus, qui ex Actis publicis confirmat, Ducem Burgundiæ, quòd esset patruus Regis, in Parlamento sive Curiæ Parium antecessisse Ludovicum Francum Ducem Aurelianensem, fratrem unicum Regis Caroli V. anno MCCCLXXXVI. mense Martio, ita & Dux Bituricensis ætatis ratione præpositus fuit Ducibus Burgundiæ & Aureliæ in consilio Regis Caroli VI. anno MCCCXCV. 13
die 10. April. Hac occasione quæritur: *An remotior Princeps caput familiæ (le chef de sa maison, ut Galli loquuntur,) qui vulgò Senior dicitur, præcedere debeat, Principem, qui proximior, nec caput familiæ est?* Hanc quæstionem accuratè tractavit, & pro Seniore familiæ determinatam esse, multis adductis præjudiciis probavit, modò laudatus eruditionis reconditæ Vir Joan. Tilletus, ex quo omnia ea, quæ de hac materia proposuit Goldastus *lib. 1. de Majorat. cap. 21.* hausit, nec ipse Goldastus *d. l.* ¶. *5.* alia quædam, de hac eadem quæstione, quam attigit, præter ea, quæ Tilletus notavit, in medium attulit, verba Tilleti *in cap. de Barons & Pairs de France*, hæc sunt: Le Roy Charles VI. & Le Roy Charles VII. au iugement du Duc Jean d' Alencon, donné à Vandosme le. 10. Octobr. 1458. semblent avoir Widè le presant different, & tenu pour le chef de sa maison plus esloignè, non pour la proximitè de la couronne. Charle Duc de Bourbon, chef de sa maison plus esloignè, fut assis audit iugement au dissus des Comtes d' Angoulesme & du Mayne, plus proches n' estans chefs de leurs maisons. Et de Comte d' Eu, chef de la brauche d' Artois, au dessus du Comte de Vendosme plus proche

de la couronne, n'exstant chef de sa maison, & au dit Comte d'Eu paroist, que ce ne fust pour dignité feodale. Car il n'estoit que Comte, non plus que celuy de Vendosme, ne pour proche alliance. Ita Anno MCCCCVII. in regio Parlamento primam sedem tenuit Ludovicus Rex
14 Siciliæ, tanquam Dux Andegavensis; Dux Viennensis, primogenitus Regis alteram: quem sequebantur Dux Bituricensis, Dux Borbonius, & Dux Bavariæ, ut Comes Mortaniæ. Alia præjudicia adduxit quamplurima Tillet *in collectione de ordine Principum Franciæ in cap. des Gouverneurs & Lieutenans generaux du Roy &c. fol. 59*, & post eum Goldastus *d. l.* Quisnam caput familiæ intelligatur, exponit idem Tillet. *d. l. in cap. de Barons & Pairs de France.* Chef de sa maison s'entend le
15 chef de la branche, au quel les pleines armes de l'appennage appartiennent, maitenant le Prince de Navarre est seul chef de la maison de Bourbon. Hodiè Principem Condæum esse notat Goldast. *d. l.* Quid si *nullus adsit Senior & caput familiæ?* Respond. Tillet. Quand ne se trouve en une assemblee aucun Prince du sang, chef de sa maison, les autres ont rang selon la proximité de la Couronne.

Porrò, ut de Principum & Magnatum Galliæ sessione, & controversiis, eam ob causam inter ipsos obortis, nonnihil adhuc dicamus,
16 contra morem Sessionis inter Pares Curiæ & sanguinis Regii Principes primi insurrexerunt Lotharingi, Guisiúsque Anno 1561. tenuit, ut post Navarrum ante Mompenserium sederet: cùm præjudiciis ageret, dicerétque eúndem se locum Francisco II. Rege nuper, & antea parentem suum in Henrici inauguratione tenuisse, ea contentione effectum, ut Regina, quàm de Borbonio secura, tam de liberis suis sollicita; ut suprà partim relatum, Alexandrum proximum Regis fratrem, qui postea Henricus dictus est, Principem locum ante Navarrum, alioqui titulis, si eorum ratio habita fuisset, potiorem tenere voluerit, quod in Francisci inauguratione factitatum non fuerat, Thuan. *lib. 28. p. 131. in fine.* In Comitiis ad Germani fanum Anno 1584. de sedendi prærogativa certarunt Ludovicus Guisianus & Cardinalis Borbonius, Thuanus *lib. 3. de vita sua pag. 1196.* ita Henricus Duc de Joyeuse, in conventu Statuum Galliæ Narbonensis, cum Duce de Vantadour de præcedentia litem agitavit, Pierre Matthieu *livr. 2. del' histoire de France & du Regne Henry IV. narrat. 1. p. 275.* Cùm Henricus IV. in certa quædam jurasset capitula, eáque scripto comprehensa ab illis, qui eum sequebantur, sub-

ſcriptáque eſſent, multi ex iis, qui aderant proceribus, quanquam factum ſummopere probarent, & urgerent, ne loci & ordinis ſui prærogativæ, qua de re nunquam quidquam certi apud nos definitum fuit, præjudicium facerent, non ſubſcripſere, & in iis Joh. Ludovicus Nogarenus Espernonius, qui poſt Bironum & Aumontium, quos ille, tanquam Dux & Franciæ Par dignitate anteibat, nomen ſuo ſcripto apponere recuſavit; Cùm illi contrà, quòd in exercitu eſſent, pro ratione muneris imperium in cæteros Belli Duces habere præ ſe ferrent, ideóque in ſubſcribendo primum locum poſt Principes familias ſibi deberi contenderent, quod & obtinuerunt, Thuanus *lib. 97. hiſtor. p. 318. ad An. 1589.*

Sanè in Gallia Anno præterlapſo 660. Principem Condæum reconciliatum Chriſtianiſſimo Regi moderno Galliæ Ludovico XIV. facta pace, ſtatim in procedendo ſubſecutum, imò ferè comitatum Regem Galliæ, adeóque cæteris omnibus prælatum, quippe qui ex regia familia, & magnæ in Gallia authoritatis. Præterea, qui cognoſcere cupit, quid in ſingulis Conventibus regni Galliæ, inauguratione, & connubiis, circa Seſſionem Principum ſingulorum obſervatum, quo ordine locati, proceſſerint, quemvè locum obtinuerint, eum adire volo virum in hiſce ſolemnibus notandis ferè incomparabilem Theodorum Gothofredum *in Ceremoniali Francico, edito Pariſiis Anno 647.* quem ibidem mihi legere contigit, ex quo multis hoc caput illuſtrare poſſem exemplis, ni brevitati ſtuderem, & hoc ipſum ab inſtituto paulò alienum eſſet. 17

Cæterúm in Anglia paulò aliter ſe habet Ordo Principum Regiorum in ſupremis regni Comitiis, de quorum præeminentia & ordine ſedendi, ita ſtatuit Henricus VIII Rex *in Statuto Parlamentario*, ut ſcilicet ſupra omnes officiarios & Duces ſedeant, primo loco Regis filius, deinde Regis frater; tum Regis patruus; poſtea Regis nepos; denique ex Regis fratre vel ſorore nepotes; uti tradit Thom. Milles *de Nobilit. politic. cap. 2.* & ex eo Goldaſtus *de Major. d. lib. 1. cap. 21.* Ex eadem conſtitutione Henrici VIII. Regis Angliæ, quæ legitur *in Statuto Parlamentario* conſtat, quiſnam ordo quoad Seſſionem, inter Duces obſervandus, ibi: Sancitur, quòd Duces, Marchiones, Comites, Vice Comites, & Barones ſedebunt & loca ſument pro antiquitatis ratione.

CAPUT X.

De PRÆCEDENTIÆ lite, agitatá inter Serenissimos Duces Sabaudiæ & Mantuanos, & quisnam ex hisce præferendus.

SUMMARIA.

1. *Agitur de Controversia Sessionis inter Ducem Sabaudiæ & Mantuanũ.*
2. *Qui Mantuani partes tuentur, urgent inter alia, quòd Mantuanus prior meruerit dignitatem Ducalem.*
3. *Dignior habendus is, qui in pari dignitatis gradu antiquior est tẽpore.*
4. *Moris fuit Mantuanum alternativè cum Sabaudo ad solemnia vocari.*
5. *Sabaudiæ Duci à Pio V. Pontifice inter alia jus* προεδρίας *præ omnibus Ducibus Italiæ, etiam Florentino, concessum fuisse, probatur.*
6. *Sabaudus certam sedem habet in sacello Venetiis, in Gallia, & Romæ, ejúsque mentio facta in Ceremoniali Romano Paridis de Grassis, secùs obtinet in Mantuano.*
7. *Familia Sabaudica ultrà sexcentos annos statum suum obtinuit, ejusq; præeminentia præ Mantuano.*
8. *Probatur, familiam Sabaudiæ octies matrimoniis ultrò citroq; contractis, Imperatoribus & maximis Orbis Christiani Regibus affinitate junctam reperiri.*
9. *Potentia Sabaudiæ Ducis exponitur.*
10. *Sabaudiæ Ducum nemo unquam tyrannus aut hæreticus exstitit.*
11. *Respondetur ad argumenta suprà pro Mantuano adducta.*

NObilis sanè quæstio Præcedentiæ & discussione digna est, quæ agitata inter Serenissimos Duces Sabaudiæ & Mantuæ, quod si heic liberè proferre liceat, quod veritati congruum, dicendum, Sabaudum Mantuano præferendum, id quod ostendemus propositis & ponderatis utriusque partis argumentis, quæ exstant & petenda nobis ex *tom. 10, du Mercure François p. 330 & seqq.*

Et

Et quidem, qui Mantuani partes tuentur, *preprimis* urgent ejusdem antiquitatem, & quòd prior meruerit dignitatem, quàm Sabaudus, jure verò expeditum esse constat, præferri eum, qui priùs adeptus 2
fuit dignitatem, *l. 1. C. de consul. l. 12. l. 2. C. ut dignit. ord. servet. lib. 12.* Janus Langlæus *lib. 7. Semestrium cap. 7. f. 458.* Johann. Fichardus *vol. 1. consil. 27. n. 14.* & digniorem haberi eum, qui in pari 3
dignitatis gradu antiquior est tempore, Calesatus *in tr. de Equestri dignit. n. 91. in fin.* Drauthius *in continuat. dier. Canicul. tom. 5. colloq.* & eam ob rationem Mantuanum Ducem, cùm sit antiquior Duce Sabaudiæ, præferri in eundo & sedendo, statuerunt Bossius *in praxi. tit. de* 4
Principe & ejus privileg. n. 313. & Horat. Carpanus *in Statut. Mediolanens. part. 1. ad edict. Ducis Ludovici n. 12.* confer Chassan. *in Catalog. Glor. Mund part. 12. consid 58.* ibi: sed inter illos crederem excellentiorem esse Marchionem Mantuæ propter ejus antiquitatem, &c.

(2.) *Adducunt* pro Mantuano, quòd moris fuerit, alternativé illum cum Sabaudo ad solemnia vocari, quinimo Imp. Ferdinandum II. nuptiarum tempore Eminentiæ titulò Ducissam Mantuanam salutâsse.

Sed hisce non obstantibus, salvo aliorum judicio, verisimilior sententia est, quòd Sabaudiæ Dux Mantuano præferatur in Sessione & præcedentia.

(1.) *Quòd* à Pio V. Pontifice, Sabaudiæ Duci inter alia jus προεδρίας præ omnibus Ducibus Italiæ, etiam Florentino, (unde etiam priùs age- 5
re voluimus de Saubaudi, quàm Florentini Sessione) concessum fuisse legimus in Auth. des Berichts auf die Bayrische Anhaltische Cantzley p. 4. ibi: daß der Hertzog von Saffoya sitzet vor allen Fürsten in Italien, auch für dem Hertzog zu Florentz selbsten/ dann Pius V. in seiner Bull/ durch welche Er Cosmo dignitatem Magni Ducis conferiret, diese prærogativam familiæ Sabaudiæ vorbehalten / Limn. *de jur. publ. lib. 5. c. 14. n. 7.*

(2.) *Pro Sabaudo* in d. tom: 10. *du Mercure Francois p. 330 & seq.* adducitur, eundem sedem certam habere in sacello Venetiis, in Gallia, 6
& Romæ: Mantuanum verò in nullo sacello regio, quinimo Sabaudiæ Duces in Ceremoniali Romano reperiri, quod à Paride de Grassis magistro Ceremoniarum, tempore Julii II. PP. anno 1504. conscriptum, quòd scilicet horum mentio facta sit, Mantuani verò, nedum apice, & verisimile est tunc temporis, Mantuani Ducis titulum nondum exstitisse.

(3) *Quòd*

(3) *Quòd* si inter eandem dignitatem habentes, ordo temporis primum obtinere debet locum, *l. 2. C. ut dignit. ord. servet. lib. 12.* Decianus *Resp. 19. n. 183. & seqq.* Bernard. Autumnus *in observat. ad Langlæum fol. 461. in fin.* denuò non rationes desunt, quæ Sabaudi par-
7 tes tuentur, etenim constat ultra sexcentos annos Familiam Sabaudicam statum suum obtinuisse, & à tempore Baraldi Saxonis viginti octo Principes, & septendecim Comites numerâsse, ex quibus novem fuerunt Duces Chiablenses & Augustæ, ac undecim Duces Sabaudiæ, & præterea Ludovicus Rex Cypri. De Mantuano verò Historiæ testantur, Ludovicum Gonzagam, civem Mantuanum, natum matre ex familia S. Martini, quæ est subdita Sabaudis, oriundo, favente fortuna, temporisque occasione Anno 1327. Mantuam sibi subjecisse, quam is, ejusque posteri, sine particulari dignitatis titulo tenuisse, usque ad annum 1433. tunc enim primùm Johannes Franciscus Gonzaga creatus Marchio Mantuanus ab Imperatore Sigismundo. Jam verò multos ante annos Sabaudia in Ducatum erecta fuit, Quinimo Marchionis Mantuani titulus in tribus subsequentibus successoribus continuavit, quartus successor Fridericus nomine Dux demum creatus est ab Imp. Carolo V. Anno Christi 1530.

(4) *Pro Sabaudo* adducunt scriptores, quòd Familia Sabaudiæ octies matrimoniis ultro citroque contractis, Imperatoribus, & maxi-
8 mis Orbis Christiani Regibus affinitate juncta reperiatur, quater Orientalibus, quater itidem Occidentalibus, quinquies Regibus Galliæ, decies quater Regii sanguinis Principibus, quinquies cum familia Austriaca (numeratis etiam Imperatoribus & Regibus ejusdem domus) semel Regi Arragoniæ, semel Principi ejusdem sanguinis, bis Regi Castiliæ & Legionis, bis Regi Portugalliæ, semel Regibus Poloniæ, Angliæ, Scotiç, Cypri, Bohemiæ, ter autem Regi Siciliæ & Hierosolymitano. De Mantuano, si paucos casus excipias, & quis simile unquam observavit? Adde Philippum Hispaniæ Regem Carolo Emanueli Duci Sabaudiæ, matrimonii contrahendi causa in Hispaniam adventanti, obviam ivisse, dextrum latus concessisse, simulque Eminentiæ titulo mactâsse,

(5.) *Quod res gestas* & potentiam Sabaudi attinet, Mantuano is ipse non cedit, ut non dicam, eundem superiorem esse, non immeri-
9 tò sanè Sabaudiæ Dux, Magni nomen meruit, liberatâ insulâ Rhodo Anno 1320. ab obsidione Turcica, quinimo potentiâ ejus arguunt, bella

contra

contra Hispanum ipsumque Mantuanum aliósve gesta, quin quòd in Italia non modò loca plurima teneat, adeò ut potentiâ opumque vi paucis Italorum Principum cedat, sed etiam diverso respectu Princeps Germaniæ & imperii Vasallus sit, clientelari enim jure ab imperio recognoscit civitatem Astensem, Marchionatum Ceræ, & regionem Pedemontanam, Octav. Cacher. *consf. n. 39. & consil. 27. n 21.* Petr. Anton. de Petra *in tract. de potest. Princip. c. 22. n. 18.* Præter has provincias verò, quas Dux Sabaudiæ possidet, jus sibi competere asserit in urbem Genevensem, argumenta illius cum Genevensium refutatione egregiè explicantur à Thuano *lib. CXV. ad annum cIↄIↄc.* quò Lectorem remitto, nec non in Marchionatum Montiferratensem; in regnum Cypri & Hierusalem, necnon Achajam, Philippus enim Sabaudus, Thomæ tertii filius, filiam Principis Achaiæ, nomine Jamben uxorem duxerat, ex qua filium Jambum suscepit, qui Princeps Achaiæ factus, Amadeum filium & principatus heredem reliquit, quo (sicuti & fratre illius Ludovico) sine liberis defuncto, Regina Siciliæ, tanquam Feudi Domina sibi in Principatum arrogans, jus suum militum Rhodiorum Magistro cessit, Rhodiis denique Turcarum Imperator cum insula Principatum abstulit. Vt nunc non afferam alia, quæ ad dignitatem Sabaudo conciliandam facere possent, memoratu dignum, quod Scipion Guilliet, *au renouvellement des anciennes alliances des maisons de France & Savoye n. 64. & seqq. p. 254. & seqq.* tradit, Sabaudiæ Ducum neminem unquam tyrannum, aut hæreticum exstitisse, eosdem Sabaudiæ Duces Comitum creandorum potestatem sibi attribuisse, memorat Choppin. *de Doman. Gallico lib. 3. c. ult. n. 1.* 10

Non obstant suprà pro Mantuano adducta argumenta, nam *quod (1.) attinet*, Sabaudum longè ante Mantuanum Ducatus titulo viguisse, sub ratione decidendi (2.) & (3.) diximus. 11

Quod (2.) affertur, Mediolani moris fuisse, alternativè Mantuanum cum Sabaudo ad solemnia vocari, ad hoc ipsum repo[n]unt, qui Sabaudi partes tuentur, hoc ipsum in facto consistere, nec id hactenus probari potuisse, quinimo iidem non dubitant expressè profiteri, quod id ipsum pugnet cum praxi & notoria veritate. Non efficit, quòd à Philippo Hispaniæ Rege, Legato Sabaudiæ Ducis in sacello Basilico certus locus assignatus non sit, etenim id non ideo factum, quòd Sabaudum Mantuano parem æstimaret, sed quòd eum tanquam familiarem,

 &

& æquè, ut ArchiDucem tractare vellet, præterea dicunt, Sabaudum sedem certam habere in sacello Venetiis, in Gallia, & Romæ, Mantuanum autem in nullo Sacello Regio.

Quod ulterius adducitur, Ducissæ Mantuanæ à Ferdinando II. Imperatore, Eminentiæ titulum tributum, ad id respondent, qui Sabaudi causam propugnant, quòd is titulus civilitatis potiùs gratiâ, more magnatum in honorem sexus muliebris à Ferdinando tributus, vel quòd Imperator fortè respexerit ad familiam, unde Ducissa oriunda, & quòd inde sororem ArchiDucissam attingeret. Vid. *d. tom. 10. du Mercure Francois p. 330. & seqq* ex quo summa hujus controversiæ capita notavit Johann. Limnæus *tom 4. Juris publici in Addition. ad lib. 5. cap. 14.*

Caput XI.

DE NOBILI SESSIONIS CONTROVERSIA inter Duces Florentinum, & Ferrariensem.

SUMMARIA.

1. *Referuntur Scriptores, qui de utriusque tam Florentini, quàm Ferrariensis Principum praeminentia & sessione scripserunt.*

2 *In hac controversia Sessionis legitimum visũ fuisse, per antiquũ gradũ honoris & avitam possessionem conservari ex Natali Comite, notatum.*

3 *In aula Caroli V Imperatoris Florentini Oratores in sessione prælati fuerunt Ferrariensi.*

4 *Actus possessionis vel quasi, quòd quis in loco stetit vel sedit, antevertendo alium tribuit prærogativam.*

5 *Qui est in quasi possessione Sessura, habet fundatam intentionem, tam in possessorio, quàm in petitorio.*

6. *Hoc argumento veluti peremptorio in petitorio inter Florentinum & Ferrariensem, decisum.*

7. *Vaticanæ Aulæ, Cæsaris, Regis Francorum inconcussa consuetudo fuit, cuius initii memoria non exstat, ut Florentinorum Oratores altiori loco consederint, quàm Ferrarienses.*

8. *Paulus tertius Pontifex, Ferrar*

Ducis Oratorem, altiori loco in ipso Vaticano sedere jussit.

9. *Adducuntur argumenta pro Florentino in petitorio.*

10. *Dux Florentinus neminem superiorem recognoscit.*

11. *Alia referuntur de praeminentia Ducis Florentini.*

12. *Vetusta progenitorum nobilitas solidae nobilitatis indicium vel maximum fuit.*

13. *Adducuntur argumenta pro Ferrariensi.*

14. *Ecclesia majorem iis honorem deberi constituit, qui prius ad ordines, vel ecclesiasticas dignitates promoti fuerunt.*

15. *Alia pro Ferrariensi argumenta referuntur.*

QUÆ nunc sese offert Sessionis controversia inter Florentinum, & Ferrariensem, nobilis est, famosa, & acriter ventilata inter *Dd.* Non enim defuere præclari JurisConsulti, qui scriptis utriusque præeminentiam & dignitatem defendere summis ingenii viribus conati fuere. Florentini enim προεδρίαν & Sessionem scriptis asseruerunt, Elbertus Leoninus *consil. 1.* 1
Johannes Baptista Stratella Advocatus Fivizanensis, (quem summè in hoc commendat Cavalcan. *decis. 20. n. 26 fol. 129. p. 2.*) Franc. Marzar. *cons. 26.* Modestinus Pistor *vol. 1. consil. 51.* cujus pater Simon Pistor, licèt consuluerit, in dubio tamen decisionem reliquit. Ferrariensis præcedentiam & præeminentiam propugnarunt, Decianus *vol. 3. consil. 19.* Hieronymus Gigas *consil. 20.* Natta *consil. 637. cum seqq.* Federicus Scotus *lib. 6. consil. 28. tom. 1.* Cravetta *consil. 98 2.* præceteris verò egregiè pro Ferrariensi consuluit Jacobus Philippus Portius Imolensis ICtus sua tempestate non postremus, *lib. 4. Responsorum juris, Responso 167.*

Et ut primò omnium de possessorio paucis dicamus, in hac contentione Florentiæ Ferrariæque Duces, legitimum visum fuit, per antiquum gradum honoris & avitam possessionem conservare, ac jus ejus Reipublicæ retinere, quæ semper sine ulla dubitatione & 2
controversia primum nominis, existimationis, & dignitatis locum obtinuerat; Natalis Comes *Historiar. lib. 14. in fin* quâ decidendi ratione usus fuit Ferdinandus Imperator, scilicet, quòd ita observatum fuerit in aula Caroli V. Imperatoris, ut Florentini Oratores præcesserint Ferrarienses, & proinde Florentinus constitutus in qua- 3

 si

si possessione, obtinuit egregiè, Modestinus Pistor *Consil. 51. in prima Consil. parte* Leonin. *d. consil. 1. n 7.* Ant. Colerus *in disputat. de jure Imperii Germanici sect. 67. n. 1.* sanè, actus possessionis vel quasi, quod quis in loco steterit vel sedit, antevertendo alium, tribuit prærogativam,
4 debetque in eo tueri, tradit Corne. *vol. 2. consil. 193. n. 14.* Leonin. *d. consil. 1 n 15.* unde pro possessore pronunciandum, Menoch. *consil. 51. n. 4*, quinimo qui est in quasi possessione Sessuræ, habet fundatam in
5 tentionem, tam in possessorio, quam petitorio, Leonin. *d. consil. 1. n 9.* quo argumento veluti peremptorio etiam in petitorio inter Florenti-
6 num & Ferrariensem videtur decisum, Modestin. Pistor. *d. consil 51. n. 35.* Ipse Jacobus Philippus Portius, qui tamen pro Ferrariensi consuluit, *d. lib. 4. Resp. jur. Resp. 167. n 8 & 18* fatetur, quòd fuerit inconcussa Vaticanæ inprimis Aulæ consuetudo, & Cæsaris, Regisque Franco-
7 rum ab eo tempore, cujus initii memoria non extstat, ut Florentinorum Oratores altiori loco consederint, quàm Ferrarienses. Et licèt Ferrariensis in possessorio alleget, quòd Paulus ejus nominis tertius, Pontifex, Ferrariæ Ducis Oratorem altiori loco in ipso Vaticano sedere jus-
8 serit, attamen ipse Portius *d. l.* fatetur, factum id fuisse ob simultatem subortam inter eum & Florentiæ Ducem, & judicii istius subsequentem retractationem, indicare affectu illum ipsum potiùs, quàm ratione impulsum fuisse, & ideò veritati juris ex quasi possessione orientis præjudicium nullum illatum fuisse, S. Augustin. *lib. 1. Retractation. c. 1. de sentent. & re judic. in 6. l. rem non novam C. de judic.* quamvis etiam olim intestinis bellis flagrantibus inter Carolum Quintum Cæsarem, & Franciscum I Galliæ Regem, Ducis Florentini Orator inferiori loco sedere jussus fuerit, attamen constat judicium illud non ex zelo justitiæ, sed ex animi livore evidenter processisse, ut itidem ingenuè fatetur Portius *d. l.*

9 Quod petitorium judicium attinet, Florentinæ causæ defensores ad ostendendam Florentini præeminentiam, argumenta petunt, tum à majori & latiori Florentinæ Reipublicæ administratione, tum à nobiliori & clariori Etruriæ regione, cui Florentinus præest, tum denique à
10 libera Florentini Imperii conditione, quippe quòd Dux Florentinus, neminem superiorem recognoscat, Castald. *de Imper. qu. 54.* & ab Rudolpho I. Imp. datis duodecim millibus aureorum libertatem Florentini nacti fuerint, ut vulgó traditur, Platina *in Honor. 4*, Sigonius *lib. 20.*

de

de Regno Italiæ ad finem latè ex JurisConsultis nostris Andreas Knichen *in Velitatione Apologetica, in qua Civitatibus liberis Imperialibus, jura territorialia negata censeri, deducitur, n. 47. p 49.* In ea libertate manserunt Florentini usque ad Annum MDLXIV. quo Cosmus Magnus Dux Hetruriæ constitutus & creatus est à Pio V. cum consensu Florentinorum, qui pertæsi factionum, conservandæ salutis suæ rationem in unius dominationem posuerunt, Laur. Cherubin. Bullar *in Pio 5. constit. 88.* Quinimo Papa Pius Quartus statuerat Cosmum Hetruriæ Regem creare, Thuan. *histor. lib. 26.* quem Pius Quintus creavit Magnum Hetruriæ Ducem, cum titulo Serenissimi, & omni Regia dignitate, Baptist. Adrian. *histor. lib. 20.* Arthur. Duck *lib. 2. de Authorit. jur. civil Roman. in dominiis Principum Christianorum cap 3 ¶. 6.* Econtra, constat Ferrariam feudum Ecclesiæ Romanæ fuisse, Castren. *lib. 2 cons. 102.* quam illustris Estensium familia, primò sub Marchionum, postmodum sub Ducum titulis diu sub annuo censu tenuerunt, usque ad Annum 1566. tum enim cùm fato functus esset Alphonsus Estensis, Ferrariæ Dux, nec ullum heredem reliquisset, Ducatus Ferrariæ, omniaque ejus dominia ad Sedem Romanam devoluta fuerunt, Cherubin. *in Bullar. Clem. 8. Constit. 52. p. 3.* 11

Pro Florentino ulterius adducunt, majorum suorum claritatem, & vetustam progenitorum nobilitatem, quod & summo Philosopho Aristoteli *1. Rhet. 5.* solidæ nobilitatis indicium vel maximum fuit, *l. 2. §. quæ omnia ver. sed à natalium. C. de vet. jur. enucl.* ibi: vir antiquâ stirpe *l. providendum C. de postul.* 12

Pro Ferrariensi è contra *Dd.* qui pro ipso consuluerunt, adducunt (1.) *antiquitatem* majorum, Estensis enim familiæ amplissimæ vetustam originem, opulentiam, majorum claritatem, & singularem virtutem universo Orbi Christiano perspectam & cognitam esse, constare, ex Volaterrano, Sabellico, Blondo, Jovio, Platina, &c. Et notissimum est, quomodo Azo Estensis, spectatæ fidei, & insignis militiæ Dux, anno Domini 1240. ipsam Ecclesiam Romanam à Salinguerræ impetu Federici Imperatoris Duce, sub Gregorio IX. defenderit, & Ferrariæ defensor constitutus fuerit. 13

(2.) *Ferrariensis* causam vel maximè tueri videtur, prior & longè antiquior Ducalis dignitatis erectio, cùm Ecclesia majorem iis honorem deberi constituat, qui priùs ad ordines, vel ecclesiasticas digni- 14

tates promoti fuerunt, *c. 1. & c. statuimus de majorit. & obedient.* Joan. de Turrecremata *in c. Episcopus 17. dist.* Felinus *in rub. de majorit & obedient.* Jam verò ex Historicis constat, amplissimam Estensium familiam, & illustrissimi ipsius Ducis progenitores mille annis elapsis, Lucæ, Parmæ, & Anchonæ Principatum exercuisse: Mediceam autem domum ante Leonis X. Pontificis Anno Domini 1512. nullam prorsus alicujus civitatis, castri vel loci jurisdictionem habuisse, cui consequens est, nobilitatem Estensium Principum longè majorem censeri, Bart. *in l. 1. C. dignitat lib. 12. & l. nemini C. de advocat diversor judic. & ibi Bald. in fin.* Felin. *in d. Rubric. de majorit. & obedient n. 3. cap. clerici n. 6. d. judic.* Et hoc eò magis apparet, ex utriusq; Ducatus erectione. Constat enim Anno D. 1452. â Friderico Imperatore illustrissimam Estensem familiam Ducatus dignitatem Mutinæ & Rhegii consecutam fuisse, & Anno Dn. 1454. â Paulo Secundo ejus nominis Pontifice, Ferrariæ Ducem, illustrissimum Borsium, declaratum fuisse. Ast in illustrissima Familia Medicea Anno Dn. 1531. vel circa, dignitas hujusmodi erecta fuit sub Clemente Septimo, quare obtinebit regula, quòd prior & antiquior præferendus sit juniori *l. 2. C. ut dignit. ordo servet. l. 1. C. de consul. lib. 12.*, ibidemque Lucas de Penna.

Porrò (3.) Ferrariæ Dux, cùm melioribus & prestantioribus presit, preferendus Florentino videtur, etenim Dux Ferrariæ, plures in civitate Ferrariæ, comitatus splendore insignes, subjectos habet Calcagninos, Contrarios, Tassones, Manfredos, Sacratos, Trottos, aliosq; in civitate Regiensi, Bebios, Manfredos, Folianos, Bismantuas, Valsenieros, Bojardos, Canossas, & alios. In civitate Mutinensi Comites florent, Rangonii, Cæsii, & Boschetti, prout hæc speciatim adduxit Portius *d. l. 4. Respons. Consil. 167. n. 87.* qui ibidem *n. 88.* viros etiam eruditos, qui in civitate Ferrariensi in literis humanioribus clari exstiterunt, adducit, quod ipsum parùm ad hanc sessionis controversiam conferre in confesso est, cúm non pauciores é Florentinis, viri eruditione conspicui in medium adduci possent.

Omittimus alia, quæ pro Ferrariensi passim adducta, & Lectorem remittimus ad Dd. in principio hujus Capitis adductos, qui pleniùs hac de re egerunt, quorum potiora argumenta & rationes modò adduximus.

CAP.

Caput XII.

De Inclytæ Venetorum Reipublicæ præeminentia, ejúsque Legatorum præcedentia, respectu aliarum Rerumpublicarum, & Ducum Italiæ.

SUMMARIA.

1. *Quanta praeminentia Reipublica Veneta pra reliquis totius Orbis Christiani Rebuspublicis sit? exponitur.*

2. *Reipublica Veneta primò controversiam Sessionis movit Respublica Genuensis & quantis motibus hac dissidia causam dederint.*

3. *Ejusmodi Reipublica Veneta legatis cedere noluerunt legati Florentini, & quàm praclarè Marcus Morosinus Legatus Venetus praeminentiam Reipublica asseruerit.*

4. *Cum Austria Archiducibus non obscurè eadem respublica de praeminentia certavit.*

5. *Probatur Venetorum rempublicam hac atate omnium absolutissimam atque perfectissimam esse.*

6. *Antonius Sabellicus, qui Venetos cum Romanis certo respectu comparavit, ab impetitionibus & calumniis Johannis Bodini vindicatur.*

7. *Respublica Veneta libertatem suam hactenus illasam retinuit, oppugnata licèt sapius, & bellis vicini potentissimi Turca perpetuò infestata.*

8. *De origine urbis Veneta disquiritur.*

9. *An Venetia à Pipino subacta & victa?*

10. *Annales Francici, Regino, Abbas Vrspergensis aliiq; historici germanici vindicati ab objectionibus Nicolai Crassi, qui eorum fidem in dubium vocare ausus fuit.*

11. *Exarchi Imperatorum & Pontifices Maximi ultro suppetias à Venetis petere coacti fuêre, & adducta hac de re verba Caroli Sigonii.*

12. *Ex Sigonio probatur, Carolum cum Nicephoro Orientali Imperatore fœdus percutientem, Venetorum libertatem, nulla ex parte imminutam voluisse.*

13. *Quod ipsum à sequentibus Imperatoribus confirmatum.*

14. *Evincitur contra Auctorem Anonymum, monetæ cudendæ concessionem, à Rudolpho Imperatore factam Venetis, non arguere jus superioritatis.*

15. *De Venetorũ Ducibus & Sponsaliorum maris ratione, adducuntur verba Johannis Kirchmanni.*

16. *Merita Venetorum in Ecclesiam Romanam egregia esse, ac per eosdem Pontificem ipsum restitutum fuisse devicta classe Friderici Barbarossæ Imp. probatur.*

17. *Innocentius X. Pontifex in gratiam Venetorum, jussit in Vaticano reponi, picturas repræsentantes fugam Alexandri II. & auxilium Venetorum, quo Imperatoris Friderici Barbarossæ classem victam, & filium ejus Ottonem captum, ut nonnulli scribunt, quas picturas Vrbanus VIII amovere jusserat.*

18. *De potentia Venetorum terra marive maxima notatu digna afferuntur.*

19. *Probatur, Venetorum Legatos Genuensium Legatis in sessione præferendos esse.*

20. *Genua tum Vrbani VIII. tum Innocentii X temporibus prærogativas regias petiit, quia ad se pertinere contendit Insulam Corsicam, cui titulus regni competit, & ideò postulavit, ut Legatis suis idem locus concederetur, qui debetur Regum ac reipublicæ Venetæ Legatis, quod impetrare non potuit.*

21. *Venetorum Legati cæteros Italiæ Principes præcedunt.*

22. *Venetis ratione Sessionis in Concilio Tridentino à Bavariæ Ducis Legato lis mota, & protestatio interposita. Cui Venetus respondit, Bavarum & hac & alia vice cedere debere, hocq; annotari jussit.*

EXpositis illustrioribus Precedentiæ & Sessionum controversiis inter Reges & Principes Christianos obortis reliquum est, ut ad Liberas Respublicas sermonem dirigamus, & si quæ inter has de precedentia lites, brevibus exponamus.

Omnium verò primum meritò sibi locum vindicat inclita Venetorum respublica, sive diuturnitatem imperii, sive res bello paceve preclarè gestas, sive potentiam terrâ marive maximam respicias, sive deniq; formam reipublicæ Romanæ quàm simillimam, prout rectè observat
1 Philippus Cominæus *lib. 2. de Bello Neapolitano*, qui Legatus à Carolo VIII. Galliæ Rege ad Venetos missus, multa præclara in laudem reipublicæ hujus perfectissime annotavit, attestans, Venetos Romani Imperii rationem exactissimè tenere, quomodo natum sit, quomodo

cre-

terevorit, quid vitiosè in eo admissum, & nonsolùm ossa Titi Livii Patavini servare, verùm ejus monumenta etiam & scripta diligentissimé habere cognita atq; meditata. Verissimé verò & ingeniosè Poëta de urbe Veneta hæc scripsit:

Viderat Hadriacis Venetam Neptunus in undis
Stare urbem, & toti ponere jura mari:
Nunc mihi Tarpeias, quantumvis Juppiter arces
Objice, & illa tui mœnia Martis, ait:
Si pelago Tybrim præfers, urbem adspice utramque:
Illam homines dices, hanc posuisse DEos.

Præmonendum hoc in loco, primò omnium, duximus, quòd, dum Duces aliquot Italiæ, & Galliæ præmisimus, antequam ad Venetos descenderemus, inde ne quicquam præeminentiæ & dignitati reipublicæ Venetæ nos detractum velle, de quo protestamur. Sanè, extra dubium est, Ducem Venetorum non modò Duci Sabaudiæ, sed cæteris omnibus esse præferendum, utpote antiquiorem quibuslibet Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, cùm cœperit annis abhinc supra mille, prout tradit Calefatus *in tract. de Equestri dignit. n. 125.*

Florentissimæ huic Reipublicæ Venetæ primò controversiam de Sessione motam fuisse legimus, à Genuensibus, qui potentiæ civitatis suæ innixi, cedere Venetis noluere, nec eorum Legati Venetorum Legatis honoratiorem locum concedere, quod ipsum motibus & bellis causam dedit. Cùm enim Perinus Cypri Rex, Petro genitori in regnum suffectus, Famagustæ Coronationis suæ pompam duceret, anno 1373 adessétque Genuensis & Venetus Balivus (ita enim appellant mercatorum Prætores) velletq; uterque ad dextram Regis incedere, magnus repente tumultus exortus est. Rege autem in Venetos magis, quàm in Genuenses inclinante, Genuenses armis suam dignitatem vindicárunt, in regiam tectis sub veste gladiis profecti sunt. Veneti Regem adeuntes, insidias ejus capiti paratas dixerunt. Rex inventos cum armis Genuenses ex altissimis fenestris in forum præcipitari curavit, militum cohorte lanceis atque gladiis cadentes excipiente, reliqui per Cyprum commorantes Genuenses, necati fuerunt, ut vix unus ex tanta clade superfuerit. Hanc ob rem Genuenses comparata quadraginta triremium 2

 classe

classe intra 40. dies Cyprum hostili animo invaserunt. Rex omnium auxilio destitutus, deditâ Famagustâ quadraginta millia nummûm auri quotannis Genuensibus pollicitus est, Platina *in Gregorio XI.* Blondus *l. 10. Dec. 2.* & Æneas Sylvius *de Bello Cyprio*, qui Petrinum, Petro fratre necato, regnum invasisse scribit, ex quibus patet, quantis motibus causam sæpius præbuerint ista dissidia Præcedentiæ, simulque apparet, Venetos in possessione præcedentiæ mansisse. Nec verò legi, unquam Genuenses Venetis prælatos, nec rationes video, cur Genuensis Respublica præeminentiam quandam præ Veneta sibi arrogare possit, cùm hæc illi nullo modo inferior, multis verò casibus superior sit. Inter alia constat, hujus Reipublicæ Venetæ Legatis, Florentinos quondam cedere noluisse, cùm enim Anno 1497. cum Imp. Maximilianus I. Torronæ in Italia degeret, Legatis Florentinorum duobus, qui ad eundem Maximilianum missi erant, ve-
3 nerant, in via fortè obviis, Legati Veneti & salutem dicerent. Illis ne verbum quidem unum eisdem reddiderunt, sed illiberali contumacia ire perrexerunt. Postridiè autem ejus diei iterum obvii, cùm de via Legatis Reipubl. Venetæ non cederent, arrogantiusque in eos cum suo comitatu propè conglomeratur, Legatus Venetus Marcus Morosinus, cui quidem præclara atque mirifica faciei dignitas, cum vasta membrorum magnitudine inerat, alterum eorum ita repulit, ut in luto provolveretur, *inquiens*: Disce cedere majoribus, Bemb. *lib. 3. Hist. Venet. p. 125.* sive ut exponit Gio. Nicolo Doglioni *in Venetia trionfante & sempre libera. tit. de notabili & heroici gesti &c. fol. 25.* cosi impara un altra volta à dar il luogo à maggiori di te. Cùm Austriæ Archiduce etiam non obscurè de loco præcedentiæ sive sessionis quoq; constat fuisse certatum, Dux enim Austriæ à Venetorum Duce ad aream D. Marci deductus, cùm ad Angiportum ventum esset (quod
4 Venetiis frequens est) neque simul ingredi possent, Veneto locum dedit, Austriacus virtutis potiorem rationem habendam esse, *inquiens*, quàm avitæ nobilitatis: Contrà Venetus: Nascuntur Fortes fortibus & bonis, & quem avita commendat virtus, suo simul & majorum splendore illustris, cùm alias, tum & in his honorum larvis primas ferre debet. Modestia Austriaci magna: Veneti prudentia major, Jo. Paulus *in Spondopædia*, adductus Zwingero *in Theatr. Vitæ Hum.* Equidem illustris Venetorum respublica, attestante Do-
naso

nato Jannotio Florentino *in Dialogo de Republ. Venetorum*; hác ætate 5
est omnium absolutissima, atque perfectissima, si fuit ut quam aliàs, quippe cujus ratio est ejusmodi, ut excellentioribus institutis temperari nequeat, neque veró majori cum tranquillitate, & concord ágeri, cùm sit á seditionibus insitis plané disjuncta, omnibusque iis rebus, quæ florentissimis civitatibus perniciem afferre solent, quodque longè præstantissimum est, optimorum fortissimorumque civium magná copiá floret, quorum sapientia & virtute, quàm felicissimè regitur, ut adeò non incommodè Antonius Sabellicus Venetos cum Romanis certo respectu comparaverit, quem ob id acerbis- 6
simè insectatur pluribus in locis Bodinus, & præcipuè *cap 4, Methodi Hist.* Quis autem risum tenere possit, *ait Bodinus*, qui Sabellici scripta legat, ubi Venetorum bella cum Romanis gestis comparat. At ne Donatus quidem Jannotius, civis Venetus istam comparationem ferre potuit. Sed si penitius ipse Sabellicus inspiciatur, non video causam reprehendendi fuisse, vel Jannotio, vel Bodino, id ut eò magis manifestum evadat, ipsa verba Sabellici subjiciam, quæ habentur *in præfatione sive proœmio historiæ suæ Rerum Venetarum.* Fuerunt, *ait*, populorum quorundam, qui imperio, quandoque potiti sunt, res, quis nesciat? magnificæ & amplæ, vel inprimis Romanorum, quibus splendore ac magnitudine eorum, quæ foris gessere, fortasse cedimus: verùm sanctitate legum, juris æquatione, innocentia, cæterisque sanctionibus institutis res Venetæ cum Romanis collatæ, non modò non deteriores illis, sed longè etiam, adsit modò æquus Judex, meliores reperirentur. Ex quibus verbis apparet, Sabellicum ingenuè fateri, neque amplitudine imperii, neque rerum gestarum gloriá Romanæ Reipubl. Venetam exæquandam; alia tamen quædam esse, quibus eadem meritò videri queat, non solùm par, sed superior; cujusmodi sunt, sanctitas legum, juris æquatio, innocentia, innata libertas. Contulit quidem Sabellicus non semel in historiis gesta utriusque Reipubl. nullibi, ni fallor, vel potentiam, vel imperium æquavit. Vide eundem *Decadis primæ libro secundo, & secundæ Decadis libro primo,* bella descripturus Venetorum contra Genuenses suscepta, præfatur ea sibi videri simillimam speciem, habere, cum iis, quæ Romani cum Carthaginensibus gesserunt. Eventus si non idem, non tamen omnino diversus. Excidit

Carthago illa ingens: superba Genua abjectis armis: quæ plus non po-
tuit, victoribus Venetis perpetuò cessit. Equidem, cùm aliæ respu-
blicæ variam fortunam expertæ fuissent, hæc ipsa Venetorum respubli-
7 ca libertatem suam hactenus illæsam retinuit, oppugnata licèt sæpius, &
bellis vicini potentissimi Turcæ perpetuò infestata, quod ad præemi-
nentiam Venetorum asserendam, non parùm stringere videtur. Rex
Attila verò, terror Orbis dictus, post Aquileiam eversam, cùm liberiùs
excurreret per Italiæ tractum, qui Venetiæ tunc nomen obtinebat, eos
omnes, qui ibidem, ubi hodie Venetiæ, se recepissent, ut ejus impe-
tum evitarent, aggrediendos armis suis non existimavit.

Cæterum quicquid sit, ipsa inclyta Urbs Venetæ libertatem suam hactenus illæsam servavit, á nullo Imperatorum Germanicorum subacta, ne attentata quidam á Cæsaribus nostris, libertatis illius signa reperiuntur in vetustis Annalibus, sed Duces quidem Venetorum Amicorum, Imperii titulo á Cæsaribus condecorati leguntur. Patet hoc ipsum ex Henrici V. Cæsaris Tabulis Anno Dominicæ incarnationis millesimo, centesimo decimo primo XI. Kalend. Junii, indictione quarta Veronæ exaratis, quas posteritati reliquit clarissimus Nicolaus Crassus *in Notis suis ad Donatum Jannotium de republica Veneta p. m. 440.* ex quibus cùm etiam constet, quænam insulæ Venetiarum istarum, quatenus ad instutum nostrum faciunt, hoc loco recitemus.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. * Henricus, divina favente clementia Quintus, Romanorum Imperator Augustus. Quoniam stabilem Christianorum Principum charitatem operari plurima bona, ad multorum utilitatem, evidenter novimus, & virorum sapientes, & discretos Rectores regnorum suorum, notos habere, semper & amicos curavimus. Ordelaphum Falettum DEi donis Christianum, & clarum Ducem Veneticorum, quem luce sapientiæ, & totius honestatis ubertate prædicabiliter pollere, manifestum est, habere notum & amicum ad decus imperii nostri stabilitate perpetua decrevimus, ad cujus rei perpetuam confirmationem hoc, quod ipse Dux vir sapiens & honestus fieri exaudibiliter postulavit à nobis, consilio nostrorum Principum digna postulatione impetravit. Hac igitur ratione tantæ dilectionis uniti, nostram utrinque charitatem rationabiliter observavimus, & in multis magnisque negotiis, publicis ac privatis, ejus sinceram dilectionem.

ctionem.

ctionem, & præclaram sapientiam imperio nostro & nobis nostrisque fidelibus utilitatem exsistere probavimus, & quia ipsius rei evidentia & sapientum judicio sapiens ac discretus ipse Dux Venetici Regni rector exsistit, & egregia voluntas & puræ dilectionis exhibitio, quam semper erga nos habuit, & nostrum imperium, cum nobis in omnibus commendabilem exhibuit, dignus ejus, & honestus interventus apud nostram Imperatoriam Majestatem, locum charissimi amici & viri sapientissimi venerabiliter obtinuit. Igitur ob sinceram & venerabilem ejus dilectionem veræ charitatis vinculis adstrictam, quicquid ipse Dux, & Venetici Ducatus Ecclesiæ, & populus, retro per triginta annos, imperii nostri potestate, secundùm quod in præcepto nostri patris, & nostrorum prædecessorum, Regum, & Imperatorum continetur, & pacto Othonis Imperatoris legitur, justè, & legaliter habuit, & tenuit, per hanc nostram Imperialem paginam renovamus, atque confirmamus. Hujus autem rei internuntii inter nos & prędictum Ducem nostrum charissimum amicum, viri nobiles exstiterunt, Vitalis Faletrus, ejus consobrinus, Moreceņus & Stephanus dilectus ejusdem Ducis Capellanus & Cancellarius, atque Urso Justinianus vir illustris, non quòd istorum gratiá, vel cujuslibet alterius hoc faceremus, sed solummodo dulci charitate Ducis charissimi nostri, cui indissolubiliter uniti sumus, prout dictum est. Hoc egimus ita quidem, ut pars parti nil malignum, aut injustum, sed semper, quod rectum est, in omnibus rationibus rebusque facere presumat, & si, quod absit, aliqua malitia vel læsio inter partes commissa fuit, per hujus fæderis decreta tegatur, ac facta satisfactione à rebelli & transgressoriâ parte ad pactum observandum, hæc series fæderis inviolabiliter semper maneat, per cuncta annorum curricula remota contradictione vel impugnatione tam nostra, quám nostrorum successorum omnium; quia injustum videtur, ut aliquis vel suis, vel aliis æquis sanctionibus oppugnare nitatur, & ut maximè ac specialiter notentur vicini populi, tàm ex nostro imperio, quàm ex prædicto Ducatu Venetiæ, à quibus omnimodo hanc pactionis institutionem observandam esse decrevimus. Hi sunt ex nostro scilicet jure, Papienses, Mediolanenses, Cremonenses, Lucenses, Pisani, Genuenses, Placentini, Ferrarienses, Ravennates, Comaclenses, Florentini, Aritminenses, Pisaurienses, Censenatenses, Janenses, Senogalienses, Anconenses, Humanenses, Fermenses, Eporienses, Veronenses, Montesicenses,

Gautlenses, Vincentenses, Paduenses, Tarvisienses, Cenetenses: Forojulienses, Histrienses, & cuncti de nostro Italico regno, sive qui modò sunt, sive qui imposterum futuri sunt. Ex prædicto verò Ducatu Venetiæ sunt Rivaaltus, & Metamaucenles, Cluienses, Palesthinenses, Caputargolenses, Brintellenses, Lauretenses, Babienses, Murianenses, Majorhienses, Torcellienses, Amianenses, Buriaretes, Constantienses, Aquilienses, Caprolenses, Civitatinenses, Finenses, Gradenses, & cuncta generalitas populi Venetiæ, sive qui modò sunt, sive qui futuri sunt. Confirmamus itaque Veretiorum fines à nemine nostrorum inquietari, invadi, vel minorari debere; sed liberé & absque ullo impulsu, quæ retro ab annis possidere triginta, deinceps possideant. Proprietates verò & prædia, quæ habere videntur, tàm ipse Dux, quàm suus Patriarcha, necnon & Episcopi, Abbates, & Ecclesiæ sanctæ Dei, & reliquus populus Venetiæ sibi subjectus, infra potestatem imperii nostri, sive in campis, sive in domibus, pratis, sylvis, vineis, paludibus, salitis, sationibus, piscationibus, & cæteris possessionibus, quietè possideant, absque cujusdam insultantis machinatione, aut læsione, sive sinistra quapiam tergiversatione: ita ut nemo contrarietatém eis facere præsumat nec etiam venationem, aut populationem, sine eorum licentia exerceat, neque violentiam ibi residentibus inferat. Neque aliquam navim ipsorum Veneticorum in aliqua nostri imperii parte periclitantem prædari, seu hominibus naufragium patientibus aliquam controversiam inferre præsumat; quòd si qui fecerint, componant centum libras auri purissimi illis, quibus injuriam facere præsumpserint, & res ejus dominio possidentium mancipentur, & quietè liceat possessoribus illas tenere ac frui &c. Paulò pòst in fine istarum Tabularum sequentia habentur: Et hoc stetit de capulo, quod Rivoaltenses, Olivolenses, Metamaucenses, Albinenses, Torcellenses, Amianenses fecerunt retro ab annis 30. habeant licentiam faciendi secundùm antiquam consuetudinem, sive per flumina, sive per mare. Equileienses verò capulare debent in ripa sancti Zenonis, usque in fossam sancti Metamauci & Gentionis, secundùm consuetudinem, & omnem arborem vehere cum carro, aut ad collum, quantum sibi placuerit, & habeant licentiam pecudes in ipsis finibus pascere, vel pabulari. De finibus civitatis Novæ dicimus, ut terminatio, quæ à tempore Luitprandi Regis facta est inter Paulucionem Ducem, & Marcellum magistrum militum, deinceps

manere

manere debeat, id est, de plave majore usque in plavem siccam, peculium quoque & gregem cùm securitate pascere. Capriani verò in sylva Forojuliana, ubi semper capulaverunt, capulare debeant; similiter Gradenses secundùm antiquam consuetudinem in sylvis Forojulii capulum faciant. Confirmamus etiam Lauretum, ut, quantum aqua salsa continet, ejus subjaceat potestati. Et nullus Princeps, vel pauper aliquem Veneticorum distringere, aut legem facere de aliqua Veneta substantia, aut ad placitum ducere, nisi in præsentia illorum Ducis, aut fotrum tollere de illorum terris, quæ in nostro regno sunt, aut bannum mittere, tàm de habitantibus in Venetia, quàm de illorum hominibus, ubicunque habitantibus, justitiam aliquam accipere præsumat, nisi in præsentia Dominorum suorum. Confirmamus, ut pars parti de causis Ecclesiarum & monasteriorum omni modo justitiam faciat. Volumus, ut pro una libra denariorum, ab uno homine sacramentum, & si usq; duodecim libras denariorum, Veneticorum duodecim electi juratores addantur. Nam si ultra duodecim libras quæstio facta fuerit, juratores ultra duodecim non accedant. Statuimus etiam de pignoribus, quæ inter partes posita fuerunt, illi tribuatur arbitrium jurandi, qui pignus habuerit, soli, sive electio. De auctionibus verò simili modo agatur. *Hactenus Tabula Henrici V. Imperatoris.* Ex quibus apparet Duces Venetos à Caroli Magni temporibus nihil antiquius habuisse, quàm ut Veneti res in regno Italiæ possessas retinerent, & verò ex Tabulis Henrici V. quarum magnam partem adduximus, notari meretur, quòd Gradensis insula Venetico juri adscribatur, quæ tamen olim Carolo Magno paruit. Hoc ipsum admirandum plané, quòd inclyta hæc respublica Veneta per tot mala, & cæteri Orbis servitutem, salva libertate, sospes atque ingentibus inimicitiis superstes in hunc usque diem permanserit. Roma quingentos annos libera vixit, Sparta octingentorum annorum libertate gloriatur; Ast Venetiarum urbs raro, imò nullo exemplo supra mille ducentos annos vitam cum libertate produxit, & verò, cur non in posterum hæc illustris Respublica floreat? cùm non modò armis decorata, sed etiam legibus sit armata: nec major belli, quàm pacis cura. Bella quidem hæc Respublica gessit maxima; hostes vicit potentissimos: fines imperii terra marique extendit quàm latissimé. Sed hoc ipsi cum Romana potentia commune est. Illud proprium, quòd civitatem optimis & saluberrimis institutis ita munitam habeat, ut non

tutior

tutior ab externa vi, quàm privatorum ambitione exsistat. Ingens in omnibus patriæ amor; ac ferventissimum propugnandæ libertatis studium, bella verò nonnisi ex justis & legitimis causis suscepta, victorias huic reipublicæ peperere, præclarè de hujus reipublicæ insignibus canit Jacobus Sannazarius:

Romanas Aquilæ postquam liquere cohortes,
Magnanimus turmas ducit in arma LEo.

De quo hexasticho hoc Epigrammate *in Sannazarii vita* refert Joannes Baptista Crispus, cùm à S.P.Q. Veneto pro singulis versibus singulos centenos aureos honoris causâ dono accepisse: majore liberalitate, quàm ab Alexandro Magno Cherilus Poëta minimè malus affectus, qui teste Flacco pro bonis versibus

Rettulit acceptos regale numisma Philippos:

nam & pro malis colaphos, si antiquis Horatii Interpretibus fides habenda, abstulit, Hier. Capugnanus *lib. 1. Itin. Ital. Rub. de Venet. Signis pag. 54. & seqq.*

Cæterùm de Urbis Venetæ origine opinio duplex fuit, quarum altera jamdiu communis comprobavit assensus; anno scilicet
2 quadringentesimo vigesimo primo urbem conditam festo die Annunciationis Deiparæ Virginis, qui dies urbis natalis semper habitus, solemni & maxima religione à Venetis cultus. Altera verò opinio, quam sequi videtur Contarenus ad Attilæ irruptionem usque rem protrahit, quasi vis alia Barbarorum nulla fuerit, antea, quâ mortales compelli potuerint, ad hæc æstuaria; nihilque trepidatum temporibus illis, quibus Alaricus Ataulphus & Radagasius, ingentes copias secum in Italiam trahentes, terrorem & cladem plurimam Venetis intulerunt. Sanè, si Alarici unius expeditio prima, quâ Gothis, Hunnis, & Alanis in societatem ascitis per saltus Tridentinos Venetias irrupit, XIV. Kal. Septemb. Anno CDII. formidolosa adeò cunctis Italis fuit, ut, qui à periculo & metu longiùs aberant, de Italia deserenda seriò cogitarent, adeundisque Insulis, Corsicâ, Sardiniâ, & Siciliâ; quo animo exstitisse credas ipsos Venetos, quorum prædia, agros, ac ditiones tantus furor pervaserat, ac urbes omnes, vel subegerat, vel afflixerat miserè? Annon verosimile, eos itidem cogitâsse de transportandis uxoribus, liberis & fortunis suis in insulas? Mirum verò, quosdam in eam sententiam dila-

dilapsos, ut dicerent, periculi ab Attila imminentis declinandi causâ, nescio, quem Regem Patavii primum novæ urbis fabricandæ consilium cepisse, eundemque quosdam è civibus suis Rivum altum misisse magnis opibus & consulari potestate præditos, quorum nomina recitant ex vetustissimo quodam monumento in tabulario Patavino, ut fama est, reperto, quòd quidem subjicere placet, prout idipsum expressum totidem verbis ex sermone vernaculo exstat apud Nicolaum Crassum *in Notis in Donatum Jannotium & Casparum Contarenum Cardinalem de Republica Veneta p. m. 310. & 311.* ibi: Anno à Christo nato CDXXI. ultimo verò Innocentii Papæ primi, ex Apono oriundi, cùm maxima gloria & felicitate floreret Patavinum regnum, administrantibus RempublicamGaliano Fontano, Simone Glaucone, & Antonio Gaulo Lovanio Coss. Honorio & Theodosio Arcadii filio imperantibus; per Consules & Senatum Patavinum decretum fuit, ut Principes aliquot viri ex omnibus delecti ædificarent urbem propè Rivum altum , cogerentq; in eandem omnes ex circumjacentibus insulis, & unum esset potiùs oppidum portuosum, quàm multa, ubi stationem haberet classis apparata, maritimísq; rebus jugiter assueta, ad custodiam portus, perfugiúmq;, si quod bellum ingrueret, exhibendum longè tutissimum: Gotthorum enim multitudine, insolentiaque perspecta, tenere sese adhuc memoriá, illos uná cum Rege suo Alarico Italiam ingressos, reliquisse eam, rapinis atque incendiis vastatam, ipsámq; urbem infesto agmine petiisse, & direptioni mandâsse. Quare præter eos motus, quos aliàs attulissent Gothi, cives Patavinos perceptis conatibus iis, qui ex Australibus & Occidentalibus Regionibus tunc per eos gliscerent, timore adductos statuisse, vel eo ipso anno CDXXI. XVII. Kal. April. urbem condere, in qua perfugium compararetur, & portus juxta fluminis ostium, coacta universa multitudine in eum locum, cui nomen Rivo alto, ex insulis & stagnis, atque adeò ex tota provincia. Urbem porrò Venetias nominatum iri, bienniòque præfuturos operi, cò transmissos consules, à quibus fundamenta jacta VIII. Kal. Aprilis circa meridiem: primos autem Præfectos operi Consules Albertum Faletrium, Thomam Candianum, & Zenonem Daulum: alteros consules, Lucianum Paulum, Maximum Lucium, & Ugonem Fuscum. Cæterùm exemplum hujus monumenti ex Patavino tabulario depromptum suppositicium esse, ostensum est à laudato Nicolao Crasso *d. l. p. 312. 313. & seqq.* ubi pluribus argu-

 mentis

mentis falsitatem d. monumenti ostendit. Sané, de Patavio hæc ipsa, quæ afferuntur, verosimilia non sunt, cùm constet, Patavium dirutum & solo æquatum sine ullis habitatoribus diutissimè mansisse, ita ut ipsi Patavini negare non possint, nullam ejus urbis exstare memoriam ante Ecelini Tyranni crudelissima tempora, & verò in ipso adducto monumento falsum est, ultimum annum Innocentii primi á Christo nato fuisse CDXXI. cùm ejus obitus quadriennio antè contigerit, successit Zosimus, qui obiit Anno duodevigesimo extremo. Et quod de Regno Patavino dicitur, ridiculum sanè omnibus, tum regnum Patavinum ullum floruisse, quo tempore Imperatores rerum potiebantur. Porrò itidem procul á vero: antequam Rivus altus ædificaretur, hoc est, annum CDXXI. exstitisse complura oppidula, per hæc stagna dispersa, ex quibus tunc una demum Civitas coaluerit. Contigit hoc satis longo intervallo, nimirum Anno DCCCIX. Heraclea primùm & Equilio funditus eversis: deinde Albiola, Clodia, Metamauco, & aliis, unde plurimum incrementi Rivo alto accessit, ut ex Annalibus constat, ast ante Annum CDXXI. nullum erat in his paludibus oppidum, ut alia nunc omittamus.

Porrò, non parùm juvat, & Venetorum præeminentiam ostendit, quòd hucusque Veneti libertatem suam animosè defenderint, si Papini tempora excipias, qui Venetos debellavit, & ad ex-
9 trema redegit, quinimo ipsam Venetiam ab eodem subactam fuisse, testantur Annales Francorum, Aimonius sive Annonius, Ado, & Regino Abbas Prumiensis Coenobii, qui floruit circa Annum Christi 900. *in Chronico ad Ann. Dom. incarn. 810. p. m. 408.* Dum hæc aguntur, *inquit,* Pippinus Rex perfidiá Ducum Venetiorum incitatus, ipsam insulam bello, terrà, marique vexabat, subjectáque Venetia ac Ducibus ejus in deditionem receptis, eandem classem ad Dalmatiæ littora vastanda misit. Sed cùm Paulus Cephalaniæ Præfectus, cum Orientali classe ad auxilium Dalmatiis ferendum adventaret, Regia classis ad propria regreditur. Idem post Reginonem tradit Conradus à Lichtenaw Abbas Urspergensis *in Chronico ad Annum Domini 810. p. m. 138.* Anno Dom. 810. *ait,* Papinus Rex Italiæ, filius Imperatoris, perfidiá Ducum Veneticorum incitatus Venetiam bello, terra marique jussit appetere, subjectaq; Venetia

Duces

Duces ejus in deditionem accepit. Scriptores Veneti horum historicorum fidem in dubium vocare ausi fuerunt argumentis speciosis quidem, partim verò invalidis. Primò enim opponunt Annales Venetorum antiquissimos atque probatissimos, & monumenta amplissima, verùm non immeritò de fide horum Annalium dubites, quis enim inspexit? 10
utrum dissentiant à relatione historicorum Germanicorum, modò adductorum, deinde in dubium vocant fidem prædictorum Historicorum, quos tamen probatissimos & fidelissimos esse constat. Nec minuit fidem Annalium Francorum, quòd plebejo & rusticano sermone conscripti. Etenim Historici munus præcipuum est, res gestas ex fide enarrare, nec egregia aut turpia facta silentio opprimere, linguæ verò decus ornamentum quidem Historiæ affert, ipsam Historiam non constituit. Postremò putant, Francorum Annales, etiamsi veri essent, & eo tempore scripti, non omnino dissentire, quatenus ajunt, à Papino Venetiam subactam. Ejusmodi enim famam per Galliam increbuisse, ex eo verosimile esse, quòd plurima Venetorum oppida, Papini armis capta, Metamaucum quoque ipsum occupatum fuerat, ubi usque ad eum diem Imperii Veneti sedes erat collocata. Quod Venetorum Duces attinet, quos in deditionem accepisse Pipinum memorant Annales, reponunt, primò irritum fuisse & inane, quòd per Duces transfugas & perduelles gestum fuerit, deinde quamvis multa oppida capta eversaq; fuerint, ab his tamen calamitatibus Rivum altum, cæteràsq; finitimas insulas intactas mansisse, quò Dux & omnis magistratus ex Metamauco, ingénsq; Patritiorum numerus ex omnibus insulis communi consilio commigraverat. Postremò, cùm Papinus in intima stagna sese insinuerat, ultimam bello manum impositurus, accepisse istam memorabilem cladem, multis Francorum millibus deletis & trucidatis, coactúmq; Venetorum finibus abscedere irrito conatu. Verùm, an hæc ipsa historicæ veritati congrua, cuilibet arbitrandum relinquo, cum Carolo Sigonio, & Cardinale Cæsare Baronio, qui etiam coarguendos existimavit, qui hac in re cum Venetis sentirent, quamvis Thomas Fugarus, vir nobilis Avenionensis, qui Francico sermone res Venetas posteritati commendavit, attestetur, Papinum cladem, quam diximus, ad extremum accepisse, & propugnatam perpetuò retinuisse integram, latiùs hoc ipsum exposuit Nicolaus Crassus *in Notis in Donatum Jannotium & Casparem Contarenum Cardinalem de Republica Veneta p. 321. 322, 323. 324. & seq.*

qui tradit, Francos, licèt perpaucos annos Venetæ provinciæ quædam oppida tenuerint, nunquam tamen penetrâsse in ipsa æstuaria, propterea, quòd navigiorum copia deesset, neque iidem rei maritimæ ullam operam darent, expulsis Francis, Narses quidem id ipsum efficere potuisset, si ausus fuisset. Cæteroquin ultro suppetias à Venetis petere coa-
11 cti fuerunt Exarchi Imperatorum & Pontifices Maximi, quomodo evenit Anno à Christo nato DCCXXV. Urso VII. Duce, tum enim Paulus Italiæ Exarchus Heracliam confugiens, Ursi Ducis Venetorum opem adversus Longobardos imploravit, qua de re Sigonius *de Regno Italiæ lib. 3. anno 126.* cujus verba subjicere placet: Paulus Ravennâ pulsus, se ad Venetos Heracliam contulit, atque Ursi Ducis auxilium imploravit. Hoc ubi Gregorius sensit, privatas injurias publicæ causæ posthabendas ratus, statim literas ad Ursum eundem misit, atque eum, ut Paulum omni ope juvaret, hortatus est. Literæ adhuc exstant in hæc verba conscripta: Gregorius Episcopus servus servorum DEi dilecto filio Urso Duci Venetorum: Quia peccato favente Ravennatium civitas, quæ multarum caput Ecclesiarum est, à nefanda gente Longobardorum capta est, & filius noster eximius Dominus Exarchus, apud Venetias, ut cognovimus, moratur, debeat Nobilitas tua ei adhærere, & cum eo nostra vice pariter decertare, ut ad pristinum statum sanctæ Reipublicæ imperiali servitio Dominorum filiorumque nostrorum Leonis, & Constantini magnorum Imperatorum ipsa revocetur Ravennatium civitas, amore sanctæ fidei nostræ. Lectis literis Veneti Pontificis auctoritatem secuti, Paulum summa ope juvandum decreverunt, ac ratione rei gerendæ cum eo composita classem ornârunt, sermone dissipato, se adversus Saracenos rogatu Imperatoris contendere statuisse. His ita constitutis, Paulus quasi à Venetis repulsus, aliquot contractis copiis Imolam accessit, & quasi eam urbem premere oppugnatione vellet, ibi exercitum, quàm maximum potuit, comparavit, ac die cum Venetis composita, castris inde Ravennam versus motis, urbem à terra repente invasit. Pridiè verò Veneti, cùm simulata in Orientem navigatione evecti è portu essent, nondum orto sole, in ancoris steterunt, atque eâdem propè, quâ Paulus, horâ, classe ad littus appulsâ, navales urbi milites admoverunt. Ad tantum tumultum exciti Hildebrandus & Peredeus, omnes qui ferre arma possent, ad mænia properare, eaque præsentibus animis corporibusque tutari jusserunt. Cùm omnes haud

aliter

aliter, ac jussi erant, impigrè fortitérque fecissent, haud ægrè hostes clarâ in luce scalis appositis mænia scandere contendentes, sustinuerunt. Dum ad muros pugnatur, Veneti, portâ quæ ad mare vergebat, effractâ, urbem intrarunt. Qua re animadversa Duces cum valido armatorum globo se objecerunt, ac prælium atrocissimum commiserunt: quod cúm per aliquot horarum spatium fortiter sustinuissent, tandem superveniente cum terrestribus copiis Paulo, circumvenienti, acie excesserunt. Receptâ urbe Paulus sedem & præfecturam suam inivit. Veneti veró operâ egregiè navatâ, domum redierunt.

Quod libertatem Venetorum attinet, constat, ut de Germanicis Imperatoribus dicamus, Carolum cum Nicephoro Orientali Imperatore fædus percutientem Venetorum libertatem, nulla ex parte imminutam valuisse, testis est Sigonius *lib. IV. de regno Italiæ.* Nicephorus, *inquit*, imperio inito, rebus pariter conducere suis arbitratus, pacem cum Carolo habere, legatos ad Carolum, ad Solam amnem castra habentem, de feriendo fædere misit. Eos Carolus non benignè solùm excepit, sed etiam fædere icto cum literis domum remisit, in eo fædere illud nominatim expressum, ut Veneti inter utrumqne imperium positi, liberi atque immunes, & ab utroque securi viverent, & sine molestia res suas in regno Italico possiderent: Ex quibus verbis apparet, non datam primùm ab Impp. sed firmatam Venetorum libertatem fuisse, quod ipsum à sequentibus Imperatoribus Henrico IV. Lothario, aliísve confirmatum, qua de re Nicol. Crassus *in Not. in Donat. Jannot. & Casp. Contaren. Cardinal de* Republ, *Venet. p. m. 440. & seqq.* ubi Henrici IV. sive, ut Germani Henrici V. privilegium integrum inseruit. Nec verò putarem monetæ cudendæ concessionem à Rudolpho Imp. Venetis factam, arguere jus superioritatis, utut Auctor Anonymus inter alia hoc ariete Venetorum libertatem impugnare ausus fuerit, cui contradixit Theodorus Graswinckel, contendens ejusmodi monetæ cudendæ concessionem, non esse argumentum alicujus Cæsarei in Venetos superstitis juris. Equidem pauló accuratiùs clarissimus Conringius *lib. 2. de Finibus Imp. German. lib. 2. cap. 19.* distinguit, scilicet aliud esse, jus cudendæ monetæ simpliciter alicui concedere, cui antea idipsum non competebat, & aliud concedere jus cudendi istam monetam, quæ & alibi extra territorium valeat, prius arguit, illum, cui conceditur, hactenus destitui majestate, & illum, qui concedit isthoc loci supremi ali-

quid juris obtinere. Posterius scilicet illi, cui jamdiu competiit jus cudendæ monetæ, quæ moneta domi valeat, concedere, ut nummi, quos cudi facit, etiam extra ipsius territorium valeant, nil subjectionis aut imperii comportat. Quis veró dixerit, Venetis jam antè istam Rudolphi Imp. concessionem, non competiisse jus cudendæ monetæ? quo præsupposito, uti verissimo, ista concessio non aliter, quàm posteriori modo accipienda. Hispanicorum nummorum aureorum, quos pistoles vulgò appellamus, magnam in Gallia copiam vidi, ubi nulla ferè moneta magis in usu, quibus omnibus auctoritate Regiá de pretio cautum est, quis verò exinde juris aliquid esse Gallo in Hispanum dixerit? Sanè, Venetos liberos fuisse, & dominium Adriatici maris acquisivis-
15 se sibi, præter alia, arguit notissima illa Veneta sponsaliorum maris ratio, de qua Joh. Kirchmannus *in tractatu excellenti de Annulis cap. 19.* Dux Venetorum, *ait*, die Ascensionis dominicæ, quo nundinę Venetiis celebrantur, Thalamego inaurata & sculpturis picturisq; insignibus exornatá, quam Bucentaurum vocant vectus, cum magna pompa, splendidóq; Procerum Comitatu ex urbe ad Adriatici maris præcipuum portum (al Lio appellant) quotannis proficiscitur; ubi certis cum ceremoniis Thetidi Adriaticæ sponsaliorum arrham, annulo aureo mari injecto solvit. De origine hujus moris consule pluribus Kirchmannum *d. l.* De meritis Venetorum in Ecclesiam Romanam, heic multa præclara facta itidem afferri possent, sed hæc omnia ex Historicis proponere, peculiarem requireret tractationem, ipsum Pontificem restitu-
16 tum per Venetos devicta classe Friderici Barbarossæ Imp. vulgò traditum, unde Innocentius X. hujus moderni Pontificis Romani, antecessor, (qui Anno 1574. natus, Anno ætatis 72. in Pontificem electus pontificatui præfuit 10. annis 4. mensibus, & 20. diebus, & decces-
17 sit Anno ætatis 81. cujus pater fuit Camillus Pamphilius, mater verò é gente Buffalorum.) in gratiam Venetorum, jussit in Vaticano reponi suo loco, picturas repræsentantes fugam Alexandri II. & auxilium Venetorum, quo Imperatoris Friderici Barbarossæ istius Pontificis, hostis classem victam, & filium ejus Ottonem captum, Pontificemque in suum restitutum locum nonnulli scribunt. Urbanus verò VIII. illam picturam amovere jusserat, quoniam id, quod in illa expressum est, à veritate historica longé dissentire putabat, Molcken. *in præfat. tract. cui conclave, de Innocentii X. vita agens.*

De

De potentia insigni Reipublicæ Venetæ dubitandum itidem non est, quæ enim ista non præstitit in Italia adversus potentissimos Imperatores, Reges, & Principes? quæ per tot annos Turcæ, hostis Christiani nominis infensissimi vim & impetum fortiter sustinuit, adjuta nostris temporibus auxilio & fæderibus Pontificis, Hispaniæ Regis & Principum Italiæ: Nobile sanè & sacrum fœdus Pontifi- 18 cis Clementis VII. Philippi Hispaniæ Regis, & Venetorum Anno Christi 1570. factum, qui confœderati ingentem victoriam obtinuerunt An. Christi 1571. occisis Turcis 27000. Quod fœdus sacrum eleganter descripsit Ubertus Folieta libris quatuor, ut recentiora exempla nunc non adducam. De potentia maritima Venetorum audiendus Author Relat. *de Republ. & Imper. Venetorum apud Honorium in Thesauro Politico*. Centum Venetiarum civitas, *ait*, triremes educere potest, quarum omnium remiges jam descripti habentur: quinquaginta à Collegiis opificum urbis instruuntur: aliæ verò, quæ Palatinæ Triremes vocantur, navicularum urbanarum remigibus armantur aliisque. Hisce omnibus Patricii præficiuntur, Palatinis tamen præstantiores: nautas, operarios, milites urbs ipsa suppeditat. De terrestribus copiis, quas sola Venetorum urbs educere potest, testis luculentissimus est Donatus Jannotius *in Dialogo primo de Republica Venet. p. 40.* Feruntur esse in urbe nostra, *inquit*, XX. millia ostiorum seu familiarum: moris autem est, duos pro singulis ostiis homines accipere, qua ratione possent in aciem educi XL. armatorum millia, olim profectò (non satis explicatum habeo, quo tempore) cùm certam ob causam, quæ memoriâ etiam excidit, ii qui tunc Reipublicæ præerant, investigarent, quot homines apti bello inveniri possent, censa fuerunt capita XL. millia, qui numerus cum eo, quem retuli modò, perbellè convenit. *Hactenus Jannotius.* Bellis verò, quæ gesserunt, non alios præficere, quàm suos Veneti, voluere, testante Cominæo *lib. 2. de Bello Neapolit.* confer Nicolaum Machiavellum *in Principe suo cap. 12.* ibi: Venetorum si progressus examinentur, *ait*, facilè quis intelliget, eos tutissimè ac felicissimè tunc se præstitisse, cùm ex Veneta gente collecti eorum exercitus bella gerebant &c. Cominæus verò *d. lib. 2. de Bell. Neapolitano de Venetis*, & istud tradit, quòd innata ipsis cupiditas sit proferendi fines imperii. Est omnino, *ait Cominaeus*, illis

illis innata quædam industria, & amplificandi imperii, & nisi cohibeantur, erit tempus, quo vicini omnes conditionem suam nimis serò deplorabunt, alia mens Venetis priscis fuit, qui latiùs imperium suum non protulerunt, in cujus rei rationes inquirit nobilissimus historicus & Politicus Paulus Paruta *in disputationibus suis politicis*, quas italicè conscripsit.

Cæterùm ex prędictis, tum de libertate, tum rebus gestis, & potentia Venetorum constare poterit, cum quibus si conferas Genuensium (quorum Legatos cum Venetis de præcedentia & sessione
19 concertâsse, *in principio hujus Capitis diximus*) statum, res & potentiam gestas, facilè apparebit, Venetos prævalere, utut Genua totius Liguriæ Transappenninæ caput sit, Ligustio adjacens mari, potens, superba, & insigni portu, fortissima mole securæ stationis causâ premunito, mercatuque amplissimo nobilis, utpote quæ in negotiando industrios, & ad res summas, tam terrâ, quàm mari gerendas homines
20 genuerit præstantes. Quinimo Genua petiit tum Urbani VII. tum Innocentii X. temporibus prærogativas regias, quia ad se pertinere contendebat Insulam Corsicam, cui titulus Regni competit, & ideò postulavit, ut legatis suis idem locus concederetur, qui debetur Regum ac Reip. Venetæ Legatis, sed propter impedimenta, â Regibus objecta, impetrare hunc honorem non potuit, Moltken suprà adductus *in tract. cui titulus Conclave* &c. Olim sanè, cùm inauguraretur Jacobus Lusignanus Cypri Rex, contentio inter Venetos & Genuenses de præcedentia mota fuit; favet Venetis Jacobus, & occisi fuerunt aliquot Genuenses, id quod magnis motibus causam dedit, necnisi captivitate Regis Jacobi finiti fuerunt, qui tandem post diuturnam captivitatem rediit ad regnum paternum ex Pedro Mexia *lib. 2. c. 22.* Besold. *in dissert. de præcedent. & Session prærogativ. cap. 2. n. 12.* Sanè, Venetorum Le-
21 gatos cæteros Italiæ Principes præcedere, suprà *hoc capite* diximus, Petrus Calefatus *de equestr. dignitat. n. 124. & seqq.*

22 Sed & heic notandum, ratione Sessionis motam litem fuisse, Venetis in Concilio Tridentino â Bavariæ Ducis Legato, qui admonitus á fratribus, in Conciliis Religionem, non regionis sessionem curari, protestationem de non præjudicando addidit, eámque actis inserere petiit. Huic Venetus respondit, eum & hac & alia vice ce-
dere

sere debere, hocque annotari jussit, Petrus Justinianus *de Rebus Venetis lib 14 in fin.* Besold. *de Legatis c. 5. n. 7.*

Cæterùm, priusquam Colophonem huic Capiti imponamus, monebimus, quædam de Ordine Sessionis, quoad Magistratus in Senatu Veneto. Florentissima enim hæc Venetorum Respublica, tam eleganti ordine in Senatu Magistratibus suis certa attribuit loca, ut quocunq; intuentium oculi sese vertant, nihil aliud cernant, quàm magnificentiam, amplitudinem & majestatem. Non possum mihi temperare, quin hac de re subjiciam verba Donati Jannotii Florentini, quæ exstant in aureo ipsius Dialogo, *de Republica Venetorum p. m. 104.* Sedet, *inquit*, quemadmodum dicere cæperam, Dux in hoc suo tribunali, & assident ipsi à dextra tres ex Consiliariis, & unus ex Præsidibus XL. virûm: A sinistra verò tres alii Consiliarii, & duo reliqui Præsides Quadragintavirûm. In extremo quoque tribunali bina sunt hinc, atque illinc aulæis instrata subsellia, in quibus sedet Scribarum Princeps, seu magnus Cancellarius, ut modò dicitur, atque alii ministri. Magistratus etiam illi, quorum meminimus, loca sibi destinata ad sedendum occupant. Nam Triumvir ille Advocator, cujus prærogativa est per illam hebdomadam, & is ex Præsidibus Decemvirûm, cui simile jus obtigit in suo Magistratu, conferunt sese ad alterum minus Conclavis latus, ut in gradu eminentiori subselliorum, quæ conjuncta sunt parietibus, circa medium considéant è regione Ducis. Teget autem latus Advocatoris interior Decemvir. A dextris autem horum, sed in majori latere prope angulum, tres Auditores veteres dicti sedes suas habent. Recentiores verò totidem in eorum conspectu, sed aliquantò remotiores ab altero angulo. Duo Censores deinde singuli in altero majori latere ferè medii sedent. Reliqui duo Triumviri Advocatores, duóq; Præsides Decemvirûm, eadem quoq; majora latera, sed extrema tenent juxta utrumque angulum, illi quidem à dextra Principis: Hi verò à sinistra. Omnes hi Magistratus, quos dixi, in supremo gradu subselliorum collocati sunt, & ubi Collegæ pari dignitate unà sedent, semper honestiorem locum retinet is, qui major est natu. Præbet autem id ingredientibus insigne quoddam spectaculum. Occurrit enim primùm Ducis ipsius aspectus, qui satis eminenti loco, ut dixi, solium suum habet. Singula porrò Conclavis latera spectanda se efferunt, insignita præsentiâ tot Magistratuum, ut quocunque intuentium oculi sese ver-

 tant,

tant, nihil aliud cernant, quàm magnificentiam, amplitudinem, majestatem. JOAN. Præter eam, quam modò dixisti, honestatis & ornamenti, intelligere velim, utrum alia fortè causa exstiterit, quæ majores vestros impulerit ad tribuenda certa loca Magistratibus iis & quidem ejusmodi ordine, quem exposuisti. TRYP. Alia certè præterea, & non una fuit, nam curare debent hi Magistratus, ut cum modestia, & cum gravitate singuli sedeant; illud autem præcipuè, ne quis, dum itur in suffragia, verbo aut nutu se, aut quemquam commendare audeat: quam rem præstare commodè non possent; si uno & eodem loco simul omnes sederent. Efficit insuper is ordo, ut cùm præsentia tantorum Magistratuum singulæ partes Conclavis ornatissimæ sint, nullus, quantumvis magnâ vir existimatione, turpe sibi ducat in illis locis sedere, quæ procul absunt ab ipso tribunali Ducis. Ea re quoque fit, ut juvenes senibus permisti propter reverentiam, majori cum gravitate, & modestia sedere cogantur, quàm si fortè ab iisdem sederent admodum disjuncti. JOAN. Nisi cæptam disputationem intempestivè interpello, scire quoque velim, an cæteri Magistratus honestiori quopiam loco sedeant, quàm cives privati. TRYP. Nullis aliis Magistratibus præter eos, quos dixi, certus aliquis locus destinatus est, sed ubi collibitum, quisque sedet: filii tamen atque fratres Ducis, eo non tantùm vivente, sed etiam defuncto honestiorem quendam locum habere solent; Equites etiam, & Doctores; inter alios verò nullum est discrimen.

Hactenus Donatus Jannotius Florentinus d. l.

CAP.

Caput XIII.

De Illustris Reipublicæ Batavicæ, & Genuensium, ac Senensium Legatorum, præcedentia & Sessione.

Summaria.

1. *Agitur de praeminentia Reipublicæ Batavicæ.*
2. *Pecuniam nervum belli esse, communi Politicorum calculo approbatum est.*
3. *Quanam vis & efficacia Concordia ad defendenda imperia contra externa bella.*
4. *Quibus argumentis Legati Reipublica Belgica pracedentiam sibi asserere voluerint, pra aliorum Principum Imperatori subjectorum Legatis.*
5. *Respublica Belgica se Regibus aquiparavit.*
6. *Respublica libera habent jura Principum, & Principibus aquiparantur.*
7. *Archiduces Austria & Rex Hispania Belgicam Rempublicam, pro libera republica declaravit, & relata hac de re verba Articuli I. Induciarum inter Regem Hispania & Ordines Hollandia.*
8. *Concordia & unus in tot corporibus spiritus conservavit provincias Belgicas, invictasq; eas fecit.*
9. *Recensentur errores, qui ab Hispanis in amittendo Belgio commissi, & ostenditur aliter plane tractandum esse populum libertatis impatientem, & quasi ad servitutem natum, & aliter populum libertate gaudentem, qualis populus Septentrionalis.*
10. *Quanti libertas astimetur à plebe, exemplo Pisanorum illustratur.*
11. *Quisnam alter error fuerit ab Hispanis commissus, & relata ex Guicciardino lepida historia de Ludovici Sfortia Legato, ad Genuenses misso.*
12. *Tertius error ab Hispanis commissus notatur.*
13. *Quanam potentia Batavorum? & de Amstelodamo quadam adducta.*
14. *Batavorum terra, cumprimis ea, qua Hollandia nominibus veniunt, in Francorum ditione fuisse contra H. Grotium probatur.*

15. Probatur, Electorum Legatos in actibus, ad Curiam pertinentibus, Reipublicæ Belgicæ Legatis præferendos, & adducta ea de re verba Capitulationis novissimæ gloriosissimi Imperatoris Leopoldi.

16. Notatur controversia Sessionis, quæ olim fuit inter Legatos Genuenses & Senenses, & relata hac de re verba Pauli Jovii Novocomensis, Episcopi Nucerini.

ILLustris Reipublicæ Belgicæ præeminentiam & dignitatem heic præterire religio nobis erit, post Venetorum Rempublicam enim, quæ huic similis? sive res gestas superioris seculi, ac nostri temporis respicias, sive potentiam illam maritimam admirandam, & expeditiones navales feliciter susceptas, sive gentem ipsam ad libertatem
1 natam, quæ potentissimorum Hispaniæ Regum vim, impetum & potentiam per tot annos non sustinuit modò fortiter, sed fregit, & enervavit. Divitias verò & opes privatorum, quæ Principum quorundam facultates æquare videntur, quis recensebit? Cui mirum igitur, res tantas præstitisse Batavas, cùm pecunia sit nervus belli, pecuniam ferro validiorem inter civiles discordias dicebat Corn. Tacitus, Cic. *pro*
2 *l. Manil.* Scip. Ammir. *Discurs. 9. libr. 18.* in hoc verò omnes Politici conveniunt. Quintil. *declam. 341.* Plutarchus *in Cleomene.* Demosth. *Olynth. 2.* Ulp. *in l. 1. D. de quæst.* Nov. *149. & 161.* & Giovanni Botero *dell' agilita della forze libr. 1. del Denaro p. 64.* pecuniam vocat ventriculum belli; quemadmodum enim ventriculus animalibus subministrat alimenta; sic pecunia exercitui: la guerra è una voragine, *inquit Boterus,* che non ha fundo, che smaltisce, che distrugge, che consuma cose infinite, & infra Ogni tesoro è limitato, male spese della guerra sono senza misura e le necessita senza fine. Insulsum proinde est dogma Machiavelli *in discurs ad Livium*, pecuniam non esse nervum belli. Quid verò aliud Hollandos contra exterorum insultus hactenus invictos servavit, nisi concordia? quæ radix, altrixque otii, seminarium bonorum civium, seges virtutum, & illud bonum, sine
3 quo nemo novit sua bona, Paschalius *de Legation. cap. 53. p. 339.* Preclarè Livius *Decad. 1. libr. 5.* Adversus consentientes, nec Rex quisquam satis validus est, nec Tyrannus; discordia verò & seditio omnia oportuna insidiantibus faciunt; ubi enim perpetua concordia, ibi crescit imperium. Discordia verò quid aliud, quàm Ordinum venenum,

Liv. *lib. 3.* & ficuti concordiâ res parvæ crescunt; ita discordiâ maximæ dilabuntur, secundùm Salustium. Docuit hoc, istud Scyluri Apophthegma, qui, cùm, relictis octoginta liberis masculis, diem esset obiturus, fasciculum jaculorum singulis porrexit, jussitque rumpere; id cùm singuli recusâssent, ipse singula jacula exemit, atq; absque difficultate confregit omnia, docens illos, ubi unà esse perseverarent, firmos ac potentes fore: Imbecilles verò, si separentur ac dissideant.

Cæterùm, Belgicæ Reipublicæ Legati præcedentiam sibi afferere non dubitârunt præ aliorum Principum Imperatori subje- 4
ctorum Legatis, argumentis & rationibus stringentibus, qua de re audire lubet Besoldum *in dissertat. de præcedent. & Session. prærogativ. cap. 2. n. 12.* Ajunt, *inquit*, & Belgicam Rempublicam confœderatam, prætextu omnimodæ suæ libertatis aliis Principibus subjectis, Sessionis controversiam movere: sat specioso argumento: Semper enim dignior est liber, eo, qui alterius subditus exsistit. *Hæc Besold. d. l.* Adde, hanc ipsam Rempublicam Regibus se æquiparare, cui
contradixit Hispanus. Anno enim 1604. Regis Hispaniæ Lega- 5
tus petiit, ne Britanniæ Rex Batavorum Oratorem, Ambassadeurs (cœpit autem hoc nomen Legatorum Regiorum proprium esse) no-
mine dignaretur, Kirchn. *lib. 1. de Legato. c. 3. n. 10.* Quin, quòd 6
in similibus verò terminis ita statuant Natta *tom. 3. consil 637. n. 23.* & Cravetta *tom. 6. consil 892 n. 19* Præterea constat ejusmodi Respublicas liberas habere jura Principum, & æquiparari Principibus, Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 51. n. 33.* & Peregrin. *lib. 1. cons. 2. n. 17.* Speciosum verò argumentum istud, quo Belgicæ Reipublicæ Legati usi fuere, quòd liberi homines iis, qui aliis certis conditionibus subjecti, præferendi, de Republica verò Belgica constat, post atrocissimam & horrendam tyrannidem Ducis Albani, & bella truculentissima terrâ marive cùm Philippo II. Hisp. Rege & ArchiDuce Austriæ gesta, de quibus Emanuel Meteranus passim & Johannes Meursius *libris quatuor prioribus Rerum Belgicarum*, sese in liberta-
tem vindicâsse, quin ipsi ArchiDuces Austriæ & Rex Hispaniæ pro 7
libera Republica eandem declarârunt, idque statim in initio tractatuum Pacis, Legati ArchiDucum Austriæ Pater Ney & Audientiarius Verreycken petito & impetrato ab Ordinibus commeatu,

prid. Eid. Octob. clↄ Iↄcvii. Hagam venientes, nomine ArchiDucum exposuerunt, prout testatur Dominicus Baudius *in eleg. libris de Induciis Belli Belgici lib. 1.* postmodum expressè id cautum in Articulo 1. Induciarum inter Potentissimum Regem Hispaniæ, Archiducésve Austriæ, ab una, & Ordines Hollandiæ ab altera parte Antuerpiæ, factarum. In d. Articul. 1. hæc claré habentur:

Primùm Serenissimi ArchiDuces tam suo, quàm Regis Hispaniarum nomine declarant, se paratos esse cum Ordinibus unitarum provinciarum agere, tanquam cum libero populo, suis legibus, moribus, atque institutis utente, in quem nihil juris prætendunt, quemadmodum nunc præsentem Induciarum contractum cum iis inierunt sub pactis & conditionibus, quæ deinceps subjiciuntur. &c.

Sanè, quanti libertatis nomen apud plebem in Belgio æstimetur, quàm animosé eam defenderint hactenus, uno quasi spiritu, historia testatur, & verò, si Belgicas confœderatas provincias in unum colligas corpus, manipulus hominum erit, si cum potentia Hispanica potentia
8 conferatur. Verùm concordia, & unus in tot corporibus spiritus conservavit hasce provincias, invictasque eas fecit, mirari ergo desinat Strada *de Bell. Belgic. decad. 1. lib. 1. in init.* paucis Belgarum provinciis eam fuisse confidentiam, ac vires tantas, ut maximo cum Rege Hispan. sexaginta annos terra marique ex æquo decertârint. Equidem Hispani inter alios errores, quos in amittendo Belgio commiserunt in
9 eo potissimùm errârunt, quòd ignorârint Hispani mores, animum, ac genium gentis illius. Aliter planè tractandus populus libertatis impatiens, & quasi ad servitutem natus, prout Asiatici Syri, de quibus Livius *lib. 36.* Syri & Asiatici genera hominum servituti nata, á quo non discrepat illud Apollonii apud Philostratum: *Ἀσσύριοι καὶ Μῆδοι τὰς τυραννίδας προσκυνοῦσι.* adde Aristotelem *3. Polit.* 14. præclarè H. Grotius *lib. 1. de Jur. Belli ac Pacis cap. 3. p. 20.* Aliter populus libertate gaudens tractandus, qualis populus septentrionalis, qui suá naturá libertatem licentiosam amat, ac ubi Regibus imperium nonnisi restrictum. Adde libertatem ereptam, cui aliquandiu populi assueverint, si quid eis imminuitur, & carpitur, magnos plerumque excitare motus. Cùm Pi-
10 sani, eo tempore, quo Carolus VIII. Galliæ Rex totam Italiam penè sine cæde aut sanguine subjugabat, (unde Cominæus *lib. 1. de Bello*

Nea-

Neapolitano à dicto Carolo VIII, Galliæ Rege gesto, refert, Alexandrum Pontificem non invenustè, dixisse, Gallos eò venisse, cum ligneis calcaribus, & cretam solùm prætulisse manibus, ut inscriptione facta, hospitiis idoneum locum sibi deligerent.) Florentinorum regimen pertæsi libertatem magno animi impetu quærerent, utque ejus compotes fierent, Regis Galliæ patrocinium implorarent, ibi quanquam Status publici mutationem seriò dissuaderet Cardinalis di San Piero in Vincolo, non poterat tamen non ad mentem & scopum Pisanorum idem dicere, esse re diserable & preciosa cosa la libertà, & tale che meriti di soltomet tersi ad ogni pericolo, quando almeno in qualche parte s' ha speranza verisimile di sosternerla &c. apud Guicciardin. *l. 1. p. 31.*

Porrò (*2.*) *alter* ab Hispano in Belgio admissus error hic fuit, quòd populum istum recalcitrantem, & frena excutere volentem, severa inquisitione, & insuetis exactionibus, quas Albanus imposuit, sanare & in ordinem redigere voluerit, prout rectè observat Fr. Campanella *in discursu de Belgio sub Hispani potestatem redigendo in* 11
pr. Pertinet huc lepida ista apud Guicciardinum historia de Ludovici Sfortiæ Legato, qui ad Genuenses missus ab Urbis Patricio comiter ac blandè exceptus, & sub cænæ horam in hortum amænissimum deductus fuit, ubi variis florum speciebus occurrentibus, Genuensis hic Patricius florem basilicam commendat, & decerptum Legato tradit, rogans ut eundem leniter contrectatum naribus admoveat & suavitatem ejusdem percipiat. Hujus itaque odore grato ac nectare percepto, ejusdem virtutem atque fragorem commendavit Legatus. Cui Genuensis incola respondit: mi vir, ut unius ejusdemque individui diversos & contrarios effectus experiaris, haud gravatim eandem herbam, duriusculè comprimas digitis, ac contritam odoreris, eoque facto, odorem adeò insuavem ac capiti noxium percepit, ut nisi moderatiori flore cerebri motum sedásset, vertiginem ex violento odore contraxisset. Utroque in hunc modum gustu ejusdem herbæ percepto, inquit Genuensis; Domine Legate, omnium Rerumpublicarum & civitatum, veluti hortorum amænissimorum flores, cives prout contrectantur, odorem spargunt. Si Dux Ludovicus molliusculis cives suos contrectásset digitulis, suavissimum ac copiosissimum ex iis hauriret odorem. Eosdem veró

si

si duriùs presserit, inobedientiæ & contumaciæ succum & sanguinem eliciet.

Porrò (3.) secundùm eundem Campanellam error ab Hispano commissus fuit, quòd Ducibus Hispanis bella administrata fuerint, qui *sævis* (verba sunt Campanellæ) verberibus potiùs, quàm lenibus ver-
12 bis in imperio utuntur. Quo quidem imperandi modo, isti populo nihil alienius. Sperandum tamen fuisset, si ipse Philippus II. istud iter suscepisset, plus potuisset efficere, quàm quivis alius, utpote, qui sanguine Germano oriundus erat, quod ipsum etiam notatum video à Meursio *lib. de Bello Belgico*, ut alia nunc omittamus, quæ á proposito nostro paulò aliena.

De potentia Batavorum terra maríve maxima, nunc nihil attinet multa in medium afferre, testantur enim de eadem, tot expeditiones terrestres, potissimùm verò navales, contra potentissimum Hispaniæ Regem Philippum II. susceptæ. Et verò, si tantùm Amsteloda-
13 mum respicias, quantus, quæso, ibidem navium bellicarum numerus, quantus apparatus? ut nihil dicam de expeditionibus à solis Amstelodamensibus susceptis, de quibus videndus summus Vir Isaacius Pontanus *in Histor. Urb. Amstelod.* qui omnia, quæ de Amstelodamo notatu digna, diligentissimè prosecutus est, majora procul dubio scripturus, si admirabilem istam, quam vidimus, Curiam Senatus Amstelodam. recenter exstructam, quam vulgò civitatis domum (Stadthuis) appellant, suo tempore vidisset, sanè, quòd structuram vix similem alibi videre licet, sive magnificentiam ædificii respicias, sive artificium, in quo omnia ex solido marmore, cælaturis artificiosissimis, & picturis egregiis exornata.

Porrò, ut id obiter notemus, constat Batavorum terras, cumpri-
14 mis eas, quæ Hollandiæ hodie nominibus veniunt, in Francorum ditione fuisse, id quod pluribus probatum dedit Conringius *de Finibus Imperii Germ. cap. 3. p. 22.* utut contrarium placuerit Hugoni Grotio, quem nimio in patriæ libertatem studio, hæc scripsisse memorat Idem *d. l.* Nihil nunc dicam, quantus honor Belgis ab exteris deferatur. Die Indianer zu Baniam empfangen der Staden brieffe. Niederlandische Reise in Indiam Orientalem Anno 1598. fol. 19.

Cæterùm, ut ad priora revertamur, quod Legatos Reipublicæ Belgicæ attinet, dubium videri posset, an hi ipsi, si in Comitiis imperii

adsint

adsint. Electorum Legatis præferendi. Et verò ausi fuerunt præceden-
tiam sibi attribuere Legati Rerumpublicarum, hoc prætextu, quòd pa-
res essent Regibus, Regum verò Legatos Electores præcedere, id quod 14
vel ex A. B. Caroli IV. *cap. 6.* constare poterit. Verùm expressè con-
trarium constitutum in novissima capitulatione Leopoldi, gloriosissimi
moderni Roman. Imperatoris, semper Augusti, Articulo V. ibi: Nach-
demmalen sich auch eine zeitlang zugetragen/ daß außländischer Potenta-
ten/ Fürsten/ und Republiquen Gesandte/ und zwar dise unter dem Na-
men und vorwand / alß wehren dieselben Republiquen vor gekronte Häu-
ptern/ und also denselben in würden gleich zu achten / an den Keyserlich-
und Königl. Höffen und Capellen/ die præcedenz vor denen Fürstlichen
Gesandten prætendiren wollen. So sollen und wollen wir ins künftig
solches weiter nicht gestatten &c

Porrò, inter illustres Controversias Sessionum, quæ inter Lega-
tos Rerumpublicarum fuerunt, & illa notari meretur, quæ inter Le- 15
gatos Genuenses & Senenses, sanè, quum Anno 1530. sexto Cal.
Martii Carolus V. Cæsar Bononiæ à Pontifice Clemente VII. corona-
retur, Legati Genuenses & Senenses de loci dignitate inter se contume-
liis pugnisque contenderunt, & mandato Cæsaris templo exacti fuere,
uti tradit Paulus Jovius Novocomensis, Episcopus Nucerinus, Historia-
rum sui temporis *tom. 2. part. 1. lib. 27. p. m. 242.* cujus verba juvat
audire: Legati interim Genuenses & Senenses, *ait*, quum de loci di-
gnitate inter se contumeliis, pugnisque contenderent, templo, jussu
Cæsaris (Caroli V.) exacti sunt. *Hæc Jovius d. l.* Equidem pro Ge-
nuensibus contra Senenses non pauca adduci posse, unde colligere
liceret, illos præferendos, ex iis, quæ capite præcedenti de
Genuensibus diximus, manifestum evadit.

CAPUT XIV.

DE PRÆEMINENTIA REIPUBLICÆ HELVETIORUM, ejúsque Legatorum sessione, prærogativis, & præcedentia.

SUMMARIA.

1. *Quanta Reipublica Helvetiorum præeminentia & dignitas?*
2 *Helvetii à Jul o II. Pontifice, cui adversus Gallo fidele præstiterunt auxilium, Defensores Pontificiæ libertatis appellati, ipsisq; in rei gesta & concessi Tituli memoriam data fuit Bulla Papalis.*
3. *Urii, Suitii, & Vnderualdii primi omnium fœdus fecisse dicuntur.*
4. *Argumentis probatur, Helvetiam Imperii ditionem etiam, post percussa inter Helvetios fœdera, fuisse.*
5. *Henricus VII. trium Pagorum privilegia, & veteres immunitates illis concessas confirmavit, atque Præfectum seu Advocatum Imperii nomine tribus Pagis & Tigurinæ urbi constituit.*
6. *Privilegiorum concessio eorumq; confirmatio jus Superioritatis in Privilegiatis arguit.*
7. *Tres Pagi quando fœdus perpetuum inter se pepigerint?*
8. *Privilegia Helvetiorum confirmata à Ludovico IV. Imperatore in Comitiis Norimbergensibus.*
9. *Idem Imperator Præfectum tribus Pagis constituit.*
10. *Helvetii cum Austriacis sæpius pro libertate decertârunt.*
11. *Quantam calamitatem & furorem bellicum Helvetii perpessi in bello, à Maximiliano Imp. adversus ipsos gesto, qua de re adducitur memorabilis locus Bilibaldi Pirkeimeri Patricii Norimbergensis, ex lib. 2. Histor. suæ Belli Suitensis.*
12. *Exponitur, quomodo Helvetii tribus ingentibus præliis devicerint Carolum Burgundiæ Ducem, Principem sua ætate potentissimum.*
13. *Quinam Pontifices & Principes exteri fœdera cum Helvetiis percusserint?*
14. *Primus Regum Galliæ cum Helvetiis fœdus percussit, & annua stipendia publicè singulis Pagis persolvit* Ludo-

Ludovicus hujus nominis XI.

15. Recensentur Reges Galliæ, qui post Ludovicum XI. cum Helvetiis fœdera inierunt, iisq; annua stipendia persolverunt.

16. Helvetii, licèt ob fortitudinem & spectatam fidem nulli non terribiles exstiterint, nihilominus tamen se Imperii membra professi sunt, idquod ex binis Helvetiorum Epistolis, alterà ad Leonem X. Pontificem, alterà ad Albertum Moguntinum ArchiEpiscopum perscriptà, probatur.

17. Adducuntur hac de re verba Melchioris Goldasti ex ejusdem replicatione pro Imperio.

18. Helvetii videntur in plenam libertatem ab imperio asserti per Tabulas Instrumenti Pacis Cæsareo Suecici, quarum verba hac de re adducta.

19. Helvetiorum Legati pluribus interfuerunt Imperii Comitiis, iisq; à nullo Statuum Imperii præcedentiæ controversia mota.

20. Hodie Helvetii sessionem & votum in Comitiis Imperii non obtinent.

21. Helvetii in Catalogo Statuum Imperii singulis Imperii Recessibus subjecto, non reperiuntur.

22. Exempti ab Imperio, prout Helvetii, in Comitiis regulariter sessionem non habent.

23. Qui Status Imperii non sunt, sessionem quoque non habent in Imperii Comitiis.

24. Resolvitur quæstio: An si Helvetii aliiq; Status exempti pro communi Christianorum salute & exigente bono publico in Comitiis Imperii adsint & compareant, quamnam sessionem eorundem Legati obtineant?

25. Si extra Comitia concurrant Principes Imperii, & Helvetiorum, aliarumq; liberarum Rerumpublicarum Legati, num hi illis præferendi? disquiritur.

26. Respublicæ liberæ dicuntur habere jura Principum, & Principibus æquiparantur.

27. Noldenii hac de re opinio adducitur & refellitur.

28. Author suam hac de re sententiam proponit.

29. Quis Ordo Sessionis inter ipsos Legatos Pagorum Reipublicæ Helvetiorum observetur in ipsorum Diætis & conventibus publicis? exponitur.

30. Adducuntur hac de re verba Josiæ Simleri ex libro ejusdem 2. de Republica Helvetiorum.

31. Cur Tigurini Pagi Legatus in consessu & conventibus publicis reliquorum Pagorum Legatis præferatur?

32. Tigurum una è vetustissimis Helvetiæ urbibus est, quæ condita sedecim annis post Trevirorum urbem.

33. Eadem Civitas præ reliquis Helvetiæ urbibus ab Imperatoribus Germanicis insignibus ornata privilegiis & immunitatibus.

34. Post Tigurini Pagi Legatum cur proximus locus Bernæ urbis Legato tributus?

POsteaquam de inclytarum Orbis Christiani Rerumpublicarum
Venetæ ac Belgicæ præeminentia in duobus præcedentibus capi-
tibus pro instituti ratione actum, superest, ut de illustris Reipu-
blicæ Helvetiorum præeminentia nonnihil in medium afferamus,
ac quamnam ejusdem Reipublicæ Legati sessionem obtineant, paucis ex-
1 ponamus. Postulat hoc ipsum felicitas insignis hujus reipublicæ, &
propagandæ libertatis ardor ac studium indefessum. Quæ enim
Respublica post Venetam ac Belgicam, huic præferenda? sive res bello
præclarè gestas consideres, sive fidem ac fortitudinem penè admiran-
dam hujus gentis, quæ ad ipsam libertatem nata videtur. Quid me-
morem hujus gentis in Sedem Romanam merita? quæ tanta, ut proin-
de Helvetii à Julio II. Pontifice, cui adversus Gallos fidele præstite-
2 runt auxilium, specioso decoróque titulo affecti, Defensores Pontifi-
ciæ libertatis appellati fuerint, prout testatur Jovius *lib. 11. Hist. p. m. 161.*
& memorat Christianus Würstisen *lib. 7.* Basler Chronick *cap. 3.* datam
fuisse Helvetiis in rei gestæ & concessi tituli momoriam Romæ 5. Julii
Anno 1512. Papalem bullam, cujus tenorem Idem *d. l.* refert, quin-
imò Annales Helvetiorum, annotante Josia Simlero Tigurino *lib. 1.*
de Helvetiorum Republica, asserunt, Ludovicum Imperatorem Caroli M.
filium Helvetiis rogatu Romani Pontificis αὐτονομίαν multásque alias im-
munitates, propter fidelem bello Saracenico urbi Romæ navatam ope-
3 ram, concessisse, posterioribus temporibus, ut eò meliùs libertatem
suam defenderent, & privilegia ab Imperatoribus concessa illæsa con-
servarent, mutuis fœderibus sese invicem obstrinxerunt Helvetii. Pri-
mi omnium fœdus fecisse dicuntur Urii, Suitii, & Underualdii, an-
no à Christo nato M. CCC. VIII. quo tempore tamen Helvetiam Im-
perii ditionem fuisse, domesticis Helvetiorum Annalibus proditum est,
4 idémque satis evincunt ea, quæ Simlerus modò laudatus *d. lib. 1. de*
Helvetiorum Republica tradit, & cùm Albertus Austriacus Imp., Ru-
dolphi Habspurgensis filius Helvetios per Legatos suos, Liechtenber-
gium, & Ochsensteinium Barones, & Consiliarios suos ad pagos Hel-
vetiorum missos, persuadere vellet, ut se in clientelam Domus Austriacæ
committerent, Suitii re cum Uriis & Undervaldiis deliberatá, ultro fassi
fuerunt, amplissima se ab Imperatoribus Romanis obtinuisse privile-
gia, quibus cautum, ne unquam ab Imperio alienarentur, quare sta-
tuisse sese exemplo majorum Imperio Romano constanter adhærere, quin-
imo

imo Helvetios tum imperio subfuisse, & istud arguit, quòd Albertus
Imp. postmodum Helvetiis constituerit Præfectos suos , qui Suitiis,
Vriis, & Vndervaldiis præessent, Grisslerum Equitem scilicet, & Landen-
bergium, qui cúm arces exstruerent & tyrannide populum opprimerent,
& dirutis arcibus, se â Præfectorum tyrañ de & imperio liberavit. Alberto
verò Imp. â fratris filio & conjuratis cæso succesfit in imperio Henricus
VII. Lutzenburgicus, qui trium pagorum privilegia . & veteres im-
munitates illis c oncessas confirmavit, atque Præfectum seu Advocatum 5
Imperii nomine constituit, qui Tigurinæ urbi Turgeis, Verbigenis, &
tribus pagis Imperatoris nomine jus diceret, Rodolphum scilicet Habs-
purgium, Lauffenbergæ dominum , Joan Henric. Suizerus *Chronolog.*
Helv p. 2. fol 61. ast cui ignotum privilegiorum concesfionem, eorumq;
confirmationem jus superioritatis in privilegiatis arguere , Francisc. 6
Suarez. de Legib. lib. 8. cap. 9. n. 6. Carol. Tapia *in rubr. de constit.*
Princip. cap. 4. n 3. & seqq. Postmodum , cùm Leopoldus Austrius
Alberti filius bellum pagis Helvetiorum inferret, iidem libertatem suam
adversus eum strenue defenderunt , ac victoriam obtinuerunt, quæ ipsa
deinde fundameta Helvetici fœderis firmavit , tum enim primùm tres
pagi fœdus, quod antea ad decennium fecerant , in perpetuum pepige
runt, & id in literas retulerunt , â quo fœdere Helvetii dicti Eytge- 7
nossen/ quasi dicas jurisjurandi participes, aut eodem juramento devin-
ctos. Formulam Fœderis Trium Pagorum recitat Simlerus *d. lib. 1. de*
Republ. Helvetiorum , victis hostibus & fœdere confirmato , pagi
missis Legatis de utroque Ludovicum IV. Imperatorem certiorem fece-
runt, Is initio sequentis anni Comitia habuit Norimbergæ, in quibus 8
pagorum libertas confirmata. Extant hujus Decreti Tabulæ datæ in
castris ad Merridam 23. Martii anno Salutis 1316. Anno autem Im-
perii Ludovici secundo idem Imperator circa annum 1323. Johan- 9
nem Arbergium Comitem tribus Pagis Præfectum constituit, cui no-
mine Ludovici Imperatoris sacramentum dederunt. Postmodum Con-
fœderati Helvetii cum Austriacis sæpius pro libertate decertarunt, & ut 10
plurimum victores evaserunt , prout latiùs exposuit Simlerus *lib. 1. de*
Republ. Helvet. Confer summum Virum Bilibaldum Pirkeimerum, Pa-
tricium Norimbergensem , & postea Cæsareum Consiliarium *in Histo-* 11
ria Belli Suitensis sive Helvetici, â prima sui origine usque ad expeditio-
nem â Maximiliano Cæsare susceptam Anno 1498. quod ipsum Pirkei-

meri ſcriptum inter alia Germaniæ noſtræ monumenta exſtat apud Marquardum Freherum *tomo 3. Rerum Germanicarum Scriptorum.* Et cùm ipſe Pirkeimerus iſti bello à Maximiliano contra Suitenſes geſto interfuerit, lubet ejuſdem verba, quæ *lib. 2.* habentur, ſubjicere, cúm ex illis conſtare poſſit, quæ mala pro libertate perpeſſi Helvetii, ac quanta rabies furoris bellici fuerit. Accidit, *inquit Pirkeimerus d. l.* ut fortè inter eundum per villam magnam, ſed exuſtam tranſirem, in cujus exitu duas deprehendi vetulas, quæ agmen quadraginta ferè puerorum parvorum, necnon puellarum, haud ſecùs ac pecorum greges præ ſe agebant. Erant omnes extrema macie ob inediam confecti, ut effigie ſua præterquam, quod moverentur, haud multum defunctis abſimiles, ita ut aſpicientibus horrorem quendam injicerent. Interrogavi vetulas, quonam turbam tam miſerandam ducerent. At illæ, tanquam attonitæ, ac vix præ dolore ac fame ora aperire valentes, reſponderunt, confeſtim me viſurum, quonam tam inſelix ageretur juventus. Vix hoc dixerant, cùm ad pratum quoddam deventum eſt, in quod ingreſſi, ac in genua prolapſi, beſtiarum inſtar herbas depaſcere cœperunt, hoc uno diſtantes, quòd illæ morſu veſcuntur; hi verò manibus cibum decerpebant; & jam uſu herbas diſcernere didicerant, ac noverant, quæ amaræ ſeu inſipidæ, quæ ſuaves aut guſtu eſſent præſtantiores. Præcipuè verò herbam eligebant acetoſam, quam & præ cæteris dignoſcebant. Ad tam dirum igitur ſpectaculum obſtupui, ac tanquam amens diu conſtiti. Rurſus igitur vetula inquit: En, cernis, curnam calamitoſa hæc turba huc ſit deducta, cui longè magis profuiſſet, ſi nata foret nunquam, quàm tot ærumnis ſubjici, ac tam miſeram exigere vitam. Ferro cecidere Patres, fame verò matres abactæ ſunt: bona in prædam ceſſere, ac habitacula flammis ſunt abſumpta: nos miſeræ ob ultimam ſenectutem hic ſumus relictæ, quò infeliciſſimam hanc juventutem, brutorum inſtar ad paſcua agamus, & quantum valemus, herbarum eſu ſuſtentemus; ſperamus tamen brevi tàm illos, quàm nos à tantis abſolutum iri miſeriis. Etenim quamvis duplo plures fuiſſent, brevi tamen ad hunc redacti ſunt numerum, cùm quotidie aliqui fame & inedia deficiant, longè profectò celeri morte, quàm prolixiori vita feliciores. Hæc cùm vidiſſem ac audiviſſem, lachrymas continere nequivi, tam miſerandam hominum ſortem miſeratus, ac bellicum furorem meritò deteſtatus. *Hactenus Pirkeimerus d. l.* Quis vero qui

hæc

hæc ipsa legit, obstupescat? Omitto alia bella, ab Austriacis contra Hel-
vetios gesta, infelici utplurimum successu, quæ ipsa exceperunt. deinde 12
bella, quæ Helvetii gesserunt contra Carolum Burgundiæ Ducem Prin-
cipem, illa ætate potentissimum, cui Sigismundus Austriæ Dux bello,
diu infeliciter adversus Helvetios gesto, regiones, quas habebat in Se-
quanis & Rauracis, vicinas Helvetiis oppignoraverat, existimans fore,
ut plerumque inter vicinos fieri solet, ut aliquæ controversiæ inter ipsos
oriantur, & ex hisce Bella. Hunc Carolum Burgundum Helvetii
tribus potissimùm præliis, quibus Dux ipse interfuit, & ubi de summa
rerum certatum est, devicerunt. Primò enim Burgundus victus ad
Gransonium oppidum, qui hodie Neocomensis dicitur: Pugnatum
deinde est ad Moratum in Aventicis, & ingenti prælio confœderati ho-
stes vicerunt, dicuntur enim Burgundorum cæsa XXVI. millia, & nostra
ætate ingentes ossium cumulos cladis ejus testes superesse, Annales Hel-
vetiorum tradunt: Tertia pugna ad Nanceium Lotharingiæ commissa
est: in quo prælio profligatus exercitus Caroli Burgundi, & ipse Dux
ab Helvetiis in fuga cæsus, morte sua bello finem imposuit. Vide Jo-
hannnem de Bussieres Belliocensem è Societate Jesu, florentissimum
Rerum Gallicarum scriptorem, *in Historia Francica* (quæ superiori
anno publici juris facta) *part. 3. lib. 13.* Post confectum hoc bellum &
alia fœlici successu ab Helvetiis gesta bella pro libertate fuerunt, in qui-
bus ita eorundem fortitudo emicuit, ut exteri Principes ultro fœdera
cum ipsis percusserint, ut enim de fœderibus Helvetiorum cum Roma- 13
nis Pontificibus, Sixto, Julio II. Leone X. Clemente VII. cum Princi-
pibus vicinis, Austriis, Sabaudis, Mediolanensibus, Wirtembergen-
sibus, necnon cum urbibus Vindelicis ad Lacum Acronium; ac cum
Suevicis, nunc nihil dicam, inprimis omnium celeberrima sunt fœdera
Christianissimorum Galliæ Regum cum Republica Helvetiorum per-
cussa. Primus Regum Galliæ cum Helvetiis fœdus percussit, & annua 14
stipendia publicè singulis Pagis persolvit Ludovicus hujus nominis XI.
qui, cùm Carolum Burgundum, de quo modò egimus, odio habe-
ret, neq; tamen aperto bello eum petere auderet, studuit, eum cum
Helvetiis committere, quod ut eò faciliùs efficeret, & ad omnes casus
Helvetica auxilia parata haberet, fœdus cum illis decem annorum fe-
cit, & Pagis annuas præstationes largitus est, septem millia francorum
singulis. Ludovici XI, filius Carolus VIII. anno 1483. paternum
fœdus

fœdus cum Helvetiis renovavit, usus eorum milite bello, quo Franciscum citerioris Britanniæ Ducem vicit: potissimùm verò bello Neapolitano fortem militis Helvetii operam multis in locis expertus est, de quo bello Neapolitano à Carolo VIII. gesto, egit Philippus Cominæus, & post eum modò laudatus Joannes de Bussieres *lib. 14. Histor. Francica.* Qui huic in imperio successit Ludovicus XII. cùm Mediolanum recuperare vellet, ut Helvetios amicitiâ Ludovici Sfortiæ averteret, fœdus ipse quoque in decennium cum illis conjunxit. Successor ejusdem & gener Franciscus Valesius, licèt Helvetios in Insubribus ad Marignanum memorabili prælio superâsset, & abducto in Galliam Maximiliano Sfortia, imperio Mediolanensi potitus esset, attamen conscius sibi, quanti Gallis hæc victoria constitisset, & quàm non incruenta fuisset, nihil prius habuit, quàm ut cùm Helvetiis pacem & amicitiam faceret, eosque Regno Galliæ firmo stabilique fœdere conjungeret. Pacis leges & conditiones tredecim capitibus comprehensas recenset Josias Simlerus *lib. 1. de Republica Helvetiorum circa finem.* Postmodum Idem Franciscus Helvetios arctiori fœdere Regno Galliæ univit, id quod factum est Lucernæ quinto anno post pacem factam: junxerunt enim fœdus cum Gallo omnes Helvetici Pagi, eorumque fœderis socii uno Tigurinorum pago excepto. Summam confœderationis Galliæ refert Idem Simlerus *d. l.* Henricus Galliarum Rex Francisci filius & successor finito hoc fœdere, itidem novum cum Helvetiis fœdus fecit, iisdem legibus, quibus & pater, quod quinquennium post ejus obitum duravit. Confectum hoc fœdus Salodori Anno M.D.XLIX. Carolus IX. Galliæ Rex, Henrici filius, denuò fœdus cum Helvetiis pepigit, conditionibus non multùm diversis à paterno & avito fœdere. Idem fecit Henricus III. & Henricus IV. pro se & successore suo fœdus cum Helvetiis renovavit, Anno M.D CII. pollicitus, se Helvetiis pro annuis pensionibus, quæ illis debebantur, soluturum auri myriadem. Moderni Christianissimi Galliæ Regis Ludovici XIV. parens, felicis recordationis Ludovicus XIII. Helvetiis per Legatum suum Marchionem de Cœnures in diæta Anno MDCXXIV. habita, certam argenti summam pacto fœderis offerri jussit, oratio à prædicto Legato Gallico habita exstat apud Mercurium Francicum *tom. 10.* Anno 1624. quæ ita incipit:

incipit : Magnifiques Seigneurs, le Roy mon Maistre vostre meilleur ami, allié, & confederé &c. m'à commende touchant le payement de vos pensions &c. *p. m. 170. & 175.*

Cæterùm, licèt Helvetii potentissimi Regis Galliæ, aliorumq; Principum fœderibus suffulti, ob fortitudinem bellicam & spectatam fidem nulli non terribiles exstiterint, attamen nihilominus non obscurè superioritatem Imperii Romani agnoverunt, & non dissimulanter Imperii se membra professi sunt, patet idipsum ex Epistolis binis altera ad Leonem X. Pontificem, altera ad Albertum Cardinalem & Moguntinum ArchiEpiscopum circa Annum MDXIX. perscripta, utramque Epistolam exhibet Melchior Goldastus Haimsfeldius *in Actis Imperii sive* Reichßhandlungen *p. m. 101.* ac easdem ex parte inseruit suæ pro Imperio Replicationi *cap. 41.*, Idem Goldastus, in Epistola ad Pontificem inter alia hæc habentur : Dann wir alß Glieder mit sambt anderen deß heyligen Reischß Ständen / so Teutscher Nation seyndt / keinen / so nicht unser Nation Keyser wehre / leiden noch gedulden würden. In Epistola ad Moguntinum Cardinalem inter alia hæc exstant : Berichten wir sie deß / daß wir Aydtgenossen also sind herkommen / daß wir unß von den zweyen Hauptständen / von dem heiligen Stul zu Rom / und dem heiligen Römischen Reich nie haben gesondert / besonder denen / alß dann billig und Recht ist / und auch zu thun schuldig und pflichtig gewesen / und auch noch seyndt / und auch allewege hinfüro thun wollen / mit unserm Gut und Leib beygestanden. So ist kundtbahr und offenbahr / wir seyen / gegen zu welchem Hern der ist / zu dem wir uns verbunden haben / gegen wehm das sey / so haben wir allweg außgelassen und vorbehalten daß heilig Römisch Reich / und nicht unbillig : dieweil wir von dem Unsere göchste und beste Freyheiten haben / den Adler und das Reich ob unseren Schilten fürende / berümbt und gebrauchen / seynd auch Glieder / und deß gäntzlichen Ehr und lobe haben wollen / wie andere Stände und Glieder &c. In fine Epistolæ : Datum und mit unser getreuwen lieben Aydtgenossen von Zürch Stadt aufgetrucktem Secret Insiegel beschlossen / in Ihrer unnd aller unserer Namen 1519. &c. Subjiciemus hisce ea, quæ hac de re modò laudatus Goldastus in Replicatione pro imperio refert : Electo Carolo Quinto Imperatori, *ait*, Principi Germano ex familia Austriaca potentissimo, universi Helvetiorum Ordines, unà pariter cum Rhætis, Curiensibus & Vallesianis fidem ac obedientiam præstiterunt, ab eoq;

 in

16

17

in Comitiis Wormatiensibus Anno 1521. confirmationem omnium suorum privilegiorum in genere; & deinde privilegiati & exempti Pagi in specie pro se & suis territoriis, separatim Tigurini, quorum quinque diplomata confirmationum variarum vidi, tum ab Imperatore impetrata; Item Solodurani, Bernates, Friburgenses Nuichtonum, & cæteri, quos Veteres pagos dicunt, acceperunt. Qui verò immunitatem & exemptionem demonstrare non potuerunt, in Matriculam Imperii cum aliis Statibus sub indicto censu relati sunt. Et quidem in Circulo Suevico nominantur, Episcopi Constantienses & Curiensis; Archiabbas Sanctigallensis; Abbates, Schaphusianus, Stainensis ad Rhenum, Petershusanus, Crucilinganus, Eremitanus sive Einsidelensis, Sancti Johannis in Turtalia; Civitates Constantia, Scaphusia, Sanctigallum. In Circulo Rhenano ponuntur Episcopi, Basiliensis, Sedunensis, in Valesia, Genevensis & Lausannensis: Magister Johannitarum: Civitates Basilea & Mulhusium. Hi Ordines hodieque in Matricula Imperii comprehenduntur, & à Fiscali Cæsareo pro collecta imposita & subventionibus publicis compellari solent. *Hactenus Goldastus.* Videntur autem Helvetii in plenam libertatem ab imperio asserti per Tabulas In-
28 strumenti Pacis Cæsareo Suecici, de Anno 1648. in quibus tabulis *Articulo 7.* ¶. *6.* de exemptione & libertate Helvetiorum sequentia habentur: Cùm item Cæsarea Majestas ad querelas nomine Civitatis Basileensis & universæ Helvetiæ coram ipsius Plenipotentiariis ad præsentes congressus deputatis propositas super nonnullis Processibus & mandatis exsecutivis, à Camera Imperiali contra dictam Civitatem aliosque Helvetiorum unitos Cantones, eorumque cives & subditos emanatis, requisita Ordinum Imperii sententiâ & consilio, singulari decreto die decimo quarto Mensis Maji, anno proximè præterito declaraverit, prædictam Civitatem Besileam, cæterosque Helvetiorum Cantones in possessione vel quasi plenæ libertatis & exemptionis ab imperio esse, ac nullatenus ejusdem imperio dicasteriis & judiciis subjectos, placuit hoc idem publicæ huic pacificationis Conventioni inserere, ratumq; & firmum manere, atq; idcirco ejusmodi Processus una cum Arrestis eorum occasione quandocunque decretis prosus cassos & irritos esse debere. *Hactenus verba Instrumenti Pacis Cæsareo Suecici d. l.*

Cæterùm, quod Sessionem Legatorum Reipublicæ Helvetiorum attinet, constat, Legatos Helvetiorum interfuisse Comitiis Basileensibus

leensibus anno MCCCCLXXIV. nec non Comitiis Reginoburgensi- 19
bus anno MCCCCLXXI. Friderico III. Cæsare, ubi in bellum Turcicum jussi sunt Helvetii conferre auxilia, nec non in plurimis aliis Imperii Comitiis, ad quæ Helvetii Legatos suos miserunt, motam verò tum temporis à quopiam Imperii Statu præcedentiæ sive Sessionis controversiam Republ. Helvetiorum Legatis fuisse, nuspiam legi aut
observavi. Planè constat Helvetios, utpote ab Imperiali superioritate 20
prorsus exemptos, nec Sessionem aut votum in Comitiis Imperii obti-
nere, neque ad Comitia citari, prout etiam in Catalogo Statuum im- 21
perii singulis Imperii Recessibus subjecto inserti non reperiuntur, nec
uti exempti ab imperio, in Comitiis regulariter sessionem habent. R. A. 22
in Augspurg de Anno 1548. §. wann auch ein außgezogener / cùm Status imperii non sint, qui autem tales non sunt, sessionem quoque
non habent in Imperii Comitiis, Meischner *tom. 3. decis. Cam. 6 n. 27.* 23
Sed, si nihilominus pro communi Christianorum salute, & exigente bono publico contingat, ut Helvetii aliiq; Status Exempti in Comitiis adsint? Nolden. *de Stat. Nobil. cap. 9. n. 309.* existimat, iisdem extra ordinem
peculiarem locum assignandum esse, quæ sententia & nobis arridet, 24
qua de re *infrà libro quarto* pluribus acturi sumus. Quod si extra Comitia concurrant Principes Imperii, & Helvetiorum aliarúmque liberarum Rerumpublicarum puta Venetæ & Belgicæ, Legati, dubitari
posset, num hi propterea, quód de facto superiorem non recognoscant, 25
præferendi sint Principibus? Ita statuere & in similibus ferè terminis concludere videntur, Cravetta *tom. 6. consil. 892 n. 19.* & Natta *tom. 3. consil. 637. n. 23.* cùm ejusmodi Respublicæ liberæ dicantur habere
jura Principum, & Principibus æquiparentur, Modest. Pistor *vol. 1.* 26
consil. 51. n. 33. Nolden verò modò laudato loco *n. 316.* existimat,
Principes Imperii ejusmodi Liberarum Rerumpublicarum Legatis me- 27
ritissimo jure præferri, inductus ea ratione, quòd, licèt jura Principum habeant passivè & materialiter, ut ipse loquitur, Principes tamen non sint formaliter scilicet & activè, quæ duo inter se differunt. Nobis hæc Noldenii opinio displicet, licèt enim in novissima Capitulatione Leopoldi, gloriosissimi nostri Imperatoris Articulo 5. constitutum sit, Electores S. R. Imperii exterarum & liberarum Rerumpublicarum Legatis præferendos esse, attamen si extra Comitia concurrant Electores & Principes Imperii, nec non liberarum Rerumpublicarum Legati, aliud

28 dicendum videatur, quamvis enim Electores hisce præferendos
esse, non improbabiliter disputari posset, quis tamen reliquos Im-
perii Principes indistinctè liberarum Rerumpublicarum Legatis
præferre jure ausit? nullas planè hujus rei rationes video, quin po-
tiùs extra Comitia Legatos liberarum Rerumpublicarum Principi-
bus Imperii nostri, eorumque Legatis præferendos rectiùs alii sta-
tuerint.

29 Cæterùm, dicamus paucis, quis Ordo Sessionis inter ipsos
Legatos Pagorum Reipublicæ Helvetiorum observetur in ipsorum
Diætis & Conventibus publicis. Et verò constat primum locum
obtinere Tigurini Pagi Legatum, proximum Bernæ Legatum, &
ita consequenter. Lubet hac de re audire disserentem Josiam Sim-
lerum scriptorem Rerum Helveticarum satis accuratum, *lib. 2. de
Republica Helvetiorum p. m. 131. & 132.* Ordo agendi, *inquit*, in pu-
blicis Conventibus hic servatur. Ubi constituta dies venerit, quò
30 Senatus legitimus aut indictus haberi debet, pridiè ejus legatus Ti-
gurini Pagi apparitorem publicum, quem sub Præfectum Baden-
sem vocant, in singula diversoria mittit sciscitatorem, quorum
Pagorum Legati venerint, & hic publico nomine legatos salutat &
excipit, & in crastinum in Senatoriam domum seu Curiam Baden-
sis oppidi illos convocat. Quod si omnium Pagorum Legati vene-
runt, omnes convocantur, & causæ communes, quæ ad universos
spectant, tractantur: at si constituta die aliqui, ut plerumque fit, è
pagis recentioribus, ut Basilienses, aut Scapusiani, aut Salodorii,
vel Friburgii absint, septem vel octo Pagi conveniunt, & causæ
duntaxat ad hos pertinentes aguntur. Consident autem Legati in
Senatu juxta Pagorum ordinem & numerum, ita ut primum locum
teneat Tigurini Pagi Legatus editiore subsellio mensæ assidens,
proximum locum Bernas habet, post hunc Lucernas, & deinceps
reliqui juxta Pagorum ordinem. Ubi consedere, tum Tigurini
Pagi Legatus, salutatis aliis & de se ex more pauca præfatus, expo-
nit, quid proximo conventu Legati in recessibus deliberandum
acceperint, plerumque enim conventus his de causis indicuntur:
quòd si alia fuerit causa Senatus habendi, eadem similiter proponit:
addit postea, quid de eo capite, quod propositum est à magistratu
suo in mandatis acceperit: idem faciunt ordine reliqui Legati, &
suorum magistratuum mandata exponunt. Postquam verò ex or-
dine

dine singuli Senatores, quid in mandatis habeant, exposuerint, Præfectus Badensis, ex quocunque pago is fuerit, sententias ex ordine rogat, primus sententiam dicit Tigurini Pagi Legatus, & post hunc reliqui, singuli suo loco & ordine: sententiis dictis ab eodem suffragia numerantur, idque juxta Pagorum, non autem Senatorum numerum: nam Pagi nonnulli duos Legatos mittunt, quibus Senatui quidem interesse & sententiam dicere licet, sed unum tantùm suffragium habent: Et hæc quidem agendi ratio est in publicis causis, in privatis autem eadem ratio est sententiæ rogandæ & suffragii ferendi: sed hi, qui causas habent, quas coram Senatu agant, primùm à Tigurini Pagi Legato petunt sibi Senatum dari, is diem illis constituit, ac nomina eorum in albo Curiæ annotat. &c. *Hactenus Simlerus d. l.* Quòd verò Tigurini Pagi Legatus in consessu & conventibus publicis reliquorum Pago- 31
rum Legatis præferatur, & primum locum obtineat, mirum videri non debet. Tigurum enim unam è vetustissimis Helvetiæ urbibus esse, Annales Helvetiorum tradunt, eam enim sedecim annis post Trevirorum 32
urbem (cujus origo vetustissima, teste Mariano Scoto *in Chronicis*) conditam esse, nonnulli asserunt, Tigurinorum quoque frequentem in Romana historia mentionem fieri, scribit Simlerus *lib. 1. de Republ. Helvetiorum.* Adde, quòd hæc ipsa civitas præ reliquis Helvetiæ urbibus ab Imperatoribus Germanicis Friderico Aenobardo, Friderico 33
II. Ludovico Bavaro, aliisve insignibus ornata privilegiis & immunitatibus. Sane, Fridericus II. mortuo Bechtoldo ultimo Zeringensi Duce, Collegiorum & Urbis Tigurinæ Advocato, cives in Imperii tutelam recepit, circa Ann 1218. ac postea, multa privilegia Collegiorũ, & præterea jus eligendi Senatum, quod antea penes Collegia fuerat, in cives transtulit, ac statuit, ne unquam liceat urbem ab imperio abalienare. Rudolphus quoq; Habspurgensis Tigurinis multa concessit privilegia, eorúmq; insignia diademate imperiali ornavit, quòd fideli Tigurinorum operâ sæpius in bellis usus esset, P. Bert. *lib. 3. Comm. rer. Germ. Rubr. Tigurum p. 681.* Post Tigurini Pagi Legatum meritò proximus locus tributus Bernæ urbis Legato, quippe cùm hæc urbs una ex florentissimis Helvetiæ urbibus sit, quam condidit Berchtoldus Zeringiæ Dux, quintus hujus nominis & ultimus, qui offensus Nobilitati, cujus fraudibus filii ipsius veneno in pueritia necati sunt, ideóque urbem à se conditam imperio Romano attribuit, libertatéque donavit, quam ejus

 volun-

voluntatem Fridericus II. Imperator ratam habuit, & ab obitu Zeringii, qui Anno 1218. mortuus est, nomine Imperii, urbi præfectum dedit. Verùm postmodum fortem & fidelem operam, quam cives ejus urbis Imperatori navârant, majoribus privilegiis & immunitatibus ab ipso donati sunt, & à jure Præfecti exempti. Vide de hujus urbis dignitate, & prilegiis civibus ejusdem urbis concessis Simlerum *lib. 1. de Republ. Helvetiorum p. m. 48.* Atqui pauca hæc de præeminentia Reipublicæ Helvetiorum, ejúsque Legatorum præcedentia & Sessione dicta sufficiant.

CAPUT XV.

DE PRÆCEDENTIA Gentis Suevicæ in Expeditionibus, præ cæteris Germaniæ gentibus & populis.

SUMMARIA.

1. *Nunquam ita subjugata Germania fuit, ut tota Romana servitutis jugum subiret.*
2. *Rhenum fluvium limitem Romani Imperii ad Septentrionem, terminúmque fatalem victoriarum Romanis fuisse, quem excedere non magis, quàm Parthicum Persicúmve possent, probatur.*
3. *Romani hanc ob causam perpetua ad eam ripam legionum præsidia disposita habuerunt.*
4. *Comitem quendam Rheni fuisse ex Codice Theodosiano evincitur.*
5. *De proceritate & magnitudine corporum Germanicorum quædam adducuntur.*
6. *Plerique Imperatorum Romanorum, ab usque Augusto Cæsare, corporum suorum custodiam Germanis præ omnibus populis aliis commisêrunt.*
7. *Alia testimonia adducuntur de fortitudine, dexteritate, & fide Germanorum.*
8. *Inter Germanos antiquis temporibus prima laus apud Suevos fuit.*
9. *Evincitur ex Historicis Germanicis*

niciis jam ab antiquis temporibus Suevos in expeditionibus Germanorum, reliquos omnes pracesisse, & primum prælium commisisse.

10. *Quam prærogativam Suevi sibi eripi passi non fuerunt?*

11. *An, quod Clemens VIII. Pontifex de Germanis in genere pronunciavit, de Suevis tantùm exaudiendum sit cum Hortledero? disquiritur.*

GErmanicæ gentis fortitudinem omnibus penitùs gentibus finitimis, præprimis verò Romanis terrarum Dominis, terribilem & suspectam fuisse, notissimum est, & unanimis historicorum consensus probat. 1
Nunquam verò ita subjugata Germania, ut tota Romanæ servitutis jugum subiret, quinimo dedit posteris documentum, magno Reipublicæ Romanæ detrimento Quintilius Varus, Flor. *lib. IV c. 12.* quanti distaret, dirigere tribunal apud Germanos, gentem liberam & triumphatam magis, quàm victam, uti Tacitus *de Morib. German.* loquitur, quinimo Rhenum limitem Romani Imperii 2
ad Septentrionem, terminúmque fatalem victoriarum Romanis fuisse, quem excedere non magis, quàm Parthicum Persicúmve possent, asserit Marquardus Freherus *de origin. Palatin. cap. 3.* Vnde Appianus *in prologio operis:* Ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ ποταμοὶ δύο Ῥῆνός τε καὶ Ἴστρος μάλιστα τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὁρίζουσι, καὶ Ῥῆνος μὲν ἐς τὸν βόρειον Ὠκεανόν, Ἴστρος δὲ ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον ἐκδιδοῖ. Claudianus *de bello Getico*:

Prominet Hercinia confinis Rhetia silvæ:
Quæ se Danubii jactat Rhenique parentem
Vtraque Romuleo prætendens flumina regno.

Hanc ob causam Romani perpetua ad eam ripam legionum præ- 3
sidia disposita habebant, castella etiam & speculas locis oportunis impositas, hisque magistratus præfectos. Lucanus *lib. 1.*

Et vos crinigeros bellis arcere Caycos
Oppositis petitis Romæ Rheniq; feroces
Deseritis ripas, & apertum gentibus orbem.

ita Julium Tutorem Trevirum, ripæ Rheni Præfectum sub Vespasiano, apud Tacitum legimus. Comitem etiam quandam Rheni fuisse, aliqui colligunt ex constitutione Valentiniani ad Jovinum magistrum 4
Equitum, *in l. 9. C. Th. de re militari.* Et verò, quid Romani luxu- 5
riâ tum diffluentes adversus bellicosam Germanorum gentem, quam proceritas & majestas corporis apud omnes exteros commendabat, efficere

efficere potuissent, nisi hi ipsi Romani armorum exercitio, disciplinâ castrorum, usuque militiæ præstitissent, prout observat Vegetius. Sanè, ob proceritatem insignem Germani ut plurimum à Scriptoribus commendati. Pomponius Mela *lib. 3. de Sit. Orbis c. 3.* Germanos in universum tradit immanes esse animis atque corporibus. Tacitus magna corpora omnibus tribuit, *in lib. de moribus*
5 *German.* Idem, inquit, in omni modo nudi ac sordidi in hos artus, in hæc corpora, quæ miramur, excrescunt. Ante utrumque Cæsar *lib. IV. Bell. Gall.* Germanos immani corporum magnitudine homines pronunciavit, Apud Josephum *lib. 11. Belli Judaici cap. 16.* Agrippa Rex tumultuantes Judæos ita alloquitur: Quis vestrûm fando non accepit Germanorum multitudinem? proceritatem enim & magnitudinem corporum ipsi vidistis sæpissimè, quinimo in Germania gigantea proceritudine quosdam fuisse per est verosimile. Burgundiones nonnullos in eam staturam excrevisse, ostensum à Chifletio *parte 1. Vesontionis cap. 47.* confer ea, quæ tradit ὁ πάνυ Conringius *in dissertat. de Germanicor. corporum Habitus antiqui & novi causis.* Nulla verò Germanorum major laus, quàm dexteritas, mens doli experts & prisca fides. Hinc ob varias hasce Germanorum virtutes, maxi-
6 me verò fidelitatem, plerique Imperatorum Romanorum, ab usque Augusto Cæsare, Corporum suorum custodiam Germanis, præ omnibus populis aliis commiserunt, quod hodieque ab omnibus ferè Europæ fit Regibus. Cluver. *de Germania lib. 1. cap XIX. fol. 169.* Proinde graviter Aventinus *in præfat. lib. 11. Annalium Bojariæ.* Roma gentium Domina, haut aliis, quàm Germanis hostibus suis, Im-
7 peratorum suorum salutem ac vitam credere ausa est. Constat enim consensu Scriptorum, Germanorum cohortes à Cæsaribus ad custodias corporis institutas, multis experimentis fidelissimas fuisse. Die Teutschen seind vorzeiten wegen jhrer guten kriegß disciplin, Mannlichen Tugend, Redlichkeit und erbarkeit bey allen Nationen gerühmet worden, prout verissimè dicitur in der Reutterbestallung zu Speier auffgerichtet de Anno 1570. in pr.

Cæterùm, licèt hæc laus universæ Genti Germanorum pro-
8 pria fuerit, quæ bellicosissima & fidelissima habita, attamen inter eos jam ab antiquis temporibus prima laus apud Suevos. Qui, ut ad propositum veniamus in Expeditionibus cæteros omnes præcesserunt,

runt, habuerunt Suevi præcipuum ab Anno 780. Daß in allen Teutschē
Heerzügen sie den Vorzug halten/ Spangenberg in Manßfeldischer Chro- 9
nick *lib. 1. cap. LXXIV. fol. 170.* ex Achille Grassaro. und den ersten an-
griff thun. Idem *Cap. CLXXXXII. fol. 295.* Proinde Abbas Hirsfel-
densis in Rebus Henrici IV. Datum est, *inquit*, negocium Rudolpho
Suevorum Duci, ut ipse cum suis prima acie confligeret, peculiari Suevo-
rum privilegio, quibus ab antiquis jam diebus lege datum est, ut in omnī
expeditione Regis Teutonici ipsi exercitum præcedere, & primi præ-
lium committere debeant. Eadem penè verba habet Lambertus Schaf-
naburgensis Monachus *in Anno MLXXV. p. m. 512.* qui Suevos non tan-
tùm primum locum occupâsse tradit, sed & cæteris jussum fuisse, ut
propter assistentes pugnantibus, prout res posceret, auxilio concur-
rerent, ut ipse Schafnaburgensis Monachus *d. l.* loquitur. Sic Jo-
hannes Episcopus Constantiensis Ducis Cancellarius, voluit, quòd 10
vexillum suum & omnes Suevi sub illo, juxta antiquum jus Suevorum,
præire deberent. Quod cùm Dux nollet, sed suum præire vexillum,
Episcopus cum suis recessit, nolens minuere jus Suevorum: de quo Dux
nimium est commotus. Gens namque Suevorum à tempore Caroli &
aliorum Principum, quòd in expeditionibus primum conflictum ha-
bere debeant, viribus & virtutibus meruerant, Albertus Argentinens.
in Chron. Rectè proinde eò militaris gloriæ venisse Suevos asserit, in-
comparabilis seculi nostri Criticus ἀνὴρ ἄξιος Caspar Barthius *in Ani-
madvers. ad Claudian. Panegyr. in III. Consulat. Honorii Augusti v. 27.
fol. 499.* ut in conflictu sociarum gentium ipsis primus cederetur con-
gressus. Hinc quando Clemens VIII Pontifex Max. vocat Germanos
Die streitbahre Nation, die des heiligen Reichs grundfest/ der Christen- 11
heit Stärcke und Zierde. In Brevi ad Circuli Suevici membra apud
Hortleder. *lib. 1. de causis Bell. Germ. cap. XIV. fol. 74.* id ibidem Idem
Hortleder. exaudit de Suevis, quæ verba tamen probo sensu ac ratione
commoda generalitatem non respuere, putat Ericus Beringer
Ictus *in Resp. jur. An Imperat. electio exgente saltem
Germanica fieri debeat?*

Caput XVI.

DE Sessionis dissidio inter Urbes quasdam Celebriores.

SUMMARIA.

1. *Refertur controversia sessionis agitata inter Legatos Civitatũ de Tolede & de Burgos, & quomodo ista à Rege Hispaniæ composita, qua de re adducuntur verba Estevan de Garibay & Zamolloa.*

2. *Messina & Palermum Siciliæ Civitates de prærogativa ultro citroq; decertârunt.*

3. *Civitates Clamecy & Desize in Ducatu Nivernienfi in Gallia; itidem de Sessionis præeminentia disceptârunt.*

4. *Referuntur Scriptores, qui de præeminentia Urbium Parisiensis, Romæ, Florentiæ, & Heduanæ egerunt.*

5. *Agitur de Controversia Sessionis & præcedentiæ inter Syndicos Cosentiæ & Capuæ.*

6. *Cosentia Brutiorũ metropolis fuit.*

7. *Ratio naturalis vult, quod minus potens & minus dignus cedat potentiori & digniori,*

8. *Locus ille dignior dicitur, qui proximior est Domino.*

PRiusquam Colophonem huic libro imponamus, paucis hoc capite de dissidiis, ratione Sessionis inter urbes quasdam celebriores obortis acturi sumus.

Primò verò omnium occurrit notabilis inter Civitatis de Tolede & de Burgos Legatos agitata πρωτοκαθεδρίας controversia, decisa à Rege Hispaniæ, quæ cùm multis argumentis & rationibus ab utraq; parte adductis, discussa fuerit, adeoq; lucem huic materiæ nostræ afferre videatur, operæ pretium erit subjicere, quæ hac de controversia latius proposuit Estevan dé Garibay & Zamalloa *en son abregè Historial des Chroniques d'Espagne, lib. 14. c. 23. f. 251.* Entre les autres villes, qui ont coustume d'estre appelleès à de telles assembleès, ait, se ren diren

rent ausdits Estats les Procureurs de la Citè de Tolede : lesquels entrans dans la sale ou se tenoit l'assembleè, demanderent d' abord l' honneur de seoir & de parler les premiers, sur la creance qu'ls eurent, quæ pour la grandeur & la magnificence de leur ville, toutes les autres luy porteruient nna, debattre la Preseance. A laquelle neantmoins s'opposa courageusement la Citè de Burgos, qui ayant tousiours estè la premiere des villes, que l'on appelloit autrefois aux Estats Generaux, se monstroit plus resolue que jamais, de maintenir ou deffendre son ancienne & indubitable possession. Sur cela l'on vit aussitost toute la Cour diviseè à son ordinaire en factions, en partis ou en brigues ; D. Jan Manuel se declarant pour Tolede, & de Jan Nunnez de Lata, seigneur de Biscaye pour Burgos, poussez chacun de leur particulier interest, ou d'emulation de rendre plus considerable & illustre le territoire ou ils avoient leurs principaux fiess & leurs terres. L'on allegoit nommément en faveur de Tolede, qu'elle devoit estre præferee pour l' antiquitè de sa fondation, sa grandeur, sa majestè, sa puissancè, sa force, le nombre prodigieux de ses habitans, & pour la sainctetè & amplitude de son Eglise Cathedrale, dont l' Archevesque auroit tousiours estè Primat non seulement des Espagnes, mais aussi du Domaine des Goths en France, puis grand Chancellier de Castille, le plus riche Prælat sans contredit, qui soit dans l'Europe, apres le Pape. A quoy l'on adioustoit de plus, qu' au temps des Romains elle estoit une de leurs Colonies, & iouyssoit ainsi des exemptions & des privileges reservez aux seuls Citoyens de cette premiere & capitale ville du monde: qu' au temps des Goths elle auroit estè erigee en Royaume, Leconue pour capitale de toute l'Espagne, tant au spirituel, qu' au temporel, & honoree du seiour ou du siege des Roys Goths; auquel temps elle auroit estè pareillement signalee par un grand nombre de sacrosaincts Conciles qui s'y seroient assemblez de tous les Dioceses suiets à la Primatie : qu'elle auroit mesme continuè d'estre siege Royal. jusqu' à ce que l' Espagne fut reconquisse sur les Maures parmy lesquels les Roys de Tolede estoient les premieres & les plus considerables apres ceux de Cordüe : & que depuis qu'elle auroit estè recouvree par les Princes Chrestiens; elle estoit la seule ville en toute l' Espagne, qui protast le titre ou sur nom d' Imperiale. Entre lesquelles raisons, prerogatives ou preciputs que les Partisans de Tolede mettoient en avant, pour tacher de luy procurer la

 Presean-

Preseance, ils insistoient principalement sur ce qu'elle auroit eu autrefois l'honneur d'estre la capitale du Royaume des Espagnes. Burgos se deffendoit au contraire. & repliquoit á cela qu'elle estoit la Capitale du Royaume de Castille, duquel & de celuy Leon seroient provenues toutes les conquestes faictes sur les Maures, & le Domaine, qui auroit estè reüny par ce moyen à la Couronne de Castille: & qu'estant comme elle estoit, la residence de la Chambre des Comptes, elle n'auroit pas seulement estè chargée du sacré depost. des Finances du Royaume, mais aussi honoree de l'auguste titre & sur nom de Royale, par la gratification ou reconnoissance d'Alphonse IX. appellè communément le Noble Roy de Castille. Elle alleguoit encore quelques autres raisons, dont elle tesmoignoit neantmoins ne faire pas ellemesme beaucoup d'estime, ne pretendant opposer principalement aux nouvelles instances de Tolede, que l'ancienne & immemoriale possession en laquelle elle auroit tousiours estè, de parler la premiere en de pareilles assemblees. Sur quoy le Roy D. Alphonse apres avoir oüy les Parties, & deliberè meurement avec son Conseil, desirant accommoder de fason ou d'autre ce different, rendit, comme Prince advisè qu'il estoit, son jugement en ces propres termes; Ceux de Tolede feront ce que ie leur enioindray, & ie l'avance ainsi pour eux, que Burgos parlei. De laquelle Sentence, ou duquel Arrest, pronõcè par la bouche mesme du Roy, les deux villes demeurerent egalement satisfaites & contentes; Burgos, dautant qu'elle avoit esté maintenüe en son ancienne possession; & Tolede, parce que le Roy luy mesme, comme son naturel seigneur & legitime protecteur, avoit bien voulu faire aucunement les fonctions ou la charge de Procureur de cette villela ausdits. Estats, & parler ainsi le premier en son nom & place: quoy que Burgos luy maintinst tousiours le contraire; & reconnust effectivement que son droict luy auroit estè conservè. Elles eurent encore le mesme debat pour la Seance que le Roy voulut encore conserver à Burgos & ne douta point, selon l'ordre observè de tout temps, de faire seoir les Procureurs de ladite ville à sa main droicte; mais ceux de Tolede ne voulurent point accepter la seconde place au dessous, ny mesme celle d'à main gauche de sa Majeste, & l'on ainsi contrainct pour assoupir du tout ce different, de leur en assigner une hors le rang, viz-à viz du Siege ou Trosne Royal. Hactenus Estevan de Garibay & Samolioa *d. l.* de hac eadem controversia, de jure praecedentiae

dentiæ inter civitates Regni Castiliæ Burgum & Toletum, legendi Mariana *lib. 16. de Reb. Hispan. cap. 15.* Antonius de Herrera *part. 2. de la Historia general. lib. 14. c. 19.* & Ambrosius Morales *lib. 15. de la Coronica de Espagna cap. 17.* Similes de jure πρωτοκαθεδρίας controversiæ fuere inter alias urbes, ita Messina & Palernum Siciliæ civitates de 2
prærogativa ultro citroque decertârunt, Heberer *lib. 3. Servit. Ægypt. c. 21 p. 464.* sic civitates Clamecy & Desize in Ducatu Nivernensi in Gallia itidem de sessionis præeminentia disceptârunt, testis Coquille sur les Coustumes de Nivernois *ad tit. des maisons & servitutes* 3
reelles art. 13. p. 371. ibi: Ont long temps contendu, *ait*, du second rang apres. Nevers, ès assembleés du pays. Nevers sans difficultè à le premier rang, le debat de deux villes Clamecy & Desize à esté quelques fois termine par sort, autresfois les deux villes marchérent en mesme rang, l'une à dextre, l'autre à senestre, l'une à l'aller & l'autre au retour. Ut nihil nunc dicam de præeminentia, & 4
dignitate aliarum Civitatum, de Civitate enim Parisiensi egit Jacobus Capellus, de laude Florentiæ peculiarem librum edidit Leonardus Aretinus, Romam versibus suis illustravit Ausonius, inclitæ verò civitatis Heduanæ præeminentiam & dignitatem, latè & copiosè asseruit Chassanæus *in Catalogo Gloriæ Mundi part. 12. Considerat. 60.* Nec verò heic sicco pede prætergierim controversiam Sessionis & 5
præcedentiæ agitatam inter Syndicos civitatis Cosentiæ & Capuæ, qua de re integrum exstat consilium, numero LXXXIX. inter consilia clarissimi Icti & Historici Consentini Bernardini Bombini, qui pro Syndicis civitatis Cosentiæ respondit, sequentibus motus rationibus, *quòd Cosentia* Brutiorum Metropolis fuerit, Strab *lib. 6.* Civitas verò Metropolis aliis præferatur civitatibus, Petr. Belluca *in* 6
speculo Principum in rubr. p. 10. text. in l. 1. C. de Metro, Berit. *lib. 10. t. præcipimus 15. qu. 1.*

Porrò Cosentiam potentia & multitudine populi prævalere, & ideò vel hac ratione Capuæ præferendam, cùm ratio naturalis velit, quòd minùs potens & minùs dignus cedat potentiori & dignirori, Egesipp. *lib. 5. Excidii Hierosolymitani,* Alciat. *2.* 7
Paradox. c. fin. Luc. de Penna *in l. jubemus C. de prox. sacri cubi-*

cularii lib. 12. Adde Cosentiæ residere Regiam audientiam Calabriæ ex Regis privilegio , quo ipso non parùm hæc civitas illustratur, tanquam sedes Regia, cùm locus ille dignior dicatur, qui proximior est Domino *Cl. 1 in §. aliam Inst. de bon. poss.* quinimo Cosentia ipsa semper dominationem regalem habuit , attestante Bombino *d. l,* & proinde ea meritò aliis civitatibus præferenda, *text. in l. omnes C. ut dignit. ord. servetur l. fin. D de alb. scrib. Gl. in c. per tuas de major. & obedient.* Cæterùm argumenta à Syndicis civitatis Capuæ adducta, itidem resolvit Bombinus *d. l.* quò cupidum Lectorem remittimus. Sanè cùm Cosentia uti sedes Regia secundùm Bombinum , æstimata fuerit, meritò sibi præeminentiam vindicavit, cùm nemini non constet, urbem, quæ regni sedes, reliquis præferri. *Vid. Cl.* Salmasium de Primatu Papæ *c. 8, p. m 130.* cujus verba hac de re subjicere placet. Ex omnibus provinciis Galliarum, inquit, quæ ad conventus generales Regni vocantur, primus datur locus primæ provinciæ, secundus sequenti, atq; ita deinceps sessionum ordine. Primæ verò deferuntur ei provinciæ, in qua urbs Regia est Lutetia, regni quippe sedes, & aliarum caput provinciarum. Franciam vulgò vocitant, vel insulam Franciæ. Secundum obtinet locum Burgundia nonostra, quia prima est paria, ut vocant. *Hæc Salmas. d. l.*

LIBRI

LIBRI QUARTI

CAPUT I.

DE Imperatoris Augustissimi, Regis Romanorum, & Augustæ Sessione in Comitiis Imperii & Conventibus publicis.

SUMMARIA.

1. Imperator honoratiorem ineundo & sedendo locum meritissimè occupat.

2. De Jure & forma Comitiorum Imperii adducuntur verba Matthiæ Welneri.

3. De Sessione Imperatoris referuntur verba Aureæ Bullæ Caroli IV.

4. In electione Maximiliani II. Cæsarem & Regem Roman. suam mensam omnibus aliis septem gradibus editiorem occupasse, probatur.

5. Rex Romanorum, absente Imperatore, sedem & locum Imperatoris occupat.

6. An, si Cæsar in Comitiis αὐτοπρόσωπος adsit, Rex Romanorum in eo, quo Trevirensis aliàs sessionem habuit subsellio, nimirum Cæsari è regione, Sessionem obtineat? disquiritur.

7. Augusta vel Imperatrix Imperatorem & Regem Bohemiæ immediatè competentis spatio intervallo subsequitur, omnes verò omnino Principes præcedit, quod, adductis verbis Aureæ Bullæ Caroli IV., probatur.

8. In Gallia Regina Franciæ cæteros quoscunque Regni Gallici proceres post Regem præcedit.

9. Im solemni Conventu Imperatrix, proxima infra Cæsarem mensa, tribus pedibus depressiori accubat, quod ex A. B. confirmatur.

10 Quòd si Imperatoris vidua adsit, in pristinæ dignitatis memoriam, prior ipsi locus meritò debetur.

Postea-

POsteaquam superiori libro de jure ἀσυλείας Imperatorum, Regum exterorum, Principum, & Rerumpublicarum liberarum pro instituti ratione actum, superest, ut hoc libro controversias ratione Sessionis in Imperio nostro Romano inter Electores S. R. I. ArchiDuces, Duces, Comites, Barones & liberas Imperii civitates obortas, exponamus. Priusquam verò eò nos accingamus, pauca quædam de Sessione Imperatoris, Regis Romanorum, & Augustæ prælibare, & hoc capite præmittere operæ pretium nos facturos existimavimus.

Et verò, quod Imperatorem ipsum attinet, constat ex A. B.
a Caroli IV. & Actis Comitiorum, eundem honoratiorem in eundo & sedendo locum meritissimè occupare. Proinde Matth. Wehner. *de jure & forma Comitiorum* agens: Postquam conventum est, *ait*, de Con-
2 silio Electorum, Cæsar Curiam, in qua plerumque habentur Comitia, solemni Pompa ascendit, præcedentibus longo agmine Principibus Politicis, eorúmve Legatis, ex quibus Elector Saxoniæ Imperii Archimareschallus strictum gladium proximé ei præfert, Electoribus atque reliquis Principibus Ecclesiasticis sequentibus: ibi constructum ex tempore tabulatum conscendit, & in solio editiore tapetis & aliis rebus more regio magnificentissimè exornato collocatur? Sedentem Senatus Electorum paulò inferiore hoc ordine circumsidet. Ad dextram ArchiEpiscopus & Elector Moguntinus, quem sequitur Coloniensis, Trevirensis è regione Cæsari opponitur. Ad sinistrum Rex Bohemiæ primum, secundum Comes Palatinus Rheni, tertium Dux Saxoniæ, quartum Marchio Brandenburgicus, Electores Politici occupant. Pro Principibus reliquis duo adhuc subsellia uno gradu Electorum, duobus verò Cæsaris sede inferiora, in eodem tabulato stragula quoque veste pretiosissima decorata conspiciuntur; in quorum dextro reliqui ArchiEpiscopi, item domus Austriæ & Burgundiæ Legati; in sinistro reliqui Principes Politici eorundemque Legati consident: Principibus junioribus, Consiliariis & Officialibus Cæsareis ex adverso Cæsari adstantibus. *Hactenus Wehner.* Sanè, exteros Reges prærogativam & superioritatem Imperatoris nostri, (quem Alphonsus à Carthagena appellat primogenitum Regum. *Chiflet. Vindic. Hisp. cap. 11. p. 108.*) & fascium S. R. Imperii ultro agnovisse, superiori libro ostensum fuit: proinde teutonici rhytmi.

In dem Weltlichen Regiment/
So weit sich die Christenheit lendt/
Den höchsten Standt und sitz in hat
Römisch Keyserliche Maiestath.

G. Lorichius *in Addit. & recognit. in consil. posterius de Vindicatione Germanorum in exteros S. R. Imperium non recognoscentes n. 188. p. m. 49. & seqq.*

Equidem de Sessione Imperatoris hæc disposita leguntur in Aurea Bulla Caroli IV. *cap. 28. §. 1.* Imperialis inf. per mensa vel Regia sic debet aptari, ut ultra alias aulæ tabulas sive mensas in altitudine sex pedum sit altiùs elevata : in qua præter Imperatorem Romanum duntaxat vel Regem die solemnis Curiæ, nemo penitùs collocetur. *Hactenus verba Aureæ Bullæ Caroli IV.* alioquin scribit Caspar Ens apud Goldastum *in Politic. Imperial. part. 1. fol. 73.* in Electione Maximiliani II. Cæsarem & Regem suam mensam omnibus aliis septem gradus editiorem occupâsse, idem testantur Adamus & Nicolaus Heydeni fratres gemelli *in Histor. de Elect. & inaugurat. ejusdem* apud Goldastum *d. l. fol. 150.* & scribit Simon Schardius, eam mensam, quæ Cæsari & Regi unà posita fuerit, cæteris aliis septem graduum altitudine eminuisse. De coronatione Caroli V. refert Hartm. Maurus, Regiam mensam fastigio septem pedum elevatam fuisse, Martin. Rumelinus *part 3. Dissert. 6. ad A. B. Caroli IV. Imp. th. 2. p. m. 114.* Qui coronationem Caroli V. exhibet apud Goldastum in Politischen Reichshändeln *part. 3. discurs. 2. p. 154.* ait : da wahr zugerichtet ein Tisch der Königl. Maj. st. zuforderst/ wohl 8. Staffel hoch/ mit köstlichem gülden Himmel/ und Tapezerey über zogen/ daneben ein Credentz Taffel/ mit köstlich emailden/ und silbern Geschirren/ und schöner Einfien viers. Sanè, si Trithemio fides tribuenda *in Chronic. Hirsaviensi ad annum 1356.* hoc in illa ipsa Curia solenni Metensi, in qua hæc Bullæ dispositio conscripta, non fuit observatum. Aderat, *inquit ille*, in hoc solenni conventu Principum, quidam Archiepiscopus, Apostolicæ sedis legatus, ad confirmandam pacem totius Regni, qui, ob reverentiam summi Pontificis, solus cum Imperatore in una mensa cibum sumebat, cæteris Principibus Electoribus juxta cujuslibet officii rationem, ministrantibus semel, & postea in locum suum secundùm consuetudinem residentibus Goldast. *in rationali Constit. Imperial. p. 102.* Ut obiter id addam, dubito, an

 verax

efficere potuissent, nisi hi ipsi Romani armorum exercitio, disciplinâ castrorum, usuque militiæ præstitissent, prout observat Vegetius. Sanè, ob proceritatem insignem Germani ut plurimum à Scriptoribus commendati. Pomponius Mela *lib. 3. de Sit. Orbis c. 3.* Germanos in universum tradit immanes esse animis atque corporibus. Tacitus magna corpora omnibus tribuit, *in lib. de morib.*
5 *German.* Idem, inquit, in omni modo nudi ac sordidi in hos artus, in hæc corpora, quæ miramur, excrescunt. Ante utrumque Cæsar *lib. IV. Bell. Gall.* Germanos immani corporum magnitudine homines pronunciavit, Apud Josephum *lib. 11. Belli Judaici cap. 16.* Agrippa Rex tumultuantes Judæos ita alloquitur: Quis vestrûm fando non accepit Germanorum multitudinem? proceritatem enim & magnitudinem corporum ipsi vidistis sæpissimè, quinimo in Germania gigantea proceritudine quosdam fuisse per est verosimile. Burgundiones nonnullos in eam staturam excrevisse, ostensum à Chifletio *parte 1. Vesontionis cap. 47.* confer ea, quæ tradit ὁ πάνυ Conringius *in dissertat. de Germanicor. corporum Habitus antiqui & novi causis.* Nulla verò Germanorum major laus, quàm dexteritas, mens doli expers,
6 & prisca fides. Hinc ob varias hasce Germanorum virtutes, maximè veró fidelitatem, plerique Imperatorum Romanorum, ab usque Augusto Cæsare, Corporum suorum custodiam Germanis, præ omnibus populis aliis commiserunt, quod hodieque ab omnibus ferè Europæ fit Regibus. Cluver. *de Germania lib. 1. cap XIX. fol. 169.* Proinde graviter Aventinus *in præfat. lib. 11. Annalium Bojariæ.* Roma gentium Domina, haut aliis, quàm Germanis hostibus suis, Im-
7 peratorum suorum salutem ac vitam credere ausa est. Constat enim consensu Scriptorum, Germanorum cohortes à Cæsaribus ad custodias corporis institutas, multis experimentis fidelissimas fuisse. Die Teutschen seint vorzeiten wegen jhrer guten kriegß disciplin, Mannlichen Tugend, Redlichkeit und erbarkeit bey allen Nationen gerühmet worden, prout verissimè dicitur in der Reutterbestallung zu Speier auf gerichtet de Anno 1570. in pr.

Cæterùm, licét hæc laus universæ Genti Germanorum pro-
8 pria fuerit, quæ bellicosissima & fidelissima habita, attamen inter eos jam ab antiquis temporibus prima laus apud Suevos. Qui, ut ad propositum veniamus in Expeditionibus cæteros omnes præcesserunt,

runt, habuerunt Suevi præcipuum ab Anno 780. Daß in allen Teutsche
Heerzügen sie den Vorzug halten/ Spangenberg in Manßfeldischer Chro- 9
nick *lib. 1. cap. LXXIV. fol. 170.* ex Achille Grassaro. und den ersten an-
griff thun. Idem *Cap. CLXXXXII. fol. 295.* Proinde Abbas Hirsfel-
densis in Rebus Henrici IV. Datum est, *inquit*, negocium Rudolpho
Suevorum Duci, ut ipse cum suis prima acie confligeret, peculiari Suevo-
rum privilegio, quibus ab antiquis jam diebus lege datum est, ut in omni
expeditione Regis Teutonici ipsi exercitum præcedere, & primi præ-
lium committere debeant. Eadem penè verba habet Lambertus Schaf-
naburgensis Monachus *in Anno MLXXV. p. m. 512.* qui Suevos non tan-
tum primum locum occupâsse tradit, sed & cæteris jussum fuisse, ut
propter assistentes pugnantibus, prout res posceret, auxilio concur-
rerent, ut ipse Schafnaburgensis *Monachus d. l.* loquitur. Sic Jo-
hannes Episcopus Constantiensis Ducis Cancellarius, voluit, quòd 10
vexillum suum & omnes Suevi sub illo, juxta antiquum jus Suevorum,
præire deberent. Quod cùm Dux nollet, sed suum præire vexillum,
Episcopus cum suis recessit, nolens minuere jus Suevorum: de quo Dux
nimiùm est commotus. Gens namque Suevorum à tempore Caroli &
aliorum Principum, quòd in expeditionibus primum conflictum ha-
bere debeant, viribus & virtutibus meruerant, Albertus Argentinens.
in Chron. Rectè proinde eò militaris gloriæ venisse Suevos asserit, in-
comparabilis seculi nostri Criticus *νῦν ἀξίως* Caspar Barthius *in Ani-
madvers. ad Claudian. Panegyr. in III. Consulat. Honorii Augusti v. 27.
fol. 499.* ut in conflictu sociarum gentium ipsis primus cederetur con-
gressus. Hinc quando Clemens VIII Pontifex Max. vocat Germanos
Die streitbahre Nation, die des heiligen Reichs grundfest/ der Christen-
heit Stärcke und Zierde. In Brevi ad Circuli Suevici membra apud 11
Hortleder. *lib. 1. de causis Bell. Germ. cap. XIV. fol. 74.* id ibidem Idem
Hortleder. exaudit de Suevis, quæ verba tamen probo sensu ac ratione
commoda generalitatem non respuere, putat Ericus Beringer
Jctus *in Resp. jur. An Imperat. electio ex gente saltem
Germanica fieri debeat?*

Cccc CAP-

CAPUT XVI.

DE Sessionis dissidio inter Urbes quasdam Celebriores.

SUMMARIA.

1. *Refertur controversia sessionis agitata inter Legatos Civitatũ de Tolede & de Burgos, & quomodo ista à Rege Hispania composita, qua de re adducuntur verba Estevan de Garibay & Zamolloa.*
2. *Messina & Palerum Sicilia Civitates de prarogativa ultro citroq; decertârunt.*
3. *Civitates Clamecy & Desize in Ducatu Nivernienſi in Gallia; itidem de Sessionis praeminentia disceptârunt.*
4. *Referuntur Scriptores, qui de praeminentia Urbium Parisiensis, Roma, Florentia, & Heduana egerunt.*
5. *Agitur de Controversia Sessionis & pracedentia inter Syndicos Cosentia & Capua.*
6. *Cosentia Brutiorũ metropolis fuit.*
7. *Ratio naturalis vult, quòd minus potens & minus dignus cedat potentiori & digniori,*
8. *Locus ille dignior dicitur, qui proximior est Domino.*

PRiusquam Colophonem huic libro imponamus, paucis hoc capite de dissidiis, ratione Sessionis inter urbes quasdam celebriores obortis acturi sumus.

Primò verò omnium occurrit notabilis inter Civitatis de Tolede & de Burgos Legatos agitatà προεδρείας controversia, decisa à Rege Hispaniæ, quæ cùm multis argumentis & rationibus ab utraq; parte adductis, discussa fuerit, adeoq; lucem huic materiæ nostræ afferre videatur, operæ pretium erit subjicere, quæ hac de controversia latius proposuit Estevan dé Garibay & Zamalloa *en son abregè Historial des Chroniques d'Espagne. lib. 14. c. 23. f. 251.* Entre les autres villes, qui ont coustume d'estre appelleès á de telles assembleès, ait, se ren di-

ren

rent ausdits Estats les Procureurs de la Citè de Tolede : lesquels entrans dans la sale ou se tenoit l'assembleè, demanderent d'abord l'honneur de seoir & de parler les premiers, sur la creance qu'ls eurent, quæ pour la grandeur & la magnificence de leur ville, toutes les autres luy porteruient nna, debattre la Preseance. A laquelle neantmoins s'opposa courageusement la Citè de Burgos, qui ayant tousiours estè la premiere des villes., que l'on appelloit autrefois aux Estats Generaux, se monstroit plus resoluë que jamais, de maintenir ou deffendre son ancienne & indubitable possession. Sur cela l'on vit aussitost toute la Cour diviseè à son ordinaire en factions, en partis ou en brigues ; D. Jan Manuel se declarant pour Tolede, & de Jan Nunnez de Lata, seigneur de Biscaye pour Burgos, poussez chacun de leur particulier interest, ou d'emulation de rendre plus considerable & illustre le territoire ou ils avoient leurs principaux fiefs & leurs terres. L'on allegoit nommément en faveur de Tolede, qu'elle devoit estre præferee pour l'antiquitè de sa fondation, sa grandeur, sa majestè, sa puissance, sa force, le nombre prodigieux de ses habitans, & pour la sainctetè & amplitude de son Eglise Cathedrale, dont l'Archevesque auroit tousiours estè Primat non seulement des Espagnes, mais aussi du Domaine des Goths en France, puis grand Chancellier de Castille, le plus riche Prælat sans contredit, qui soit dans l'Europe, apres le Pape. A quoy l'on adioustoit de plus, qu'au temps des Romains elle estoit une de leurs Colonies, & iouyssoit ainsi des exemptions & des privileges reservez aux seuls Citoyens de cette premiere & capitale ville du monde: qu'au temps des Goths elle auroit estè erigee en Royaume, Leconue pour capitale de toute l'Espagne, tant au spirituel, qu'au temporel, & honoree du seiour ou du siege des Roys Goths; auquel temps elle auroit estè pareillement signalee par un grand nombre de sacrosaincts Conciles qui s'y seroient assemblez de tous les Dioceses suiets à la Primatie: qu'elle auroit mesme continuè d'estre siege Royal. jusqu'à ce que l'Espagne fut reconquisse sur les Maures parmy lesquels les Roys de Tolede estoient les premieres & les plus considerables apres ceux de Cordüe : & que depuis qu'elle auroit estè recouvree par les Princes Chrestiens; elle estoit la seule ville en toute l'Espagne, qui protast le titre ou sur nom d'Imperiale. Entre lesquelles raisons, prerogatives ou preciputs que les Partisans de Tolede mettoient en avant, pour tacher de luy procurer la

Preseance, ils insistoient principalement sur ce qu'elle auroit eu autrefois l'honneur d'estre la capitale du Royaume des Espagnes. Burgos se deffendoit au contraire. & repliquoit á cela qu'elle estoit la Capitale du Royaume de Castille, duquel & de celuy Leon seroient provenues toutes les conquestes faictes sur les Maures, & le Domaine, qui auroit estè reüny par ce moyen à la Couronne de Castille : & qu'estant comme elle estoit, la residence de la Chambre des Comptes, elle n'auroit pas seulement estè chargée du sacré depost. des Finances du Royaume, mais aussi honoree de l'auguste titre & sur nom de Royale, par la gratification ou reconnoissance d'Alphonse IX. appellè communément le Noble Roy de Castille. Elle alleguoit encore quelques autres raisons, dont elle tesmoignoit neantmoins ne faire pas ellemesme beaucoup d'estime, ne pretendant opposer principalement aux nouvelles instances de Tolede, que l'ancienne & immemoriale possession en laquelle elle auroit tousiours estè, de parler la premiere en de pareilles assemblees. Sur quoy le Roy D. Alphonse apres avoir oüy les Parties, & deliberè meurement avec son Conseil, desirant accommoder de fason ou d'autre ce different, rendit, comme Prince advisè qu'il estoit, son jugement en ces propres termes; Ceux de Tolede feront ce que ie leur enioindray, & ie l'avance ainsi pour eux, que Burgos parle i. De laquelle Sentence, ou duquel Arrest, pronōcè par la bouche mesme du Roy, les deux villes demeurerent egalement satisfaites & contentes; Burgos, dautant qu'elle avoit estè maintenüe en son ancienne possession; & Tolede, parce que le Roy luy mesme, comme son naturel seigneur & legitime protecteur, avoit bien voulu faire aucunement les fonctions ou la charge de Procureur de cette ville la ausdits. Estats, & parler ainsi le premier en son nom & place: quoy que Burgos luy maintinst tousiours le contraire, & reconnust effectivement que son droict luy auroit estè conservè. Elles eurent encore le mesme debat pour la Seance que le Roy voulut encore conserver à Burgos & ne douta point, selon l'ordre observè de tout temps, de faire seoir les Procureurs de ladite ville à sa main droicte; mais ceux de Tolede ne voulurent point accepter la seconde place au dessous, ny mesme celle d'à main gauche de sa Majeste, & l'on ainsi contrainct pour assou p r du tout ce different, de leur en assigner une hors le rang, viz-à viz du Siege ou Trosne Royal. Hactenus Estevan de Garibay & Samolioa *d. l.* de hac eadem controversia, de jure praecedentiae

dentiæ inter civitates Regni Castiliæ Burgum & Toletum, legendi Mariana *lib. 16. de Reb. Hispan. cap. 15.* Antonius de Herrera *part. 2. de la Historia general. lib. 14. c. 19.* & Ambrosius Morales *lib. 15. de la Coronica de Espagna, cap. 17.* Similes de jure προεδρίας controversiæ fuere inter alias urbes, ita Messina & Palernum Siciliæ civitates de prærogativa ultro citroque decertárunt, Heberer *lib. 3. Servit. Ægypt. c. 22. p. 464..* sic civitates Clamecy & Desize in Ducatu Nivernensi in Gallia itidem de sessionis præeminentia disceptárunt, testis Coquille sur les Coustumes de Nivernois *ad tit. des maisons & servitutes reelles art. 18. p. 371.* ibi : Ont long temps contendu, *ait*, du second rang apres. Nevers, ès assembleés du pays. Nevers sans difficultè à le premier rang , le debat de deux villes Clamecy & Desize à estè quelques fois termine par sort, autresfois les deux villes marchèrent en mesme rang, l' une à dextre , l' autre à senestre, l' une à l' aller & l' autre au retour. Ut nihil nunc dicam de præeminentia, & dignitate aliarum Civitatum, de Civitate enim Parisiensi egit Jacobus Capellus, de laude Florentiæ peculiarem librum edidit Leonardus Aretinus , Romam versibus suis illustravit Ausonius, inclitæ verò civitatis Heduanæ præeminentiam & dignitatem, latè & copiosè asseruit Chassanæus *in Catalogo Gloriæ Mundi part. 12. Considerat. 60.* Nec verò heic sicco pede prætererim controversiam Sessionis & præcedentiæ agitatam inter Syndicos civitatis Cosentiæ & Capuæ, qua de re integrum exstat consilium, numero LXXXIX. inter consilia clárissimi Icti & Historici Consentini Bernardini Bombini, qui pro Syndicis civitatis Cosentiæ respondit, sequentibus motus rationibus, quòd *Cosentia* Brutiorum Metropolis fuerit, Strab *lib. 6.* Civitas verò Metropolis aliis præferatur civitatibus, Petr. Belluca *in speculo Principum in rubr. p. 10. text. in l. 1. C. de Metro,* Berit. *lib. 10. c. præcipimus 15. qu. 1.*

1 2 3 4 5 6

Porrò Cosentiam potentia & multitudine populi prævalere, & ideò vel hac ratione Capuæ præferendam , cùm ratio naturalis velit, quòd minùs potens & minùs dignus cedat potentiori & digniori , Egesipp. *lib. 5. Excidii Hierosolymitani,* Alciat. *2. Paradox. c. fin.* Luc. de Penna *in l. jubemus C. de prox. sacri cubi-* 7

cularii lib. 12. Adde Cosentiæ residere Regiam audientiam Calabriæ ex Regis privilegio, quo ipso non parùm hæc civitas illustratur, tanquam sedes Regia, cùm locus ille dignior dicatur, qui proximior est Domino *Cl. 1 in §. aliam Inst. de bon. poss.* quinimo Cosentia ipsa semper dominationem regalem habuit, attestante Bombino *d. l,* & proinde ea meritò aliis civitatibus præferenda, *text. in l. omnes C. ut dignit. ord. servetur l. fin. D de alb. scrib, Gl. in c. per tuas de major. & obedient.* Cæterùm argumenta à Syndicis civitatis Capuæ adducta, itidem resolvit Bombinus *d. l.* quò cupidum Lectorem remittimus. Sanè cùm Cosentia uti sedes Regia secundùm Bombinum, æstimata fuerit, meritò sibi præeminentiam vindicavit, cùm nemini non constet, urbem, quæ *regni sedes*, reliquis præferri. *Vid. Cl.* Salmasium de Primatu Papæ *c. 8. p. m 130.* cujus verba hac de re subjicere placet. Ex omnibus provinciis Galliarum, inquit, quæ ad conventus generales Regni vocantur, primus datur locus primæ provinciæ, secundus sequenti, atq; ita deinceps sessionum ordine. Primæ verò deferuntur ei provinciæ, in qua urbs Regia est Lutetia, regni quippe sedes, & aliarum caput provinciarum. Franciam vulgò vocitant, vel insulam Franciæ. Secundum obtinet locum Burgundia nostra, quia prima est paria, ut vocant. *Hæc Salmas. d. l.*

LIBRI

LIBRI QUARTI

CAPUT I.

DE Imperatoris Augustissimi, Regis Romanorum, & Augustæ Sessione in Comitiis Imperii & Conventibus publicis.

SUMMARIA.

1. *Imperator honoratiorem ineundo & sedendo locum meritissimè occupat.*

2. *De Jure & forma Comitiorum Imperii adducuntur verba Matthiæ Welmeri.*

3. *De Sessione Imperatoris referuntur verba Aureæ Bullæ Caroli IV.*

4. *In electione Maximiliani II. Cæsarem & Regem Roman. suam mensam omnibus aliis septem gradibus editiorem occupasse, probatur.*

5. *Rex Romanorum, absente Imperatore, sedem & locum Imperatoris occupat.*

6. *An, si Cæsar in Comitiis αὐτοπρόσωπος adsit, Rex Romanorum in eo, quo Trevirensis aliàs sessionem habet subsellio, nimirum Cæsari è regione, Sessionem obtineat? disquiritur.*

7. *Augusta vel Imperatrix Imperatorem & Regem Bohemiæ immediatè competentis spatio intervallo subsequitur, omnes verò omnino Principes præcedit, quod, adductis verbis Aureæ Bullæ Caroli IV., probatur.*

8. *In Gallia Regina Franciæ cæteros quoscunque Regni Gallici proceres post Regem præcedit.*

9. *Im solemni Conventu Imperatrix, proxima infra Cæsarem mensa, tribus pedibus depressiori accubat, quod ex A. B. confirmatur.*

10 *Quòd si Imperatoris vidua adsit, in pristinæ dignitatis memoriam, prior ipsi locus meritò debetur.*

Postea-

In dem Weltlichen Regiment/
So weit sich die Christenheit lendt/
Den höchsten Standt und sitz in hat
Römisch Keyserliche Majestath.

G. Lorichius *in Addit. & recognit. in consil. posterius de Vindicatione Germanorum in exteros S. R. Imperium non recognoscentes n. 188. p. m. 49. & seqq.*

Equidem de Sessione Imperatoris hæc disposita leguntur in Aurea Bulla Caroli IV. *cap. 28. §. 1.* Imperialis ins. per mensa vel Regia sic debet aptari, ut ultra alias aulæ tabulas sive mensas in altitudine sex pedum sit altiùs elevata: in qua præter Imperatorem Romanum duntaxat vel Regem die solemnis Curiæ, nemo penitùs collocetur. *Hactenus verba Aureæ Bullæ Caroli IV.* alioquin scribit Caspar Ens apud Goldastum *in Politic. Imperial. part. 1. fol. 73.* in Electione Maximiliani II. Cæsarem & Regem suam mensam omnibus aliis septem gradus editio rem occupâsse, idem testantur Adamus & Nicolaus Heydeni fratres gemelli *in Histor. de Elect. & inaugurat. ejusdem* apud Goldastum *d. l. fol. 150.* & scribit Simon Schardius, eam mensam, quæ Cæsari & Regi unà posita fuerit, cæteris aliis septem graduum altitudine eminuisse. De coronatione Caroli V. refert Hartm. Maurus, Regiam mensam fastigio septem pedum elevatam fuisse, Martin. Rumelinus *part. 3. Dissert. 6. ad A. B. Caroli IV. Imp. th. 2. p. m. 114.* Qui coronationem Caroli V. exhibet apud Goldastum in Politischen Reichshändeln *part. 3. discurs. 2. p. 154.* ait: da wahr zugerichtet ein Tisch der Königl. Maj. st. zuforderst/ wohl 8. Staffel hoch/ mit köstlichem gülden Himmel und Tapezerey überzogen/ daneben ein Credentz Taffel/ mit köstlichem gülden/ und silbern Geschirren/ und schöner Einfassiers. Sanè, si Trithemio fides tribuenda *in Chronic. Hirsaviensi ad annum 1356.* hoc in illa ipsa Curia solenni Metensi, in qua hæc Bullæ dispositio conscripta, non fuit observatum. Aderat, *inquit ille*, in hoc solenni conventu Principum, quidam Archiepiscopus, Apostolicæ sedis legatus, ad confirmandam pacem totius Regni, qui, ob reverentiam summi Pontificis, solus cum Imperatore in una mensa cibum sumebat, cæteris Principibus Electoribus juxta cujuslibet officii rationem, ministrantibus semel, & postea in locum suum secundùm consuetudinem residentibus. Goldast. *in rationali Constit. Imperial. p. 102.* Ut obiter id addam, dubito, an

Dddd verax

verax sit le Mercure Francois, dum *tom. 16. pag. 3. ad annum 1630.* scribere non dubitavit, Regem Galliarum ad mensam suam quenquam ex subditis suis non admittere; ibi: Les Roys de France n'admettent jamais à leúr table leurs subjects, cùm in contraria exempla adduxerit Limnæus in noticia Regni Franciæ *lib. 2. cap. 13. lit. P. p. 716.* Porrò, ut ad priora redeamus, Ottonem III. agentem Aquisgrani solum ad mensam, quasi semicirculum factam, loco cæteris eminentiore sedisse, scribit Dithmarus *lib. 4. Chron.* Imperator, *inquit*, antiquam Romanorum consuetudinem cupiens revocare, magna ex parte jam suis deletam temporibus, multa faciebat, quæ diversi diversè accipiebant: solus ad mensam quasi semicirculum factam, loco cæteris eminentiore sedebat. Tales formas ab antiquis seculis exhibet Antonius Bosius in Roma subterranea, & simili usus Anno 1650. 14. Julii in epulo propè Noribergam, Octavus Comes Piccolomini Aragonius Dux Amalfitanus, uti post Chifletium *in disquisit. de ampula Remensi cap. 17. p. 85.* annotavit Limnæus in eruditissimis observationibus ad A. B. Caroli IV. *ad cap. 28. observ. 3.*

5 Quod Regem Romanorum concernit, is ipse absente Imperatore, in Comitiis sedem & locum Imperatoris occupat. Quid si Cæsar
6 in Comitiis αὐτοπροσώπως adsit? Bernh. Bertram *de Comitiis memb. 5. n. 66. ex Cælestini histor. Comitior. Anno 1530.* probatum dedit, hoc casu Regem Romanorum in eo, quo Trevirensis aliàs sessionem habet subsellio, nimirum Cæsari è regione collocari. Verùm, cùm in Aurea Bulla Caroli IV. de hac decisione οὐδὲ γρῦ, in medio relinquit hoc ipsum. Nolden. *de Stat. Nobil. Civili. cap. 9. n. 61.*

Cæterùm, quod Augustam vel Imperatricem attinet, illa Impe-
7 ratorem & Regem Bohemiæ immediatè competentis spatii intervallo subsequitur, omnes verò omnino Principes præcedit; ex dispositione Caroli IV. in Aurea Bulla. *c. 24. in fine.* ibi: Imperatrix etiam vel Regina Roman. suis augusta lib. amicta Insigniis, post Regem vel Imperatorem Roman. & etiam post Regem Bohemiæ, qui Imperatorem immediatè subsequitur, competentis spatii intervallo suis associata proceribus, suisque comitata virginibus, ad locum Sessionis procedat. &c. Ita in Gallia Reginam Franciæ, tanquam excellentem omnes cæteros quoscunque regni Gallici Proceres post Regem præcedere tradit, Bartholom. Chassanæus *in Catalog. Gloriæ Mundi part. 5. Considerat. 39.*

qui

qui ibidem memorat, vidisse se Anno Dn. 1521. in Civitate Heduens. quòd Claudia de Francia conjux Francisci primi Galliæ Regis, & filia Ludovici XII. præcesserit semper Loysiam matrem ejusdem Francisci primi. Equidem in solemni conventu Imperatrix proximá infra Cæsarem mensá, tribus pedibus depressiori accubat, pro- 9
ut itidem constitutum in Aur. Bull. *c. 25. §. Imperialis insuper mensa.* ibi : Sedes verò & mensa Imperatricis sive Reginæ parabitur á latere in aula, ita ut ipsa mensa tribus pedibus Imperiali sive regali mensa sit bassior, & totidem pedibus eminentior supra sedes Principum Electorum : qui Principes suas inter se in una eademq; altitudine sedes habebunt, & mensas. Equidem Anno 1612. in convivio Coronationis Annæ Imperatricis, à dispositione A. B. recessum fuit; nam Matthiæ Imperatoris, & conjugis suæ, una tantum & communis fuit mensa, cui assederunt, da sassen Jhre Keyserl. Majest. beneben Jhrer Gemahlin der Königin / an einer Taffel allein Hoffman. apud Goldast. in Politischen Reichshändeln *part. 4. discurs. 2. pag. 160.* &c.

Porrò si Imperatoris vidua adsit, in pristinæ dignitatis me-
moriam, prior ipsi locus meritò debetur, quia privilegia Im- 10
peratoris retinet *l. 8. D. de Senator.* Pacian. *cons. 4. n. 86.*
Vide Nolden. *de Stat. Nobil. civili c. 9 n. 127.*

CAPUT II.

De Ecclesiastorum Electorum S. R. Imperii, Moguntini, Trevirensis & Coloniensis Præeminentia, Sessione, & Præcedentia.

SUMMARIA.

1. *Referuntur Historici & Scriptores, qui uno ore asserunt, Collegium Electorale institutum fuisse ab Ottone III Imperatore & Gregorio V. Pontifice.*
2. *Quorum opinio refutatur, & evincitur, quòd longè post Ottonis III. Imp. tempora, Collegium Electo-*

tale ex[s]erit:
3. *Quod ipsum ex Historicis Germanicis luculenter probatur.*
4. *Author suam hac de re sententiam proponit.*
5. *Vox Cancellarii non admodum antiqua est, cujus nulla in Digestis mentio facta.*
6. *Qui* Cancellos *olim servabant,* Cancellarii *dicti, quod ex Aristophanis Scholiaste, aliisq; probatur.*
7. *Munus* Cancellariorum *quale fuerit, ex Agathia exponitur.*
8. *Tractu temporis crevit Cancellariorum dignitas.*
9. *In imperio Orientali Quæstores proprios suos habuerunt* Cancellarios.
10. *In constitutionibus Caroli Magni, Cancellarius simpliciter pro scriba & actuario usurpatus fuit.*
11. *Quousque* Cancellariorum *dignitas pervenerit sub Regibus Francorum.*
12. *Multas olim gravissimas controversias ratione Sessionis inter Electores S.R.I. fuisse, ex ipsa A.B. Caroli IV. & Dubravio probatur, quæ composita à* Carolo *IV. Imp.*
13. *Quinam ordo Sessionis inter Electores Ecclesiasticos observetur, exponitur.*
14. *Adducuntur hac de re verba Aureæ Bullæ Caroli IV.*
15. *Quinam ordo Processionis inter Ecclesiasticos Electores ex eadem A.B. proponitur.*
16. *Antiquitus receptum fuit, ut in electione Imperatoris primum olim suffragium Moguntino, seu Germaniæ, alterum Trevirensi Archiepiscopo, velut Galliæ ArchiCancellario tribueretur, probatur ex Scriptoribus Germanicis.*
16 *Inquiritur in rationes, cur Trevirensi Archiepiscopo prima vox ante Coloniensem tributa.*
18. *Trevirensis Ecclesia major natu & antiquior est Coloniensi, quippe ab ipso S. Petro fundata per Martialem.*
19. *Trevirensis dictus fuit hæres Petri vicarius & Primas cis Alpes.*
20. *Fuit olim controversia Sessionis inter Moguntinum & Coloniensem.*
21. *Coloniensi ratione Sessionis sese quoque opposuit Fuldensis Abbas.*

Cùm in Imperio nostro post Cæsaream Majestatem, præcipuum locum obtineant Serenissimi Electores Imperii, utpote qui sunt & dicuntur die nehește Glieder des Römischen Reichs A.B. c. 2. §. und dieweil. Edle Seulen A.B. t. 3. in pr. grundfeste und unbewegliche Seulen des H. Reichs A.B. c. 12. auff welchen das Reich vor-

vornemblich beruhet und bestehet. Capitul. Ferdinandi II. ein theil Keyserliches Leibes A. B. c. 24. oportunè primò omnium de horum Sessione acturi sumus. Antequam verò ad rem ipsam nos accingamus, pauca de origine Electorum Imperii in medium afferemus, cùm ea ipsa non parùm lucis subsequentibus allatura sint. Et verò communis, constans, & recepta hactenus opinio fuit, Collegium hoc Electorale institutum fuisse ab Ottone III. Imperatore & Gregorio V. Pontifice, idque per expressam quandam Constitutionem Anno 997. secundùm supputationem Michaelis Beutheri F. *in Notis ad Animadvers. Historic. c. 13. n. 18.* vel ut alii volunt Anno 1001. Thuan. *l. 2. Histor. in pr. latam.* Acriter hac in re causam Pontificis defendunt, Hostiens. *in cap. Venerabilem de elect.* Platina *in vita Gregorii V.* Molin. *tr. 2. disp. 24. de just. & jur.* & contra Illyricum magno conatu Bellarminus *lib. 3. de translat. Imper. c. 4. seqq.* Petr. Heig. *lib. 1. quæst. 3. qui n. 13.* tam pervulgatam hanc opinionem vocat, ut magis communis meritò dici possit, adducens eam in rem plurimos autgores Platinam *d. l.* Blondum *Decad. 2. lib. 3.* Albertum Crantzium *Saxon. lib. 4. c. 25. lib. 9. c. 29. Metrop. lib. 3. cap. 46. Suecia lib. 5. cap. 10. Vandalim lib. 3. cap. 15.* Henric. Mutium *de origine German. lib. 14.* Marsil. Patavin. *de translat. Imperii c. 11.* Heig. *de quæst. 3. per tot.* ubi varias aliorum opiniones recenset. Idem tempore Ottonis III Electores institutos esse, Electori Bavaro persuadere conatus est Michael Lonigus *in Consilio ad Gregorium XV. de adhortando Bavariæ Duce ad petendam dignitatis Electoralis confirmationem à Pontifice.* Hanc receptam sententiam primus impugnare, præ cæteris, argumentis solidioribus ausus fuit, vir summus Onuphrius Panvinius Veronensis, frater & Eremita Augustininus, *in tract. de Comitiis Imperatoriis*, cujus sententiæ falsitatem jam antè, sed leviter perstrinxit Joannes aventinus *in Annalibus Bojoricis*, attestante ipso Onuphrio *d. lib. c. 6.* confer præter Onuphrium *d. l.* Lehm. *in Chronic. Spirens. lib. 5, c. 17.* & Arnisæum *de Rep. c. 6.* à quibus Bellarmini argumenta elisa. Porrò nullam constitutionem Ottonis III. aut Gregorii V. exstare, argumento est, quòd hactenus à nemine in lucem producta, aut produci potuerit, quam sanè dudum divulgâssent, si exstaret, Romano Catholici Scriptores. Præterea per ducentos quadraginta annos ab Ottonis III. ætate usque ad Fridericum II. hujus constitutionis à nullo authorum probatorum facta mentio, & cùm Gregorii V. Pontificis elogium

 gium

gium sepulchrale in Basilica D. Petri exstet, in eoque omnia ab ipso præclaré gesta enarrata, hujus ne verbo quidem facta mentio, nec verosimile, rem tantam & adeò memorabilem silentio involutam fuisse. Ne Gratianus quidem noster diligens alioquin Constitutionum & Decretorum Pontificiorum collector, vel verbo constitutionis hujus mentionem fecit, quinimo eminentissimus Cardinalis Baronius *ad Annum 996. n. 70.* testatur, Martinum Polonum primum hujusce rei mentionem facere. Vixit autem Martinus Polonus circa tempora Friderici II. adeoque 250. circiter annis post Ottonem: quare quis ipsi tutò fidem adhibebit? præsertim attestanti de gestis longè ante sua tempora, & destituto aliorum testimoniis? Planè, nec ipse Polonus Ottoni III. originem Electorum adscribit, nec alicujus constitutionis meminit, verba ejus hæc sunt: Et licèt tres isti Ottones per successionem generis regnaverint; tamen postea fuit institutum, ut per officiales Imperii Imperator eligeretur, qui sunt septem &c Porrò, satis manifestè ex veterum monumentis probari potest, etiam post Ottonem III. usq; ad tempora Friderici II. Imperatores non ab Electoribus, sed omnium Principum suffragio electos, id quod eruditè demonstravit Onuphrius Panvinius *d. l. de Comitiis Imper. c 6.* De Henrico II qui Ottoni III. successit, eum ab omnibus regni proceribus electum fuisse, tradit Dithmarus Merseburgensis Episcopus *lib. 4. & 5.* disertè Ottho Frisingensis *lib. 6. c. 27.* Anno ab incarnatione Domini M. I. mortuo sine herede Ottone III. Henricus, patre Hezilone, natione Noricus ejusdemq; gentis Dux, ab omnibus regni proceribus electus LXXXVII. ab Augusto creatur. De Henrici successore Conrado idem memorat Otto Frisingensis *d. lib. 6. c. 28.* Anno ab incarnatione MXXV. defuncto sine filiis Henrico, Conradus natione Francus, consilio antecessoris sui, cujus tamen, dum adhuc viveret, gratiâ carebat, ab omnibus electus LXXXVIII. ab Augusto regnum sortitur, eandem electionem fusè enarrat Wippo: Consedère Principes, *ait*, populus frequẽtissimus adstabat, Archi Episcopus Moguntinensis, cujus sentẽtia ante alios accipienda fuit, rogatus à poppulo, quid sibi videretur, abundanti corde, voce hilari laudavit & elegit majoris ætatis Cunonẽ suum in Dominũ & Regẽ atq; Rectorem & defensorem patriæ. Hanc sententiam cæteri Archi Episcopi & reliqui sacrorum ordinum viri indubitanter sequebantur, tunc singuli de singulis regnis eadem verba Electionis sæpissime repetebant. Fit clamor populi, omnes unanimiter in Regis electione Principibus consentiebant, in illo per-

per-

persistebant, ipsum cunctis dominantibus nihil hæsitando proposuerunt. Henricum III. Conradi filium patre vivente in Comitiis, non ab Electoribus, sed universis Principibus electum, probat Lehmannus *l. 5. c. 17.* qui ibidem de Henrico IV. idem tradit, quod etiam testatur Conradus à Liechtenaw Vrspergensis Cœnobii Abbas *in Chronico ad Annum Domini 1053. p. m. 167.* de Henrico III. verba faciens. Filium quoque suum, *ait*, Heinricum (quartum) Romani Pontificis cunctorumque Pontificum & Principum regni electione Regem constituit. Henricum V. itidem ab omnibus electum memorat idem Abbas Vrspergensis *ad Annum Domini 1107. p. m. 189.* Hoc ordine, *ait*, Heinricus illius nominis quintus, primùm à patre, deinde ab universis Germaniæ Principibus in Regem jam secundò electus, ab Apostolicis quoque legatis per manus impositionem catholicè confirmatus, acceptus tam ab Episcopis, quàm laicis juxta morem patriæ sacramentis, regnare cæpit. *Hactenus Vrspergensis.* De Lothario II. Ottho Frising *lib. 1. de gest. Frideric. c 16.* Igitur Albertus, *ait*, nam id juris, dum regnum vacat, Moguntini Archiepiscopi ab antiquioribus esse traditur, Principes regni in ipsa civitate Moguntina tempore autumnali convocat, malorumq;, à Duce Friderico sibi illatorum, haud immemor, cùm prædictus Dux ad regnum à multis exposceretur, ipse Lotharium Ducem Saxonum in Regem à cunctis, qui aderant, Principibus eligi persuasit, confer Continuatorem Sigeberti *in Chronico Anni 1126.* De Conrado simile quid tradit Idem Frisingensis *lib. 7 cap. 22.* Defuncto Imp. Lothario, *ait*, ac in monasterio Luthre, quod in ejus proprio fundo situm est, humato, Principes regni apud Galliæ oppidum Confluentiam, ubi Mosella Rhenum influit, conveniunt, & de eligendo Principe consilium ineunt. Igitur Conradus Friderici Ducis Frater, ab omnibus, qui aderant, exposcitur, ad regnumque levatus, in palatio Aquis coronatur. Porrò, Philippum à Suevis, Saxonibus, Bavaris: Ottonem IV. à Coloniensibus ac Argentinensibus alisve electos fuisse, memorat Vrspergensis *in d. Chronico.* Fridericus I. quoque Suevorum Dux, Friderici Ducis filius, ab omnibus petitur, cunctorumque favore in Regem sublimatur, ut habent verba Frisingensis *lib. 2. c. 1* De Friderico II idem tradit Vrsperg *in Chronico Anno Domini MCCXX.* Otto excomunicatus denunciatur. Tunc Principes Alemanniæ, Rex videlicet Bohemiæ, Dux Austriæ, Dux Bavariæ, Landgravius Thuringiæ, & alii cõplures convenientes, Fridericũ

Regem

RegemSiciliæ elegerũt,cui etiã olim,cùm adhuc in cunis esset,juraverant fidelitatẽ Bellarminus *d.l* ultro fatetur,gravia hæc esse argumenta,putat verò,latam quidem Ottonis III tempore hanc constitutionẽ,verùm antè Friderici tempora in usum quibusdam ex partibus non fuisse deductam. Porrò, quidam Friderico II. institutionem Electorum adscribunt, sed constitutio hæc à nemine hactenus producta, nec id ipsum evincit,quòd Abbas Trithemius Wilhelmum Hollandum, Friderici coætaneum, scribat ab Electoribus electum, quod ipsum etiam urget Heigius *d.p.1. quæst. 3.n.55.* etenim is testimonio veterum destituitur, & pro more sui ævi loquitur.

4 Equidem verosimile est post obitum Friderici II. cùm perturbatissimus tum Germaniæ status esset, & interregno plurimorum annorum nemo Reipublicæ curam gereret, hos uti potentiores sibi solis hoc juris vindicâsse, quò respexit Carolus IV. in d. A.B. cum ad laudabilem consuetudinem provocat, & verò Albertus Abbas Stadensis *in Chronico* jam horum Principum mentionem fecit, vixit verò is ætate Friderici II. & hanc sententiam quoque propugnârunt Onuphrius *de Comit. Imperat. c. 6.* Arnisæ *de Rep. c. 6.* & Carpzov. *de Leg. Reg. Germ. cap.11. Sect. 1.* quò lectorem remitto,confer Petrum Heigium *p. 1 quæst.3.* Alii ulterius Ottoni IV. institutionem Electorum adscribunt, moti constitutione quadam in Comitiis Francofurtensibus, ut quidam volunt, latâ, editâ à Goldasto, *sed qui ipse Goldastus* postmodum fraudem videns. Pace illorum liceat fateri, *inquit,* quod res est. Imposuerat mihi Marquardus Freherus, qui illud decretum sua manu exscriptum, sub nomine Ottonis IV. ad me transmisit, ego porró aliis communicando,& in constitutiones imperiales referendo sine dolo tamen & fraude, comperi enim postea illud Decretum non esse Ottonis IV., sed à Johanne Baptista Egnatio in vita Ottonis IV. confictum, probabilius quidem juxta veterum opinionem, quàm verius. *Hæc Goldastus.*

Cæterùm, inter Electores S.R.I. Primum locum quoad Sessionem occupant Electores Ecclesiastici, qui gaudent nomine Cancellariorum. Moguntinus enim ArchiCancellarius est per Germaniam,ad cujus Germaniucm Cancellariatum etiam Sclavonias pertinuisse, autor est Chifletus in Comm. Lothariensi *cap. 1. pag. 1.* vel; ut alibi docet Goldastus, pertinuerunt Germani & qui Germanico jure ac civitate donati fuêre, Pannones & Sarmatæ. Trevirensis per Galliam & regnum Arelatense, Coloniensis per Italiam! Equidem, ut obiter notemus hoc

hoc loco vox Cancellarii non admodum antiqua est, cujus nullam in Digestis mentionem factam esse, observârunt eruditi. In Codicis verò titulo de Assessoribus, & alibi, ministerium Cancellariorum sæpius legitur. Qui autem cancellos servabant olim Cancellarii dicti fuere, Gloss. Basilic. Καγκελλάριοι οἱ ἐν καγκέλλῳ ἑστῶτες. Fores enim veterum fuere cancellatæ, ex lignis reticulatim compositis textæ. Aristoph. Scholiast. ad Vesp. Κιγκλὶς ἡ θύρα τοῦ δικαστηρίου, ἣν καὶ καγκελλωτὴν καλοῦσι. Pollux. *lib.* 8. αἱ μὲν οὖν δικαστηρίων θύραι κιγκλίδες ἐκαλοῦντο, ἃς οἱ Ῥωμαῖοι καγκελλωτὰς λέγουσι. Id munus veró cujusmodi fuerit, luculenter describit Agathias *lib.1.* ubi refert, Narsen Ducem Justiniani, qui in Italia contra Gothos bellum ge- 5
rebat, Ravennam aliquando venisse, solis famulis suis comitatum, ac satellitibus, & iis, quos ὑπηρέταις & ministros τῆς ἀρχῆς dicimus, præcipuumque eorum munus fuisse, ut ad cancellos hærerent, admissiones curarent, & ne quid tumultus, ut fieri solet, in turba audiretur, prospicerent, ex quibus jam liquet manifestò, cur Flavius Vopiscus *in Carino* rem indignam & fœdam fuisse pronunciet, quòd Carinus Imperator præfecturam urbis uni ex Cancellariis suis commendâsset. Præfectum urbi, *inquit Vopiscus*, unum ex Cancellariis suis fecit: quo fœdius ne cogitari potuit aliquando, nec dici, ad quæ verba Isaacus Casaubonus *in Notis ad Vopiscum* notat, vocem Cancellariorum non admodum antiquam, nec multò ante Vopisci tempora ceptam usurpari. Accessit postmodum aliquid dignitatis huic generi hominum, sed multò post Carini & Vopisci tempora, ut patet ex Cassiodoro *in Formula Cancella-* 6
riatus libro XI. ex quo apparet, ipsius ætate Cancellarium, non ut olim ostiarii munus sustinuisse, verùm ex parte etiam eorum, qui hodie in aulis Principum à secretis nominantur, & à libellis supplicibus. Præfectum quoque urbi Cancellarios cum scribis in officio habuisse, indicare videtur, antiquum Edictum ex antoritate Turcici Aproniani Præf. Vrb. propositum, quod exstat apud Brissonium *lib. 3. de Formulis.* Vide Joh. Kirchmannum *de Annulis cap 9 per tot.* In imperio orientis etiam 7
Quæstori suos fuisse Cancellarios, apparet ex *Nov. X. Constantini Tom. II. Juris GræcoRomani p. 134.* In Constitutionibus Caroli Magni Cancellarius simpliciter pro scriba & actuario usurpatur. Ut nullus Can- 8
cellarius pro ullo judicato aut scripto aliquid amplius accipere valeat, nisi dimidiam libram argenti de majoribus scriptis, vide *c. 12. inter Capitula Lotharii I. Imp. Aug.* apud Goldastum *tom. 3. Constit. Imp. p. m. 269.*

Postmo-

Poſtmodum ſub noſtris Impp. ut & ſub Regibus Francorum eò aſcen-
9 dit Cancellarii dignitas, ut,quo munere olim apud Romanos Quæſtor Sacri Palatii, vel Logotheta apud Conſtantinopolitanos, eodem hodie in aulis Principum & Regum utatur Cancellarius : qua voce etiam λογοθέτην interpretatur Nicetas Choniates *lib. VII. de rebus geſtis Manuelis Comneni*, ubi tradit, Fridericum I. Imper. Epiſcopo Moguntino Cancellario ſuo, cum magnis copiis miſſo urbes Italicas, à Papa avulſas, ſine ullo metu ſubegiſſe. Vide Hincmarum *Ep. 2. c. 16.* ibi : Apocriſiarius, quem noſtrates Capellanum, vel Palatii cuſtodem appellant, omnem clerum Palatii ſub cura & diſpoſitione regebat : Cui ſociabatur ſummus Cancellarius, qui à ſecretis olim appellabatur, erantque illi ſubjecti prudentes & intelligentes & fideles viri, qui præcepta regia , abſque immoderata cupiditatis venalitate ſcriberent, & ſecreta illis fideliter committerent.

10 Cæterùm, ut ad rem ipſam accedamus, unde paululùm digreſſi, conſtat ex veteris ævi ſcriptoribus, antiquis temporibus ante promulgatam A. B. Caroli IV. magna diſſidia inter Electores Imperii de præcedentia & ſeſſione fuiſſe. Expreſsè præ cæteris id teſtatur Dubravius Olomuzenſis Epiſcopus *lib. 22. Hiſtoriæ Bojemicæ*, verba ejus hæc ſunt : Euſque ambitio illorum etiam Principum, qui ſe Electores vocant, exarſerat, ut primum ſibi quiſque locum, præcipuamque authoritatem in eligendo, aſſidendoque vindicaret, nedum ut alius alium in honore deferendo præveniret, unde ſimultates inter illos, & aliquoties cædes ex domeſtico illo diſſidio ſuſcitabantur. Approbante igitur Senatu Principum frequentiſſimo, decretum Carolus promulgavit, quo gradus poteſtatesq; Principum & aliorum ordinum ita diſcrevit, ut nullus de jure ſuo , tanquam imminuto,queri potuerit , ſed contrà potiùs, ut tenuiores cum potentioribus ſe quodammodo æquari gaviſi fuerint. Sic item vetera Cæſarum de eligendo Rege Romanorum placita renovavit, ut in hodiernum diem Carolina ſanctio, de mandandis ſuffragiis , ſola apud Principes vireat vigeatque. *Hucusque Dubravius d. l.* Has controverſias de Seſſione & Præcedentia , ut rectè notatum à Dubravio *d. l.* compoſuit Carolus IV. in Aurea Bulla. Et quidem de Eccleſiaſticorum Electorum Seſſione , de qua hoc capite acturi, Caro-

Carolus IV. inclitæ recordationis *in cap. 3 d. A. B.* hæc dispoſuit, quòd Moguntinus in ſua diæceſi & provincia & extra ſuam provinciam in toto ArchiCancellariatu ſuo Germanico, excepta Colonienſi provincia, 11
in dextro latere Cæſaris Romani Seſſionem ſuam obtinere debeat, vice verſa Colonienſis in ſua provincia & diæceſi, & extra provinciam in tota Italia & Gallia in dextro latere ſedere debeat. Ex quibus apparet, controverſias olim ea de re inter Moguntinum & Colonienſem fuiſſe. Trevirenſis verò Elector ex oppoſito & lineari directione verſus Imperatoris faciem *ſtracks gegen eines Keysers angesicht über* Seſſionem ſuam occupat. Dubium cuipiam videri poſſet, cur Trevirenſis locum & vocem in Senatu Electorum habeat, cùm tamen non Germanis, ſed Gallis annumeratus fuerit; Gallis verò jus Comitiorum non competiiſſe ab antiquo, probat Aurumæus *in tr. de Comitiis Imperii c. 4. n. 6. & ſeqq.* ita Salvian. *lib. 6. de provident. DEi.* Expugnata eſt quater urbs Gallorum Treviris opulentiſſima, Regino *lib. 2. Ann. 882. in Chron.* Trevirim nobiliſſiman Galliarum civitatem appellat. Aſt notanter Abbas Stadenſis *in Chron. ad An. 1240.* Trevirenſis, *ait*, licèt de Alemannia non ſit, tamen ratione antiquitatis eligit. Equidem, dum Trevirenſis ArchiCancellarius per Galliam audit, ut modò monuimus, notandum Galliæ appellatione venire non ipſam Franciam Occidentalem, ſed ſolam Belgicam eoque quum Anno 1357. Trajecti ad Moſam tabulæ Cæſareæ conficerentur, ſubſcriptum eſt. Vice Reverendi in Chriſto Patris Boemundi Trevirenſis ArchiEpiſcopi S. R. I. per Galliam & regnum Arelatenſe ArchiCancellarii recognovi, Rudolphus de Fridenberg. Gewoldus *l. de Septemviratu n. 47. p. 112.* Verùm de Seſſione Eccleſiaſticorum Electorum audiamus ipſum Carolum IV. Imp. Glorioſiſſimum *in d. A. B. c. 3.* ibi:

In Nomine Sanctæ & inconvulſæ Trinitatis feliciter, Amen. 12
Carolus Quartus, divina favente clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam decor & gloria ſacroſancti Romani imperii & honor Cæſareus, & Reipublicæ grata compendia, venerabilium & illuſtrium Principum Electorum concordi voluntate foventur, qui velut columnæ proceres ſacrum ædificium circumſpectæ prudentiæ ſolerti pietate ſuſtentant, quorum præſidio dextra imperialis potentiæ roboratur. Et quantò mutui favoris ampliori benignitate ſtringuntur, tantò uberioris pacis & tranquillita-

tis commoda feliciter profluunt, populo Christiano. Ut igitur inter Venerabiles Moguntinensem, Coloniensem, necnon Trevirensem, ArchiEpiscopos, Sacri imperii Principes, Electores omnium litium & suspectuum, quæ, & qui de prioritate, seu dignitate Sessionum suarum in Curiis imperialibus, & Regalibus suboriri valerent, in posterum, perpetuis in antea temporibus amputentur, & ipsi in cordis & animorum quieta conditione manentes, & de opportunitatibus sacri imperii concordi favore, & virtuosæ dilectionis studio convenientiùs meditari valeant, pro consolatione populi Christiani habita deliberatione, cum omnibus Principibus Electoribus, tàm Ecclesiasticis, quàm secularibus, & de ipsorum consilio decernimus, & de Imperatoriæ potestatis plenitudine, hac edictali lege perpetuò valitura sancimus. Quòd supradicti venerabiles ArchiEpiscopi, Trevirensis videlicet ex opposito lineari directione, versus Imperatoris faciem; Moguntinensis verò in suis in diæcesi & provincia, & extra provinciam suam in toto ArchiCancellariatu suo Germanico, provincia Coloniensi duntaxat, & demum Coloniensis in suis diæcesi & provincia, & extra provinciam suam in tota Italia & Gallia, in dextro latere Romanorum Cæsaris, sedere possint, valeant, & debeant, in omnibus publicis actibus imperialibus, puta judiciis, collationibus Feudorum, & in refectionibus Mensarum, ac etiam in consiliis, & omnibus aliis agendis, propter quæ contingit, seu continget, eos pro honore seu utilitate imperiali tractandis, mutuò convenire. Et hunc modum Sessionis sub omni eo ordine, sicut expressum superiùs, ad prædictorum Coloniensis, Trevirensis, & Moguntinensis Archiepiscoporum successores perpetuò extendi volumus, ut nullo unquam tempore super his quævis dubietas generetur. *Hactenus verba Aureæ Bullæ.* Equidem hanc dispositionem hodienum ad unguem servari, ex Actis Comitiorum patet, ubi ordo sedendi in consultationibus hic est:

| Palatinus | Boemiæ Rex | Moguntinus |

| IMPERATOR |

| Coloniensis | Saxo | Brandenburgicus | Trevirensis. |

23 Porrò, quoad ordinem Processionis inter Electores Ecclesiasticos, hæc disposita *in d. A. B. Caroli IV. Rom. Imperat. cap. 21.* leguntur. ibi:

Quoniam autem superiùs in principio constitutionum nostrarum præsen-

præsentium, circa ordinationem Ecclesiasticorum Principum Electorum, in consilio & in mensa, vel aliàs, quotiens imperialem Curiam celebrari, seu Principes Electores deinceps cum Imperatore vel Rege Romanorum congregari contigerit, sufficienter duximus providendum, super qua priscis audivimus temporibus pluries disceptatum, expedire credimus etiam, processionis & deambulationis inter eos ordinem diffinire. Quapropter hoc Imperiali edicto decernimus, ut quotienscunque in congregatione Imperatoris, vel Regis Rom. & Principum prædictorum, Imperatore vel Rege ipso deambulante, insignia ante faciem suam portari contigerit, Archiepiscopus Trevirensis in directa diametrali linea ante Imperatorem vel Regem transeat, illique soli medii inter eos ambulent, quos imperialia vel Regalia continget insignia deportare. Dum autem Imperator vel Rex absque insigniis eisdem incesserit, extunc idem ArchiEpiscopus Imperatorem vel Regem præfato modo præcedat, Ita ut nemo penitùs inter eos medius habeatur, aliis duobus ArchiEpiscopis Electoribus loca sua juxta distinctionem provinciarum suarum, circa Sessionem superiùs declaratam, etiam circa processionem perpetuò servaturis.

Porrò de Sessione & accubitu Electorum ad mensas sequentia disposita exstant *in Capite 28. §. 3. A. B. Caroli IV.*

Infra Sessionem imperialem mensæ pro septem Principibus Electoribus Ecclesiasticis, & secularibus præparentur, tres videlicet à dextris, & tres aliæ à sinistris, & septima directè versus faciem Imperatoris vel Regis, sicut superiùs *in Capitulo de Sessionibus & ordine Principum Electorum* per nos est clariùs definitum: ita etiam, ut nullus alius, cujuscunque dignitatis, vel status exsistat, sedeat inter ipsos, vel ad mensas eorum.

Mensæ igitur, eo tempore, quo septem erant Electores, ità locabantur;

Mensa Imperatoris

Mensa Moguntini.

Mensa Coloniensis; *nota, si convivium hoc exhibebatur in Diœcesi & provincia Coloniensi, Coloniensis mensa ita locari debebat*

Mensa Regis Bohemiæ | *bebat, ut ad dextram Imperatoris loco primo, & eo casu Moguntini ad sinistram A. B. cap. 3. §. 2, cap. 4. §. 1.*

Mensa Trevirensis

Mensa Comit. Palat. Rheni.

Mensa Ducis Saxon. Elect.

Mensa Elect. Brandenburg.

Hodiè aucto Electorum numero, octo mensæ pro illis parantur, & ordine sequenti collocantur;

Mensa Imperatoris.

Mensa Moguntini. | Mensa Coloniensis; *ubi distinctio A. B. d. c. 3. ¶. 2. cap. 4. ¶. 1. modò adducta locum adhuc habet.*

Mensa Bohemi.

Mensa Bavari. | Mensa Elect. Saxon.

Mensa Brandenburgici. | Mensa Eelect. Palatini.

Vid. Ioh. Limnæ. *in observ. ad A. B. Caroli IV. ad Cap. 28. §. 3. observ. 2. & 3.*

Quod ordinem Processionis inter Electores attinet, ea de re modò adduximus verba *Caroli IV. in A. B. c. 21.* Equidem modernas Processiones ita repræsentat Dn. Dietericht *in not. ad A. B. tit. 22. verbo, deportare pag. 81.*

Trevirensis
gestat typarium Regni Arelatensis
in Gallia.

Palatinus cum Corona aurea. | Brandenburgicus cum Sceptro, | Saxo cum ense. | Bavarus cum pomo aureo.

Imperator

Coloniensis cùm typiario Regni Italiæ. | Augustali veste amictus. | Moguntinus cùm typiario regni Germaniæ.

Rex Bohemiæ
Imperatrix
&c.

Hic tamen notari debet, pro diversitate provinciarum, juxta caput 3. A. B. Moguntinum cum Coloniensi variare latera Imperatoris, & occupare alterutrum modò dextrum, modò sinistrum, prout paulò antè notatum. Cæte-

Cæterùm, antiquitus receptum, ut in electione Imperatoris 14
primum olim suffragium Moguntino, ceu Germaniæ, alterum Trevirensi ArchiEpiscopo, velut Galliæ ArchiCancellario tribueretur, testatur id ipsum Wippo Capellanus *in vita Conradi Salici Imp. in cap. de electione Regis,* ibi; ArchiEpiscopus Moguntinus, cujus sententia ante alios accipienda fuit, rogatus à populo, quid sibi videretur, laudavit & elegit Chunonem. Et Fridericus primus Imperator in Rescripto ad Principes Imperii, Ann. MCLVIII. hisce verbis; Electionis primā vocem Moguntino ArchiEpiscopo; deinde, quod superest, ceteris secundùm ordinem Principibus recognoscimus &c. apud Radevicum Canonicum Frisingensem *lib. 1. de Gestis Friderici Imp. c. 16.* & Guntherum *lib. 6. Ligurini*, adstipulantur hisce Auctor Chronicæ Coloniensis *in Pagino,* Lambertus Schafnaburgensis Monachus *in Gestis Germanor. An. 10..* Otto Frisingensis Episcopus *lib. 4. de Gest. Friderici Imp. c. 16.* Johan. Aventinus *lib. 7. Annal. Bojor. fol. 758.* Alb. Krantzius *lib. 8. Saxoniæ cap. 21.* Cyriac. Spangenbergius *in Chron. Mansfeldens. cap. 188* & Ecko de Repkaw *lib. 3. Specul. Saxon. artic. 57* In Principis electione primus erit Episcopus Moguntinensis; secundus Trevirensis; tertius Coloniensis ac Auctor deß Keyserlichen Landes und Lehen Recht *lib. 1. cap. 29.* ibi: der Bischoff von Meintz ist Cantzler in Teutschen Landen/ der hat die erste Stimme an der Wale; der Bischoff von Trier die ander: der Bischoff von Cölln die dritte. Postmodum decanatu in Moguntinum confirmato, honos rogandi sententias eidem competiit, primum verò votum Trevirensi, alterum Coloniensi adscriptum fuit, Aen. Sylvius *in Germ. c. 30.* Petr. de Andlonn. Canonicus Columbariensis *lib. 2. de Rom. Imp. c. 2.* Auctor des Außführlichen Berichts/ wie es auf Reichstagen pflegt gehalten zu werden/ *cap. 6.* Sed quæritur hoc loco non immeritò; *quam ob causam quæsve rationes in A. B. Carolo IV. c. 9. Trevirensi ArchiEpiscopo* 15
prima vox, ante Coloniensem tributa, eidemq; competat? Adde; *eundem Trevirensem Electorem ex opposito & lineari directione versus Imperatoris faciem Sessionem suam occupare?* Et verò duplex hujus tam insignis præeminentiæ Trevirensis Electoris præ Coloniensi, ratio reddi potest. Prima est, quòd Gallia ante Italiam, cujus ArchiCancellariatum gerit Coloniensis, imperio Germanico accesserit, & proinde eo nomine dignior haberi cœperit. Theod. Gothofredus *in tract. de la preseance des Roys de France sur les Roys d' Espagne c. 1. in annotat. lit. c. fol. 13.* Præter hanc politicam

politicam rationem prioritatis in imperio & alia ratio sese offert, scilicet
16 quia Trevirensis Ecclesia major natu vel antiquior sit Coloniensi; quippe ab ipso D. Petro Apostolorum Principe fundata, per S. Martialem, unum è septuaginta discipulis, prout veterum monumenta abundè testantur, & in hac ipsa præcedentiæ caussa refert Albertus Stadensis *in Chron.*
17 *Anno 1240.* Krantzius *lib. 8. Metropol. Saxoniæ c. 5.* Hinc Secunda Roma appellatur, ipseque ArchiEpiscopus hæres Petri vicarius & Primas cis Alpes constituitur à Friderico Imperatore in pragmatica ad ArchiEpiscop. Trevirens. *§. 9. & seqq.* apud Johannem Wolffium *Lect. memorab. & reconditar. cent. 1100.* & Goldast. *in Collect. Constitut. Imperial. tom. 1. fol. 264.* Id. *lib. 1. de Majoratu c. 20. n. 15.*

Porrò, inter ipsos Electores Ecclesiasticos gravissima de Sessionis prærogativa dissidia olim fuisse, non modò ex pluribus A. B. Caroli IV. locis non obscurè colligere licet, sed & historici Germanici passim testantur, ita inter Electores Moguntinum & Coloniensem acriter olim de Sessione & præcedentia disceptatum, quorum uterque dextrum
18 Imperatoris latus sibi deberi contendebat, uti patet ex M. Alb. Argent *tom. 2. p. 116.* Solemnitas, *inquit*, nuptiarum (scilicet quas Henricus VII. filio suo celebravit) Spiræ paratis sedibus propter antiquam contentionem Mog. & Coloniensis, quorum quilibet ad dextram Principis sedere voluit, est interturbata. Idem memorat Cuspianus in Henrico VII. *p. 363.* Aliud exemplum ejusdem controversiæ exstat apud Aventinum *lib. 7. Annal. Boi. fol. 518*, quod sub Alberto Imp. contigit. Noribergæ. Eidem Moguntino controversiam de Sessionis prærogativa movit Abbas Fuldensis, Naucler. *vol. 2. generat. 36.*
19 Coloniensi quoque Electori ratione præcedentiæ se opposuit idem Abbas Fuldensis, inter eosque contentio fuit de Sessione ad sinistram Imperatoris, quam controversiam latè exposuit Albertus Crantzius. *lib. 6. Saxoniæ c. 46.* adde Spangenb. *in Chron. Mansf. c. 223.* M. Crusium *lib. 11. p. 2. c. 14.* Munster. *l. 3. Cosmog. c. 79.* & Joh. Wolff. *Cent. 15 Lect. memorab. & recondit. f. 973.*

CAP.

CAPUT XIII.

De secularium Electorum S. A. I. Præeminentia, Sessione, & præcedentia.

SUMMARIA.

1. *De Sessione Secularium Electorum adducuntur verba Aureæ Bullæ Caroli IV.*
2. *Quis Ordo Processionis inter Electores seculares observetur, ex eadem A. B. proponitur.*
3. *Refutatur opinio Michaelis Beutheri, patris, & Joannis Michaelis Beutheri filii, existimantium, olim inter Electores primum obtinuisse locum Brandenburgensem.*
4. *Inter Electores seculares primum locum occupat Bohemus, cui ante A. B. postremus locus tributus fuit.*
5. *An Rex Bohemiæ hodie sessionem & votum in Comitiis habeat? disquiritur.*
6. *Post Bohemum proximum inter seculares Electores locum occupat Elector Palatinus Rheni.*
7. *Afferuntur rationes ex Marquardo Frehero, ob quas Palatino primus post Bohemum locus, præ reliquis Electoribus assignatus.*
8. *Probatur, Palatinorum Comitum dignitatem sub Franciæ insignem fuisse.*
9. *Palatini Comites ex veteri & legitima Pipinorum prosapia perpetua serie descendunt.*
10. *Evincitur Palatinatus Rheni appellationem non ita veterem esse.*
11. *Quanam potentia Comitum Palatinorum Rheni olim fuerit, exponitur.*
12. *Probatur, Electorem Bavariæ hodie in Comitiis Imperii eam Sessionem obtinere, quæ olim Palatino competiit.*
13. *Elector Palatinus quoad Sessionem in Comitiis Imperii hodie ultimum inter Electores locum occupat.*
14. *Serenissimus Elector Brandenburgicus hodie quoad Sessionem præfertur Palatino, & referuntur formalia protestationis, ratione loci honoratioris interpositæ à Legato Brandenburgico, die 18 Junii Anno 1653.*
15. *Quamnam sessionem occupet Elector Saxoniæ, exponitur.*

16. *Quænam controversia Sessionis inter Fridericum Saxoniæ & Ericum Ducem Lauenburgensem intercesserit, proponitur, & referuntur hac de re verba Epistolæ Sigismundi Imp. ad patres Synodi Basileensis.*

17. *In processione & ingressu Imperatoris hactenus observatum fuit, quòd Equitatus Electoris Saxoniæ primum locum tenuerit, hunc Palatini; deinde Brandeburgici Electorum, postremò Moguntini, Trevirensis, & Coloniensis, Archiepiscoporum equitatus sequeretur.*

18. *Adducitur notabile Romani Imperii Principum Electorum Rescriptum ad Cæsarem Carolum V. Anno 1530. de Egressu & Ingressu Principum, & simul subjicitur Caroli V. Imperatoris declaratio ad prædictum Electorum Rescriptum.*

19. *Agitur de controversia præcedentiæ inter Equites Saxonicos & Ducis Clivensis, quando Carolus V. Aquisgranum petiit.*

20. *Evincitur, alium ordinem sedendi inter Electores obtinere in electione Romani Regis, alium in Comitiis Imperii observari.*

21. *Hodie in Comitiis Imperii observatur, ut Electores & Principes in persona ordine posteriores, præcedant Legatos ordine priorum, exceptis Domus Austriacæ, Burgundicæ & Salisburgensis Legatis, qui ipsis Principibus in persona præsentibus præferuntur.*

22. *In nuperrimis imperii Comitiis de Anno 1654. Princeps & Elector Palatinus Carolus, cum absentes essent cæteri imperii Electores, Electorum Coloniensis, Bavari, & Saxonis Legatis prælatus fuit, frustra contradicente Legato Hispanico.*

23. *Hanc eminentiam Bizantini Magistri ordinis Teutonici Legati quæsiverunt in Comitiis de Anno 1641. Ratisbonæ habitis, in decreto Cæsareo iisdem denegata fuit.*

1 ORdo postulat, ut posteaquam de Ecclesiasticorum Electorum Sessione diximus, modò de Secularium S. R. I. Electorum præcedentia quædam in medium afferamus, qua de re hæc disposita leguntur in Cap. 4. A. B. Caroli Quarti.

Statuimus insuper, ut quotiescunque imperialem Curiam, ex nunc, ut antea celebrari contigerit, in qualibet sessione videlicet, tam in consilio, quàm in mensa, & locis aliis quibuscunque, ubi Imperatorem, vel Regem Romanorum, cum Principibus Electoribus sedere continget, à dextro latere Imperatoris, vel Regis Romanorum, immediatè post ArchiEpiscopum Moguntinensem vel Coloniensem, illum vide-

videlicet, quem tunc temporis pro qualitate, locorum, & varietate provinciarum, juxta privilegii sui tenorem, dicto lateri dextro Imperatoris assidere contigerit, Rex Bohemiæ, cùm sit Princeps coronatus & unctus, primum, & post eum continuò Comes Palatinus Rheni secundum sedendi loca debeant obtinere. Ad sinistram veró partem immediatè post illum, quem ex prædictis ArchiEpiscopis in latere sinistrô sedere continget, primum locum Dux Saxoniæ, & post eum Marchio Brandenburgensis alterum obtinebit. &c.

De ordine verò processionis Principum & Electorum. Secula-
tium hæc habentur, in c. 22. d. A. B. Caroli IV. ibi; 2

Quotiescunque in celebratione Imperialis Curiæ, Principes Electores cum Imperatore, seu Rege Romanorum in quibuscunque actibus vel solemnitatibuss processionaliter ambulare contigerit, & imperialia, vel regalia debuerint insignia deportari, Dux Saxoniæ imperialem seu Regalem ensem deferens Imperatorem seu Regem immediatè præcedat, & inter illum & Archiepiscopum Trevirens. medius habeatur: Comes verò Palatinus pomum imperiale portans, à latere dextro, & Marchio Brandenburg sceptrum deferens, à sinistro latere ipsius Ducis Saxoniæ linealiter gradiantur, Rex autem Bohemiæ Imperatorem seu Regem ipsum immediatè nullo interveniente sequatur.

Hanc verò gloriosissimi imperatoris Caroli IV. dispositionem quoad Sessionem secularium Electorum hodienum in viridi observantia esse, Acta singulorum Comitiorum, etiam nuperrimorum abundè te-
stantur. Nec verò placet Mich. Beutheri patris *in Animadv. hist. c. 13.* 3
n. 37. & seqq. & ibidem Joannis Michaelis Beutheri filii *in Addit, n. 24.* sententia, existimantium olim inter Electores primum obtinuisse locum Brandenburgensem, (2.) Palatinum & (3.) Saxonem, id quod n. 38. comprobare nituntur ex MS. Chronico in Bibliotheca imperiali Viennæ asservato. Idem existimare videtur A Brun. *in triad. Elect. in Catalog. Elect. Palat. Anno 1356.* videtúrque esse de mente Blondi, Platinæ, Polyd. Virg. Mutii, dum primo loco Brandenburgensem nominant.

Cæterùm, argumentum ab ordine Scripturæ depromptum, non concurrentibus aliis, an tutò insistendum in re ejusmodi momenti, dubito, planè contrarium probari poterit ex Aventino *lib. 7. Annal. Bojor. fol. 569.* Goldast. *tom. 3. Constit. Imper.* & Specul. Saxon. *lib. 1. c. 57.* & Landt und Lehn-Recht *lib. 1. c. 29. §. 1.* ubi expressè

habetur, primam vocem Palatino (2.) Saxoni, & (3.) Brandeburgico competere, quos libros tamen A. B. antiquiores esse constat. Verba Speculi Saxonici hæc sunt: An des Keysers wahl / soll der erste seyn der Bischoff von Meyntz / der ander / der Bischoff von Trier / und der dritte der Bischoff von Cölln; unter den Leyenfürsten / ist der erste an der Wahl der Pfaltzgraffe beym Rhein des Reichs Truchseß / der ander der Hertzog von Sachsen / des Reichs Marschalck / der dritte der Marg. Graff von Brandenburg des Reichskämmerer / der vierde der Schencke des Reichs / das ist der König von Böhmen / der hat keine wahl / darumb daß er nicht deutsch ist. Eadem habet Albertus Abbas Stadensis, qui ætate Friderici II. vixit, *in Chronico.* Papa Gregorius insolentias Imperatoris (Friderici II.) contra Ecclesiam metuens *ait*, Principes super electione ulterius sollicitavit, sed nihil profecit, quia quidam Principum ei rescripserunt, non esse sui juris Imperatorem substituere, sed tantùm electum à Principibus coronare. Electio enim ad istos dignoscitur pertinere. Ex prætaxatione Principum & consensu eligunt Imperatorem Trevirensis, Moguntinus, & Coloniensis. Palatinus eligit, quia Dapifer est, Dux Saxoniæ, quia Marscalcus, & Marggravius de Brandeburg, quia Camerarius. Rex Boëmiæ, quia pincerna est, non eligit, quia non est Teutonicus.

Porrò, ut in specie de singulorum Electorum Secularium Sessione agamus, primus locus inter seculares Electores assignatus
4 est Bohemo *in d. cap. 4. A. B. Caroli IV.* olim planè ante A. B. non primum, sed postremum Bohemo locum tributum fuisse, publici juris Scriptores tradunt, & attestatur Albertus Crantzius *lib. 4. Saxoniæ c. 28.* hodie verò, nullam sessionem & votum in Comitiis ha-
5 bere Bohemum, latè ostendit Benedict. Carpzovius *in tract. ad l. Regiam Germ. cap. 5. Sect. 8.* ubi tradit, eum non admitti, præterquam ad electionem novi Regis Romanorum, quamvis Regi Bohemiæ in Comitiis imperii generalibus sessionem ac suffragium competere in Senatu Electorum, statuant Goldastus *in Bohem. lib. 4. c. 5.* & Paurmeisterus à Kochstet. *lib. 2. de Jurisdict. Imper. c. 2. n. 13.* & licét conventui generali ab Imperatore Wenceslao & Statibus imperii Anno 1387. Mergetheimi in Franconia habito Regis quoque Bohemiæ legati interfuerint, prout patet ex Recessu Mergethejmensi de Anno

Anno 1387. apud Lehmannum *lib. 7. Chronici Spirensis c. 48.* attamen hoc constat ab Anno 1470. Reges Bohemiæ non interfuisse Comitiis imperii universalibus, Albertus Crantzius *in Metropol. lib. 8. c. 5.* quinimo postmodum nullibi Recessibus imperii subscripsisse reperitur Bohemus, sex quippe Electorum reliquorum frequenter, ast nulla Bohemiæ Regis in iis mentio facta, unde apparet, Regis Bohemiæ; quin jus Comitiorum non habet, qua de re Arumnæus *de Comitiis Romano-Germanici imperii c. 4. n. 40.* nullam quoque in iis rationem haberi. Adfuit quidem Rex Ferdinandus in Comitiis Augustanis 1530. non ut Elector, sed ut Vicarius imperii, & Rex peregrinus Vngariæ & Bohemiæ, quod innuit Carolus V. Imperator in sua instructione, vers. Cùm Principes Electores &c. quæ exstat apud Arumæum *d. tract. cap. 6. n. 19.* quapropter nec locum à Moguntino alterum, qui Bohemiæ Regi, ut Electori A. B. c. 4. debetur, occupavit, sed è regione solii Cæsareani in Cathedram aureis tapetibus instratam collocatus fuit, ait Cælestinus *20. Junii in Actu Comitiorum.* Arum. *d. tr. de Comit. cap. 17. n. 23.* Post Bohemum proximum inter seculares Electores locum quondam occupavit Elector Palatinus Rheni, qui cæteris Electoribus imperii in sessione prælatus, *Qua verò causa tàm insignis præeminentiæ Palatini præ reliquis S. R. I. Electoribus?* Lubet heic audire præclarè disserentem Marquardum Freherum *in Commentario Originum Palatinorum cap. 15. p. m. 108.* Quin nec illud aliquis miretur, cur post Electores Archiepiscopos, quibus religionis & Ecclesiæ reverentia Principes libenter cesserunt, póstque Regem Bohemiæ (cujus dignitatem & sublimationem recentiorem esse constat) Palatinus primus ordine, & ad dextram Imperatoris collocatus, cæterísque & ipsis majorum gentium Principibus antepositus fuerit. Qui cogitet, saltem ob generis prærogativam Palatinos, utpote sólos é Franco sanguine & Carolina prosapia reliquos, aliquid præ cęteris habuisse. Observavi ipse è veteribus diplomatis Lotharii, Conradi, Ottonum, Henricorum, Fridericorúmque; in enumeratione Principum, qui rei gestæ interfuerint, post Episcopos, Palatinos primo loco ante alios, vel Austriæ, vel quoscunq; Duces collocari solitos. Eum ordinem, qui inter Principes habitus, in Electoribus etiam servari, consentaneum fuit. Jam & Palatina præfectura seu comitiva prætorii, proxima á Rege ipso dignitas fuit. Dapiferia quoque, qua unà cum Rege Bohemiæ epulas Augustas curat,

(margin numbers: 5 beside "Germanici imperii" line; 6 beside "n. 23." line; 7 beside "benter cesserunt" line)

tantò & Mareschalli & Camerarii munere major; quantò majoris apud Regem meriti & fiduciæ, corpus & salutem ejus, quàm satellitiũ aut fiscum sibi creditum habere. Vicariatus quoque ad Rhenum, nobilissimam Germaniæ partem & Romanis Principibus libenter habitatam, longè honestissimus: & amplior quoque latiúsq; patens, quàm Saxonicus. Quantum denique illud, quòd ipsius imperatoris summique Principis non alius, quàm hic ipse Judex esse potuit.
8 *Hactenus Freherus d. l.* Equidem Palatinorum Comitum dignitas sub Francis insignis fuit, penes quos summam imperii universam & administrationem regni resedisse, testantur Eginhardus & Paulus Warnefridus *Longobard. c. 5.* inter hos verò Principem locum obtinuisse Palatinos Rheni, asserit Freherus *in d. origin. Palat. cap. 1. in fin.* Adde Palatinos ipsos ex veteri & legitima Pipinorum prosa-
9 pia, qui apud Francorum primos Reges Merovingos præfecturam Palatii, seu Prætorii Comitivam gesserunt, perpetua serie descendere, uti constans opinio est, & historicorum fide adstruitur, eosdem jam tum ad Rheni ripas longè lateque imperâsse, argumento sunt, quæ Palatinæ veteris familiæ propriæ & patrimoniales ditiones fuere, & adhuc bona ex parte juris Palatini manent: Et hanc illorum ditionem, Rheno ambitam, fortè potiùs respexit Guntherus, illo versu:

———Hermannúsque sacræ Comes inclytus aulæ,
Cujus erat tumido tellus circumflua Rheno.

Non verò negaverim, quòd ab Irenico *in Exeges. lib. 3. cap. 30.* & Munstero *lib. 3. Cosmogr. c. 350.* notatum, Palatinatus Rheni ap-
10 pellationem non ita esse veterem, quippe cujus apud scriptores de temporibus Carolorum nulla facta mentio: sed post imperium demùm ad Germanos translatum, sive Ottonum tempore Palatinos ad Rhenum priùs ferè inauditos inclaruisse; utpote tum munere electoris auctos. Nec de potentia Palatinorum Comitum Rheni dubitandum, quæ terribilis potissimùm fuit eo tempore, quo Otto Ludovici Ducis Bavariæ, (qui circa annum Domini MCXXX. vixit, regnante Friderico II. Imp. cui familiarem illum fuisse, apparet ex ipsius Augusti quâdam super ejus obitu epistola apud Pet. de Vineis
11 *lib. 4. c. 3.*) filius anno Christi MCCXV. (ut notat Aventinus *lib. 7. fol. 529.*) felix illud & auspicatum connubium fecit cum Henri-

ci

ci ultimi Palatini Rheni filia unicâ, non Gertrude (ut Trithemius, Nauclerus, & Irenicus vocant) sed Agnete, (ut rectiùs Aventinus & Freherus, qui ad fidem Archivorum provocat) & Palatinatum dotalem Ducatui Bavariæ patrimoniali insigni accessione conjunxit, quo fœdere in unum coierunt illustrissimæ illæ duæ domus, & amplissimi nobilissimique totius Germaniæ Principatus, Bavaria & Palatinatus Rheni, qua de re exstant veteres versiculi, ad imaginem ejus Ottonis Ludovici F. in aulæ Heidelbergensis cænaculo majori adscripti, quos post Nauclerum *vol. 2. fol. 638.* inseruit Freherus *Origin. Palat.*

Otho der erst Pfaltzgraff bey Rhyn/
Hatt Pfaltzgraff Heinrichs Töchterlin/
Mit mannheit ers also erfecht/
Des Reichs Chur blib seim geschlecht.

Cæterùm, licèt Palatinus Rheni Elector absque ulla controversia, primum post Bohemum locum in Sessione occupavit, prout ex Actis Comitiorum patet, attamen monendum hoc loco, quamnam Sessionem Serenissimus Elector Palatinus hodie obtineat, posteaquam septem Electoribus, Octavus adjectus, prout patet ex Instrumento Pacis Cæsar. Suecico. *Art. 4. §.* belangend das hauß Pfaltz & Electoria dignitas, quę Palatinis competebat, Friderico V. ob motus Bohemicos, & bella contra Imperatorem mota, adempta, & in Bavarum translata fuit. Et verò in Serenissimum Bavariæ Ducem, cum aliis prærogativis, Sessionem, quam olim in Collegio Electorali Palatinus obtinuit, translatam fuisse, constat, qua de re Paulus Piasecius nobilis Polonus & Regni Polonici Senator *in Chronico Gestorum in Europa singularium ad Annum 1623. p.m. 360.* Sed æquè ista, *ait*, atque illa prima pro Palatino rejecta, Imperator vigesimâ quintâ Februarii solenni ritu Ducem Bavariæ Maximilianum Electorem ArchiDapiferum Imperii renunciari fecit per ViceCancellarium Germaniæ, qui disertiori Oratione declaravit, quòd isti Cæsar dignitatem Electoralem Friderico ob sua delicta ademptam, cum jure Sessionis in Collegio Electorum & suffragii in eligendo Imperatore contulerit. Confer Landorpium *in Actis publicis parte 7. p. m. 73. 74. 75. & seqq.* ubi inter alia de solemnitatibus factæ Bavaro investituræ agens hæc memorat: Darauff Herr Reichs Vice

Vice-Cantzler vorige Oration gegen ihre Durchleuch. wiederholet/ und uber vorige motiven auch darumb/ dieweil sie aus dem Geblüt deß Fürstlichen Hauses Pfaltz entsprossen / ex plenitudine potestatis Cæsareæ dieselbe zu des heiligen Reichs Ertztruchsessen und Chur-Fürsten publicè renunciiret, und deroselben vorige dignitates, & prærogativas Electorales, als des Chur Pfaltz Recht / Session, Stimme unnd Wahl abgeredeter masen conferiret, und dieselbe zu leistung der gewöhnlichen Churpflicht angewiesen. Nec verò postmodum, cùm ad instantem & urgentissimam intercessionem Regni Sueciæ & Electorum imperii Palatinus restitutus fuisset, quicquam immutatum reperitur, apparet id manifesto, *ex §. 4. Instr. Pacis Cæs Suecic.* ibi: Et primò quidem, quod attinet Domum Bavaricam, dignitas Electoralis, quam Electores Palatini antehac habuerunt, cum omnibus Regaliis, officiis, Præcedentiis, insigniis, & juribus quibuscunque ad hanc dignitatem spectantibus, nullo prorsus excepto, ut & Palatinus superior totus una cum Comitatu Cham, cum omnibus eorum appertinentiis, Regaliis, ac juribus, sicut hactenus, ita & in posterum maneant penes Dominum Maximilianum Comitem Palatinum Rheni Bavariæ Ducem, ejúsque liberos, totámque lineam Guilhelmianam, quamdiu masculi ex ea superstites fuerint. Porrò, idem patet ex subsequentibus *d. §. 4. Instrumenti Pacis*, ubi dicitur Comites Palatinos nihil juris, quoad dignitatem Electoralem præter simultaneam investituram obtinere debere. Ex quibus apparet, locum il-
13 lum, qui Palatino debebatur, hodie Bavaro competere, & Palatinum ultimum locum inter Electores obtinere, prout ex Concluso Electoris Collegii, Sessionem & prærogativam concernente, apparet, quod Anno MDCLIV. typis commendatum fuit, hinc Brandeburgicus Legatus, cùm ipsi penultimus locus in convivio Regio tributus fuisset, protestatus fuit in Comitiis Imperii Anno 1653. quæ protestatio & reservatio intimata est, ut loquuntur, & exhibita imperatoriæ Majestati & Collegio Electorali à Legato Brandenburgico die 18. Junii Ann. 653. verba quædam ex d. Protestatione subjicere placet, ibi;

Aldieweil wir auch befunden / daß die Tische / so fur die Herrn Chur-Fürsten bey dem Königl. Panquet auf dem Rathhaus alhie gesetzet worden/ in solcher Ordnung gestellet seyn/ da der jenige Tisch vor seine Churfl. durchl. zu Brandenburg gehöret der vierte von Euw. Keys. Mayest. Tafel anzurechnen/ der aber so für ihre Churfl. durchl. dem Herrn

Pfaltz-

Pfaltzgraffen gesetzet der dritte auf der lincken seiten von allerhochged. Ihre Keys. Mayest. Tafel anzurechen ist/ und gleichwol auß dem Instrumento Pacis bekandt/ auch von jetzhöchstged. seiner Churf. durchl. zu Pfaltz offentlich bekandt und gestanden wird/daß Sie der Achte im Churfl. Collegio sey/und ihro also die letzte stelle/Ihrer Churfürstl. durchl. zu Brandenburg aber der locus penultimus unter denen Herrn Churfürsten gebüre und also derselben Tisch auch umb ein grad näher respectivè ihrer Mayest. Tafel/ alß Ihrer Churfürstl. durchl. zu Pfaltz Tisch/ hätte sollen gesetzet werden. Alß haben wir hiemit ausdrücklich verwahren wollen/ daß diese Ordenung und stelle der Tische Seiner Churf. durchl. unserem gnädigsten Herrn/ an derohabenden præcedentz vor Ihr Churfürstl. durchl. zu Pfaltz einiger masen nicht nach dem jenigen/ so das Instrumentum Pacis respectu Octavi Electoratus und also der letzten stelle halber verordnet/ abbrüchig seyn solle &c.

Equidem Palatino postremum locum, in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1653. ab Electoribus determinatum legimus in speculo Speidelii *sub lit. P. n. 14. p. 1009.* ibi: Sintemahl in dem bey jüngst/ im Jahr 1658. zu Münster und Oßnabrück aufgerichtem Friedenschluß/der numerus Electorum vermehret/ und der Octavus Electoratus, auf Maaß und weise in dem Instrumento Pacis enthalten/ inducirt und eingeführet/ und demselben der ultimus locus assigniret worden/ vor der zeit aber also bemeldte letztere stelle in dem Churfürstl. Collegio, des Herrn Churfürsten zu Brandenburg &c. Durchleucht. in sinistro latere,nach Chursachsen/ nunmehr aber bey Einführung des achten Electoratus, penultimus locus in Collegio, und nach den lateribus, der letztere auf der rechten Seiten/ gleich nach Churbayern (zu evitirung der sessionum deformitet) gebühret/ auch angenommen/ und darzu verstanden worden/einfolglich Seiner Churfürstl. Durchleucht. zu Brandenburg auf der lincken seiten gehabter letztere Platz und stelle pro ultimo Octavi Electoratus loco, und die Chur Sachsische in eodem sinistro latere pro antepenultimo zuhalten/ und also ChurBrandenburg und ChurPfaltz beyde extrema utriusque lateris zuschliessen haben darbey einen König zu Bohein. in actibus, wo derselbe in Collegio Electorali , oder sonsten in eigner Person mit den Herren Churfürsten concurriret, an seinem in der Gülden en Bull/ unnd dem herkommen fundirtem jure sessionis & loci, auch dem Herren Chur-Fürsten sambt und jonders/ quoad directorium, ordinem veterum, &

 late-

laterum, hierdurch nicht benommen/ sondern per expressum vorbehalten seyn solle; So hat ein hochlöbl. Churfürstl. Collegium, deß Herren Churfürsten Pfaltzgrafen Durchleucht. ein solches zu begehrter nachrichtlichen declaration, und Erleuterung / hiermit unverhalten wollen/ so geschehen zu Regenspurg/ den 11. Martij, Anno 1653.

Quod Serenissimi Saxoniæ Electoris Sessionem attinet, constat
ex A. B. Caroli IV. c. 4. eundem à sinistro latere Imperatoris & Regis
15 Romanorum post illum, quem ex Moguntinensi vel Coloniensi Electoribus sedere contigerit, primum locum occupare, & post eum Serenissimum Marchionem Brandenburgensem alterum, id quod hactenus immutabiliter observatum fuit, nec verò Saxoniæ Electori in specie cum quopiam Electorum de Sessione litem fuisse legi, præterquam, quòd Legatis Frederici, Saxoniæ tum Ducis, controversia præcedentiæ à
Legatis Principis Erici Duci Lauwenburgensis mota, in Synodo Basi-
16 leensi, hujus enim Legati locum, qui illustrissimo Saxoniæ Duci debebatur, occupare ausi fuere, qua de re exstat Epistola Sigismundi Imperatoris ad venerabiles Patres Synodi Basileensis, apud Goldastum *tom. 3. Constit. Imperial. p. m. 538.* ex qua verba quædam, ad præsens institutum facientia, subjiciemus; ibi;

Sed intellecto ad præsens, quòd quidam Procuratores Illustris Erici Ducis Lauwenburgensis, qui se nominat Saxoniæ Ducem, ac ipsius Sacri Imperii Electorem & Archimareschallum hujusmodi provisionis occasione se de loco illustri Friderico Duci Saxoniæ, sacri Rom. Imperii Archimareschallo, Landgravio Thuringiæ, ac Marchioni Misnensi & Ambasiatoribus ejus debito intromiserint, seque intruserint, in eodem satis nobis illud visum est alienum. Et quia genitorem præfati Frederici, ac deinde ipsum Fredericum de ipso Ducatu Saxoniæ, ac jure eligendi Romanum Principem, ac etiam ipsi Archimarescallatus officio investivimus, cujus investituræ vigore, primùm genitor, ac deinde Fredericus natus ejus, possessionem Principatus Saxoniæ nacti sunt, & deinde perillustres Sacri Rom. Imperii Electores ad jus & exercitium dignitatis & officii Principis Electoris & Archimarescalli similiter recepti sunt, & admissi: non immeritò mansimus admirati de supradicti Ducis Erici, quinimo suorum Ambasiatorum præsumptione, qua possessionem juris & dignitatis apud alium constitutorum ante eventum judicialis arbitrii violenter invadere præsumpserunt. Licèt itaque

cre-

credamus, vestras paternitates nostros & Imperii nostri Principes in vestra dispositissima domo, quantum ad sessionem, incessum, vel aliam exhibitionis reverentiam, non aliter honorare, quàm à nobis & imperii nostri Principibus honorantur, sicut & nos Ecclesiasticos Prælatos secundùm gradus Ecclesiasticarum dignitatum in nostra Curia reveremur: ne tamen in posterum oriatur discordiarum materia præmissa, quamvis undique notoria, vestris paternitatibus duximus intimanda, quatenus prælibata Frederico & ejus Oratoribus honorem Archiprincipi & Electori juxta vestræ provisionis normam impendendum exhibere velitis, prout Nos, Imperii nostri Principes & universi Proceres sibi impendunt. In quo nobis V. P. facient complacentiam multùm gratam. Datum Ulmæ Constantinensis diœcesis, die 19. Julii regnorum nostrorum, Anno Hungariæ XLVIII. &c.

Porrò, in processione & ingressu Imperatoris hactenus observatum fuisse reperio, quòd Equitatus Electoris Saxoniæ primum locum tenuerit, hunc Palatini, deinde Brandenburgici Electorum, postremò verò Moguntini, Trevirensis, & Colcniensis Archi-Episcoporum Equitatus sequeretur, sed cùm ingressus Imperatoris Caroli V. in Moguntini provincia fieret, ejus Equitatus proximus ante Imperator Ingressus, deinde Imp. secutus Equitatus Regis Bohemiæ, demùm Electoris Saxoniæ & subsequentium. Exstat ea de re notabile S. Romani Imperii Principum Electorum Rescriptum ad Cæsarem Carolum V. Anno 1530. de Egressu & Ingressu Principum, apud Melchiorem Goldastum *tom. 3. Const. Imp. p. m. 509.* cujus Rescripti verba dignissima, ut subjiciantur, sunt verò hæc: 17 18

Invictissime Potentissimeque Cæsar, semper Auguste, Domine Clementissime, Nos quatuor Electores, ac Trevirensis & Palatini Electorum Legati Vestræ Majest. in sacro Romano imperio Consiliarii, acceptis literis honorariis, de Egressu & Ingressu agentibus, unanimi consensu totum negotium deliberandum suscepimus, ac, re diligenter pensitata, circumspicere studuimus, qua ratione & via Ingressus ille in honorem Cæs. Majest. fieri posset. Nullam verò viam aptiorem & meliorem reperire potuimus, quàm si in ejusmodi pompa ab Aureæ Bullæ Constitutionibus non discedatur, quam quidem, quoad nostras personas, diligenter ipsi inspeximus, quæ disertis & perspicuis verbis

 expri-

exprimit, ut Cæsarea Majestate vestra præsente, quæcunque etiam negotia tractarentur, nos Moguntinus & Coloniensis Archiepiscopi, utrumque Cæsareæ Majestatis Vestræ latus claudamus, & amicus noster Archiepiscopus Trevirensis proximè ante Cæsaream Majestatem Vestram, hujusq; latus dextrum Palatinus, sinistrum verò Saxo & Brandeburgicus Electores equitando seu gradiendo claudant. Ut autem Aurea Bulla Bohemiæ Regi in processionibus proximum post Cæsaream Majestatem vestram locum assignat, & eundem ordinem in equitando & gradiendo servari jubet, nec quenquam intervenire vult, perspicuis & expressis verbis unumquemque Electorum locum suum immutabiliter obtinere præcipiens, nec ullum Principem, cujuscunque status, dignitatis & gradus sit, illis præferri volens, ita etiam Bohemiæ Regem omnibus aliis Regibus, quacunque dignitate & authoritate emineant, atque polleant, & quascunque ob causas adveniant, immutabiliter præfert & anteponit. Eum igitur, qui Cæsarea Majestate vestra Aquisgranum, inaugurationis & coronationis gratiâ, ingrediente servatus fuit, illum etiamnum, quo ad nostras personas, servandum censemus. Sed quo ad equitatum Electorum, inter cætera annotatum reperimus, quod in prænominato ingressu hic sit servatus ordo, ut meus Electoris Saxoniæ equitatus primum locum teneret, & hunc Palatini, deinde Brandeburgici Electorum, postremò verò Moguntini, Trevirensis & Coloniensis Archiepiscoporum equitatus sequeretur. Eundem ordinem nunc quoque servandum censemus, sic tamen, ut meus, Archiepiscopi nempe Moguntini, equitatus, cùm ingressus in mea provincia fiat, proximus ante Cæsaream Majestatem Vestram ingrediatur. Ac cùm Bohemiæ Rex, docente id Aureâ Bullâ, Cæsaream Majestatem vestram proximè sequatur, ut & equitatus Regius Vestræ Cæsareæ Majestatis equitatum proximè sequatur, æquum esse judicamus. Hac igitur ratione nos Electores & absentium Legati, nisi Cæsarea Majestas Vestra diversum senserit, de ordine in ingressu servando, convenimus, hac tamen cautione, ne quid ulli nostrorum, in hoc vel simili casu, per hanc transactionem detrahatur & derogetur.

De reliquorum verò Principum ordine acturi, habita deliberatione, diligenter perpendimus, inter præcipuos imperii Principes, utpote

pote inter Bavarum, & Saxonem, Brandeburgicum & Brunsuigium, *Hessum* & Pomeranum, de sessione, processione, & statione, multos nunc annos variè disceptatum esse, nec in hoc usque tempus, licèt sæpe tentata sit, reconciliationem ullam fieri potuisse. Ac contentiones istæ adeò exarsisse videntur, ut licèt omnes illi Principes præsentes essent, ac inter eos ageretur, omnis tamen actio nostra, infrugifera & irrita esset futura. Cùm igitur facilè colligi possit, ruri inter ipsos contentiones orituras, cujusmodi tumultus ut commodè avertatur, summa necessitas flagitare videtur. Sed huic rei consiliis idoneis, præter Cæsaream Majestatem Vestram plus prodesse nemo posset, cui procul dubio Principes illi obsecuturi essent. Subjectissimè igitur rogamus Cæsaream Majestatem Vestram, ut totius negotii promovendi gratiâ, hanc rem clementissimè consideret, & idoneis ac convenientibus rationibus (quod tamen Cæs. Majest. V. judicio liberum permittimus) cum prænominatis Principibus agat, ut in honorem Vestræ Cæsareæ Majestatis egredientes & ingredientes eum servent in equitando ordinem; qui à Majestate V. præscriptus fuerit, hac tamen interposita cautione, ne qua fraus cujusque privilegiis ac libertati fiat, & hac clementissima pollicitatione addita, Majest. V. statim post ingressum, summam operam daturam, ut dissidentes Principes inter se concilientur. Si igitur Cæs. Majest. V. hoc consilium nostrum probaverit, & quod petimus, agendum clementissimè susceperit: Nos quoque Electores & absentium Legati, operam & studium nostrum Majest. V. vicissim deferimus, ac subjectissimè pollicemur, nos nihil in nobis desiderari passuros, quæ ad tollenda dissidia, conciliandos animos facere, ac, in honorem V. Cæs. Majest. & utilitatem amicorum, patruelium & agnatorum nostrorum cedere posse videntur. Hæc, invictissimè Imperator, Domine Clementissime, ad V. Cæs. Majest. postulata, de egressu & ingressu, diligentissimè & fidelissimè fecimus & consultavimus, sic tamen, ut vel probare vel corrigere ea, Cæs. Majest. V. liberum relinqueremus, subjectissimè petentes, ut Cæs. Majest. V. quid sibi de hac nostra consultatione, & constituto ordine in ingressu servando videatur, clementissimè significare & literis consignatum remittere dignetur, ut, quid nobis, præcipuè verò mihi Johanni Electori Saxoniæ & Archimareschallo de ordine equitandi statuendum & faciendum sit, scire possimus,

simus, nos V. Majest. tutelæ ac defensioni subjectissimè commendantes.

Datum Augustæ
Vestræ Cæs. Majestatis
Subjecti & obedientes in sacro Romano Imperio Consiliarii:

Albertus		
Hermannus		Electores
Joannes &		
Joachimus		
Trevirensis ac Palatini		Electorum Legati.

Digna heic à me æstimata, ut subjiciatur, quæ exstat apud eundem Goldastum *d. tom. 3 p. 510.* ad prædictum Electorum Rescriptum Caroli V. Imperatoris Augusti declaratio.

De ordine Egressus & Ingressus Principum eodem Anno Christi 1530. emissa, Carolus Dei gratia, Romanorum Imperator semper Augustus. Instructio, de quibus Reverendus D. Philippus Episcopus Spirensis, & Albertus, Marchio Brandeburgensis, Ecclesiæ Magdeburgensis & Halberstadensis Coadjutor, ac Guolfgangus Nobilis Comes de Monteforti & Retenfels, Principes, Consiliarii, devoti ac fideles nostri, cum Reverendissimis & Illustrissimis, charissimis amicis, agnatis & patruelibus nostris, Moguntino, Coloniensi, Saxone, Brandeburgico, Electoribus, ac Trevirensis & Palatini Legatis, jam Augustę congregatis, agere & consultare debent.

(1.) Primùm gratiam nostram Cæsaream & amicitiam ac quæq; felicissima illis precari ac deinde recensere debent.

(2.) Nos ipsorum in sacro Romano Imperio Consiliariorum nostrorum literas, nuper Augustæ datas accepisse; cùm verò inter alia in iis mentionem faciant, se, juxta postulatum nostrum, de Egressus & Ingressus negotio agere instituisse, & qua ratione, honoris nostri causâ, primo quoque tempore commodissimè & splendidissimè fieri & administrari singula possent, diligenter animo circumspexisse & consultâsse, ad perficiendæ ejus rei illam viam & rationem sequendam judicâsse,

quæ

quæ in Aurea Bulla præscripta sit & sancita, additis iis omnibus, quæ de Principum Electorum personis expressè in ea dicuntur, & exstant.

(3.) Etsi autem omnia in literis illis comprehensa clementissime intellexerimus & acceperimus, ac ob hanc rem gratiam etiam iis agamus; tamen nos reipsa videre, Ipsos fortasse ignorâsse, vel non satis consideràsse & perpendisse, aut certè nobis non significare voluisse, quòd statim post acceptum à Pontificia dignitate diadema Imperatorium, iter nostrum in sacri Romani imperii nationem germanicam instituere & habere decreverimus, eo potissimùm affectu & voluntate, ut dissensiones, inter ipsos & alios sacri Romani Imperii Ordines vigentes, tolleremus, & ad concordem, Christianum & laudabilem statum singula reduceremus. Quæ ut faciliùs, commodiùs & salubriùs præstare & efficere possemus, Pontificiæ sanctitatis Legatum, cum plenis mandatis nobis adjungendum esse, non tantùm necessarium, verùm etiam utile, futurum arbitrati simus, qui etiam hucusque sit deductus, & eo loco atque honore habitus, quem in Ingressu obtinere debeat. Igitur nos diligenter consideràsse, ne vel secundùm Aureæ Bullæ literam, vel contra eam agentes & procedentes aliqua impedimenta & gravamina, reliquis negociis tractandis & peragendis objiceremus, quæ certè omnibus modis declinare & amoliri simus parati. Igitur nos de Aurea Bulla nequaquam disputaturos, sed, suam dignitatem & locum ut obtineat, operam daturos, ac in eo diligenter elaboraturos esse, ut Ingressus ille in nostrum honorem (cujus rei & ipsos avidos esse, nos nequaquam dubitare & ex literis illud apparuisse) ipsis verò aliisque Ordinibus & Statibus nequaquam in detrimententum, sed potiùs in promotionem, salutem, & utilitatem singulorum, ut etiam omnium nostrorum necessitas flagitare videtur, cedat. Quod hac ratione fieri posse nobis quidem videatur.

(4.) Cùm Principes Electores absentium Legati & alii Imperii Ordines ignorare non possent, quibus negotiis detenti, etiam contra & præter voluntatem nostram, adventum hactenus differre simus coacti, & qua occasione, quibus de causis, & quo denique affectu nunc Imperatorio diademate insigniti, ad vos venire in animo habeamus, facilè etiam eos colligere posse, quòd Illustrissimum Principem Dominum Ferdinandum, Vngariæ & Bohemiæ Regem, dilectum & unicum fratrem

trem nostrum, & nobis absentibus per Imperii fines designatum Legatum, nobiscum esse & manere cupiamus & velimus.

(5.) Cùm etiam jam ex nobis intellexerint, quibus de causis, quaque clementissima voluntate, Legatum nobiscum adduxerimus & retinuerimus, ita ut Pontificiæ sanctitatis à latere Legatus, non tantùm hujus loco & ut peregrinus (quibus tamen præ reliquis honor & reverentia exhiberi meritò solet) adsit: verùm etiam ipsorum & sacri Romani Imperii, præsertim Germaniæ Nationis, gravaminibus & oneribus seriò afficiatur, eaque, ut tollantur, minuantur, & laxentur, omnem diligentiam adhibere velit, quam quidem ob causam nostrâ quidem sententiâ, adventus ipsius gratior acceptiorque esse, & major illi honos atque reverentia exhiberi debeat. Commemoratis igitur de causis, & quod si Pontificia sanctitas & Nos, & alios Principes Legatos nostros mittamus, Pontificiæ sanctitatis Legati semper supremum obtineant locum, & nostri etiam Legati ad ipsos missi omnibus Electoribus, Principibus, & Ordinibus præferantur, Principes Electores in hanc rem haud difficiles futuros, nos sperare. Ad hoc quod Plateæ civitatis Augustanæ, per quas equitare, DEo volente, decreverimus, latæ sint & amplæ, ita ut plures, quàm tres juxtim equitantes facilè capere possint, & magnos ipsi nunc Augustæ sumptus fecerint, priusquam aliis detenti negotiis Augustam adventare & Comitiorum initium facere potuerimus, de qua re & antea ad ipsos scripsimus, ne tempus frustra consumi paterentur, clementissimè postulantes, & causas gravissimas & justissimas, quæ nos moverent, addentes, quas propter temporis angustiam nunc commemorare supersedemus.

(6.) Igitur propter enumeratas causas, & ut adventus noster tam diu desideratus sit honoratior, ipsisque gratificemus & morem geramus, non ex obligatione aut secundùm Aureæ Bullæ sententiam nos assentiri & permittere velle, ut Politici Principes nos proximè antecedant. Ponè verò Patres Purpurati, Archiepiscopi & Episcopi cum Legatis, tres videlicet in Ordine, sequantur, utpote Pontificiæ sanctitatis Nuncius medius inter Galliæ Regis Legatum à dextris, & Archiepiscopum Bremensem, vel alium quempiam Episcopum à sinistris. Deinde Venetorum Legatus inter duos Episcopos medius. Post spiritualium Principum Legatos Mediolani & Ferrariæ Ducum, ac Marchionis Mantuani Legati & alii.

7. Inter

(7.) Inter hos verò duos spiritualium & politicorum Principum Ordines atque Legatos, ut dictum est, Nos cum dilecto fratre nostro, qui, ut antea meminimus, cùm Rex sit Bohemiæ (in qua dignitate nisi constitutus esset, postulare hoc nollemus) latus nostrum dextrum, Legatus verò, ob commemoratas & alias justissimas causas, latus nostrum sinistrum, sub cœlo & inter spirituales ac politicos Principes claudere debeat, ita ut juxta nos Electores equitent, ut Aurea Bulla docet. Deinde, quod ad equitatum attinet, nos velle, ut Ducis Electoris Saxoniæ imperii Archimarescalli equitatus primum in ordine locum obtineat; hunc verò Brandeburgici & Palatini Electorum, atque ita ex ordine Trevirensis, Coloniensis, & Moguntini Archiepiscopi, & post hos Fratris nostri Ferdinandi ac noster proximè nos præcedens, equitatus incedat. Post spirituales verò Principes atque Legatos, stipatores nostri armati sequantur. Ordinem totum Purpuratorum & spiritualium Principum ac Legatorum, deinde Politicorum quoque Principum & aliorum Ordinum equitatus permixtim concludat Oeniponte.

Hactenus declarationis Caroli V. ad Rescriptum Electorum, verba adducere placuit. Equidem quando idem Carolus V. Aquisgranum 19 petiit, inaugurationis causâ, Dux Clivensis Joannes verò Equites adduxerat quadringentos, insigniter armatos, iis contentio multa fuit cum Saxonicis, utri præcederent: ita quidem ut pompam istam, quâ vix ullam Germania viderat illustriorem, nox interpellaret, Sleidan. *de Stat. Relig. lib. 2. p. 37.*

Porrò, ulteriùs monendum hoc loco, alium ordinem sedendi inter Electores obtinere in electione Romani Regis: alium veró observari in Comitiis Imperii, in quibus Moguntinus primam sessionem occupat, ad cujus sinistram sedet Trevirensis primâ, Coloniensis alterâ die. Hi enim duo in imperii conventibus alternatione quadam amicè 20 & pacificè utuntur, Nicol. Mameramus *in tract. de investitura regalium Electoris dignitatis* &c. Mauritii Ducis Saxoniæ &c. Auctor des außführlichen Berichts/ wie es auf Reichstagen pflegt gehalten zu werden/ *cap. 5.* Lehmannus *lib. 7. Chronic. Spirens. cap. 124. n. 6.* Freherus *in comment. de Testament. tut. curaq; Elector cap. 12. n. 16.* quamvis Trevirensis semper primum votum habeat, ad dextram Moguntini sedet Elector Palatinus, post Trevirensem & Coloniensem sedent Dux Saxoniæ, & Marchio Brandenburgensis in sinistro latere, Lehman. *d. l.*

Vice Cantzler vorige Oration gegen ihre Durchleucht. wiederholet und uber vorige motiven auch darumb/ dieweil sie aus dem Geblüt deß Fürstlichen Hauses Pfaltz entsprossen / ex plenitudine potestatis Cæsareæ dieselbe zu des heiligen Reichs Ertztruchsessen und Chur-Fürsten publicè renunciiret, und deroselben vorige dignitates, & prærogativas Electorales, als des Chur-Pfaltz Recht / Session, Stimme unnd Wahl abgeredeter masen conferiret, und dieselbe zu Leistung der gewöhnlichen Churfürstlichen angewiesen. Nec verò postmodum, cùm ad instantem & urgentissimam intercessionem Regni Sueciæ & Electorum imperii Palatinus restitutus fuisset, quicquam immutatum reperitur, apparet id manifesto, *ex §. 4. Instr. Pacis Cæs Suecic.* ibi : Et primò quidem, quod attinet Domum Bavaricam, dignitas Electoralis, quam Electores Palatini antehac habuerunt, cum omnibus Regaliis, officiis, Præcedentiis, insigniis, & juribus quibuscunque ad hanc dignitatem spectantibus, nullo prorsus excepto, ut & Palatinus superior totus unà cum Comitatu Cham, cum omnibus eorum appertinentiis, Regaliis, ac juribus, sicut hactenus, ita & in posterum maneant penes Dominum Maximilianum Comitem Palatinum Rheni Bavariæ Ducem, ejúsque liberos, totámque lineam Guilhelmianam, quamdiu masculi ex ea superstites fuerint. Porrò idem patet ex subsequentibus *d. §. 4. Instrumenti Pacis*, ubi dicitur Comites Palatinos nihil juris, quoad dignitatem Electoralem præter simultaneam investituram obtinere debere. Ex quibus apparet, locum il-
13 lum, qui Palatino debebatur, hodie Bavaro competere, & Palatinum ultimum locum inter Electores obtinere, prout ex Concluso Electoris Collegii, Sessionem & prærogativam concernente, apparet, quod Anno MDCLIV. typis commendatum fuit, hinc Brandeburgicus Legatus, cùm ipsi penultimus locus in convivio Regio tributus fuisset, protestatus fuit in Comitiis Imperii Anno 1653. quæ protestatio & reservatio intimata est, ut loquuntur, & exhibita imperatoriæ Majestati & Collegio Electorali à Legato Brandenburgico die 18. Junii Ann. 653. verba quædam ex d. Protestatione subjicere placet, ibi;

Alldieweil wir auch befunden / daß die Tische / so für die Herrn Chur-Fürsten bey dem Königl. Panquet auf dem Rathhaus alhie gesetzet worden/ in solcher Ordnung gestellet seyn/ da der jenige Tisch vor seine Churfl. durchl. zu Brandenburg gehöret der vierte von Euw. Keys. Mayest. Tafel anzurechnen/ der aber so für ihre Churfl. durchl. dem Herren

Pfaltz-

Pfaltzgraffen gesetzet der dritte auf der lincken seiten von allerhochged. Ihre Keys. Mayest. Tafel anzurechen ist/ und gleichwol auß dem Instrumento Pacis bekandt/ auch von jetzhöchstged. seiner Churf. durchl. zu Pfaltz offentlich bekandt und gestanden wird/daß Sie der Achte im Churfl. Collegio sey/und ihro also die letzte stelle/Ihrer Churfürstl. durchl. zu Brandenburg aber der locus penultimus unter denen Herzn Churfürsten gebüre und also derselben Tisch auch umb ein grad näher respective ihrer Mayest. Tafel/ alß Ihrer Churfürstl. durchl. zu Pfaltz Tisch/ hätte sollen gesetzet werden. Alß haben wir hiemit anstrücklich verwahren wollen/ daß diese Ordenung und stelle der Tische Seiner Churf. durchl. unserem gnädigsten Herzn/ an derohabenden præcedentz vor Ihr Churfürstl. durchl. zu Pfaltz einiger masen nicht nach dem jenigen/ so das Instrumentum Pacis respectu Octavi Electoratus und also der letzten stelle halber verordnet/ abbrüchig seyn solle &c.

Equidem Palatino postremum locum, in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1653. ab Electoribus determinatum legimus in speculo Speidelii *sub lit. P. n. 84. p. 1009.* ibi: Sintemahl in dem bey jüngst/ im Jahr 1658. zu Münster und Oßnabrück aufgerichtem Friedenschluß/der numerus Electorum vermehret/ und der Octavus Electoratus, auf Maaß und weise in dem Instrumento Pacis enthalten/ inducirt und eingeführet/ und demselben der ultimus locus assigniret worden/ vor der zeit aber also bemeldte letztere stelle in dem Churfürstl. Collegio, des Herzn Churfürsten zu Brandenburg &c. Durchleucht. in sinistro latere, nach Chursachsen/ nunmehr aber bey Einführung des achten Electoratus, penultimus locus in Collegio, und nach den lateribus, der letztere auf der rechten Seiten/ gleich nach Churbayern (zu evitirung der sessionum deformitet) gebühret/ auch angenommen/ und darzu verstanden worden/ein folglich Seiner Churfürstl. Durchleucht. zu Brandenburg auf der lincken seiten gehabter letztere Platz und stelle pro ultimo Octavi Electoratus loco, und die Chur Sachsische in eodem sinistro latere pro antepenultimo zuhalten/ und also ChurBrandenburg und ChurPfaltz beyde extrema utriusque lateris zuschliessen haben darbey einen König zu Bohein. in actibus, wo derselbe in Collegio Electorali, oder sonsten in eigner Person mit den Herzen Churfürsten concurriret, an seinem in der Gülden en Bull/ unnd dem herkommen fundirtem jure sessionis & loci, auch dem Herzen Chur-Fürsten sambt und sonders/ quoad directorium, ordinem veterum, &

laterum, hierdurch nicht benommen/ sondern per expressum vorbehalten seyn solle; So hat ein hochlöbl. Churfürstl. Collegium, deß Herren Churfürsten Pfaltzgrafen Durchleucht. ein solches zu begehrter nachrichtlichen declaration, und Erleuterung / hiermit unverhalten wollen/so geschehen zu Regenspurg/ den 11. Martij, Anno 1653.

Quod Serenissimi Saxoniæ Electoris Sessionem attinet, constat ex A. B. Caroli IV. c. 4. eundem à sinistro latere Imperatoris & Regis
15 Romanorum post illum, quem ex Moguntinensi vel Coloniensi Electoribus sedere contigerit, primum locum occupare, & post eum Serenissimum Marchionem Brandenburgensem alterum, id quod hactenus immutabiliter observatum fuit, nec verò Saxoniæ Electori in specie cum quopiam Electorum de Sessione litem fuisse legi, præterquam, quòd Legatis Frederici, Saxoniæ tum Ducis, controversia præcedentiæ à Legatis Principis Erici Duci Lauwenburgensis mota, in Synodo Basi-
16 leensi, hujus enim Legati locum, qui illustrissimo Saxoniæ Duci debebatur, occupare ausi fuere, qua de re exstat Epistola Sigismundi Imperatoris ad venerabiles Patres Synodi Basileensis, apud Goldastum *tom. 3. Constit. Imperial. p. m. 538.* ex qua verba quædam, ad præsens institutum facientia, subjiciemus; ibi;

Sed intellecto ad præsens, quòd quidam Procuratores Illustris Erici Ducis Lauwenburgensis, qui se nominat Saxoniæ Ducem, ac ipsius Sacri Imperii Electorem & Archimareschallum hujusmodi provisionis occasione se de loco illustri Frederico Duci Saxoniæ, sacri Rom. Imperii Archimareschallo, Landgravio Thuringiæ, ac Marchioni Misnensi & Ambasiatoribus ejus debito intromiserint, seque intruserint, in eodem satis nobis illud visum est alienum. Et quia genitorem præfati Frederici, ac deinde ipsum Fredericum de ipso Ducatu Saxoniæ, ac jure eligendi Romanum Principem, ac etiam ipsi Archimarescallatus officio investivimus, cujus investituræ vigore, primùm genitor, ac deinde Fredericus natus ejus, possessionem Principatus Saxoniæ nacti sunt, & deinde perillustres Sacri Rom. Imperii Electores ad jus & exercitium dignitatis & officii Principis Electoris & Archimarescalli similiter recepti sunt, & admissi: non immeritò mansimus admirati de supradicti Ducis Erici, quinimo suorum Ambasiatorum præsumptione, qua possessionem juris & dignitatis apud alium constitutorum ante eventum judicialis arbitrii violenter invadere præsumpserunt. Licèt itaque

etc.

credamus, vestras paternitates nostros & Imperii nostri Principes in vestra dispositissima domo, quantum ad sessionem, incessum, vel aliam exhibitionis reverentiam, non aliter honorare, quàm à nobis & imperii nostri Principibus honorantur, sicut & nos Ecclesiasticos Prælatos secundùm gradus Ecclesiasticarum dignitatum in nostra Curia reveremur: ne tamen in posterum oriatur discordiarum materia præmissa, quamvis undique notoria, vestris paternitatibus duximus intimanda, quatenus prælibata Frederico & ejus Oratoribus honorem Archiprincipi & Electori juxta vestræ provisionis normam impendendum exhibere velitis, prout Nos, Imperii nostri Principes & universi Proceres sibi impendunt. In quo nobis V. P. facient complacentiam multùm gratam. Datum Ulmæ Constantinensis diœcesis, die 19. Julii regnorum nostrorum, Anno Hungariæ XLVIII. &c.

Porrò, in processione & ingressu Imperatoris hactenus observatum fuisse reperio, quòd Equitatus Electoris Saxoniæ primum locum tenuerit, hunc Palatini, deinde Brandenburgici Electorum, postremò verò Moguntini, Trevirensis, & Colonienſis ArchiEpiscoporum Equitatus sequeretur, sed cùm ingressus Imperatoris Caroli V. in Moguntini provincia fieret, ejus Equitatus proximus ante Imperatorem Ingressus, deinde Imp, secutus Equitatus Regis Bohemiæ, demùm Electoris Saxoniæ & subsequentium. Exstat ea de re notabile S. Romani Imperii Principum Electorum Rescriptum ad Cæsarem Carolum V. Anno 1530. de Egressu & Ingressu Principum, apud Melchiorem Goldastum *tom. 3. Const. Imp. p. m. 509.* cujus Rescripti verba dignissima, ut subjiciantur, sunt verò hæc: 17 18

Invictissime Potentissimeque Cæsar, semper Auguste, Domine Clementissime, Nos quatuor Electores, ac Trevirensis & Palatini Electorum Legati Vestræ Majest. in sacro Romano imperio Consiliarii, acceptis literis honorariis, de Egressu & Ingressu agentibus, unanimi consensu totum negotium deliberandum suscepimus, ac, re diligenter pensitata, circumspicere studuimus, qua ratione & via Ingressus ille in honorem Cæs. Majest. fieri posset. Nullam verò viam aptiorem & meliorem reperire potuimus, quàm si in ejusmodi pompa ab Aureæ Bullæ Constitutionibus non discedatur, quam quidem, quoad nostras personas, diligenter ipsi inspeximus, quæ disertis & perspicuis verbis

exprimit, ut Cæsarea Majestate vestra præsente, quæcunque etiam negotia tractarentur, nos Moguntinus & Coloniensis Archiepiscopi, utrumque Cæsareæ Majestatis Vestræ latus claudamus, & amicus noster Archiepiscopus Trevirensis proximè ante Cæsaream Majestatem Vestram, hujusq; latus dextrum Palatinus, sinistrum verò Saxo & Brandeburgicus Electores equitando seu gradiendo claudant. Ut autem Aurea Bulla Bohemiæ Regi in processionibus proximum post Cæsaream Majestatem vestram locum assignat, & eundem ordinem in equitando & gradiendo servari jubet, nec quenquam intervenire vult, perspicuis & expressis verbis unumquemque Electorum locum suum immutabiliter obtinere præcipiens, nec ullum Principem, cujuscunque status, dignitatis & gradus sit, illis præferri volens, ita etiam Bohemiæ Regem omnibus aliis Regibus, quacunque dignitate & authoritate emineant, atque polleant, & quascunque ob causas adveniant, immutabiliter præfert & anteponit. Eum igitur, qui Cæsarea Majestate vestra Aquisgranum, inaugurationis & coronationis gratiâ, ingrediente servatus fuit, illum etiamnum, quo ad nostras personas, servandum censemus. Sed quo ad equitatum Electorum, inter cætera annotatum reperimus, quod in prænominato ingressu hic sit servatus ordo, ut meus Electoris Saxoniæ equitatus primum locum teneret, & hunc Palatini, deinde Brandeburgici Electorum, postremò verò Moguntini, Trevirensis & Coloniensis Archiepiscoporum equitatus sequeretur. Eundem ordinem nunc quoque servandum censemus, sic tamen, ut meus, Archiepiscopi nempe Moguntini, equitatus, cùm ingressus in mea provincia fiat, proximus ante Cæsaream Majestatem Vestram ingrediatur. Ac cùm Bohemiæ Rex, docente id Aureâ Bullâ, Cæsaream Majestatem vestram proximè sequatur, ut & equitatus Regius Vestræ Cæsareæ Majestatis equitatum proximè sequatur, æquum esse judicamus. Hac igitur ratione nos Electores & absentium Legati, nisi Cæsarea Majestas Vestra diversum senserit, de ordine in ingressu servando, convenimus, hac tamen cautione, ne quid ulli nostrorum, in hoc vel simili casu, per hanc transactionem detrahatur & derogetur.

De reliquorum verò Principum ordine acturi, habita deliberatione, diligenter perpendimus, inter præcipuos imperii Principes, utpote

pote inter Bavarum, & Saxonem, Brandeburgicum & Brunsuigium, Hessum & Pomeranum, de sessione, processione, & statione, multos nunc annos variè disceptatum esse, nec in hoc usque tempus, licèt sæpe tentata sit, reconciliationem ullam fieri potuisse. Ac contentiones istæ adeò exarsisse videntur, ut licèt omnes illi Principes præsentes essent, ac inter eos ageretur, omnis tamen actio nostra, infrugifera & irrita esset futura. Cùm igitur facilè colligi possit, ruri inter ipsos contentiones orituras, cujusmodi tumultus ut commodè avertatur, summa necessitas flagitare videtur. Sed huic rei consiliis idoneis, præter Cæsaream Majestatem Vestram plus prodesse nemo posset, cui procul dubio Principes illi obsecuturi essent. Subjectissimé igitur rogamus Cæsaream Majestatem Vestram, ut totius negotii promovendi gratiâ, hanc rem clementissimè consideret, & idoneis ac convenientibus rationibus (quod tamen Cæs. Majest. V. judicio liberum permittimus) cum prænominatis Principibus agat, ut in honorem Vestræ Cæsareæ Majestatis egredientes & ingredientes eum servent in equitando ordinem, qui à Majestate V. præscriptus fuerit, hac tamen interposita cautione, ne qua status cujusque privilegiis ac libertati fiat, & hac clementissima pollicitatione addita, Majest. V. statim post ingressum, summam operam daturam, ut dissidentes Principes inter se concilientur. Si igitur Cæs. Majest. V. hoc consilium nostrum probaverit, & quod petimus, agendum clementissimè susceperit: Nos quoque Electores & absentium Legati, operam & studium nostrum Majest. V. vicissim deferimus, ac subjectissimè pollicemur, nos nihil in nobis desiderari passuros, quæ ad tollenda dissidia, conciliandos animos facere, ac, in honorem V. Cæs. Majest. & utilitatem amicorum, patruelium & agnatorum nostrorum cedere posse videntur. Hæc, invictissimé Imperator, Domine Clementissime, ad V. Cæs. Majest. postulata, de egressu & ingressu, diligentissimè & fidelissimè fecimus & consultavimus, sic tamen, ut vel probare vel corrigere ea, Cæs. Majest. V. liberum relinqueremus, subjectissimè petentes, ut Cæs. Majest. V. quid sibi de hac nostra consultatione, & constituto ordine in ingressu servando videatur, clementissimé significare & literis consignatum remittere dignetur, ut, quid nobis, præcipuè verò mihi Johanni Electori Saxoniæ & Archimareschallo de ordine equitandi statuendum & faciendum sit, scire pos-

 simus,

simus, nos V. Majest. tutelæ ac defensioni subjectissimè commendantes.

Datum Augustæ
Vestræ Cæs. Majestatis
Subjecti & obedientes in sacro Romano Imperio Consiliarii:

Albertus }
Hermannus } Electores
Joannes & }
Joachimus }
Trevirensis ac } Electorum Legati.
Palatini }

Digna heic à me æstimata, ut subjiciatur, quæ exstat apud eundem Goldastum *d. tom. 3 p. 510.* ad prædictum Electorum Rescriptum Caroli V. Imperatoris Augusti declaratio.

De ordine Egressus & Ingressus Principum eodem Anno Christi 1530. emissa, Carolus Dei gratia, Romanorum Imperator semper Augustus. Instructio, de quibus Reverendus D. Philippus Episcopus Spirensis, & Albertus, Marchio Brandeburgensis, Ecclesiæ Magdeburgensis & Halberstadensis Coadjutor, ac Guolfgangus Nobilis Comes de Montesorti & Retenfels, Principes, Consiliarii, devoti ac fideles nostri, cum Reverendissimis & Illustrissimis, charissimis amicis, agnatis & patruelibus nostris, Moguntino, Coloniensi, Saxone, Brandeburgico, Electoribus, ac Trevirensis & Palatini Legatis, jam Augustę congregatis, agere & consultare debent.

(1.) Primùm gratiam nostram Cæsaream & amicitiam ac quæq; felicissima illis precari ac deinde recensere debent.

(2.) Nos ipsorum in sacro Romano Imperio Consiliariorum nostrorum literas, nuper Augustæ datas accepisse; cùm verò inter alia in iis mentionem faciant, se, juxta postulatum nostrum, de Egressus & Ingressus negotio agere instituisse, & qua ratione, honoris nostri causâ, primo quoque tempore commodissimè & splendidissimè fieri & administrari singula possent, diligenter animo circumspexisse & consultâsse, ad perficiendæ ejus rei illam viam & rationem sequendam judicâsse, quæ

quæ in Aurea Bulla præscripta sit & sancita, additis iis omnibus, quæ de Principum Electorum personis expressè in ea dicuntur, & exstant.

(3.) Etsi autem omnia in literis illis comprehensa clementissime intellexerimus & acceperimus, ac ob hanc rem gratiam etiam iis agamus; tamen nos reipsa videre, ipsos fortasse ignorâsse, vel non satis considerâsse & perpendisse, aut certè nobis non significare voluisse, quòd statim post acceptum à Pontificia dignitate diadema Imperatorium, iter nostrum in sacri Romani imperii nationem germanicam instituere & habere decreverimus, eo potissimùm affectu & voluntate, ut dissensiones, inter ipsos & alios sacri Romani Imperii Ordines vigentes, tolleremus, & ad concordem, Christianum & laudabilem statum singula reduceremus. Quæ ut faciliùs, commodiùs & salubriùs præstare & efficere possemus, Pontificiæ sanctitatis Legatum, cum plenis mandatis nobis adjungendum esse, non tantùm necessarium, verùm etiam utile, futurum arbitrati simus, qui etiam hucusque sit deductus, & eo loco atque honore habitus, quem in Ingressu obtinere debeat. Igitur nos diligenter considerâsse, ne vel secundùm Aureæ Bullæ literam, vel contra eam agentes & procedentes aliqua impedimenta & gravamina, reliquis negociis tractandis & peragendis objiceremus, quæ certè omnibus modis declinare & amoliri simus parati. Igitur nos de Aurea Bulla nequaquam disputaturos, sed, suam dignitatem & locum ut obtineat, operam daturos, ac in eo diligenter elaboraturos esse, ut Ingressus ille in nostrum honorem (cujus rei & ipsos avidos esse, nos nequaquam dubitare & ex literis illud apparuisse) ipsis verò aliisque Ordinibus & Statibus nequaquam in detrimententum, sed potiùs in promotionem, salutem, & utilitatem singulorum, ut etiam omnium nostrorum necessitas flagitare videtur, cedat. Quod hac ratione fieri posse nobis quidem videatur.

(4.) Cùm Principes Electores absentium Legati & alii Imperii Ordines ignorare non possent, quibus negotiis detenti, etiam contra & præter voluntatem nostram, adventum hactenus differre simus coacti, & qua occasione, quibus de causis, & quo denique affectu nunc Imperatorio diademate insigniti, ad vos venire in animo habeamus, facilè etiam eos colligere posse, quòd Illustrissimum Principem Dominum Ferdinandum, Vngariæ & Bohemiæ Regem, dilectum & unicum fratrem

trem nostrum, & nobis absentibus per Imperii fines designatum Legatum, nobiscum esse & manere cupiamus & velimus.

(5.) Cùm etiam jam ex nobis intellexerint, quibus de causis, quaque clementissima voluntate, Legatum nobiscum adduxerimus & retinuerimus, ita ut Pontificiæ sanctitatis à latere Legatus, non tantùm hujus loco & ut peregrinus (quibus tamen præ reliquis honor & reverentia exhiberi meritò solet) adsit: verùm etiam ipsorum & sacri Romani Imperii, præsertim Germaniæ Nationis, gravaminibus & oneribus seriò afficiatur, eaque, ut tollantur, minuantur, & laxentur, omnem diligentiam adhibere velit, quam quidem ob causam nostrâ quidem sententiâ, adventus ipsius gratior acceptiorque esse, & major illi honor atque reverentia exhiberi debeat. Commemoratis igitur de causis, & quod si Pontificia sanctitas & Nos, & alios Principes Legatos nostros mittamus, Pontificiæ sanctitatis Legati semper supremum obtineant locum, & nostri etiam Legati ad ipsos missi omnibus Electoribus, Principibus, & Ordinibus præferantur, Principes Electores in hanc rem haud difficiles futuros, nos sperare. Ad hoc quod Plateæ civitatis Augustanæ, per quas equitare, DEo volente, decreverimus, latæ sint & amplæ, ita ut plures, quàm tres juxtim equitantes facilè capere possint, & magnos ipsi nunc Augustæ sumptus fecerint, priusquam aliis detenti negotiis Augustam adventare & Comitiorum initium facere potuerimus, de qua re & antea ad ipsos scripsimus, ne tempus frustra consumi paterentur, clementissimè postulantes, & causas gravissimas & justissimas, quæ nos moverent, addentes, quas propter temporis angustiam nunc commemorare supersedemus.

(6.) Igitur propter enumeratas causas, & ut adventus noster tam diu desideratus sit honoratior, ipsisque gratificemus & morem geramus, non ex obligatione aut secundùm Aureæ Bullæ sententiam nos assentiri & permittere velle, ut Politici Principes nos proximè antecedant. Ponè verò Patres Purpurati, Archiepiscopi & Episcopi cum Legatis, tres videlicet in Ordine, sequantur, utpote Pontificiæ sanctitatis Nuncius medius inter Galliæ Regis Legatum à dextris, & Archiepiscopum Bremensem, vel alium quempiam Episcopum à sinistris. Deinde Venetorum Legatus inter duos Episcopos medius. Post spiritualium Principum Legatos Mediolani & Ferrariæ Ducum, ac Marchionis Mantuani Legati & alii.

7. Inter

(7.) Inter hos verò duos spiritualium & politicorum Principum Ordines atque Legatos, ut dictum est, Nos cum dilecto fratre nostro, qui, ut antea meminimus, cùm Rex sit Bohemiæ (in qua dignitate nisi constitutus esset, postulare hoc nollemus) latus nostrum dextrum, Legatus verò, ob commemoratas & alias justissimas causas, latus nostrum sinistrum, sub cœlo & inter spirituales ac politicos Principes claudere debeat, ita ut juxta nos Electores equitent, ut Aurea Bulla docet. Deinde, quod ad equitatum attinet, nos velle, ut Ducis Electoris Saxoniæ imperii Archimarescalli equitatus primum in ordine locum obtineat; hunc verò Brandeburgici & Palatini Electorum, atque ita ex ordine Trevirensis, Coloniensis, & Moguntini Archiepiscopi, & post hos Fratris nostri Ferdinandi ac noster proximè nos præcedens, equitatus incedat. Post spirituales verò Principes atque Legatos, stipatores nostri armati sequantur. Ordinem totum Purpuratorum & spiritualium Principum ac Legatorum, deinde Politicorum quoque Principum & aliorum Ordinum equitatus permixtim concludat Oeniponte.

Hactenus declarationis Caroli V. ad Rescriptum Electorum, verba adducere placuit. Equidem quando idem Carolus V. Aquisgranum 19
petiit, Inaugurationis causâ, Dux Clivensis Joannes verò Equites adduxerat quadringentos, insigniter armatos, iis contentio multa fuit cum Saxonicis, utri præcederent: ita quidem ut pompam istam, quâ vix ullam Germania viderat illustriorem, nox interpellaret, Sleidan. *de Stat. Relig. lib. 2. p. 37.*

Porrò, ulteriùs monendum hoc loco, alium ordinem sedendi inter Electores obtinere in electione Romani Regis: alium verò observari in Comitiis Imperii, in quibus Moguntinus primam sessionem occupat, ad cujus sinistram sedet Trevirensis primâ, Coloniensis alterâ die. Hi enim duo in imperii conventibus alternatione quadam amicè 20
& pacificè utuntur, Nicol. Mameramus *in tract. de investitura regalium Electoris dignitatis* &c. Mauritii Ducis Saxoniæ &c. Auctor des ausführlichen Berichts/ wie es auf Reichstagen pflegt gehalten zu werden/ *cap. 5.* Lehmannus *lib. 7. Chronic. Spirens. cap. 124. n. 6.* Freherus *in comment. de Testament. tut. curaq; Elector cap. 12. n. 16.* quamvis Trevirensis semper primum votum habeat, ad dextram Moguntini sedet Elector Palatinus, post Trevirensem & Coloniensem sedent Dux Saxoniæ, & Marchio Brandenburgensis in sinistro latere, Lehman. *d. l.*

Cæterùm, ultimo loco notari meretur, quòd hodie in Comi-
21 tiis Imperii observetur, ut Electores & Principes in persona, ordine posteriores, præcedant Legatos Principum ordine priorum, exceptis Domus Austriacæ, Burgundicæ & Salisburgensis Legatis, qui ipsis Principibus in persona præsentibus præferuntur, attestante Dn. Gotlieb de Hagen p.m. Consiliario & Legato quondam Danico, Fautore nostro, dum in vivis erat, honorando, *in Comitiolog. de Anno 1654.* Hujus rei præprimis notabile exemplum se obtulit in Comitiis Imperii nuper-
22 rimis de Anno 1654. ubi Princeps & Elector Palatinus Carolus, cùm absentes essent cæteri Imperii Electores, Electorum Coloniensis, Bavari, & Saxonis Legatis prælatus fuit, frustra contradicente Legato Hispanico, & ex Relatione die 19. Februarii. d. Anni 654. constat, primam sessionem præsentem Electorem Palatinum præ cæteris obtinuisse. Idem Gotlieb de Hagen *d. l.* Hanc Eminentiam Bizantini Magistri Ordinis
23 Teutonici Legati quæsiverunt in Comitiis de Anno 1641. Ratisbonæ habitis, sed in Decreto Cæsareo sub dato 21. Septembris iisdem denegata fuit.

Cæterùm de ordine, qui inter Electores hodiè observandus, notabilis est Collegii Electoralis constitutio, quæ legitur in dem Europæischen neuwen teutschen Floro *pag. 303. & seqq.* quam dignam esse, ut heic legatur, existimamus:

Kundt und zuwissen/daß ein Hochlöbl. Churfürstl. Collegium sich auf heut zu end gesetzetem dato zu erhaltung guter vertraulicher verständnuß und Harmonie/ auch zu verhüt/und vorkommung allerhandt difformitäten, Confusion, und unordnung im Churfürstlichem Collegio, der Session und Præcedentien halber/ nach beschaffenheit der verschiedenen Fälle/ und Umbstände/ eines gewissen durchgehenden modi nachfolgender gestalt mit einander/ beständig/ und richtig/ in freundlicher guter wolmeinung/vereinbahret und verglichen. Anfänglich/ und vors erste/ wann die Hern Chur-Fürsten in Person alle beysammen/ und keine latera gehalten werden/ sondern dieselbe in einer serie nach einander sitzen/ wie sonderlich in der Keyserlichen und Königlichen Wahl in Conclavi geschicht/ so hat es damit seine richtigkeit/ daß ein Churfürst zu Maynß die erste/ Chur Trier und Cölln alternatim, nach ein ander/ die andere und dritte/ Chur Bayern die vierdte/ Chur Sachsen die fünffte/ Chur Brandenburg die sechste/ und nunmehr/ nach besage deß jüngst zu Münster und Osna-

Oßnabrug den 14. 24. Octobris Anno 1648. aufgerichteten Friedenschlusses/ und dabey eingeführten Octavi Electoratus, ChurPaltz die siebende und letztere Stell/ auf Maaß und Weise/ wie daselbst enthalten/ gebühre. Jedoch solches alles auf die jenigen actus allein zuverstehen/ wo ein König in Böhmen nicht erscheinet; Sintemahlen vorverstandener masen/ in actibus Electionis eines Römischen Königs und Keysers/ seine Königliche Würde/ gleich nach denen Geistlichen/ und vor allen anderen Weltlichen Churfürsten/ ihre/ und also die vierdte stelle zunehmen haben. Und auf eben solche Weise/ vorß ander/ soll eß auch gehalten werden wan allein Churfürstliche Gesandten/ und neben ihnen keine Churfürsten in Persohn erscheinen/ oder vorhanden seyn. Wann aber zum dritten/ die gewonliche/ und in der Güldenen Bull fundirte latera, gehalten und gemachet werden/ allermassen ein solches im Churfürstlichen Collegio, ausserhalb deß actus Electionis, wie hieroben vermeldet/ allezeit bräuchlig und herkommens ist/ dieser Unterscheid zu halten/ ob Ihre Majeståth selbst, oder dero Verordneter Commissarius anwesend/ und zugegen oder nicht. Auf den ersten Fall/ und in abwesenheit Ihrer Keyserlichen Majeståth und dero Keyserlichen Commissarien, sogebührt einem Churfürsten zu Trier der Sitz und stelle gerade gegen Ihrer Keyserlichen Majeståth über/ an der seiten aber die erste Stelle Chur Mayntz die zweyte Chur Bayern/ die dritte und letztere zu der rechten seiten eines Römisch. Keys./Chur Brandenburg/ auf der lincken Seiten aber ChurCöllen/ Chursachsen/ und ChurPfaltz alsound dergestalt/ daß beyde Herren ChurFürsten zu Brandenburg und Pfaltz/ die beyden latera schliessen/ und auf denenselben die loca extrema haben; Worbey eß dan bey vorstehenden allgemeinen Reichs Propositionen, und anderen dergleichen Sessionibus publicis, sein ebenmässiges bewenden haben solle/ wie in dem Schemate sub Num. 1. hernach folgend zu ersehen. Auf den Fall aber Ihre Keyserliche Majeståth/ oder dero Verordneter Commissarius nicht selbst gegenwertig/so verbleiben die Sessiones auf der rechten seiten eines ChurFürsten zu Mayntz/wie auch Bayern und Brandenburg/ alß hieroben gemeldet: An der lincken thuen Chur Trier und Cölln miteinander alterniren, die übrige auf selbe Seite gehörige ChurFürsten zu Saxchen und Pfaltz aber in ihren Sessionibus unverückt bleiben. Und solches alles/ wann die Herren ChurFürsten alle in Persohn anwesend/ oder in deren Abwesenheit/ dero Gesandten allein vorhanden seyn; jedoch mit dieser außtrücklichen Bescheidenheit: Wann eß zu denen in

obvermeldtem Münsterischen und Oßnabrückischen Friedenschlusses / und darüber aufgerichten Instrumento Pacis bedingten fall kommen / und der achte Electoratus wieder cessiren und abgehen solte / daß alsdan des Herren Churfürsten zu Brandenburg Durchleuchtigkeit die rechte Seiten wiederumb quitieren / und auf der lincken seite ihre vorige Stell nehmen / hingegen ChurPfaltz auf der rechten Seiten wiederumb occupiren und besitzen soll; und folget nuhn obangezogenes Schema sub Num. 1.

Numero. 1.

Brandenburg.	Bayern /	Mayntz.
	Imperator.	
Cölln.	Sachsen:	Pfaltz.

In denen fällen aber / da sich ein König mit in dem Collegio einfindet / so hat derselbe zwischen Mayntz und Bayern seine stelle zunehmen. Wann aber zum vierdten / theils Churfürsten in Persohn gegenwärtig / theils aber durch ihre gevollmächtigte Gesandten erscheinen / oder zwar anwesend / jedoch Schwachheit / oder anderer Zustände halber / denen actibus tàm publicis, wie hernach folget / quàm Collegialibus, nicht würden beywohnen können / und ihre Räth oder Gesandten schicken / so ist verglichen und abgeredet / daß in eigner Person anwesende Herren Churfürsten / vor der abwesenden / oder außbleibenden Churfürsten Räthen / Gesandten und Botschaften / ob schon sonsten ihre Principaln, da sie gegenwärtig den Vorsitz haben / in ihrer Ordnung gehen / oder sitzen / jedoch aber die latera, mehrer Confusion zuverhüten / nicht geendert / sondern immutabiliter gehalten / und dieses Vorsitzen nur auf eines jeden latus verstanden werden solle / wo aber / wie obgemeldt / keine latera gemachet werden / so sollen die anwesenden Churfürsten in Person in ihrer Ordnung all vor den Gesandten sitzen / die Gesandten aber allererst hernacher ihre Stelle / gleichergestalt / nach der ordnung ihrer Herren Principalen nehmen. Doch soll eß alles / zum fünfften / so wol einem Churfürsten zu Mayntz an seinem führenden Directorio, auch sonsten durchgehend dem ordini votandi, keines wegs nachtheilig / sondern in allewege Vorbehälten seyn / daß die umbfrag respectivè dem alten herkommen nach / unnd Instrumento Pacis gemäß / nemblich Trier / Cölln / Bayern / Sachsen / Brandenburg / Pfaltz / und Mayntz mit seinem voto conclusivo beschehe.

Inmas-

Inmassen dann zum sechsten/ wann/ unnd so offt bey deren Collegialln versamblung/ alwo selbst die latera eben/ wie bey andern Actibus, da Ihre Keyserliche Maiestäth selbst zugegen/ gehalten werden/ vor die vositende Räthe und Gesandten ein absonderliche Banck zugerichtet wird/ die Votanten aber/ ob schon ihre Herrn Principalen selbst vor den andern Legatis Primariis ihren Sitz nehmen/ auf ihren Stellen nacheinander juxta ordinem votorum zusitzen pflegen / damit desto weniger confusion in der Umbfrage entstehe. Jedoch siebendens mit außbedingtem Anhang/ daß gegenwärtiger/ also/ wie ob und hernach stehet/ aufgerichteter Vergleich/ denen Churfürstlichen Gesandten/ an ihrer vor anderen Fürsten in Person gebührender und biß anitz hergebrachter Prærogativ, und zustehenden tractament, unabbrüchig/ und unnachthellig seyn/ weder sie zwischen ihnen und den Churfürsten/ einige Fürstliche Person/ auch der außwärtigen Fürsten und Republiquen Gesandte einzulassen schuldig / nach denen Herren Churfürsten selbst in exercirung ihrer Ertz-Ampter præjudicirlich seyn solle. Und nachdem sich auch zum achten/ Fälle zutragen/ da die Churfürsten / weder in continua serie, noch auch per latera zusammen kommen ; gestalt dann solches in Beleitung Ihr. Keyserl. Maiest. nach der Kirchen / wie auch im reiten nach dem Rath Hause/ zu denen Reichstags Propositionen, und sonsten/ zu zeschehen pflegt/ so haben sich die anwesende Churfürsten/ und der abwesenden Räth/ Gesandten/ und Botschaffter/ dahin mit einander gleichergestalt/ vereinbahret/ und verglichen/ daß auch hierinnen der jenige modus gehalten/ und dann/ was obangezogener Güldenen Bull/ der alten observantz/ und diesem unserm Vergleich/ unnd schon hier bey gemachter Ordnung am ähnlich und nähesten/ auch zuverhütung allerhandt difformitäten, Confusion, und unordnung/ am diensambsten/ nachgefolget werden soll. Und weilen vor diesem/ in Fällen/ da die insignia præferiret worden/ und die Churfürsten alle in Person gegenwärtig gewesen/ diese Ordnung gehalten worden/ daß Chur-Trier gantz voraus allein/ Chur-Sachsen mit dem schwerdt in der mitte/ Chur-Bayern mit dem Reichs Apfel auf der rechten / unnd Chur Brandenburg mit dem Scepter auf der lincken vor Ihrer Keyserlichen Majestäth hergangen/ oder geritten/ Chur-Mayntz aber Ihrer Majestäth auf der rechten/ unnd Chur Cölln zur lincken/ und dann gerade hinter Ihrer Keyserl. Maiest. der König in Böhmen die Stell gehabt/ wie auß nachfolgendem Schemate sub Num. 2. zusehen.

Num. II.

Colon.	Brandenb. cum Sceptro.	
R. Boh. Imp.	Saxo cum Ense.	Trevir.
Mogunt.	Bavarus cum Pomo.	

Vnd aber nunmehr octavus Electoratus, wie hieroben vermeldet/ darzu kommen/ so hat man sich auf jetzgesetzten Fall / wann die insignia vor getragen werden/ und die Herren Churfürsten alle persönlich gegenwärtig/ nachfolgenden Schematis sub Num. 3. im gehen/ oder reiten verglichen/ daß nemblich Chur-Trier voranß / Chur-Bayern mit dem güldenen Apfel hernach in der mitte/ Chur-Brandenburg mit dem Scepter ihm zur rechten/ und Chur-Pfaltz zur lincken in einer Reihe/ hernach Chur-Sachsen mit dem Schwerd allein/ darauff Ihre Keyserl. Majest. und dero zur rechten Chur Maynz/ und zur lincken Chur-Cölln/ folgends der König in Böhmen gehen oder reiten sollen.

Num. III.

Colon.		Palat.	
R. Boh. Imper.	Saxo cum Ense.	Bavar. cum Pomo.	Trevir.
Mogunt.		Brand. cum Sceptro.	

Daferne aber sich begeben würde/ daß Chur-Sachsen das Schwerd Ihr. Keyserl. Majest. allein/ und die übrigen Herren Churfürsten ihre insignia nicht vortrügen / so ist die Ordnung nachfolgendes Schematis sub Num. 4. zuhalten/

Num. IV.

Colon.			Palat.
R. Boh. Imper.	Saxo cum Ense.	Trevir.	Bavar.
Mogunt.			Brandenb.

Doch mit dieser maaß / wofern die Herrn Churfürsten nicht alle in Person zugegen / daß alßdann die insignia nicht durch ihre Gesandten/ sondern durch die Erbämpter/ oder die eß in ihrem abwesen zuverrichten haben/ und zwar so lange Prælatio insignium wehret/ in der Stelle/ und Ordnung / in welcher ihre Principaln, die Churfürsten selbst / da sie zugegen wehren / zu reiten/ oder zugehen hatten / vorgetragen werden sollen / da aber die insignia nicht præferiret werden/ da findet sich zwar/ daß Chur-Trier immediatè vor der Keyserl. Majest. allein/ die übrigen Herrn Churfürsten aber in obvermeldter Ordnung gegangen/ oder geritten/ wie sub Num. 5. folget.

Num. V.

Num. V.

Colon.		Saxo.
R. Boh. Imper.	Trevir.	Bavarus.
Mogunt.		Brandenburgicus.

Weil aber nunmehr bey oblauts eingeführtem Octavo Electoratu, eß sich nicht wol schicken/ und eine zimliche deformität verursachen wurde/ wann die Weltlichen Churfürsten/ alß Bayern/ Sachsen/ Brandenburg/ und Pfaltz/ neben einander reiten oder gehen solten/ so ist vor rathsamb befunden und verglichen worden/ daß der numerus quaternarius zu theilen/ und die sub Num. 6. hernach gesetzete Ordnung gehalten werden solte.

Num. VI.

Colon.		Saxo.	Palatinus.
R. Bohem. Imper.	Trevir.		
Mogunt.		Bavarus.	Brandenb.

Auf den Fall aber/ zum zehenden die Herren Churfürsten nicht alle in Person zugegen/ sondern mit denen selben der abwesenden gevollmächtigte Räthe/ Gesandten und Bottschafften concurriren würden/ so soll eß damit/ gleich wie hie oben gemeldt/ also gehalten werden/ daß denen anwesenden Churfürsten/ je und alleweg/ auf diesem Fall/ vor der abwesenden Gesandten/ deren seyn nuhn viel/ oder wenig/ die obere Stelle/ und prærogativa gegeben/ und der jenige Churfürst/ welcher in seiner Reihen/ Zeil oder Ordnung/ mit anderer abwesenden Churfürstlichen Gesandten concurrirt, vor denenselben den Vorgang/ Rith oder Stell auf der rechten Seiten haben/ und also durchgehend/ eß betreffe auch unter den Herren Churfürsten/ wen eß wolle/ nach besag deß folgenden Auffsatzes sub Num. 7.

Num. VII.

Colon.		Absentis Legat.
R. Boh. Imper.	Trevir.	
Mogunt.		Elector. præs. Legat.

gehalten/ und nach diesem Fuß andere Fälle/ nach deren ereygnung/ reguliret werden sollen. Schließlichen soll eß bey diesem Vergleich in allen seinen Puncten oder Articuln/ nuhn hinfüro also fort/ fest und bestendig/ eß sey dann/ daß von einem gantzen Churfürstlichem Collegio ein anders/ auß beweglichen/ erheblichen Ursachen/ unanimiter statuiret unnd verordnet

ordnet werde/ verbleiben/ die etwa vor der Zeit vorgangene anderweite diversæ observantiæ aber/ keinen auß denen Herren Churfürsten das geringste nicht præjudiciren; dieser Recess, und schiedliche vergleichung auch/ alle Herren Churfürsten/ sampt und sonders/ keinen derselben außgeschlossen/ (ausserhalb den Churfürsten zu Trier/ und seinen Gesandten/ nach besage der Güldenen Bull/ bey denen actibus publicis in sessionibus & processionibus gebührender Stelle) obverstandener massen pariter ex æquo durchgehend begreiffen.

Porrò non prætereundum hoc loco, quis ordo inter Electores observetur, quando se conferunt ad Ecclesiam S. Bartholomæi, audiendæ missæ & electionis Regis Romanorum gratiâ, denique quamnam sessionem iidem sacratissimi Imperii Electores occupent, in ipso electionis actu. Quæ omnia cognosci possunt ex relationibus eorum, qui totum Electionis actum, unius, vel alterius Imperatoris descripserunt, necnon ex Sprengeri Jurisprudentia publica *pag. 159. & seqq.* ubi hæc generalis legitur annotatio:

Aptatis omnibus ad electionem necessariis, status dies electionis à directorio Moguntino singulis Electoribus die præcedenti indicitur. Dicto die clausæ manent portæ, usque ad peractam electionem; clangunt matutino tempore per horam, sive sexta, sive septima sit, campanæ, congregantur Electores in Curia, habitum ibi, singuli in suis conclavibus, Electoralem induunt, Ecclesiastici panno, seculares verò rubro incedunt serico, cum pretioso hermelino & mitris suis, ejusdem panni, & serici, Electoralibus. Ita vestiti ante Curiam equos singuli conscendunt, binique ordine Electorum solito procedunt, Moguntinus & Trevirensis, Coloniensis & Rex Bohemiæ, Bavarus & Saxonicus, Brandenburgicus & Palatinus: Si Legati adsunt, præcedentiam præsentibus Electoribus cedunt; exceptis Legatis ante cæteros, Electores nimirum, illorum Marescalli hæreditarii, versis in altum gladiis, equitant. Fit hîc ingressus in Ecclesiam, citra tympanorum & tubarum strepitum, in sacro silentio. Eunt ad latera intermixti Electorum stipatores & hastiferi. Quamprimùm intrârunt Ecclesiam, suffraganeus Moguntinus introitum auguratur cantu, veni creator spiritus, intrant interim chorum sedesque suas occupant, ex regione Altaris Trevirensis, Bohemiæ

miæ Rex, Bavarus, Brandenburgensis; ex sinistra parte, Coloniensis, Saxo, Palatinus, monststrante hoc schemate.

Mogunt.	Altare.	Colon.
Bohem.		Saxon.
Bavarus	Trevirens.	Palat.

Not.
Subsellia sunt serico rubro vestita,
Regis Bohemiæ verò auro
splendet.

Minor ministrorum pars suos Dominos in chorum comitatur, juxta quod inter Electores de numero admittendorum conventum est, In Imperatoris Leopoldi electione admittebantur viginti, quorũ nomina ad evitandam confusionem leguntur à Marescalli Vicario, ad portam chori, interim requiescente cantu. Ubi sedes suas occupârunt Electores, & in numero conveniente Electorum Nobiles, & Consiliarii sunt in choro; clauditur chori porta, sive à Marescallo hæreditario, sive à Vicario vulgò Reichs Quartiermeister. Tum vel orditur cantum si suffraganeus Moguntinus, vel prosequitur, conjungit officium missæ, quo durante antehac secesserunt in sacristiam Electores protestantes, à tempore verò Ferdinandi IV. Regis Romanorum, illi cohabitant. Hoc acto, appropinquant altari; ibi, verso ad populum vultu, Ecclesiastici manu pectori imposita coràm Evangelio, seculares verò illo tacto, jurant, se sine pretio, sine affectu electuros caput Imperii Romani, quod utile judicaverint. Primum Electores sibi invicem manu stipulatâ promittunt, se servaturos juramentum, deinde Moguntinus primum jurat in manus Trevirensis, posteaque à cæteris Moguntinus, juxta ordinem exigit juramentum à Trevirensi, Coloniensi, Rege Bohemiæ, & sic ab aliis, ordine noto. Jurant verò hic in serie, ita & præsentes Electores jurant ante Legatos, nec hîc observatur, sicut in voto, ubi inviolabilis ordo manet, sive in serie, sive ad latera sedeant. Sedent autem ad latera in collegialibus conventibus ita, ut à dextro sint Moguntinus, Rex Bohemiæ, Bavarus, Brandenburgensis, à sinistro Trevirensis & Coloniensis, alternantes in sessione, non in votis, voti prærogativa apud Trevirensem manente. Saxo, Palatinus, latera ita tenent, ut hæc quidem invariata maneant; in quolibet tamen latere præsentes Electores ante Legatos absentium sedeant; & falli hic in nostris Comitiis commu-

nis regula, Legatus repræsentat in sessione, voto, honore, dignitate, suum principalem; ita enim certo pacto Anno 1653. in Comitiis Ratisbonensibus convenerunt. Ad meliorem autem votorum ordinem, in consultationibus extra actum Electionis, suos habent singuli Electores votantes Consiliarios, ad tabulam ex regione sedentes, qui ad interrogationem directorii ex ordine vota dicunt. Ut in ordinem redeam, præstito juramento singuli Electores sua subsellia repetunt, & prosequente suffraganeo, cantum: Veni Creator Spiritus, Electores, & absentium Legati Deum invocant, & statim finita devotione Sacristiam, conclave nimirum electionis, in quo etiam Altare conspicitur, intrant: ubi sedes suas occuparunt, clauditur à Mareschallo porta conclavis, postquam seculares promiserunt de servanda Capitulatione, ubi in unum vel alterum dignitas per electionem ceciderit. Moguntinus Elector facto præliminari inquirit in vota, juxta ordinem, ut suprà primùm à Trevirensi, & sic ab aliis, ita ut Legati loco suorum Principalium se exprimant, non observato, si alii Electores præsentes priorem teneant sessionem: Nec si tum plures unius Electoris Legati sint, omnibus, ut in consultationibus fit, conclave intrare permittitur; principalis Legatus solùm sessionem & votum habet, ut cæteri cum aliis Consiliariis posteà, ut testes sumuntur. Durat hæc consultatio per horam, sive minùs. Ubi Moguntinus omnes interrogavit de sententia, tandémque ab Electore Saxoniæ interrogatus, ultimum suum adjecit, vota collegit, majora publicavit, post exploratum Electi consensum, reserari portam, & simul Mareschallo de vocandis, Concellario Moguntino, duobus Notariis, & Electorum Consiliariis, ad id deputatis, ut testibus, imperat. Cancellario suo Elector Moguntinus electam indicat personam, jubetque, ut super hoc actu scripturam solennem & consuetam expediat, signandamque Electoribus, & absentium Legatis tradat: Quæ quidem expeditio, in aliquot differtur dies, nec momentum temporis illius requirit. Requirit post hæc Elector Moguntinus duos illos Notarios, ut omnia fideliter observent, suosque testes de memoria gerendorum moneant, & super omnibus unum, vel duo instrumenta conficiant. Hi postquam rogati sunt; unus ex his reliquos adstantes Consiliarios, ex qualibet Electoris Curia binos (nuper in Imperatoris Leopoldi electione quinque) admissos, ut testes requirit. Ubi nota; quòd, licet plures intromittantur in conclave, non tamen nisi duo ex quavis Electorali curia, consue-

to

to testimonii donario, quod usque ad 400. thaleros excurrit, honorantur. Legitur capitulatio à Cancellario Moguntino, vel, quia jam omnibus Electoribus constat, electus nomine Collegii Electoralis, an servare velit, interrogatur; ubi annuit, ad altare accedit, ibique prælectum, de servanda capitulatione juramentum præstat, tacto sacrosancto Evangelio. Tunc Elector Moguntinus gratulatur recens electo, & hic gratias pro imperiali dignitate agit. Si Rex Romanorum creatur, parente vivente, deputatur quidam à Collegio Electorali ad patrem Imperatoris viventem, ut electionem indicet, ubi comparet in conclavi, supremo occupato loco, de consensu ut pater rogatur, quo dato, gratias similiter agit, filium de grato animo & gratiarum actione monet, statimque implet patris jussum filius. Porta reseratur à Marescallo, exeunt primò Consiliarii, sequuntur Electores, tandem Rex Romanorum, cum Moguntino, & Coloniensi. Incipit suffraganeus, ante Altare stans: Adjutorium nostrum in nomine Domini; Respondente choro: Qui fecit cœlum & terram. Pergit suffraganeus; Domine, Domine, fac salvum Regem. Resp. chorus: Exaudi nos. V. Salvum fac populum: V. Domine exaudi, oremus Deus, qui conteris. &c. Ita celebrante suffraganeo, stat Rex ante altare; finito sacro discedit ad latus suffraganeus, & Electores ponunt electum super altari: ubi observa, quòd si omnes adsunt Electores, id omnes peragant, ubi non omnes, sed eorum Legati, hi ab hac elevatione excluduntur. Ubi Electores numero sunt impari: v.g. si adsunt tres Ecclesiastici, & duo seculares, vel viceversa, duo solùm ecclesiastici uno excluso, cum duobus secularibus id officium electo exhibent, ut parificetur numerus: Tollunt Ecclesiastici, seculares levando tenent habitum electi Electoralem. Hoc dum fit, audiuntur bellicarum machinarum & campanarum strepitus, & in templo exsultantium applausus, resonante intereà cantu illo: Te DEum laudamus. Posito interim super altari electo, Brandenburgensis sub versiculo cantus, Te ergo quæsumus, coronam capite detrahit, & incipiente versu, per singulos dies, illam Palatinus Regi rursus imponit; hoc sive per Electores, sive Vicarios fiat, perinde est: Tollunt electum Electorem rursus ab altari, statim tum Vicarii ad mensam accedunt, in qua Insignia Imperii jacent, hæc sumunt, Electoribus, si adsunt, portanda tradunt, vel illis absentibus, ipsi retinent; tunc sumptis insignibus præcedunt Legati, sequuntur Trevirensem seculares Ele-

ctores; cum Vicariis absentium, in medio Bavarus, sive hujus Vicarius, à dextro Brandeb. sive Vicarius, ille cum pomo, hic cum sceptro, & à sinistro Palatinus, sive Vicarius, cum corona, quæ septem libris argenti deauratis valet, ad formam Norimbergensis fabrefacta, hujusq; medietatem pondere constituit. Post Palatinum venit Saxo, portitor Ensis, comitantur Imperatorem Electum, per gradus aliquot ascendēdo, in solium extra chorum ædificatum, sequentibus Moguntino, & Coloniensi. Vicarii ad lævam secedunt, Legati ad latera sedent, cum reliquis; in medio loco eminentiori sedem capit Rex coronam capite gestans, alii sive Electores, sive Legati, sive Vicarii, operto sedent capite, à dextro Moguntinus, Bavarus, Brandenburgensis, à facie Regis Romanorum Trevirensis, à sinistro, Coloniensis, Saxo, Palatinus scamno transverso à læva Vicarii, singuli sua tenentes insignia. Ubi sedes ceperunt Capitularis quidam Moguntinus, & quidem unus ex Prælatis, ordinariè præpositus, vulgò Thum-Probst qui reverentia humili ostensâ, ad dextram se confert, ibiq; Regem Romanorum omnibus denunciat: post denunciationem acclamant singuli. Vivat Rex, inter cantus & tympana. Descendunt eodem ordine, quo supra; ubi extra ecclesiam venerunt, singuli Electores cum Legatis, & Vicariis, equos conscendunt, & tecto capite sequenti ordine incedunt: 1. Satellites. 2. Nobiles pueri. 3. Consiliarii, equestres Comites. 4. Tubicines, quorum ordinem ducunt Saxonici. 5. Heroldi, Austriacus primùm, Ungaricus & Bohemicus simul, ille à dextro, hic à sinistro, duo Imperatoris simul regnorum insignia, auro intexta, dorso, manibus albos gerunt bacillis operto capite. 6. Hæreditarii Mareschalli, gladiis ad terram porrectis hic non, ut antea, equitant, sed pedibus incedunt, non singuli ante suos Electores, sed simul decenti ordine eunt. 7. Legati. 8. Trevirensis, Elector. 9. Cum insigniis in medio Bavarus Elector, sive Vicarius, à dextro Brandenburgensis Elector, sive Vicarius à sinistro Palatinus Elector, sive Vicarius, tenent Vicarii insignia portantes suorum Dominorum ordinem. 10. Marescallus de Pappenheim, portitor vaginæ 11. Elector Saxonicus portitor ensis. 12. Imperator electus, eandem, nimirum Bohemicam, quam intrando portavit, portans coronam. 13. Moguntinus & Coloniensis. Quo Comitatu ita Regem Romanorum in Palatium deducunt, ibiq; sua insignia suis Vicariis custodienda tradunt. Hæc ubi transierunt, reserantur Civitatis portæ, & precibus consuetis in Ecclesiis DEo de electo Imperatore solvuntur grates. Atque hæc ex Sprengero hucusque recensere volui.

CAP.

CAPUT IV.

An Regum exterorum Legati, Electoribus S.R.I. in actibus ad Curiam pertinentibus, ac in Comitiis præferantur? quidve de Legatis Rerumpublicarum liberarum, quæ jura Regum sibi asserunt, dicendum?

SUMMARIA.

1. *Legati exterorum Regum Electores præcedunt, excepto Rege Bohemiæ, qui in actibus, ad Curiam ipsam spectantibus, quemcunque Regem alium, quem quovis casu venire contigerit, immutabiliter præcedit.*

2. *Adducuntur hac de re verba Aurea Bulla Caroli IV.*

3. *Idem confirmatur ex Capitulatione Ferdinandi III. Imp. art.*

4. *Legati Rerumpublicarum liberarum, quoad Sessionem non præferuntur Electoribus S R. Imperii.*

5. *Ex novissima Capitulatione moderni Imperatoris Leopoldi idem probatur, adductis ipsis verbis, quæ lectu digna.*

POsteaquam de Electorum S R.I. tam Ecclesiasticorum, quàm secularium Sessione & præcedentia in specie disseruimus, operę pretium existimavimus subjicere heic; *Quid de Regum exterorum, & Rerumpublicarum liberarum Legatis in Comitiis Imperii præsentibus dicendum, an iidem indistinctè omnibus Electoribus præferantur?* Et verò ex Aurea Bulla Caroli IV. *cap. 6.* constat Legatos Regum exterorum (qui licèt regulariter non intersint Curiis Imperialibus; attamen contingere poterit, ut earum celebrationi adsint, vel rogati, vel sponte sua R. A. zu Augspurg de Anno 1510. §. Et weil auch solcher Artickel) Electores præcedere, excepto Rege Bohemiæ, qui in actibus ad Curiam ipsam spectantibus quemcunque Regem alium, quâcunque etiam

 singu-

singularis dignitatis prærogativâ fulgentem, quem etiam quovis casu venire contigerit, immutabiliter præcedit, verba d. A. B. *d. l.* subjicere lubet: Decernimus, ut in celebratione Imperialis Curiæ, quotiescunque illam Princeps perpetuò celebrare contigerit, antedicti Principes Electores Ecclesiastici, & seculares, juxta præscriptum ordinem atq; modum à dextris & à sinistris immutabiliter teneant loca sua, eisque vel eorum alicui, in quibuscunque actibus ad Curiam ipsam spectantibus, eundo, sedendo, vel stando, nullus Princeps alius cujuscunque status, dignitatis, præeminentiæ, vel conditionis exsistat, ullatenus preferatur. Eo signanter expresso, quòd nominatim Rex Bohemiæ, in celebratione Curiarum hujusmodi, in omnibus & singulis actibus antedictis, quemcunque Regem alium, quàcunque etiam singularis dignitatis prærogativâ fulgentem, quem quovis casu venire vel adesse forté contigerit, immutabiliter antecedat. Vide Authorem de l'abrege de la Bulle dòree *part. 2. pag. 3.* ubi sequentia verba habet: Les Princes Electeurs ne cedent pas au Roy estranger aux assembleès, qui se font dans les Cours solenelles des Empereurs, ny autrepart, nommement le Roy de Boheme, qui ne cedè pas mesme al'Imperatrice, si ce n'est en la hauteur de la Table elevee de trois degres plus que celles des Electeurs, quand l'Empereur fait des Banquets solennels. Sanè, Regum Legatos Electores præcedere constat præterea, & expresè probatur ex Capitulatione
3 Ferdinandi III. art. 4. ibi: Nachdemmalen sich auch eine zeithero zugetragen/ daß außländisch Fürsten Gesandten an dem Keyserlichem unnd Königlichem Hoff/ und Capell, die Præcedentz für der Churfürsten Gesandten prætendiren dürffen/ so sollen und wollen wir ins künfftig solches weiter nicht gestatten/ wehre es aber sache/ daß neben denen Churfürstlichen Gesandten entweder der gekrönten regierenden außlendischen Könige/ Königliche Witben oder Pupillen, denen die Regierung/ so bald sie ihr gebührendes alter erreichet/ zuführen zustehet/ und inmittelst in der Tutel oder Curatel begriffen seyn/ Botschafften zugleich vorhanden wehren/ so mögen dieselbe denen Churfürstlichen Gesandten vorgehen.

Cæterùm, quòd Legatos liberarum Rerumpublicarum attinet, iidem jus προεδρίας sibi vindicare voluerunt contra S. R. I. Electores, usi hoc prætextu, quòd Respublicæ liberæ jure Regum uterentur, & proinde, quemadmodum Reges vigore A. B. d. c. 6. præferuntur Electoribus,
4 ita etiam Legatos Rerumpublicarum, id ne in posterum fieret, cautum

fuit

fuit in Capitulatione Leopoldi gloriosissimi moderni Romanorum Imperatoris, semper Augusti, Articulo V. ibi: Nachdemmaln sich auch eine zeitlang zugetragen/ daß außländischer Potentaten/ Fürsten/ unnd Republiquen Gesandte/ und zwar diese unter dem Namen und vorwant/ 5
alß wehren dieselbe Republiquen vorgekronte Häupter/ und also denselben in Würden gleich zuachten/ an den Keyserlich- und Königl. Höffen und Capellen/ die præcedenz vor denen Chur-Fürstlichen Gesandten prætendiren wollen/ So sollen unnd wollen Wir ins künfftig solches weiter nicht gestatten/ wehre es aber sach/ daß neben denen Chur-Fürstlichen Gesandten/ der recht titulirter unnd gekrönter regierender außländischer Königen/ Königlichen Witben/ oder Pupillen (denen die Regierung/ so bald sie ihr gebührendes alter erreichet/ zuführen zustehet/ und immittelst in der Tutel oder Curatel begriffen seyn) Botschafften zugleich vorhanden wehren/ so mögen dieselbe denen Churfürstlichen Gesandten vorgehen/ denenselben aber die Churfürstliche Gesandten vor aller anderer außwertigen Republiquen Gesandten/ unnd denen Fürsten in Person ohn unterscheidt immediaté folgen/ was auch dawieder allen hiebevorn per decreta, und absonderlich Anno 1636. oder sonsten vorgenommen oder verordnet/ fürters abgestellet/ und krafftloß seyn soll.

CAPUT V.

De Nobili Sessionis & Præcedentiæ Controversia, quæ quondam fuit agitata inter Electores S. R. I. & Burgundiæ Ducis Legatos.

SUMMARIA.

1. *Probatur, Electores S. R. Imperii in actibus ad Curiam pertinentibus Burgundo præferri.*
2. *Proponitur disceptatio Sessionis, quæ intercessit inter Electores & Legatos Caroli Burgundi in Comitiis Ratisb. Anno 71. & quomodo eadem composita.*

3. De

Quamvis ex constitutionibus & monumentis publicis, præprimis ex A. B. uti lege fundamentali Imperii nostri constet, Electores in actibus, ad Curiam pertinentibus, quibúsvis Principibus exteris, quâvis dignitate fulgentibus, præferri, aliud tamen videri posset obtinere in aliis Actibus ad Curiam non pertinentibus. Equidem quando de nobili hac Sessionis cōtroversia inter Electores & Burgundiæ Principis Legatos disquirimus, tum aut sermo nobis est, de actibus ad Curiam pertinentibus, aut ad Curiam non spectantibus. Priori casu magis expedita est decisio, veriórque sententia statuentium,
1 Electores in actibus ad Curiam pertinentibus Burgundo præferri, Castald. *de Imp. q. 8. n. 21. vers. 28.* Frid. Pruckman. *lib. 1. consil. 11. n. 1.* ídque per textum expressum in A. B. Caroli IV. cap. 6. Quæ quamvis ita sint, attamen idipsum Caroli Burgundi Legati in Comitiis Ratisb.
2 Anno 1471. impugnare ausi sunt, cùm enim post Legatos Electorum collocati fuissent, atque ideo despecti priore consessu viderentur, redire in subsellia recusarunt, Electores absentibus Collegis, qui aderant, quanquam summa cum modestia, dignitatem tamen communem tuerentur. Burgundi potentiam sui Principis & in Germania Galliáve maximam, Electores parem nobilitatem & vetustum morem objiciebant, seq; è corpore Cæsaris cùm essent, ne Regibus quidem, si adessent, cedere oportere contendebant. Quæ contentio, cùm tres propè horas consumpsisset,

pfisset, non antea est sublata, quàm Burgundi alteris subselliis ad frontem Cæsaris inter Oratores Regios locarentur, tum demum & ipsi auxisse sui Principis dignitatem, quòd in ordine absentium Regum sederent, & Electores servâsse æstimationem suam existimabant, quòd exclusi à primis subselliis Burgundi essent, prout hanc historiam retulit Campanus, *tom. 2. Freheri fol. 150. & seqq.* Goldast. *tom. 1. Constit. Imp. in Rat. f. 99.* Chiflet. *in vindic. Hispan. cap. 14. pag. 136.* Ex quibus apparet, utramque partem protestatione interposita jura sua servâsse, quamvis Electorum causam non parùm juvet, quòd illi Burgundo loco non cesserint, nec meliorem reddit Burgundi causam, quòd ejus Legati ab Imperatore locati fuerint in subselliis Regum absentium, quipppe non raró evenit in hac Sessionis materia, ut quando ei, cui jure præcedentia debebatur, quæstio mota fuit ab altero, ne interim gravissimorum negotiorum tractatio impediretur, huic locus extraordinarius concedatur, prout factum in contentione Sessionis inter Gallum & Hispanum, ubi Hispano locus extraordinarius assignatus fuit. 3

Quod Actum ad Curiam non pertinentem attinet, an tum Burgundus Electoribus præferendus, non adeò expedita quæstio est. Mota ea, & acriter ventilata in Concilio Basileensi Anno 1433. inter Burgundum & Electores S. R. I. Et quidem pro Burgundiæ Ducis Legato adversus Germaniæ Electores judicatum, & Burgundiæ Dux loci prærogativam decreto Patrum obtinuit 7. Kal. Jun. Anno 1433. Choppin. *de doman. lib. 3 tit. 7. n. 13.* ideo Burgundum obtinuisse tradit, quòd Burgundus sexies Dux, quindecies Comes fuerit, ita quoque sentiunt Borell. *de præstant. Reg. Cath. c. 47. n. 101.* Decian *lib. 2. Resp. 19. n. 237.* Frid. Scot *tom. 1. lib. 6. Respon. 28. n. 154.* Ratio decisionis Concilii, quia plures dignitates habens, præferendus sit habenti pauciores, H. Rim. *consil. 740. n. 53.* Decian. *lib. 3. consil. 19. n. 2.* Audire heic lubet Bartholomæum Chassanæum *in Catalog. Gloriæ Mundi parte 5. considerατione 45.* Cùm controversia fuisset in Consilio Basileensi, *ait*, de Sessionis ordine atque prælatione inter Ducem Burgundiæ, & Electores Imperii, primum locum ante Ducem Burgundiæ seu ejus Ambasiarores sibi deberi prætendentes, pluribus de causis hinc per dictos Ambasiatores allegatis fuit per Concilium generale dictum & pronunciatum, Ambasiatores Ducis Philippi Burgundiæ debere præcedere Electores Imperii ratione Ducatus Burgundiæ. Ex eo maximè; quia erat primus

4 5 6 7

Par Regni Franciæ, & de familia Regum Francorum ex parte patris; & Imperatoris, & Ducis Bavariæ ex parte matris. Et etiam quia plura fecerat pro Ecclesia Romana, Idem Chassanæus *d. l.* Dux Burgundiæ, *ait*, cæteros Duces Christianos antecellit, & primum locum post Reges obtinere debet: & Burgundionum provincia in Francorum cessit ditionem: hos autem Reges constat per multa tempora regnâsse in Celtica Gallia, ubi fuerant hæ civitates, Sononis, Lugdunum, & Vienna: Hi populi aliquando Hedui, quandoque Burgundiones, & interdum Sequani sunt appellati: hodie verò regia dignitate omissa, Ducatus titulum tantummodo retinent. Quorum Dux cæteros Principes Christianos atque Duces præcedit, & ut dicit Alex. *in Consil. suo 235.* est magnus Princeps in suo territorio. *Hactenus Chassanæus d. l.* Et verò sopita hac per patres Concilii Sessionis controversia, ad eosdem scripsit ea de re Sigismundus Imperator Anno 1434. cujus Epistolam de prædicta
8 Sessionis lite inter Electores Imperii & Ducis Burgundiæ Legatos, necnon controversia de Electoratu Saxoniæ inter Marchionem Misniæ & Ducem Lauwenburgensem nobis exhibet Goldastus *tom. 3. Constit. Imperial. p. m. 438.* quam ex parte, quoad præsentem Sessionis litem subjicere placet; ibi;

Reverendissimis, Reverendis ac Venerabilibus in Christo Patribus & Dominis Sacrosanctæ generalis Synodi Basileensis &c. Sigismundus DEi gratia Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex. Reverendissimi Reverendique Patres, amici charissimi, ac Venerabiles & egregii, devoti syncerè grateque dilecti, audito pridem, quòd P. V. controversia Sessionis inter Illustres Archi-Principes Sacri Romani Imperii electores & Ducem Burgundiæ quandam provisionem fecerint, quæ per Ambasiatores utriusque partis Ambasiatorio nomine gratificata sit, de vestrarum Paternitatum solertia, & ipsorum Ambasiatorum industria confisi, spemque firmam assumentes, quòd hujusmodi provisio nostro, & ipsius Sacri Romani Imperii ac ipsorum Archiprincipum honori expediat, sumus admodum gavisi &c.

Cæterùm, an jure patres Synodi Basileensis præposuerint Du-
9 cem Burgundiæ Electoribus S. R. I. non immeritò dubitari posset, propter textum expressum in *libro Cerem. Eccl. Rom. lib. 1. f. 13. c. 3. t. de recept. alien. Princip. elect. Imp.* ibi: Principes Electores Romani Imperii

rii

rii digniores habentur aliis Principibus, præter Reges, sicut Cardinales aliis prælatis, ratione electionis. Vide M. Freher. *in Not. ad P. de Andlo lib. 2. c. 2.* nisi illum textum restringere velis ad actus in Curia Imperiali celebratos, quam expositionem tamen generalitas verborum vix admittere videtur. Equidem ob pluralitatem dignitatum quis non præfertur, si nulla per se sit sufficiens ad præcedendum ratio. Jacobat. *de Concil. lib. 1. act. 2. n. 26. & post. Rom. consil. 333. n. 8.* Peregrin. *cons. 3. n. 41. p. 2.*

CAPUT VI.

De Potentissimorum Archi-Ducum Austriæ Præeminentia, Sessione & Præcedentia, præ reliquis Germaniæ Ducibus.

SUMMARIA.

1. *ArchiDuces Austriæ ab antiquo hanc prærogativam obtinuerunt, ut post Electores primam Sessionem præ reliquis Germaniæ Ducibus omnibus occuparent.*
2. *Hoc ipsum ex privilegiis ArchiDucum Austriæ probatur.*
3. *ArchiDuces Austriæ in Comitiis non inter cæteros Duces* auf der Weltlichen bancke/ *sed inter ecclesiasticos primum locum obtinent, & speciali privilegio omnes Archiepiscopos, & Episcopos præcedunt.*
4. *In Coronatione Maximiliani Regis Romanorum, ordo sedentium in prandio hic observatus fuit, ut post Electores statim sederint Oratores Ducis Austriæ, quarto loco.*
5. *Quæ causa tam insignis ArchiDucum Austriæ præeminentiæ?*
6. *Austriaca Domus intra quindecim annorum spacium omnibus in Orbe Christiano Regnis, vel Reges vel Reginas dedit.*
7. *Egregia Lipsii verba de felicitate Domus Austriæ adducuntur.*
8. *Controversia Sessionis olim fuit inter Domum Austriacam & Archiepiscopum Salisburgensem, quæ Carolo V. imperante ita composita, ut in Senatu Imperii Principum in sedendo & votando alternarent.*

9. *ArchiDucum tamen honori semper primæ partes remittuntur.*
10. *Legati Domus Austriacæ, Burgundicæ, & Saliburgensis ipsis Principibus præsentibus præferuntur.*
11. *ArchiDuces Austriæ primas post Electores obtinent, & proximam à dextra eorum sessionem occupant.*
12. *Iidem paribus gaudent cum Electoribus privilegiis, & à jurisdictione Cameræ exempti sunt, necnon Ducibus Burgundiæ, Lotharingiæ, & Sabaudiæ æquiparantur, quinimo præferuntur.*
13. *ArchiDuces Austriæ, quamvis Assessores præsentent, tamen nihil ad sustentationem Cameræ contribuunt, unde Fiscus contra illos nomine Contributionum non procedit.*
14. *Evincitur solidis argumentis, è dignitate Imperii nostri esse, ne in electione Imperatoris posthabeatur Domus Austriaca.*
15. *Utilitas obedientium justi, imperii finis.*
16. *Imperatoris potestas haud levibus Statuum viribus temperatur.*
17. *Author ulterius propositam quæstionem resolvit.*
18. *Probatur semper, quoties ad aliam familiam Imperium devenit, non sine maximis turbis, subditorumq; cædibus id peractum fuisse.*
19. *Ex Goldasto proponitur, regna, quæ suffragiis deferuntur, non propterea hereditaria censeri, quòd in his sæpe filii parentibus succedant, & prærogativam aliquam pro tempore & publica necessitate habeant.*
20. *Quanta incommoda Imperio nostro attulerit libera Procerum electio.*
21. *Quamvis Aristoteles electionem successioni præferat, & secundum Tacitum optimum quemque electio inveniat, attamen eandem multa incommoda trahere ostenditur.*
22. *Henricus VI. Imperii successionem conatus fuit hereditariam efficere, sed conatu irrito.*
23. *Probatur exteros ad dignitatis Imperatoriæ fastigium evehendos non esse, quæ sententia pro conservatione Imperii maximè necessaria.*
24. *Reditus Imperii quàm exigui.*

1 POtentissimos ArchiDuces Austriæ post Electores primam Sessionem præ reliquis Germaniæ Ducibus omnibus occupare, & ab antiquo hanc prærogativam obtinuisse, notissimum est, & nemo negabit, nisi qui in publicis & Actis Comitiorum planè sit hospes. Expressè idipsum constitutum, & in privilegiis ArchiDucum
2 inter cætera cautum, daß ein Hertzog von Oesterreich in Comitiis soll als Pfaltz Ertz-Hertzog gehalten werden/ und nichts destoweniger im S[...]

und gantz zu der Rechten seiten des Reichs/ die erste Statt nach den Chur-Fürsten haben und behalten/ quod refert Gylman *lib. 2. decis. Cam. 54. n. 59.* ubi in sequenti num. addit; daß ein Ertz-Hertzog der Königlichen Cron/ Diadem, unnd das Creutz der Keyserlichen Cron/ auf seinem Oesterreichischen hütlein offenbahr tragen müge. Quinimo in Comitiis non inter cæteros Duces auf der Weltlichen banck/ sed inter Ecclesiasticos primum locum obtinere ArchiDuces, & speciali privilegio omnes ArchiEpiscopos & Episcopos præcedere, itidem notissimum est. 3 In Coronatione Maximiliani Regis Romanorum, cujus solemnia videre licet apud Freherum *tom. 3. Rer. Germanic. Script.* ordo sedentium in prandio hic observatus fuit, ut post Electores statim sederint Oratores Ducis Austriæ quarto loco, quinto loco Legati Episcopi Leodiensis, Wormatiensis, Cameracensis, Sibinicensis, & Missensis. &c. Freher. d. l. 4 *Quæ verò causa tam insignis ArchiDucum Austriæ præ reliquis Germaniæ Ducibus præeminentiæ?* 5 Equidem quoad res bello paceve præclarè gestas, quæ quæso Domui Austriacæ, in Germania conferri potetit Ducalis domus? quod si ab antiquis temporibus & paulò altiùs hæc repetere animus esset, citiùs me tempus, quàm oratio deficeret, quid dicam de insigni Illustrissima Archiducatus Austriæ potentia, & felicitate admiranda? quæ intra quindecim annorum spatium omnibus in orbe Christiano Regnis, vel Reges, vel Reginas dederit exceptâ Scotiâ, Casp. 6 Ens *lib. 1. Thesaur. Polit. Apotelesm. VI. pag. 147.* & non immeritò Lipsius in *præfat. de magnitud. Rom.* inter res admirandas refert, quòd eadem hactenus nostro Imperio tot Imperatores dederit, quot nunquam ex alia, eosque secundùm sanguinis & natalium seriem, sine ullo fulcro adoptionis. 7 Quid in omni retro Principum classe simile? duo tres in una domo, & vix fuerunt: in prima ipsa Julii, nec ultra textum etiam adoptio prorogavit. Revolvas Annales veteres quosvis, & Genealogias Principum Christianorum omnium, examines licét; haut puto in una stirpe reperies tot sublimia Imperia, tot diademata & sceptra, atque in hac una. Quam scribit Joh. Cuspinianus ex Habspurgensium unica familia produxisse quinquaginta septem masculos Principes vel Cæsares, vel Reges, vel Archiduces, Duces, aut Comites. Vide Naucletum, Cuspinianum, Gerhardum de Roo *in Annal. Austriac.* Joh. Peter. Senens. *in Relat. sive descript. Famil. Austriacæ Imperii & ditionum* apud Casp. Eens *in Thesaur. Polit. Apotelesm. VII. pag. 163.*

Henricus Meibomius *in Centonib. Virgilian.* sanè.

—— —— micat inter omnes
Austriums sidus velut inter ignes
luna minores

Verissimum verò, quod de ea Guntherus:
O verè famosa domus, cui totus ab ortu
Solis ad occiduas mundus substernitur, auras,
Quam qui novit amat, qui non novere verentur:
Cujus in auditu confusis mentibus hostes
Tabescunt, contraq; nihil se posse fatentur.

Cæterùm, olim controversiam Sessionis fuisse inter Domum
8 Austriacam & ArchiEpiscopum Salisburgensem constat, quæ Carolo V. imperante ita composita, ut in Senatu Imperii Principum in sedendo & votando alternarent, usq; ad plenariam causæ decisionem, Nicol. Mameranus *in tract. de investitura regalium Electoralis dignitatis* &c. Auctor des außführlichen Berichts wie es auf Reichstagen pflegt gehalten zuwerden *cap. 7.* Lehmannus *lib. 7. Chron. Spirens. cap. 12. n. 6. in fin.*
9 ArchiDucum tamen honori semper primæ partes remittuntur, Limn. *tom. 4. de jur. publ. in Addit. ad lib. 4. c. 9.*

Porrò, licèt receptum, ut in Comitiis Imperii Principes in persona ordine posteriores præcedant Legatos Principum ordine priorum,
10 attamen Legati Domus Austriacæ Burgundicæ & Salisburgensis, ipsis Principibus in persona præsentibus præferuntur. Equidem Archiduces
11 Austriæ primas post Electores obtinere, & proximam à dextra eorum Sessionem occupare, modò diximus Sixtin. *lib. 1. de Regalib. c. 4. n. 15.*
12 paribus etiam iidem gaudent cum Electoribus privilegiis, Chytræ. *in Chron. Saxon. lib. 12.* Crantz. *lib. 6. Saxon. c. 8.* & à jurisdictione Cameræ exempti sunt, & ex Friderici I. Ratisbonæ Anno 1166. Caroli IV. Viennæ Anno 1366. Sigismundi Pragæ Anno 1437. concessa immunitate, & præcipuè Caroli V. Augustæ Anno 1530. confirmatione Ducibus Burgundiæ, Lotharingiæ, & Sabaudiæ æquipatantur, quinimo præferuntur, Cuspinian. *in Austria fol. 32. & fol. 36.* Pontus Heuterus
13 *de origine Habspurgica & Austriaca familia c. 23.* ac in nullo Imperio obnoxii esse volunt, ita ut quamvis Assessores præsentent, tamen nihil ad sustentationem Cameræ contribuant, unde Fiscus contra illos

nomine

nomine contributionum non procedit. Vide Gylman. *lib. 2. decis. fol. 648, n. 55.* confer Klockium *de contribut. cap. 4. n. 196. & seqq.*

Cæterùm, antequam colophonem huic capiti imponatur, operæpretium est. paucis ostendere, è dignitate Imperii esse, ne in electione 14
Imperatoris posthabeatur Domus Austriaca; idque ideo: quòd in nuperrima electione Gloriosissimi Imp. Leopoldi varii ea de re habiti discursus. Et verò primò omnium origines Habspurgicas non recensebo, aut in laudem Austriacæ Domus, quòd jam olim Bonifacius VIII. fecit, quicquam dicam, ut jure meritisque majorum in id fastigium meritò evehantur, actum enim agerem, & post Homerum Iliada scriberem. Nobis in nostro Imperio salus populi suprema Lex esto, utilitas 15
enim obedientium justi Imperii finis, Amm. Marcell. *lib. 30.* Imperii verò tranquillitas suadet, ne à domo Austriaca dignitas imperialis auferatur, si Proceres Imperii sinceræ puræque electioni intendere cupiunt, ac non tam Ecclesiæ, quàm Imperio providere, quomodo olim à Principibus Imperii petiit Gregorius X. Cuspin. *in Rudolph. p. 351.* Primò enim parùm oberit, quisquis tandem sit, sive Catholicorum sive Protestantium, qui Imperio potiatur, cùm ipsa Reipublicæ forma motus Religionis haud admittat, quia Imperatoris potestas haud levibus Statuum viribus temperatur, Besold. *de pac. Relig. sect. 1. p. 3.* Quatuor 16
penè secula sunt, ex quo felicibus auspiciis Domus Austriacæ ArchiDucalis fundator Rudolphus Habspurgensis Comes Imperator est electus. Ille convocatis Francofurtum Comitiis filium suum Albertum designari sibi successorem petiit, ast impetrare non potuit, refragante Moguntino, electus igitur ex familia Nassovia Adolphus impar Imperio, testante Aventino *Annal. Bojor. lib. 7. pag 587.* Tacitæ inter hos tum ex invi- 17
dia & æmulatione, ut assolet, dissensiones, quæ tum demum motus excitârunt, quando ob denegatam filiam exercitum contra Albertum duxit Adolphus. Ast verò divinâ providentiâ factum, ut abalienatis ab Adolpho Procerum animis, Albertus unanimi Principum consensu eligeretur, & Adolphus in prælio periret. Postmodum per quinque circiter annos penes Comitem Lutzelburgensem imperium fuit, donec iterum Alberti filius Fridericus cum Ludovico Bavaro regni se competitorem gereret. Hinc per longum temporis spatium neglecta & insuper habita est Domus Austriaca, donec Anno 1438. concordibus votis Albertus Austriacus in Imperatorem electus fuerit, ex hoc tempore

usque

usque nunc nidum sibi delegit in domo Austriaca aquila Imperii. Albertum enim excepit Fridericus III ejus cognatus, hunc filius Maximilianus I. ,hunc nepos Carolus V. donec ordine ad Ferdinandum 1. 2. 3. & 4. & modò ad gloriosissimum Imperatorem Leopoldum, quem DEus Imperio diutissimè incolumem conservet, imperium devolutum. Quod igitur tot annorum decursu observatum, florentibus imperii rebus, sub Austriacis; an mutari possit aut debeat? dubito. Omnis mutatio periculosa est, effatum Politicorum est, quod axioma nemo impugnat, historiæ verò totus consensus approbat. Humanæ verò naturæ conditio cúm semper novas edere formas deproperet, ut Justinianus Imp. loquitur *in l. 2. §. 18. C. de vet. jur. enucl.* hinc sæpius contingit, ut illustres familiæ, quæ non degeneres Reges dederunt, negligantur.
18 Equidem semper observare licebit, quoties ad aliam familiam imperium devenit, non sine maximis turbis subditorumque cædibus id peractum fuisse, ut domui Habspurgicæ propriora tangamus, quem illa, quæ inter Fridericum Austriacum & Ludovicum Bavarum Ann. Christi 1314. acta sint horrendo & diuturno bello, non absterreant à novandis rebus? Ludovicus Bavarus electus erat per Moguntinum, Trevirensem, Regem Bohemiæ, & Marchionem Brandeburgensem. Eodem die etiam electus contra Bavarum Fridericus Austriæ Dux per Coloniensem, Palatinum & Saxonem. Ludovicus Aquisgrani, Fridericus Bonnæ coronabatur. Tum ingens istud exarsit bellum civile in Germania ob difformem hanc electionem, Ludovicum enim omnes civitates inferiores & per Sueviam usque ad Argentoratum & Ulmam in Regem receperant, superiores verò per Helvetiam Fridericum exceptâ Bernâ & Solodoro uti Regem agnoscebant, cui præterea adhærebant, Pontifex, Rex Galliarum, Rex Hungariæ, Palatinus alii've. Vid. Continuat. Abbat. Vrspergens. *in Paralipom. Rer. memorabil. p. m. 268.* quantâ verò animorum contentione hoc bellum gestum, quanta profusio saguinis humani facta? Idem in seqq. pluribus tradit, qui præterea integras regiones ad vastitatem vocatas, exhaustas civium opes fuisse memorat. Carolus V. Imperator, & ipse Austriacus, quæ non gessit in Imperio? qui non modò summa cum laude Imperio præfuit, sed etiam exterorum impetus fortiter sustinuit, Franciscum I. Galliæ Regem sæpius fusum, ad extremum profligato ejus ad Paviam exercitu, ipsum captum detinuit, Venetos repressit, Pontificem devicit occupatâ Româ, & Turcam ipsum feli-

feliciter aggressus fuit, prout latiùs exposuit Arnoldus Ferronus *de reb. gest. Gallor. in Francisco I.* Quandoque igitur Res Germanicæ floruerunt sub Imperatoribus Austriacis, cur in posterum excludenda Domus illustris? objiciunt heic quidam liberrimam Electionem Procerum in successionem, manentibus Austriacis ferè denegare, cóque violari libertatem. Sed enim in singulis Capitulationibus Austriacis præscriptis, non modò cautum Imperium nostrum electitium esse, sed & ipsa Acta Comitiorum idem testantur. Præclarè & appositè Goldastus *lib. 3. de Majoratu cap. 11.* Regna, *ait*, quæ suffragiis deferuntur, non propterea hæreditaria censentur, quòd in his sæpe filii parentibus succedant, & prærogativam aliquam pro tempore & publica necessitate habeant, ut in nostro Imperio Domus Austriaca, quoniam non ex vi successionis, sed ex vi electionis ad regna paterna admittuntur. Demus verò, violari ex parte Principum liberam electionem, attamen hoc ipsum utilitate publica rependitur, ut cum Tacito *14. Annal. c. 44.* loquar. 19
Optandum sanè, successionem in Imperio Germanico olim receptam fuisse, nunquam tot bella civilia Germaniam nostram afflixissent, nunquam dissensionibus & æmulatione Procerum imperium conquassatum fuisset, 20
neque exterorum & Barbarorum incursionibus patuisset, nunquam denique Pontificis Maximi auctoritas in rebus imperii eò pervenisset. Equidem Germanicarum rerum Scriptores excutienti apparet, potissimùm omnes motus & bella civilia olim orta ex liberrima electione, dum Proceres in partes diversas abeuntes, hi istum, alii alium vel ad nutum Pontificis eligerent. Jam verò in imperiis, in quibus successio recepta, prout in Gallia, Hispania, aliisve, quis similes motus vidit, legit, audivit? Quamvis verò Aristoteles *3. Polit. 15.* electionem successioni 21
præferat, ejusque rationem hanc assignet, Tacitus *1. Historiar.* quòd optimum quemq; electio inveniat, attamen fatendum, electionem multa secum trahere incommoda. Verissimum enim, quod idem Tacitus *11. Histor.* tradit, minore discrimine sumi Principem, quàm quæri, turbis enim hoc obstaculum, cùm alioquin magnis aut novis conatibus opportuni sint transitus rerum. Idem *1. Hist.* & manifestum est, pravas aliorum spes cohiberi, si successor non in incerto sit, ut iterum cum Politicorum Principe *111. Annal.* loquar. Hinc Henricus VI. Imperii successionem conatus est, hæreditariam efficere. Unde *in Collectione Chronici Belgici editi à Pistorio, Johannes Monachus* ita disserit: Impe-

rator Henricus videns, Regnum Alemanniæ & Imperium Romanum propter frequentes mutationes Imperatorum multa mala perpessum, priusquam vota Principum in persona Imperatoris possent conveniri, ordinavit, ut amplius electio non fieret, sed per solam sanguinis successionem imperium conferretur, ita ut, qui propinquior Imperatori esset, Imperator fieret. Ut autem Henricus à filio suo Friderico, quem de Constantia uxore sua habuit, sumeret exordium, Regnum Siciliæ & Calabriæ, & Ducatum Apuliæ, & Principatum Capuæ, quæ filius ejus ab avis hęres acceperat, Romano Imperio univit, ut perpetuò terrarum istarum unus Dominus esset. Meminit hujus rei Gobelin. Person. in *Cosmodrom.* addens, irritum redditum negotium, quòd Saxonici Principes adversati fuerint, de unione autem Siciliæ cum imperio silet, Conring. *de Finib. Imper. Germ. cap. XI. p. m. 154.*

Porrò, si ab Austriaca Domu dignitas imperatoria auferatur, quis quæso sustinendo imperio par, exteros ad hoc dignitatis fastigium
23 non evehendos, jam olim sub fælicibus auspiciis Electionis Caroli V. augustissimæ memoriæ Principis, ambiente Cæsaream dignitatem Francisco I. Galliarum Rege, contra Trevirensem, hujus partibus suffragantem, Moguntinus gravi Oratione ostendit, Sleidan. *lib. 1. Comment.* & eventus electionis ipsius, Francofurti d. XXVIII. Junii Anno Christi clↄ lↄxix. comprobavit, Bucholzer. *in Indic. Chronolog. p. 489.* quà de re etiam exstant Responsa lectu digna Ictorum præclarissimorum, Simon. Pistor. *consil. 1. q. 1.* Gæden. *consil. 1. quæst. 1.* quam sententiam non solùm veram, sed pro conservatione imperii maximè necessariam esse, dicit Petr. de Andlo *de Imperat. Rom. lib. 11. cap. 111.* ejusque rationes heic assignari & afferri possent quàm plurimæ, ni id jam antea magna cùm laude ab aliis præstitum, & novissimè ab Eryco Beringero *in Responso Juris* de hac quæstione edito, quò Lectorem remitto, eleganter Ditmarus Episcopus Merseburgensis *lib. 1. Chron. p. m. 12.* Maxima perditio est, *ait*, alienigenas regnare; hinc depressio & libertatis magna venit preiclitatio. In Imperio nostro, quis dignitatem imperii tueri possit ex Electoribus, non apparet, nisi Bavarum objicias & veró vetusta ac penè hęreditaria inter Domum Austriacam & Bavaricam æmulatio, inprimis autem illa versuta Gulielmi Bavari machinatio, qua Ferdinando I. Regis Romanorum dignitatem præripere conatus est, inquit Justus Justinus Justinopolitanus *in Considerat. Consideration. contra*

Theonest

Theonest. Cogmandolum. consid. 36. p. m. 189. Verùm enim verò Austriacum potentiâ & viribus longo intervallo post se relinquere Bavarum, notissimum est, ut de aliis Electoribus nunc nihil dicam, qua de re cùm pluribus egerit Autor incertus Collegii Electoralis, vir planè eruditissimus, causa non est, ut quicquã hac de re in medium afferamus. Equidem posset ex alia principali domo quis in Imperatorem eligi, si modò reditus imperii tanti essent, ut inde imperialem dignitatem tueri posset, ast verò hi perquam exigui sunt. 24
Maximilianus I. cùm Ordines Imperii pro conservanda salute imperii deberent quingenta millia aureorum contribuere; ibi vix dimidium accepit. Nihilominus, ut ipse Germaniam pacatam retineret, ex suis opibus plùs quàm centies centena millia aureorum expendit. Propterea idem Augustus in Constantiensibus Comitiis in frequenti Ordinum Consessu graviter conquestus est, rationibus in medium adductis affirmans. Hactenus se pro S. R. Imperii salute ad centum auri tonnas ex patrimonialibus reditibus erogâsse, cùm toto eo tempore tamen ab imperii ordinibus vix quadraginta florenorum millia in accepti tabulas retulerit, Gerard. de Roo. *lib. 12. Annal.* planè, quod ad sustentandos imperatoriæ eminentiæ sumptus non satis copiæ sufficerent familiares, imperiali dignitate exsutum Adolphum Nassovium, quidam scribunt. Quid verò eventurum neglectâ Domo Austriacâ sit, facilè conjicere licet. Si, uti antedictum, Fridericus Austriacus, cùm vix 40. annos imperium penes Familiam Habsburgicam fuisset, tanto molimine sibi vindicare Imperium studuit, quo tandem animo laturum credis hodiernos ArchiDuces, si per ducentos hos continuos annos desponsatum Austriacis Imperium dimittere cogantur. Quis verò Austriacorum Ducum potentiam ignorat? ut nihil dicam de florentissimis regnis Bohemiæ & Vngariæ, quæ huic domui unita, quid commemorem Electores & Principes in ipsa Germania Domui Austriacæ adhærentes, qui soli Protestantibus Principibus resistere possent. Prætereo intimum Austriacorum cum Hispano fœdus, cujus vires, obstante licèt Gallo, contemnendæ non sunt. Nec est, quod objicias, bella superiori tempore gesta, etenim anceps fortuna belli est, nec ex eventu facta notanda, profectò si infeliciter pugnare & belligerare culpa est, quis in re etiam justissimâ bellum inchoabit. Fortunam Imperator sperare potest, præstare non potest. Verùm enimverò abrumpendum heic, & fortè alibi opportunior ea de re dicendi locus.

CAPUT VII.

De Praeminentia Ducum Burgundiæ, necnon Sessione Magistri ordinis Teutonici.

SUMMARIA.

1. *Duces Burgundiæ post ArchiDuces Austriæ primam Sessionem occupant.*
2. *Iidem omnes reliquos Duces, cujuscunque dignitatis illi sint, praecedunt, etiam magnum Florentiæ Ducem.*
3. *Duces Burgundiæ cum ipsis Electoribus de Sessione disceptârunt.*
4. *Post ArchiEpiscopos præ reliquis Episcopis omnibus, proximum in imperii consessu locum obtinet Magister Ordinis Teutonici, quod ipsum probatur.*
5. *Quam Sessionem in Comitiis Imperii occupet Magister Ordinis Teutonici, si ipse præsens sit, & quo ordine votum reddat.*
6. *Quanta Magistri Ordinis Teutonici auctoritas & potentia in Imperio sit?*
7. *Magistris Ordinis Teutonici competit potestas creandorum Equitum Auratorum.*
8. *Author latè in utramque partem examinat ac exponit contraversiam Sessionis inter Magistrum Ordinis Teutonici, & Episcopum Bambergensem.*
9. *Cur Magister Ordinis Teutonici in conventibus circularibus Franconiæ postponatur omnibus ejus Circuli Episcopis?*
10. *Argumentum petitum à voto & Sessione in Conventibus Circularibus, ad Comitia Imperii generalia non valet.*
11. *An Magister Ordinis Teutonici olim in Circuli Franconici Conventibus Sessionem habuerit, & quid hodie obtineat? luculenter exponitur.*

1 POst Potentissimos ArchiDuces Austriæ Sessionem occupare Duces Burgundiæ, notissimum est, & ex Actis Comitiorum constare poterit. 2 Hos ipsos omnes reliquos Duces, cujuscunque dignitatis & authoritatis illi sint, etiam magnum Florentiæ Ducem præcedere,

præcedere, tradunt Chassan. *in Catalog. Glor. Mund. part. 5. Considerat. 45.* & Menoch. *lib. 2. consil. 126. n. 34.* quinimo iidem cum ipsis Electoribus S.R.I Anno 1471. in Comitiis Ratisbonens. de Sessione certare non dubitârunt, & in Concilio Basileensi Anno 1433. Legatus Ducis Burgundiæ, adversus Germaniæ Electores loci prærogativam decreto patrum obtinuit, Choppin. *de doman. Franc. lib. 3. tit. 7. n. 13.* qua de re suprà *hoc libro cap. 5.* pluribus dictum fuit. Equidem Burgundiæ Duces inter Principes Imperii sessionem suam non occupant, sed inter Ecclesiasticos auf der Geistlichen banck/ post ArchiDuces Austriæ locum obtinent, quos deinde sequuntur ArchiEpiscopi, & Episcopi, Salisburgensis, Herpibolensis aliique, de quorum Sessione, quia *libro secundo* pluribus à nobis actum, opus non est, ut hoc in loco ea de re prolixiùs agamus, cùm inter Ecclesiasticos, auf der Geistlichen Fürstenbanck etiam sessionem suam obtineat Magister ordinis Teutonici, & de ejus Sessione suprà lib. 2. nihil à nobis annotatum, citra præjudicium ullum maximorum imperii Procerum, de quorum Sessione in sequentibus acturi sumus, heic quædam de ejusdem Sessione subjicere placuit. Et verò post Archiepiscopos, præ reliquis Episcopis omnibus, proximum in imperii consessu locum tenere Magistrum ordinis Teutonici, notat Theodorus Reinckingk. *lib. 1 de R. S. & E. Class. 4. c. 21.* ibi: Hos sequitur Magister Ordinis Teutonici: qui in dignitate major est Episcopo, veluti ArchiEpiscopi vices subiens, ut in Comitiis Imperii, auf der geistlichen Fürstenbanck hat der Hochmeister Teutsches Ordens die nechste Session nach den ErtzBischoffen/ und den vorsitz für allen Bischoffen/ confer Sleidan. *l. 24. Comm.* & Rutg. Ruland. *p. 2. de Commiss. lib. 2. c. 11. n. 45.* Hoc ipsum ὀφθαλμῶς patere ex subscriptione Recessuum Imperii asserit Nolden. *de Stat. Nobil. civil. cap. 9. n. 229.* & expressè Ruland. *d. l. n. 40.* tradit Magistrum Ordinis Teutonici, si ipse præsens sit, in Comitiis primum votum & Sessionem habere post Archiepiscopos, & ante Episcopos omnes. Et verò non immeritò Magistro ordinis Teutonici honoratior præ Episcopis locus competit, cùm ejus magna semper in imperio auctoritas & potentia fuerit, Nicol. Reusn. *in præfat. class. 1. Symb. Impp.* tradit summum Teutonici ordinis constitutum Magistrum, tanta præpollere potestate, ut illa Septemvirali in imperio Germanico par censeatur. Et verò satis præeminentiam Magistri ordinis Teutonici ostendit, quòd singulis hujus ordinis Equitibus, vel Magistris

gistri ordinis Teutonici ostendit, quòd singulis hujus ordinis Equiti-
8 bus, vel Magistris potestas creandorum Equitum auratorum concessa, qua dignitate ipsis Regibus fermè æquati fuere. Hoc etiam memoriâ dignum, quòd Hermannus à Saltza IV. ordinis Teutonicorum militum Magister, à Saracenis Asiâ pulsus, cum sui Ordinis militibus Romam circa Annum Christi 1217. vel ut alii 1127. perveniens, â Pontifice Honorio III. annulo donatus, ab Imp. Friderico II. verò, Princeps creatus fuerit, data pro insigni aquilâ Imperiali, Hieron. Henning. *Genealog. tabul. tom. 4. Monarch. 4. part. ult. tit. Sextum Regnum IV. Monarch. Rr. Bohemiæ Duces p. 257.*

Cæterùm, quod Sessionem Magistri ordinis Teutonici attinet. Quamvis in Comitiis Imperii Legato Magistri ordinis Teutonici con-
9 troversia ratione præcedentiæ & loci mota fuerit â Legato Episcopi Bambergensis, & protestatio ab eodem contra Legatum Magistri ordinis Teutonici interposita, attamen hâc non obstante Magister prædicti ordinis Teutonici in possessione Sessionis suæ permansit, Protestationi, (uti in Comitiis in Sessionum controversia fieri assolet) opponens Reprotestationem. Pro Bambergensi adduci posset, quòd Magistro ordinis Teutonici, non modò Episcopi omnes, sed & Abbas Fuldensis præpositi fuerint, prout patet ex subscriptone der Ordnung des Regiments Anno 1521. zu Wormbs aufgerichtet / quinimo in subscriptione Recessus Imperii Wormaciensis ejusdem Anni 1521. præpositus legitur Bambergensis, ibi: Jorg Bischoff zu Bamberg / cui postponitur Magister ordinis Teutonici ibi: Dieterich von Cleen / Hochmeister Teutsches Ordens in Teutschen und Welschen Landen / ibidem patet ex Recessu Imperii Ratisbonensi de Anno 1527. ubi vicissim Magister ordinis Teutonici postpositus legitur.

Verùm enim verò, ut non dicam, fragile hoc argumentum à sola subscriptione Recessuum Imperii petitum esse, constat ex Recessibus Imperii, ut plurimum Status Imperii promiscuâ Sessione usos fuisse, imò post adductum Recessum Imperii Ratisbonensem de Anno 1527. Magister ordinis Teutonici Bambergensi & aliis præpositus reperitur, quin etiam ex subscriptione Recessus Imperii Norimbergensis de Anno 1527. patet Albertum summum ordinis Magistrum Episcopo Bamber-
10 gensi aliisve præpositum. Nec officit, quòd Magister ordinis Teutonici in Conventibus circularibus Franconiæ postponatur omnibus ejus

Circuli

Circuli Episcopis, etenim prout rectè hoc notatum à Limnæo *tom. 4. Jurispublici in Addit. ad lib. 6. cap. 2. n. 60. p. 17.* ibidem consideratur, non ut Magister ordinis Teutonici, sed ut Prælatus, ratione tantùm bonorum istorum immediatorum in isto Circulo, & horum respectu in Comitiis nullum votum, & ne quidem cum cæteris Prælatis eum obtinere existimat Limnæus *d. l.* præterea, cui non notum, argumentum petitum à voto & Sessione in Conventibus Circularibus ad Comitia imperii generalia non valere. Satis verò partes Magistri ordinis Teutonici tuetur hoc unicum, quòd is in possessione præcedentiæ fuerit. 11

Non prætereundum ulterius hoc loco; Magistrum ordinis Teutonici olim in Circuli Franconici Conventibus, nec Sessionem, nec votum habuisse, & quamvis Anno 1532. die 15. Julii & Anno 1537. die 21. Februarii ab Episcopo Bambergensi vocatus fuerit prædictus Magister ordinis Teutonici, & Legatus ejusdem nomine non modò comparuerit, sed & Sessionem & votum inter Ecclesiastici hujus Circuli Status habuerit, & admissus sit, à secularibus tamen Statibus admissus non est, cùm verò ordinis Magister exinde querelas suas ad Ferdinandum Regem Romanorum detulisset, rescripsit Rex idem ad Episcopum Bambergensem, ut eò allaboraret, quò à secularibus Circuli Statibus Magister ordinis Teutonici ad Sessionem ac votum admitteretur, eas cùm frustra sibi communicari literas ab Episcopo Status petiissent, Status Imperii dicto Anno 1537. die 12. Junii in Conventu Circulari Winsheimii habito Regem Romanorum scripto hâc de re admonuerunt, cujus tenorem recitat Limnæus *d. l. p. 18. & 19.* ex quibus apparet Status seculares in eo fundamentum sententiæ posuisse, quòd Magister ordinis Teutonici intra 20, 30. & quod excurrit annos, nullam unquam Sessionem & votum in Conventu Statuum secularium Circuli Franconici habuerit, nec Recessibus Imperii, quibus Status Circuli Franconici subscripserunt, subscripserint, prout ex Recessibus Imperii constat, denique Magistrum ordinis Teutonici nunquam habitum pro Principe aut Statu Circuli Franconici constat, imò aliquoties Legatum Magistri Ordinis Teutonici non attentâ postulatione suâ, ad Sessionem & votum inter Status seculares dicti Circuli admissum non fuisse, nec indè in Comitiis Imperii querelam movisse, aut legitimis remediis jura sua defendisse, non intermissurum procul dubio, si ullum jus Magistro Ordinis Teutonici, seu principali suo competere putaret. Postmodum 12

Anno

Anno 1538. in Conventu denuò Winsheimii habito, Statibus placuit, in posterum Magistrum Ordinis Teutonici ad Conventus & reliqua Circuli negotia admittendum ad Sessionem & votum. Quòd idem postea in alio Conventu eodem loco & anno die Mercurii post festum S. Chiliani habito, approbatum, unde Rex Ferdinandus in literis d. Anno Lincii datis, Ordinibus Circuli gratias propterea egit, & ita Magistrum ordinis Teutonici ad Sessionem admissum fuisse constat. Limn. *d. l. p. 10.*

CAPUT VIII.

De Serenissimorum Baoariæ sive Bavariæ Ducum præeminentia, Sessione & præcedentia.

SUMMARIA.

1. Bavariæ Ducum ab antiquis temporibus semper in Imperio Germanico auctoritas & praeminentia insignis fuit.

2. De praeminentia Ducum Bavariæ adducuntur verba Marquarti Freheri.

3. Exponitur Controversia Sessionis inter Domum Bavaricam & Palatinam, & quomodo eadem à Ludovico IV. Imperatore Augusto composita.

4. Antiquitatem gentis & Ducum Bavariæ arguunt insignia Bavariæ Ducum, quæ originem Schyticam demonstrant.

5. Ab antiquo controversia Praecedentiæ fuit inter Saxoniæ & Bavariæ Duces, quæ hucusque indecisa mansit & proinde singulis in Comitiis *Imperii Protestationes & Reprotestationes auditæ sunt.*

IN Comitiis Imperii Principes in genere distingui in duo subsellia, Ecclesiasticum sc. & seculare, ex Actis Comitiorum constat. In primo, auf der geistlichen Fürsten-Banck post Archiduces Austriæ, Duces Burgundiæ, proximum locum occupant, Salisburgensis, Herbipolensis aliiq; Episcopi, de quorum Sessione *libro 2.* actum à nobis

suit

fuit. In secundo als auf der Weltlichen Fürsten-Banck præcipuum locum occupant Duces Bavariæ & Palatini. Equidem Bavariæ Ducum ab antiquis temporibus magna semper in Imperio Germanico auctoritas & præeminentia præ cæteris Proceribus fuit, quorum origines altiùs repetere, aut decora speciali illustrare opus non est, cùm id jam olim magna cum laude præstitum fuerit ab Aventino *in Annal. Boiar.* Non possum verò heic intermittere præclarum testimonium, quod Bavariæ Ducibus perhibet incomparabilis Marquardus Freherus *in Comment. orig. Palatin. cap. 12. p. m. 92. & 93.* cujus verba digna, ut hoc loco legantur. Bavaria, *inquit Freherus,* regnum olim florentissimum & amplissimum, una parte ad fines Hungariæ, altera ad mare Hadriaticum, tertia ad Alpes Franconiæ terminatum, Reges antiquitus habuit: sub Francorum autem imperio Duces accepit. Ad Christianam fidem ante plerasque Germaniæ partes conversa status Imperii primarius semper fuit. Duces ejus cæteris Principibus, quantum potentia & nobilitate majores, tantum etiam honore & loci prærogativa antelati. Ducatus Bavariæ in quaternaria divisione ordinum Imperii (si qua ei fides) Principe loco collocata. Ex hac denique familia non tantùm aliæ complures illustres Principum familiæ, quasi surculi amplissimæ arboris, enatæ: sed multi etiam iique laudatissimi Cæsares & Augusti Orbi Christiano dati. Et (quod rarum & propè unicum DEi beneficium) à multis jam sæculis, primaque adeò origine sua, inclytum genus hoc continua serie absque ulla interruptione feliciter ad nostram usque ætatem propagatum est. *Hactenus Freherus d. l.* Ex quibus Freheri verbis satis de insigni præeminentia Bavariæ Ducum constare poterit. Quod controversias Sessionis, quæ Ducibus Bavariæ cum aliis Principibus Imperii fuerunt, attinet, primò omnium inter hanc domũ Bavaricam, & Palatinam de sessione lites fuisse constat, qua in controversia alternationis remedium salutare visum fuit Ludovico IV. Imperatori Augusto, & ipsi Comiti Palatino Rheni ac Duci Bavariæ, qui prærogativam suffragiorum interlocutoriè partitus est in hunc modum, ut primum votum in Electione Romanorum Regis &c. haberent Duces à Rudolpho primogenito descedentes, alterum verò Duces ab Imperatore Ludovico secundo genito promanantes, alternatim & ordine mutuitante, ut patet ex Decreto dato Ticini in Italia, Anno Dom. MCCCXXVIII. cujus meminit Andreas Presbyter Ratisponensis *in Chron Bavar. pag. 28.* Frehe-

rus *in tract. de Legit. tutel. curaq; Elect. Palat.* Gewoldus *in Antithesi* &c. Equidem inter cæteros Imperii Principes Bavaros eminere constat, ut nihil nunc dicam de antiquitate gentis & Ducum Bavariæ, quam arguunt
4 insignia prædictorum Bavariæ Ducum, quæ originem Scythicam demonstrant, prout tradunt Wolff. Lazius *lib. 7. de Migrat. Gent. p. 283.* Suffr. Petr. *lib. 1. de Orig. Fris. cap. 3.* confer præprimis Hœpingium *de*
5 *Jure Insignium cap. 6. part. 5. Memb. 2. per tot.*

Porrò, constat, ab antiquo controversiam Præcedentiæ fuisse inter Saxoniæ & Bavariæ Duces, vide Recessum Imperii Wormatiens. Anno. 1521. §. Doch hat/ ibi: unser Oheym Hertzog Friederich von Beyern/ dergleichen unser Oheim/ Hertzog Jorg von Sachsen/ mit offentlicher Protestation vor uns Chur Fürsten/ Fürsten/ und Ständen/ nicht anders in dieß nachfolgende einschreiben der Fürstlichen Personen/ und sonst bewilligen wollen/ dan ihn/ ihren Vättern und beyden Häusern/ Beyern und Sachsen/ an ihrer Session, altem herkommen unnd gebreuchen/ unabbrüchig und unbegeben. Hæc controversia Sessionis hucusque indecisa mansit, ac proinde singulis in Comitiis Imperii, ut & in novissimis quoque Protestationes & Reprotestationes auditæ sunt, Mimn. *de jur. publ. lib. 5. c. 14. in Addit. p. 934.* Ultimò denique inter domum Bavaricam & Austriacam de præcedentia controversiam fuisse, testatur Justus Justinus Justinopolitanus *in consid. considerat. consider. 36. p. m. 289.* Fieri potest, *ait prædictus Author de domo Austriaca & Bavarica agens,* ut antiqua præcedentiæ, quam vocant, inter utramque domum & aliæ privatæ controversiæ atque ita scintillæ veterum simultatum nondum omnium exstinctæ sint, &c.

Priusquam finem huic capiti imponamus, notandum esse duximus, Bavari ac Bavariæ nomen barbarum: nec Latinum, nec Germanicum esse. Apud Scriptores Germanicos enim semper Boioarios, aliquando & Boiarios scriptum legimus, hinc Marcha Baioriæ occurrit in Diplomate Thassilonis ex perillustri & antiqua familia Agilolfingia Bojorum Ducis ultimi, quo monasterium Chrembsmunster abs se conditum dotavit. Lubet hac de re subjicere verba Aventini *lib. 1. Annal. Bojorum:* Bavarus, *ait*, nomen barbarum, obscænum inauspicatumque, semidocto vulgo protritum, recens est, nuper ab imperitis usurpari cæptum: nec Latinum, nec Germanicum. Nusquam apud veteres, nusquam in vetustis exemplaribus, monumentis, literis, epistolis, legibus, tabulis, di-

diplomatibus invenio, quæ omnia lingua Romana scripta sunt. Demùm enim post Friderici II. fata Germania suum sermonem depingere literis Latinis didicit. Semper Boioarios, aliquando & Boiarios, scriptum lego. Babariæ quidem vocabulum post Carolum Magnum ejusque nepotes à privatis literatoribus (ut sunt mores eorum) additum est. Etenim, cùm illi in ea regione (quæ Anasso amni orientem versus subjecta est, & tunc Austria vocari solet, tunc Abaria atque Hunnia erat) ad internecionem Hunnos, quos Boii Abares cognominant, delevissent, colonias ibi Bojorum deduxerunt, Bojariæque regno conjunxerunt, ut una gens, unus Ducatus posthac foret. Grammaticæ tum tribus ex Boiis & Abaribus vocabulum composuerunt, quod & hujusmodi rei monumentum esset, & utramque regionem uno cognomine complecteretur, quemadmodum à Gotis & Alanis est Gotolania, & ex Celtis & Hiberis Celtiberia. Longo tamen tempore Babaria in ludo declamatorum delituit, equites patresque semper Boiaria & Boiaria, & scripserunt & dixerunt: pedetentim vicit pertinacia Grammaticorum. Babaria paulatim irrepsit Baioariam atque Boiariam extrusit, ac tandem publicè recepta est: sicut monumenta publica, privata ostendunt. Reginoburgii in templo Divi Heimerani Babariæ vocabulum in saxo incisum exsistit. Bavarus verò post Imperatorem Fridericum secundum demùm natus est, cujus parentes, si Boios & Avares dixero, id fortassis non mentiar: quos enim Boii & Græci Abares, Romani Avares vocant. *Hactenus Aventinus.*

CAPUT IX.

De Ducum Saxoniæ Præeminentia, necnon Famosa Præcedentiæ Controversia inter Lineam Vinariensem & Altenburgensem.

SUMMARIA.

1. *Referuntur Scriptores. qui tam eminentiam & præcedentiam scriptis Vinariensis, quàm Altenburgensis pra- defenderunt.*

Mmmm 2   2. *Adda-*

2. Adducuntur argumenta, quæ in possessorio pro Vinariensi prolata.

3. Probatur, Johannem Ernestum Principem Vinariensem triennio seniorem esse Johanne Philippo Aldenburgensi Principe, & proinde eidem præferendum.

4. Evincitur jure divino, naturali, necnon moratiorum gentium, civili, Saxonico, consuetudinario, & unanimi Germaniæ Principum consensu receptum esse, Seniorem in Sessione præferendum.

5. Juris naturalis quænam auctoritas?

6. Quantus honos Senectuti habitus fuerit ab omnibus gentibus, necnon Seniores prælati, latè probatur.

7. Egregius hac de re locus Æliani notatus.

8. Generalis consuetudo in universo Imperio Germanico est, ut inter pares dignitate Principes, ejusdem præsertim familiæ, natu maximus cæteros antecedat.

9. Apud Romanos id honoris Seniorum ætati collatum fuit, ut, qui natu grandior esset, is priùs in senatu sententiam rogaretur.

10. Probatur luculenter, in lineis Altenburgensis & Vinariensis domus receptum esse, ut senior Princeps in sessione & subscriptione præferatur reliquis.

11. Hoc ipsum juri divino consentaneum est.

12. Qui regulam pro se habet, tam diu tuendus est, donec de exceptionibus legitimè doceatur.

13. Alia argumenta pro Vinariensi adducuntur.

14. In majoratu semper succedit ultimo possessori major natu, quod ex Molina aliisq; evincitur.

15. Egregia & lectu jucunda hac de re de institutis Græcorum & Romanorum circa successionem & prælationem Senioris referuntur.

16. In Imperio Orientali, ex filiis Imperatoris, eum, qui ætate antecesserit Imperatorem salutatum, & reliquis fratribus prælatum fuisse, ostenditur.

17. Idem receptum esse in imperio Assyriorum, Persarum, Ponti, Macedoniæ, Indiæ, Æthiopiæ, Turcarum, Tartarorum, ac Regno Parthico, ex historicis & scriptoribus præclarè evincitur.

18. In Germania in successionibus semper Senioris agnati rationem habitam fuisse, ex legibus Germanicorum Imperatorum, aliisq; veterum monumentis probatur.

19. Idem evincitur ex pactis successoriis diversorum Principum Germaniæ.

20. Regnum Francorum successivum fuisse contra Eegelbrechtum probatur simulq; ostenditur, quandam præeminentiam in divisione ac partitione Regni Franciæ Seniori mansisse.

21. Evincitur in Regno Portugallico

constitutum esse, ut major in successione Regni reliquis præferatur.
22. Exemplo Philippi II Regis Hispaniarum hoc ipsum illustratur.
23. Ætatis rationem in successione Regnorum habitam fuisse, non solùm inter Vandalos, sed in omnibus regionibus Septentrionalibus ex Procopio aliisque probatur.
24. Idem receptum in Regibus Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, necnon Moscovitarum Regno.
25. In institutione Majoratus semper vocatur major natu, sive senior, quotocunque gradu ab ultimo possessore distet: neque in eo repræsentatio attenditur.
26. Refertur hac de re lex Genserici, Vandalorum Regis & Imperatoris Africæ.
27. Similis lex Cambræ Reginæ Francorum adducitur.
28. Idem confirmatur ex Aurea Bulla Caroli IV. Bulla Saxonica, & Palatina.
29. Verbis Bullarum servire necesse est.
30. Verba eorum, qui de successione disponunt naturaliter, non civiliter sunt accipienda.
31. Cùm verba videntur clara, omnis de voluntate quæstio cessare debet.
32. Bullæ ac Novellæ Constitutiones, quàm potest fieri, strictissimè sunt accipiendæ.
33. Testator, quod non loquitur, voluisse non præsumitur.
34. Referuntur Academiæ Germaniæ, & Icti præclarissimi, qui Vinariensis partes defenderunt.
35. Adducitur hac de re sententia Scabinatus Magdeburgensis, necnon Academiæ Wurtzburgensis.
36. Author adducit argumenta pro Altenburgensi militantia.
37. Adducuntur verba exspectantiæ Cæsareæ de Anno 1572.
38. Respondetur ad hanc exspectantiam, & rationibus evincitur, exinde de præeminentia Altenburgensium contra Vinarienses nihil colligi posse.
39. Quod sub tempore vel conditione promissionis est, ante tempus vel conditionem existentem nihil proficit, & per consequens, nec ad præeminentiam conducit.
40. Conditione pendente ipsa successio in suspenso est.
41. Respondetur ad secundum Altenburgensium fundamentum, testamentum scilicet Johannis Wilhelmi Ducis Saxoniæ, Anno 1573. factum.
42. Relatum potius, quàm referens respiciendum est.
43. Nemo plùs juris in alium transferre potest, quàm ipse habet.
44. Regula, quòd spes pro veritate habeatur, restringitur in spe conditionali.
45. Removetur argumentum Altenburgensium, petitum ex investitura Cæsarea, de Anno 1587.

46. *Exponuntur verba Aureæ Bullæ Caroli IV. Bulla Palatina Imp. Sigismundi, aliarumq; & ostenditur, nihil exinde solidè ad praeminemtiam Altenburgensium colligi posse.*

47. *Removentur alia argumenta petita ex restitutione Johannis Friderici Electoris, qui banno percussus, postmodum à Carolo V. 27. Augusti, Anno 1551. restitutus fuit.*

48. *Restitutio non trahitur ad jus alteri quaesitum.*

49. *Restitutus honoribus, non restituitur ad honores aliis collatos, sed tantùm vacantes.*

50. *Probatur. nullam consequentiam esse, ab exspectantia, sive successione in Electoratum argumentari velle ad praecedentiam.*

INter Germaniæ Principes præ reliquis eminere Saxoniæ Duces nemini non constat. Quos jam antiquis temporibus inter cæteros Germaniæ Duces primum ferè obtinuisse locum, facilè probari posset, si præeminentia & dignitas, Saxoniæ Ducum non in vulgus nota esset, ut igitur in hisce recedsendis immoremur, opus non est, quin potiùs nos accingamus ad famosam istam & acriter ventilatam præcedentiæ & Sessionis controversiam inter Lineam Vinariensem & Altenburgensem: *An scilicet Vinariensis Altenburgensi, vel hic illi, in Sessione præferendus*? Equidem postquam fato functi Johannes Ernestus, & Fridericus Duces Saxoniæ lineæ Vinariensis, qui ætate omnibus lineæ Altenburgensis Principibus, majores fuerunt, disputatio hæc sublata videri posset, attamen cùm tempora se offerre possint, ut postliminio, oblato eodem casu, eadem disputatio reviviscat, & in mundo utplurimum eadem agatur fabula, mutatis personis, operæ pretium me facturum existimavi, si pauca de hac nobili controversia, perlustratis ab utraque parte editis & publicatis scriptis, necnon rationibus probè ponderatis, in medium afferrem. Exstant planè de hac Sessionis controversia, plurimi tractatus editi, inter quos præ cæteris legi merentur; Vota Aulica, super illustrissima Ducum Saxoniæ controversia de jure præcedentiæ, Auctoribus illustribus Sacri Consistorii Adsessoribus Matthæo Wackero à Wackenfels in Jungferdorff. &c. & Johanne Rodolpho Hegenmullero, S. Cæs. Majestatis Consiliariis Aulicis, quorum ille pro Vinariensi, hic pro Altenburgensi pugnavit, edita Francofurti, nec hoc loco prætereundus summus Vir Goldastus *in tract. de Majoratu*, itidem Francofurti cum prioribus edito, in quo tribus libris Vinariensis

partes defendit, ejuſdem Vinarienſis præeminentiam vindicavit & aſſeruit Jacobus Alemannus Ictus non incelebris, cujus ea de re exſtat integra & ſolida conſultatio 7. *in Palæſtra Conſultationum juris.* Confer Authorem deß warhafftigen gegründeten berichts / was ſich nechſt abgewichener Jahr hero / zwiſchen denen Churfürſtlichen Sächſiſchen in Vormundſchafft beyderſeits verordneten Regierungen zu Weimar und Altenburg / in der erregten Præcedentz und primogeniturſtreit fürgelauffen / Arnoldum Engelbrechtum *in opere de ſucceſſione in Electoratibus*, Johannem Limnæum *tom. 2. de Jure publico lib. 5. cap. 15. n. 3.* & adductum eidem Scriptum, cui Titulus Abtheilung der grundfeſt / Sächſiſcher Weimmariſcher Præcedentz, ut nihil nunc dicam de Johanne Zeſchino, Comite Cæſareo, & Cancellario Neoburgico, aliiſve, qui de hac quæſtione egerunt. Et quidem, quod Vinarienſem attinet, pro aſſerenda ipſius Seſſione & præcedentia, (utut à Rudolpho Imperatore Anno 1607. 27. Septembris pro Aldenburgenſi pronunciatum fuit) Scriptores, qui Vinarienſis partes tuentur, adduxerunt.

(1.) Quòd hæc controverſia præcedentiæ demùm Anno 1603. quo anno diviſio facta inter Johannem Ducem. & Friderici Wilhelmi filios, qui partem Aldenburgenſem elegerant, mota fuerit, tum demùm enim Altenburgenſes Conſiliarios recedentes à parte Vinarienſi proteſtationem interpoſuiſſe, de jure ſuo ſalvo retinendo, eam verò proteſtationem, per contra Proteſtationem Ducis Johannis eliſam eſſe, quinimo conſtare ex Comitiis Ratisbonenſibus de Anno 1603. quòd Johannes Dux Saxoniæ Vinarienſis ſive Ablegati ejus ritè & ſolenniter prælati fuerint Aldenburgenſium Ducum Legatis, non obſtante, quòd Elector Saxoniæ Chriſtianus II, ipſorum Aldenburgenſium eſſet Tutor & Curator: Nam idem Johannes Dux, etiam Electori in hac parte liquido prælatus eſt, tanquam Ducali, nimirum Tutori, quantumvis Electoria dignitate actu præfulgenti. Verba d. Receſſus Imperialis ita habent, ibi:

Hertzog Johan zu Sachſen vor ſich / und dan neben Chriſtian dem andern / Hertzogen unnd Churfürſten zu Sachſen in Vormundſchafft Nahmen / Weiland Friderich Wilhelms / Hertzogen zu Sachſen ſeligen hinterlaſſener Söhnen / &c. Et iterum. Wegen der Fürſtlichen Grafſchafft Hennenberg &c. So dann Hertzog Johan zu Sachſen vor ſich / auch mit und neben vorgedachten Churfürſten zu Sachſen &c. in geſambter

Vor-

Vormundschafft Weyland Hertzog Fridrichs Wilhelms zu Sachsen &c. hinterlassenen unmündigen Söhnen. Ex quibus verbis d. Recess. Imp. duo apparent : primum, quòd Johannes Dux pro se : vor sich : hoc est, ex persona sua propria, non tanquam Tutor, sed tanquam Dux Saxoniæ, prælatus sit filiis fratris sui Friderici Wilhelmi, itidem Ducibus Saxoniæ, quantumvis ex primogenito natis, quod probè notandum. Deinde, quòd idem Johannes Dux, etiam tanquam Tutor eorum filiorum fratris sui prælatus sit Domino Electori, tanquam Contutori.

(2.) *Argumentum* Vinariensis causæ propugnatorum, hoc est: Quicunque senior est inter duos Principes genere, & statu, & nativitate pares, is præcedere jure debet. Atqui Vinariensis tum temporis senior fuit. &c. E. is præcedere jure debet. Minorem facilè probârunt Vi-
3 narienses, quippe in confesso erat, Johannem Ernestum Principem Vinariensem triennio seniorem esse Johanne Philippo Aldenburgensi Principe. Majorem propositionem quod attinet, ea fundata & recepta jure divino, naturali, necnon moratiorum gentium, civili, Saxonico,
4 consuetudinario, & unanimi Germaniæ Principum consensu. De jure divino id probatum dedit Cardinalis Palæotus *p. 3. de Bono Senectut.* ubi tradit, plus senioribus à DEo tributum fuisse, quàm aliis potentibus viris, quinimo generalem apud Judæos legem exstitisse, ut juvenes senioribus omnibus honorem exhiberent, quia cunctorum senior esset DEus, tradit Josephus *in lib. contra Appionem cap. 7.* ita in Levitico *c. 19.* scriptum legimus : Coram cano capite consurge, & honora personam Senis; & apud Isaiam *c. 9.* Longævus, & honorabilis, ipse est caput, & apud Danielem *cap. 12.* Quia tibi DEus dedit honorem senectutis. Non abre igitur Antilochus victus ab Ajace grandioris ætatis viro ; Nosti, *inquit*, amice, quòd etiam immortales Dii majores natu venerantur, apud Homer. *lib. 23. Iliad.* unde illud apud Suidam, ex Nescio, ex quo veteri scriptore; καὶ πρεσβυγένεσι τιμᾶται μᾶλλον. De Jure naturali itidem constat, Seniores præferendos junioribus, Ælian. *lib. 1. de Natura animalium.* Arist. *lib. 7. Polit. c. 14.* ibi : Natura quidem humano generi dedit hos seniores, hos juniores : quorum quidem primos principari, secundos subjici decet. Et verò lex Naturæ diffusa in omnes, non instillata, sed insita, quam unà cum nutricis lacte hausimus, imbibimus, expressimus, vocat juniores ad officium venerationis Senioribus exhibendum , Aristot. *lib. 1. Rhetor.* Sophocles in

A. 16.

Antigone, quæ lex naturæ, non ab hoc aut illo mortali, mortalis, non in chartis aut columnis exanimis, exanima, sed corrumpi nescia, quippe ab immortali naturæ insculpta, in immortali intellectu, uti loqui amat Philo *in libro omnem virum bonum esse liberum.* ibi: Νόμος δὲ ἀψευδὴς ὁ ὀρθὸς λόγος, οὐχ ὑπὸ τοῦ δεῖνος, ἢ τοῦ δεῖνος θνητοῦ φθαρτὸς ἐν χαρτιδίοις ἢ στήλαις ἄψυχος ἀψύχοις, ἀλλ' ὑπ' ἀθανάτου φύσεως ἄφθαρτος ἐν ἀθανάτῳ διανοίᾳ τυπωθεὶς, etiam in hoc jure præcedentiæ firma, stabilis, atq; immutabilis permanet, Decianus *vol. 1. consil. 21. n 60. & seq.* Tiraquell. *de jure primogen. in præfat. n 47.* S. Ambrosius *in Comment. ad 1. Timoth. 5.* asserit, apud omnes gentes senectutem honorabilem esse, confer *Bartol. in l. 1. D. de alb. scrib. & in l. 2. C. de decurion lib. 10.* & Sparanum Barensem IC. *in tract. de virtut. & vitior. detestat cap. 9. in fin.* unde princeps Poëtarum Græcorum dicere non est veritus; Ἀθάνατοι τιμῶσι παλαιοτέρους ἀνθρώπους. Hujus juris vestigia in ipsis brutis reperiuntur, de Elephantis tradit Plinius Major *lib. 8. Nat. histor. cap. 7.* Elephanti gregatim semper ingrediuntur, ducit agmen natu maximus: cogit agmen ætate proximus. Idem scribit Solinus *in Polyhist. cap. 38.* ibique Petr. Joh. Olivarius *in scholiis ad Solin. lit. e.* De formicis Ælianus *lib 8. de Natura animal.* Cùm ad pabulandum proficiscuntur, natu grandiores similiter eas, ac exercitus duces, ducere. Ut hinc liquidò colligere liceat, ab ipsâ natura impressam esse hanc prærogativam mentibus hominum.

Quòd consensum moratiorum gentium attinet, facilè probari poterit, gentes uno quasi ore jus πρεσβείας, & honoratiorem in consessu locum majoribus ætate ac senioribus tribuisse. De Ægyptiis id ipsum tradit Herodotus *lib. 2. in Euterpe,* & apud eosdem lege cautum fuisse, 6
ut juniores cedant Senioribus in occursu, scribit Nymphiodorus *lib. 13.* τῶν Βαρβαρικῶν. De Spartanis idem refert Plutarchus *in Laconic. instit.* ad de Xenophontem Socratis auditorem dignissimum, ibi: ὁδοῦ παραχωρῆσαι τοὺς νεωτέρους πρεσβυτέρῳ συντυγχάνοντι καὶ θάκων ἐξίστασθαι. Ipse Cyrus Persarum Medorúmque Imperator apud eundem Xenophontem *lib. 8. de Pædia Cyri,* suo exemplo idem docuit, atque ut filii sui imitarentur, hoc ultimo suo elegio præcepit; Institutus fui ita etiam ipse, & â mea, & vestra patria, senioribus non solùm fratribus, verùm etiam civibus, & via, & sedili, & sermone cedere, confer universæ Philosophiæ parentem Aristotelem *lib. 9. Ethic. c. 2.* ubi dicit, Senioribus honorem assur-

Nnnn gendo

gendo & sessionem cedendo reddendum esse; παντὶ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ τιμὴν καθ' ἡλικίαν ἀποδοτέον ὑπαναστάσει καὶ καθέδρᾳ. Apud Arabes maximum ætate in omni re præcessisse cæteros, testantur Heraclides *in Politiis*, Strabo *lib. 16 Geograph.* & Diodorus Siculus *lib. 3. Bibliothec. cap. 13.* De Judæis idem constat ex sacro Codice Daniel. *c. 12.* ibi: Sede in medio nostrûm, quia tibi DEus dedit honorem senectutis, vide Josephum *in lib. contra Appionem cap. 7.* De Romanis terrarum quondam Dominis res notissima, vide A. Gellium *lib. 2. Noct. Attic. cap. 15.* Valer. Max. *lib. 2. de Dict. & fact. memorab. cap. 1.* Cicer. *in Offic.* & Juvenalem *Satyr. 13.* qui de præclaro hoc Romanorum more ita:

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si juvenis vetulo non assurrexerat, & si
Barbato cuicunque puer, licèt ipse videret
Plura domi farra & majoreis glandis acervos.

Idem de Persis scribit Ælianus *lib. 12. Var. histor.* De Scythis Damascenus *de morib. gent.* de Albanis vide Strabonem *lib. 11. Geograph.*
7 Præclarè Ælianus *lib. 1. de Natura animal.* Ex omnibus legibus, *inquit*, humanissimam judico, qua Lycurgus præcipit natu grandioribus juniores, cùm vel de sedibus, vel de via decedere debere, tùm verò eosdem reverentiâ adversus ætatem, quam ut assequantur, omnes expetunt, assurgere oportere. Elephantorum genus à principio hoc idem solo naturæ ductu & sine Lycurgi, sive Solonis, aut Zaleuci Charondæve præceptione sanctissimè observant. Ut de aliarum gentium institutis nunc nihil dicam, idem jure civili constitutum, scilicet inter æqualis gradus & dignitatis personas Seniorem debere præcedere *l. & qui originem 3. §. præses. 15. versic. secundùm ætatis. D. de muner. & honor.* Tiber. Decian. *vol. 1. Resp. 21. n. 60.* Aleman. *in Palæstra Consult. dict. Consult. 7. p. m. 360. & 361.* idque cumprimis inter Duces & Principes procedere tradit Simon Pistoris *Consil. 18. n. 3.* ibi: præcedentia debetur illi Duci, qui est major natu, adde *l. final. C. de præfect. prætor. sive urbi lib. 12.* ibi: sit sedes prior ante provectis *l. 1. C. de præposit. sacri cubiculi eod. lib.* ibi: ut in sedibus eis ordo servetur, quem ordo profectionis ostenderit *l. fin. & ibi Gloss. Bart. Luc. de Penna & Dd. C. de Tyronib. eod. lib. cap. placuit. 1. in fin. dist. 18. cap. 5. dist. 93. cap. Episcopus 10. dist. 96.* Vide Decianum *d. vol. 1. Resp. 21. n. 60. cum seqq.* ubi tradit generalem consuetudinem in universo Imperio Germanico esse, ut

inter

inter pares nobilitate, atque dignitate Principes, ejusdem præsertim 8
familiæ, natu maximus cæteros antecedat, qui eo nomine etiam ap-
pellatur primus Princeps à Prudentio Clemente *lib. 1. adversus Symmach.*
uti observatum ab Isaacio Grangæo *in Comment. n. 529.* Sanè apud Ro-
manos id præterea honoris Seniorum ætati collatum fuit, ut qui natu 9
grandior esset, is priùs in Senatu sententiam rogaretur, Langlæus *lib. 7.*
Semestr. cap. 7. fol. 453. Lambinus *in Comment. in Plauti Epidic. act. 2.*
sc. 1. & Zamoscius *lib. 2. de Senat. Roman. fol. 147.* unde apud Cicero-
nem *in lib. de Senectute*, Cato Major inducitur hunc in modum per-
orare; Multa in nostro Collegio (Augurum scilicet) præclara, sed
hoc, de quo agimus, inprimis, quòd, ut quisque ætate antecellit, ita
sententiæ principatum teneat. Confer Dionys. Halicarnassæum *lib. 6.*
Antiquitat. Rom. & lib. 11. Et cùm Seniores primo, id est, superiore &
honoratiore loco sedere debeant, Lucas de Penna *in l. ult. C. de Tyron.*
lib. 12. Bartolus *in l. 1. D. de obseq. à lib. præst.* hinc enatæ metaphori-
cæ istæ, & quasi proverbiales quædam loquendi formulæ, ut dicatur
πρεσβύτατοι ἐνιδρῦσθαι pro ἐν πρώτοις φυλάττεσθαι καὶ ἐνιδρύεσθαι, apud Suidam in
Lexico: quod interpretatur priorem sedere Julianus antecessor *in Constit.*
119. n. 507.

Porrò, unanimi Germaniæ Principum consensu Seniori jus πρωτοκαθεδρίας
competere itidem dubio caret, id quod observatum hactenus in domo
Electorali & principali Brandeburgica, item Pomerana, Mechelembur-
gica, Badensi, in domo Anhaldina, necnon in domo Brunsuicensi &
Luneburgensi, prout infrà dicemus, nec opus pluribus id confirmare
præjudiciis, cùm id jam ante præstiterit, vir summus Goldastus *de Majo-*
ratu lib. 1. cap. 22. per tot. quin & in domo Electorali Saxonica, Anhal- 10
dinæ & Misnicæ familiis receptum, nec dubitandum, quin idem in
lineis Altenburgensis & Vinariensis domus receptum sit, evincit id
satis scriptum istud *in pr. Capitis hujus* adductum, cui titulus Abtheilung
der grundfest Sachsischer Weinmarischer Præcedentz. ubi parte primâ
adductis infinitis exemplis literarum, mandatorum, eorundemque sub-
scriptionibus & subsigillationibus docetur, receptum inter Altenbur-
gensis & Vinariensis Domus Principes fuisse, ut Seniores præponeren-
tur; id quod etiam ex subscriptionibus variis, & insignibus, monetis im-
pressis, confirmatur, dicta parte prima ejusdem scripti. Prædicta egre-
giè etiam confirmantur ex iis, quæ in parte secunda dicti Scripti in princ.

 ad-

adducuntur, ibi: die in Archivo bey den Reichsacten befindlichen Berichts/ wies die Röm. Keyserl. Mayest. sambt Churfürsten/ Fürsten/ und Ständen mit denen Sessionen zu halten pflegen. Auch Anno 1486. und 1495. gehalten haben. Item zu der lincken deß ersten nach der Chur-Fürsten/ unnd Churfürsten Botschafften/ ein Ertzhertzog/ wo der Persöhnlich gegenwertig ist/ Item darnach der Eltister weltlicher Fürst/ auß den drey häusern Bayern/ Sachsen/ und Brandenburg/ und nach dem eltisten die anderen Fürsten derselben häuser/ jeglichen nach seinem alter. Quod ipsum juri etiam divino consentaneum esse diximus, Genes. *43.*
11 *versic. 33.* ibi: Sedebat quisque minimus juxta ætatem suam, & ita communiter Dd. Modestinus Pistoris *volum. 2. Consil. 51. n. 39. fol. 719.* Aymon Cravetta *part. 3. consil. 489. n. 6. fol. 464.* Tiberius Decianus *volum. 1. Respons. 21. n. 61. fol. 153.* idem pluribus prosequitur Andreas Tiraquelllus *in præfat. de jure primogenior. n. 115. 116. & seqq.* Inde jam ulterius inferunt Vinarienses: Si inter fratres senior præcedit, sequitur, quòd etiam inter fratres patrueles senior debeat præcedere. Atqui verum prius. E. & posterius. Minor propositio ex hactenus adductis sufficienter probata est. Ratio consequentiæ majoris est, quòd fratres patrueles appellentur. *§. 4. Instit. de gradib. cognat.* proinde fratrum jure censendi, præprimis cum æquè, ut fratres uterini in capita, non in stirpes succedant, ceu patet ex constitut. von Brüder unnd Schwester Kinder auf dem Reichstag zu Speyer/ Anno 1529. Et cùm ex prædictis constet Vinariensem regulam indubitatam & in ipso jure divino & naturali fundatam pro se habuisse, scilicet Seniori præcedentiam deberi;
12 utique de jure dicendum, eum tuendum atque confirmandum esse: donec de exceptionibus rite & legitimè doceatur *c. sicut 48. c. statuimus 61. distinct. & l. 1. ibidemq. Dd. D. de R. I.* Sanè, ipsa exceptio à parte Altenburgensi adducta, scilicet Johannem Philippum Altenburgensem, non obstante senio patruelis sui Johannis Ernesti, eidem Johanni Ernesto præferri debere, quòd majoris dignitatis sit, longissimam indaginem requirebat, primò enim Johannes Ernestus Vinariensis Princeps hanc exceptionem pernegabat, secundò, eandem exceptionem eruere necesse habebant Altenburgenses ex antiquis Exspectantiis, Testamentis, Investituris, transactionibus, Restitutionibus in integrum, Aureis Bullis, & earum interpretatione &c. quæ res omnes cum ab altera parte in con-

contrarium sensum explicarentur, non nisi longissima dimicatione absolvi & dijudicari poterant.

Porrò, Vinarienses ita argumentati fuere, ad vindicandam Vinariensi præeminentiam, & jus προεδρίας: Cui præ cæteris jus succedendi in Electoratum competit, ei quoque præcedentia debetur. Atqui Vinariensibus jus succedendi in Electoratum præ Altenburgensibus datur. E. iisdem quoque præcedentia debetur. Minorem exinde probant, quia Vinariensis Senior, & ætate major, quàm Altenburgensis, jam verò constat ex A. B. Caroli IV. c. 7. & ex declaratione ejusdem Caroli IV. Augustissimi Imperatoris ad preces Rudolphi I. Electoris Saxoniæ facta, necnon disertiùs ex Bulla, quam Francofurdiæ ad preces Wenceslai Electoris, idem Imperator rescripsit in Comitiis Electoriis Anno Domini MCCCLXXVI, quòd Seniori jus succedendi in Electoratum competat, postremam istam Bullam Caroli IV. verbotim confirmârunt Wenceslaus Cæsar Aquisgrani in solenni inauguratione anno Dom. MCCCLXXVI 5 Iduum julii, & Sigismundus Imperator ibidem Anno MCCCCXIV. die 8. Novembris, & iterum Vratislaviæ in Silesia anno MCCCXX in die S. Felicis Martyris. Sanè, in 14
majoratu semper succedit ultimo possessori major, non quidem dignitate, nec linearum ordine, aut aliis qualitatibus, sed natu seu ætate computata à puncto nativitatis, quod illi est magis conjunctum. Molina Jesuita *de justit. & jur. part. 1. tract. 2. disputat. 624. n. 1. in pr.* in tantùm, ut sit juris indubitati, majorem natu ejusdem gradus aut qualitatis, præferendum esse cæteris ejusdem gradus, aut qualitatis, Gregor. Lopez *in Partit. l. 2. tit. 13. part. 2. verb. mayoria.* & non obstante linearum ordine Seniorem sive maximum natu in familia admittendum, defuncto ultimo possessore, scribit Anton. Thessaurus *quæstion. forens. & pract. qu. 35 n. 17.* adde Barbati *lib. 2. consil. 10. in fin* & Annæum Robertum *lib. 3. Rer. judicatar. c. 15. in fin.* quod ipsum non videntur ignorâsse prisci illi Græcorum prudentes, apud quos legitur: τὴν βασιλείαν καὶ τὸ πρεσβεῖον λαμβάνει: Regnum natu maximus accipit, apud Suidam in *Lexico*, Strabo *lib. 16. Geograph.* rationem reddens, cur apud Nomades patrui nepotibus anteferantur, ὅτι inquit, οἱ ἀδελφοὶ τιμιώτεροι τῶν τέκνων κατὰ πρεσβείαν. Eodem instituto Hebræos usos fuisse, testatur 15
Arias Montanus *lib. 3. antiquit Judaicar. cap. 3.* Ad mentem Aureæ

 Bullæ

Bullæ Caroli IV. Onuphrius Panvinius *de Comitiis Imp. cap. 10.* Idem usuvenit, *ait,* [cæteris tribus Electoribus laicis, quorum primogeniti, vel grandiores natu filii, sicut in paternis ditionibus succedunt, sic & in Electoris dignitate. Et verò Seniorem in successionibus præferendum, omnium moratiorum gentium institutis, legibus & moribus sancitum, receptum, & approbatum, de lege Mosaica id probatum dedit Goldastus *lib. 2. de Majoratu cap 26. per tot.* de jure civili Romanorum idem constitutum esse, fidem faciunt *l. omnia 32. §. 6. D. de legat. & fideicom. lib. l. peto 69. §. 3. D. de legat. & l. 3. C. de legit. hered.* ita jus Patronatus apud Romanos non deferebatur ad nepotem, sed ad patruum, ut proximiorem & seniorem *l. 23. §. 1. D. de oper. libert. l. 3. §. ult. l. 12. D. de adsign. libert.* Forster. *de success. ab intest. lib. 4. c. 22. n. 7.* sic observatum quoque in ordine Procerum Imperii Romani, quibus hoc fuit in more ac instituto positum, ut in pompa nuptiali seu funebri patruus vel qui senior & sanguine proprior, hoc est, proximior agnatus, proprior etiam, atque ita prior incederet, ob spem scilicet proximæ successionis, Jac. Durantius Casellius *lib. 2. Var. lect. cap. 20,* convenit cum hisce vetustissima lex XII. Tabularum, quam ex vetustis monumentis concepit Fulv. Ursinus *in notis ad Leges & Senatus consulta.* In Imperio Constantinopolitano ac orientali Andronicus II Palæologus, vigesimo præter propter ante Auream Bullam conditam anno le-
86 gem veterum (ut ipse ait) Imperatorum Romanorum super successione Seniori in Imperio competente constitutam, nova auctoritate imperiali confirmavit, cujus tenor hic est: EX FILIIS IMPERATORIS QUI ÆTATE ANTECESSERIT, IMPERATOREM SALUTANTO: ET IS FRATRIBUS IMPERATO: ET HI SENIORI CEDUNTO, SEDULOQUE Serviunto. Refert hanc legem Christodulus Monachus, seu potiùs Johannes VI. Cantacuzenus imperator, qui Andronico illi in Imperio successerat *lib. 2. histor. sui tempor. cap. 3.* De Johanne II. Comneno Imperatore memorat Nicetas Choniates *lib. 1. Annal.* eum, cùm de successoribus in Imperio disponeret, dixisse: Equidem fateor, naturam Principatum natu majoribus deferre solere, idem iisdem verbis recenset Willermus Tyrius *lib. 15. histor. sacræ fol. 815.* Idem aliarum
87 gentium moribus & legibus receptum, ut Seniores ad regnum & Principatum exclusis reliquis, admitterentur. De Assyriorum Imperio id ipsum tradunt Ctesias Caidius *in Persic. cap. 3.* Herodot. *lib. 1. Histor.*
Plu.

Plutarchus *in lib.* περὶ φιλαδελφίας. Xenophon *lib. 8. de Pædia Cyri.* Zozimus *lib. 12. histor.* Procopius *lib. 1. de Regn. Persic.* De Macedonibus idem testantur Justinus *lib. 13.* Arrianus Nicomediensis *de gest. Alexandri Magni lib. 3.* & Q. Curtius *lib. 12.* de Ægyptiis Aul. Hirtius Pansa sive C. Oppius *in lib. de Bello Alexandrin. cap. 33.* idem memorat, confer Exod. 11. & ibidem Nicolaum de Lyra. In Imperio Parthico quoque prærogativam ætate provectiorem more patrio & lege regni habuisse, testes sunt Polybius *lib. 11. histor.* Corn. Tacitus *lib. 5. Annal.* Josephus *lib. 18. antiq. Jud. cap. 3.* & Brissonius *lib. 1. de Regno Persarum.* In Ponto Reges illi vetusti, qui Heracleæ sedem regni tenebant, jure hereditario hoc ordine sibi successisse, ut semper natu major ex filiis imperium susceperit, tradit Memnon Heracleotes *in Historic. excerpt.* referente Photio *in Bibliothec. fol. 706.* & Diodor. Sicul. *lib. 16. Bibliothec.* idem constat de regnis Syriæ, Asiæ, & Cappadociæ, Polyb. *lib. 4. & 5.* Hirtius *c. 66. ibiq.* Glandorpius *in annotat. n. 781.* necnon Indiæ ac Æthiopiæ. Paulus Iovius *lib. 18 histor.* In Imperio Turcico natu maximum filium aut propinquum, in familia Regia Othmanica, sceptris præponi Regiis & Sultanum fieri; notissimum est, & pluribus probavit Arnisæus *lib. 2. de Republica cap. 2. sect. 8. numero 37.* adde Paulum Jovium *lib. 14. histor.* & Henr. Stephanum *in Orat. in Vberti Folietæ discurs. de magnitud. imperii Turcic. fol. 90.* Amurathem II. ex ætatis prærogativa imperio admotum fuisse, scribitur à Laonico Chalcondyle *lib. 8. hist. Turc.* nec diversum receptum in Imperio hodierno Persico, Auger. Busbequius *epist. 3.* Petrus Bizarrus *Hist. Persic. lib. 10. & seq.* Arnisæus *d. l. n. 30.* & Reineccius *in appendic. ad Haithon.* necnon Imperio Tartarico, Reinecc. & Arnisæus *d. loc.* M. Paulus Venetus *lib. 2. de Regionib. Oriental. cap. 8.* & Matthias à Michou *in tract. de Sarmatis lib. 1. cap. 8.* Quod si jam 18
ad Germaniam nostram veterem sermonem dirigamus, itidem apparet in successionibus semper Senioris agnati rationem habitam fuisse, comprobat idipsum Lex Henrici Primi Saxonis Imperatoris Augusti cognomento Aucupis, quam tulisse ferunt anno Dom. DCCCCXXXI. eam referunt Theodoricus à Niem Episcopus Cameracensis *in tract. de privileg. Imperii t. de Henrico Rege,* & Georg. Fabricius *Origin. Saxon. Lib. 2. f. 113.* conveniunt cum hac lege, leges Ottonis primi cognomento Magni, Ottonis II. cognomento Russi, quæ exstant *in speculo Saxonico lib. 3. Art. 26. §. 3. & in Weichbildo Magdeburgensi artic. 33. ¶. 4.* ut

ut

nihil nunc dicamus de constitutione Friderici I. cognomento Barbarossæ super controversia Ducatus Bavariæ & Marchionatus Austriæ lata in Comitiis Ratisbonensibus anno Domini MCLVI. quod decretum postmodum à Friderico II. Imperatore confirmatum fuit in Comitiis Veronensibus in Italia Anno MCCXLV. & ab Imperatore Carolo V. in Comitiis Wormatiensibus, anno MDXXII. testibus Johanne Cuspiniano *in descript. Austriæ*, & Sebastiano Munstero *lib 3. Cosmograph. cap. 399.* mitto jam constitutionem Henrici VI. de Anno MCXCVII. Auctor Magni Chronici Belgici *fol. 205*, Alberti Primi Imperatoris. Vide Consilium sive Bedencken Anonymi cujusdam, wegen des Königreichs Boheimb/ ob dasselbig erblich/ oder ein Wahlkönigreich sey &c. & Friderici III. Imp. quem alii IIII. faciunt, de anno Domini MCCCCLX.
19 vide Gerardum de Roo *lib. 6. Histor. Austriac.* & Wolffgangum Lazium *lib. 2. genealog. Austriac.* Quid dicam jam de pactis successoriis diversorum Principum Germaniæ, quibus cautum, Seniorem seu natu grandiorem in successionibus Ducatuum reliquis preferri, patet id ex pactis dotalibus Serenissimorum Alberti Archi Ducis Austriæ & Isabellæ Infantissæ Hispaniarum anno MDXCVIII. in Hispania initis artic. 2. referente Pet. Matthæo *lib. 1. Histor. Henrici IV. Regis Galliæ narration. 1. n. 14.* In Ducatu Slesvvicensi idem constitutum, scilicet quòd Ducatus Sleswicensis perpetuo jure ad Seniorem ex Holsatorum hujus lineæ Comitibus pertineat, ceu loquitur Crantzius Canonicus Hamburgensis *lib. 7. Daniæ cap. 41.* adde, quæ de pactis hereditariis & jure successionis Illustrissimorum Comitum Holsatiæ & Schaumburgiæ scribit Cyriac. Spangenberg. *in Chron. Comitum.* In antiquis familiæ Ducum Wurtembergiorum pactionibus, Vraci anno MCCCCLXXIII. & Mynsingæ anno MCCCCLXXX. erectis atque à Friderico III. Imperatore, Anno MCCCCLXXXIV. & MCCCCXCII. Regeque Maximiliano primo, anno MCCCCXCV. in conventu ordinum Imperii publico Wormatiæ confirmatis expresse habetur: Daß die herschafft zu Würtemberg zu ewigen zeiten/ von Erben zu Erben/ von einem Hertzog zu Würtemberg auf den andern/ und alwege auf den eltesten ehelichen Mänlichen Leibs-Erben/ und nach eines eltesten absterben auf desselben eltesten Sohn und descendenten und also consequenter fallen solle; idem habetur in pactis hereditariis Ducum Brunsuicensium de Anno MDXXXV. confirmatis à Carolo V. Imperatore anno MDXXXIX. Toleti in Hispania. & à Rudol-

Rudolpho II. Imp. anno MDLXXXII. Augustæ Vindelicorum in Comitiis generalibus, tenorem pactorum hereditariorum vide apud Goldastum *lib. 2. de Majoratu cap. 18. §. 3.* Si aliarum gentium & populorum Christianorum instituta respiciamus, itidem semper Senioris rationem habitam fuisse apparet, ita factum in regno Franco-Gallorum, Andr. Fauynus *in Histor. Navarræ lib. 3. in fin.* patet id ex pactis dotalibus Henrici Delphini (qui postea Rex Francorum eorum nomine Secundus) & Catharinæ Mediceæ, quæ refert Johan. Servinus *in actione pro Regina Margarita Duce Valesiæ,* confer Natal. Comitem *lib. 12. Historiar. anno 1559. fol 266.* quod ipsum multis præjudiciis & scriptoribus confirmari posset, nisi jamantea id fecisset incomparabilis vir Golda- 20
stus in supra laudato tractatu *de Majoratu lib. 2. cap. 19. per tot. & lib. 3. cap. 11. per tot.* ubi eruditè contra Engelbrechtum probatum dedit, Regnum Francorum successivum esse, quæ sententia ponderatis utriusque rationibus & mihi arridet, eam aliis argumentis, præter ista, quæ adducta à Goldasto, munire possem, si hujus loci. Illud obiter monendum duco, quòd, licèt dn. Engelbrechtus Cancellarius Brunsuci. & Luneburg. p. m. in divisione ac partitione Regni Franciæ nullum locum juri primogenituræ fuisse asserat, attamen quandam præeminentiam Seniori & primogenito mansisse, verosimile esse, quippe primogenito ex Regis filiis prima sedes, auctoritas quædam & observantia competiit, Joann. Serranus *in inventar. general. hist. Franc. tom. 1. fol. 76.* & Freherus *in Notis ad Sigismundi Imp. Bullam fol. 144.* Prima quidem illa sedes observatur fuisse Franciæ regnum orientale in Germania (quod Scriptores nunc Australe, aliquando Austriam & Austrasiam vocare solent) Seniori ac primogenito, ceu verum & originale patrimonium, per divisionem assignari solitum. Sic Theoderico Clodovæi Augusti primogenito Austrasiam fuisse adjudicatam, scribit Guillimannus *de Reb. Helvet. lib. 2. cap. 12.* de Rege Dagoberto memorat Aimonius *lib. 4. Hist. Franc. cap. 27.* eum Sigebertum seniorem ex liberis Austriæ Regem instituisse. In regno Lusitanico vel Portugallico itidem receptum & constitutum 21
majorem natu in successione regni reliquis præferri, qua de re exstat lex Mentalis, quam vocant, Johannis Primi Lusitanorum seu Portugalliæ Regis, quæ vocat majorem natu, Ant. Gama *in decis. Lusitan decis. 307.* & Molina Jesuita *de justit. & jure tom. 3. part. 1. tract. 2. disput. 576. n. 10 & disputat. 630. per tot.* Patris Legem Mentalem in scriptum

redegit Eduardus filius, quæ habetur *in ordin, Lusitan, tit, 17, l, 2.* De regno Gotho-Hispanorum fidem facit lex à Pelagio Rege cum Ordinum consilio, in Comitiis Legione habitis, lata circiter annum Domini DCCXX in qua expressè cautum, majorem natu substituendum in Regnum, quam legem recensent Lucas Tudensis *in Chronic,* & Molina Jesuita *de just, & jur, tom, 3, part, 1, tract, 2, disput, 576, n. 5,* adde legem ac de relatam à Carolo V, Imperatore & Rege Hispaniarum in Conventu Ordinum Hispanorum Tauri Anno MDV. quæ est *in decretis Taurinis 40,* ipsa verba legis recitat Goldastus *lib, 2, de Majorat, cap, 21, §, 1,* Latinè eandem legem reddidit Fr. Hotomannus *in controvers, patr, & nepot, cap, ult.* cujus explicationem vide apud Molinam Jesuitam *de justit, & jur, tom, 3, part, 1, tract, 2, disput, 626, n, 21, & disput, 627, per tot,* & Hieron Cævalos *in Pract, quæst, Comm. contra comm, tom, 3, q. 762, n, 16, 18, & seqq;* de Philippo II. Rege Hispanorum constat, eum in successione regni Lusitaniæ omnibus suis consobrinis, ut natu maximum, fuisse prælatum, prout constantissimâ Historicorum relatione proditum.

22 Hieronymus Conestagius I C. Italus *l, 3, de Portugall, & Castellæ conjunct,* ibi: Rex Philippus allegabat (scilicet coram Rege Henrico & Consilio Ordinum Regni) ex nepotibus Regis Emanuelis, qui superetant, se natu maximum esse, & legitimum &c. idem tradunt Eduardus Nonius I C. Lusitanus, *in Censuris in libellum F, Josephi Teixeræ de Regum Portugal, Orig, cap, 82,* & Joann. Ant. Viperanus *in Hist, de obtenta Portugallia sub persona Legatorum Philippi.*

23 Porrò, ætatis rationem in successione regnorum habitam fuisse, non solùm inter Vandalos, sed in omnibus regionibus Septentrionalibus scribit Procopius *lib, 3, de Bell. Vandal,* & ex eo Bodinus *in Republ, lib, 6, c, 5, n, 732,* & de Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ Regibus latè probavit Goldastus *de Majoratu lib, 3, cap, 21, 22, & 23, per tot,* idem de

24 Moscovitarum Regno tradunt Cromerus *lib, 30. de gestis Polonor,* & Sigis. Baro ab Herberstein *in lib, de reb, Moscovit, de Regno Fessæ.* Jac. Aug. Thuanus *lib, 65, Histor, fol, 149,* & de Regno Mexicano Gothardus Arthus *lib, 3, Hist, Indiæ gener, cap. 76,* idem pactis successoriis in Italia passim receptum esse, latè tradit Goldastus *de Majoratu lib, 2, cap, 24, per tot,* idemque capite præcedenti de Regno Hungariæ idem probatum dedit. Sanè, in institutione majoratus specificè sic dicti semper vocatur

25 major natu sive senior, quotocunque gradu ab ultimo possessore di-

ſtet: neque in eo repræſentationem eſſe ullam omnino attendendam, Doctores noſtri cenſuerunt, Decius *conſil, 443,* Mandellus *conſil, 60,* Menoch. *conſil, 442, n, 19, & ſeqq,* adde Molinam *tom. 3, de juſtit, & jur, tract, 2, de Majoratu diſp, 633, n, 5,* & Roſenthal *in Synopſ, feud, cap, 7, concl, 133.* Non omittimus heic legem Genſerici Vandalorum Regis & 26
Imperatoris Africæ, quam refert Procopius *lib, 3, de Bell, Vandal,* in hæc verba: Gizericus jam ſenex decedens teſtamentum condidit, in quo quum alia multa Vandalis mandaret, tum ut per manus ejus Regni ſucceſſores illi propinquiore ex genere virilis prolis traderentur, & ex his, qui ætate præcederent, cujus legis meminit, eamque non obſcuré approbare videtur Juſtinianus Imper. *in Epiſtol. ad Gilimerem Regem,* conſimilem legem Cambræ Reginæ Francorum, ex Hunibaldo Fuldenſi 27
Monacho profert Trithemius Abbas Spanheimenſis *in Compend, Annal, Franc, lib, 1,* ſi qua fides dictis ejus habenda, ex qua fortaſſis lege Theodibaldo Rege defuncto Anno Domini DLVII. ſucceſſit Childebertus Rex ejus propatruus, & huic rurſum Clotharius Rex ejuſdem Theodibaldi propatruus excluſis cæteris, Agathias *lib, 1, fol. 43,* Gregorius Turonenſ. *lib, 4, Hiſt, Franc, cap, 9, in fin.* & Rob. Gaguinus *in Annal, de Regibus Franc, lib. 1.*

Quandoquidem igitur moratiorum gentium conſenſu, in ſucceſſione regnorum & Ducatuum ſemper Senioris & majoris natu ratio habita, isque præ cæteris Imperio admotus, quinimo in Aurea Bulla Caroli IV. cap. 25. expreſsé habeatur, Seniorem præ cæteris ſuccedere 28
debere, itemque etiam dicatur in Bulla Saxonica Metenſi de An. 1357. in Bulla Saxonica Francofurtenſi de Anno 1376. in Bulla Palatina §. 6. utique attenta hâc verborum conceptione nonne Vinarienſem majorem natu ſuccedere quis dicere poſſet, excluſo Altenburgio? planè hoc ipſum videretur aſſerendum, niſi manifeſtam vim & violentiam fieri velimus 29
verbis Bullarū, quibus tamē ſervire neceſſe eſt, *l. illo aut ille ¶. cum in verbis D. de Legatis,* Peregrinus *lib, 2, conſil, 64, n, 10,* verba enim eorum, qui de ſucceſſione diſponunt, naturaliter, non civiliter ſunt accipienda, 30
l, ult, C, de his qui ven, ætat, impetr, & in terminis Peregrinus *d, conſil, n, 11,* aſt inſpectis verbis Bullarum, quæ in hac quæſtione ſucceſſoria præcipuè ſpectari debent, *l, penult, D, de Leg, 1, l. Gallus ¶. quidam rectè D, de liber, & poſthum.* vocatur expreſsè Princeps Vinarienſis, Peregrinus *lib, 2, conſil, 33, n, 2,* & cùm verba videantur clara, omnis de 31

 volun

voluntate Imperatorum quæstio cessare videtur, *l, continuus §, cum quis D, de verb, oblig, d, l, ille aut ille §, cum in verb, D, de Leg, 3.* præterea
32 constat, juxta regulam communem, Bullas ac Novellas istas constitutiones, quàm potest fieri, strictissimè accipiendas & exercendas esse, *l, si vero §, de viro D, solut, matrim, l, si servum §, non dixit Prætor D, de acquirend, hered.* Forsterus *de success, ab intest, lib, 3, cap, 16, num, 7.*
33 & in simili testatur, quod non loquitur, voluisse non præsumitur, *l. quidam cum filium*, & ibi Baldus *D. de Verbor. obligat.* Parisius *lib, 3. consil 3. n. 8.* Cephalus *consil. 196. n. 12.* Vide Authorem (quem Melchiorem Goldastum tum temporis Consiliarium Saxonicum Vinariensem fuisse constat) Discursus Exoterici *de jure repræsentationis in primogenitura Imperii Germanici per tot.*

Porrò, ut alia omittamus argumenta, pro Vinariensi pleræque
34 omnes totius Germaniæ Academiæ disertim responderunt, & statuerunt, puta (1.) Academia Coloniensis. (2.) Heidelbergensis (3.) Rostochiensis. (4.) Helmstadiensis. (5.) Altorfiensis. Quibus accesserunt duo celeberrimi Scabinatus (6) Lipsiensis, & (7.) Magdeburgensis, cujus posterioris Scabinatus Magdeburgensis sententiam, cum rationibus dubitandi & decidendi refert Jacobus Alemannus Jurisconsultus ejusdem Scabinatus Assessor in *Palæstra Consultationum Juris illustrium Consultat. 7. per tot. à pag. 337. usque ad pag. 369.* inclusivè, ver-
35 ba sententiæ hæc fuere:

Dem allen nach/ und zu folg dieser Deduction, erachten/ sprechen/ und erkennen/ Wir obgedachte Schöppen zu Magdeburg/ Rechtens und darin ergründet zu seyn/ daß mehr Hochgedachter unser gnädiger Herr/ Hertzog J. E. zu Sachsen/ W. Landsportion, seiner Fürstl. Gn. Patrueli, und Vettern/ Fürstl. Gn. Hertzogen F. P. zu A. deß angezogenen Keyserlichen Exspectantz brieffes: dero darauf erfolgter belehnung: des Herrn Großvaters/ Hertzogen J. W. Christseeligster Angedächtnus Testaments: So wol dero/ auß so thanen Urkunden/ eingeführten: vielmehr aber erzwungenen/ Scheinmotiven unverhindert/ und ungeirret/ im sitzen: stimmen: unterschreiben: Fürstl. Vormundschafftens so wol andern obgehörten/ und dergleichen Præeminentien, und præferentien, vorzuziehen: Hierumb die Herrn A. Räthe/ von ihrer Contradiction abzustehen/ und hierunter zu acquiesciren, verpflichtet: von Rechts wegen: Jedoch der Römischen Keyserlichen Mayestät &c. Allergnädigsten

Key-

Keyserlichem Machtspruch: ebenmässig/ eines jeden mehr ergründeten Bedencken / hiedurch/ in nichts præjudiciret , und vorgegriffen &c. Omitto jam præclarissimos ICtos & Advocatos Cameræ Imperialis, qui Vinariensis causam propugnârunt, quales sunt Johannes Tauchen, Andreas Knichen, Henricus Rosenthal, Thomas Merckelbach, Marquardus Haunistein, Aggæus Albada, Hieronymus Schabbel, aliique. Wurtzburgensis Academia de hac eadem controversia respondit, alternationis medium adhibendum esse, hisce formalibus verbis: Es könne de jure noch zur zeit keine endliche Resolution gegeben werden / sondern nach außweisunge der Rechte/ sollen beyderseits Pupillen und Rähte sich zu Ruhe begeben/ und des vorsitzens und vorstimmens wechselweiß/biß zu erledigung der Vormundschafft gebrauchet. Eò etiam tendit Votum illustris & magnifici Dn. Matthæi Wackeri à Wackenfels, Imperialis Consistorii Assessoris super hac ipsa Ducum Saxoniæ controversia *de jure præcedentiæ, in dignitate & successione p. m. 18.*

Atqui hactenus potiora argumenta, quæ pro Vinariensi allata, in medium adduximus, ex quibus omissis argumentationibus, quæ minùs se nobis probant, non obscurè apparet, quid de jure præcedentiæ Vinariensis statuendum? Videamus nunc etiam, quibus argumentis se fulciat adversaria sententia , quò faciliùs judicet pius æstimator, utra præponderent. Primò omnium Altenburgensium præeminentia præ Vinariensibus vel maximè ex eo patet, quòd Augusti Rudolphi Imperialis Majestas Anno 1607. d. 27. Septembris causâ examinatâ pro Altenburgensium primogenita linea contra ætatis prærogativam Vinariensium pronunciaverit: Vid. Just. Sinoldi cognomento Schützen *in Collegio publico vol. 1. disp. 7. th. 14. p. m. 399. & 400.* ubi mihi de hac Præcedentiæ controversia egit. Ast quem præterit magnam rerum judicatarum auctoritatem esse *l. 38. D. de legib.* Carol. de Crassalio *lib. 1. Regal. Franciæ cap. 17 n. 3.* Porrò Altenburgenses, ut intentionem suam probent, hoc syllogismo usi fuerunt:

Quicunque honoratior, & major, & dignior est, is præcedere debet. 16

Atqui Altenburgensis est honoratior, major & dignior Vinariensi.

Ergo is ipse præcedere debet.

Minorem propositionem hujus Syllogismi alio Syllogismo probare conati fuerunt.

Quicunque habet jus primogenituræ & jus succedendi, in Electoratu, is reliquis anteferendus est, qui hoc jus primogenituræ & succedendi in Electoratu non habent.

At Altenburgenses habent jus primogenituræ & jus succedendi in Electoratu Saxonico præ Vinariensibus.

E. Altenburgenses præcedere Vinarienses debent.

Hanc minorem propositionem Syllogismi hujus secundi Altenburgenses primò quatuor, postmodum octo aliis fundamentis probare voluerunt. Inter quæ præcipuum locum meretur fundamentum petitum ex Cæsarea Exspectantia Anno 1572. Johanni Guilielmo facta. Verba narrativa petentis Johannis Wilhelmi ista fuerunt.

Daß ihre Mayest. ihn und seine Erben mit dero/ der Keys. Mayest.
37 und dem Reich verfallenem/ und in obberürter vertrösteten restitution außdrücklich vorbehaltenen Exspectantz unnd Anwartunge/ alß nemblich der Succession und Erstengeburth an dem Ertzmarschal Ambt unnd Churfürstenthumb Sachsen/ und denen dazugehörigen Landschafften/ deßgleichen auch vollkommenen succession der Erb-Brüdernuß an Sachsen / Hessen/ und Hennenberg &c. zubegnaden und zuversehen geruhen wolten.

Verba decisiva Imperatoris ita se habent : Haben ihn und S. L. nachkommende Manliche Leibes/ Lehens Erben/ und derselben Erben/ absteigender Linien/ uber die zu Außpurg Anno 1566. geschehene belehnunge/ noch weiters und insonderheit/ deren obangedeuteten Reichs Exspectantzen/ Anwartunge und primogenitur halben/ dahin gnädiglich begnadet/ und wollen/ daß alle und jede obangeregte Exspectantzen und Anwartungen/ welche Hertzog Johan Friederich dem Eltern/ und nach desselbigen absterben/ seinen nachgelassenen Söhnen &c. auf dem Chur Fürstenthumb zu Sachsen &c. der Chur und was von Rechtswegen dazu gehöret unnd itzoder &c. Augustus innen hat und besitzet/ deßgleichen auch die Anwartungen und gesambte Lehen/ an Hessen und Hennenberg &c. welches alles und jedes uns heimgefallen/ unnd wir uns in vertrösteter Restitution außtrücklich vorbehaltē/ offtgedachtem Herrn Johanni Wilhelmo zu Sachsen &c. und S. L. Manlichen Leibs Lehen Erben absteigender Linien/ allein zustehen/ gebühren unnd bleiben solle. Also und dergestalt/ wo hinfüro sich aber kurtz oder lang mit dem Churfürstenthumb zu Sachsen &c. bestimter fälle einer zutragen/ unnd deren Stück eines/ oder mehr/ in mangel Mänliches Stammes/ verlediget / unnd auf das Hauß Sachsen &c.

Fürstliche

Fürstlicher Linien verfallen würde/ daß alsdan vielgedachter Hertzog Hanß
Wilhelm oder seine Erben Manlichs Stammens am Fürstenthumb
Sachsen/ zu denselbigen Chur und Fürstenthumben den Vorgang/ præ-
rogativam, und erstgeburts gerechtigkeit vor S. L. Brüdern Johan Frie-
derichen dem mitlern und seinen Söhnen / unnd ihrer posterität haben
und behalten/ unnd damit durch uns unnd andere Nachfahren am Reich
belehnet werden sollen. Ut ut sit, prædicta Exspectantiæ verba
ad primogenituræ constitutionem realem, ac proinde ad jus
successionis & prælationis trahi jure posse ambigitur à plurimis, *(1.)*
quamvis enim exspectantia in narratione juris primogenituræ mentio- 38
nem faciat, tamen in decisione ac dispositione sui ne verbum quidem
unum de primogenito habet. *(2.) Exspectantiæ* verba, & conditio-
nem in se habent, & futurum designant successorem, ibi: Auf den fall/
in eum casum, alßdan/ über kurtz oder lang/ item dahin begabet/ sanè,
omnes istæ clausulæ casum futurum intuentur, ac præcisè in eo se fun-
dant, jam quod sub tempore vel sub conditione promissionis est, ante 39
tempus vel conditionem exsistentem, nihil proficit, & per consequens,
nec ad præeminentiam conducit, *l. legatu 41. in verbo interim D. de con-
dit. & demonstrat.* præterea notum conditione pendente, ipsam succes-
sionem esse in suspenso, *lib. 1.* C. *de condit. institut.* nondum esse na- 40
tam *l. 1. §. si impubere* D. *de colla. bon.* nondum cæpisse, deferri & debe-
ri, *l. cedere diem D. de V. O.* deinde ipsa verba Exspectantiæ, neque Du-
cem Johannem Wilhelmum constituunt Electorem, neque filio primo
nascituro jus primogenituræ assignant: sed exspectantiam sive Anwar-
tunge omnibus successoribus generaliter & complexivè attribuunt, sola
etiam ista verba Exspectantz, und Anwartung satis per se & ex natura sua
ostendunt: nihil hîc actuale & reale tributum esse, sed potentiam dun-
taxat longissimè adhuc dissitam hîc versari, jam verò longè aliud est,
aliquid esse in nuda potentia, & aliquid esse in actu ipso, præterea effe-
ctus non potest esse ante causam, nec eam præcedere: At hîc causa sive
conditio impleta nondum est. Ergo effectus præcedentiæ nullo modo
sequi vel adesse potest. Minor patet, nam Altenburgenses nondum
habuerunt jus in Electoratu, sed ad Electoratum: nondum in primo-
genitura, sed ad primogenituram, adeoque jus ad rem, non in re.

Quod testamentum Johannis Wilhelmi Ducis Saxoniæ Ann. 1573. 41
factum attinet, non disponit hoc quicquam præcisè à parte Altenbur-
gensium,

gensium, sed se refert ad Cæsaream Bullam & Exspectantiam, quo fun-
42 damento sublato & testamentum corruet, cùm potiùs relatum, quàm referens heic respiciendum, Paul. Paris. *vol. 1. consil. 94. n. 21.* & cùm testator actu nunquam assecutus fuerit hoc jus, consequens est, quòd nec in filium seniorem, & exinde Nepotem transmittere potuerit, cùm
43 nemo plus juris in alium transferri possit, quàm ipse habet, *l. nemo potest 54. D. de R. I. c. nemo 79. eod. in 6. l. traditio 20. D. de acquir. rer. domin. l. 4. §. fin. D. de offic Proconsul.* nec dicas spem pro veritate ha-
44 beri, *l. 38. §. fin. D. ad L. Falcid.* & proinde in alium transferri posse, Joh. Schneidwin. *in §. sub conditione 4. Inst. de V. O. n. 1. & 2.* Andr. Tiraquell. *de Retract.* Lignager. *§. 26. gloss. 3. n. 4. fol. 295. & in leg. Connubial. gloss. 2. n. 38. fol. 258.* hæc enim regula restringitur in spe conditionali, Tiraquell. *de Retract.* Lignager. *§. 1. Gloss. 2. n. 26. fol. 23.* & Gloss. *3. n. 9. fol. 295.* quæ eidem Tiraquello *de jur. Primog. qu. 40. n. 118. & de Leg. connubial. gloss. 2. n. 21.* non satis firma, quin & fallacissima audit. Porrò, ne quicquam pro Altenburgensibus facit
45 investitura Cæsarea de Anno 1587. etenim in dicta Investitura jus primogenituræ Electoralis nequaquam in presens tempus, sed in futurum casum, & conditionis exsistentiam collatum fuit, ut alia pretereamus. Quod Auream Bullam Caroli IV. & ejusdem Bullam datam Wenceslao
46 Electori Saxoniæ, & Bullam Palatinam Imp. Sigismundi concernit, respondent Vinarienses, in dictis bullis ad triplicis Ordinis successores in Electoratum advertendum (1.) *esse filiorum* der Wesentlichen Churfürsten Söhne/ (2.) *Fratrum* der Wesentlichen Churfürsten Brüdere (3.) *Consanguineorum* der Freunde und agnaten, nec posse primam aut secundam successorum speciem ultra literam trahi ad agnatos, qui neque per se Electores, nec Electorum filii sunt, nec primogenitorum Electoralium filii, de quibus in dictis Bullis, nec in A. B. Caroli IV. tit. 7. prorsus nihil habetur. Vide Limnæum *tom. 1. de jure publico lib. 5. cap. 15. p. m. 327. & 328.* ubi putat, neque ex A. B., neque ex singularibus quicquam patrocinii Altenburgensibus accrescere. (1.) *enim* non esse Electoris, sed Principis filios, nicht Chur-Fürstliche / sondern fürstliche Kinder. (2.) *Non* filios Electorales, sed agnatos, (3) *non* ex agnatis proximiores, sed æquè cum Vinariensibus proximos. (4.) *non* seniores, sed juniores respectu ætatis Joh. Ernesti & Friderici lineæ Vinariensis. (5.) *non* seniores inter omnes, sed inter se tantùm, ut

alia

alia omittam, notata à Limnæo *d. l. p. 328. 329. & seqq.* Porrò, ex restitutione Johannis Friderici Electoris, qui banno percussus, post modum à Carolo V. 27. Augusti Anno 1552. restitutus fuit, ullum patrocinium causæ difficillimè quærere possunt Altenburgenses, quasi E- 47
lector Joh. Fridericus successionem & exspectantiã in Electoratũ tanquã vetus Elector in liberos suos transmiserit secundum tit. 7. A. B. Contrarium quippe ex ipsa Restitutione apparet, constat enim restitutionem ad Electoratum non factam, sed zu seinem vorigem alten Fürsten/ unnd nicht ChurFürsten Stand und Ehren. Præterea constat, omnem restitutionem faciendam esse ita, ut fiat salvo jure tertii, qui jam habet jus quæsitum: Certè, in illius præjudicium restitutio, quantumvis generalis, non extenditur, Gail. *lib. 2. de P. P. c. 19. per tot.* ideò restitutus non recuperat bona alienata, nec castrum ab alio occupatum, ratio est, 48
quòd restitutio non trahatur ad jus alteri quæsitum, Natta *vol. 1. cons. 470. n. 24.* Gail. *d l. text. in l. 1. D. ex quib. caus. major.* restitutus etiam honoribus, non restituitur ad honores aliis collatos, sed tantùm vacantes, 49
l. 2. §. si quis à Principe D. Ne quid in loc. publ. l. nec avus C. de emancip liber. jam verò testantur historici quo fato, qua infelicitate heroem Christianum Johannem Fridericum hostem Cæsaris factum, omne illud jus primævum & pristinum, quod ante bellum Cæsareum habuerat, amisisse; quanquam postea restitutus fuerit. Vide Sleidan. *lib. 19. fol. 249.* Natalem Comitem *lib. 3. histor. p. 52.* Jacobum Augustum Thuanũ *lib. 3. fol. 284.* & Fabritium juniorem *in supplem. Orig. Sax. lib. 8. n. 45.*

Porrò, nulla videtur esse consequentia in isto Altenburgensium argumento: Qui exspectantiam, &, si casus sesè obtulerit, successionem in Electoratum habet, is alteri præferendus, etenim subsumere quis posset, 50
Atqui Landgraviis Hassiæ vigore confraternitatis competit exspectantia in Electoratum Saxoniæ. E. cæteris Statibus, quibus Saxo præfertur, & ii præponuntur, quod ipsum non obtinere ex Actis Comitiorum patet. Quæ alia argumenta eaque leviora Altenburgenses proposuerunt, ea strictim refutata à Goldasto, Matthæo Wackero à Wackenfels, Jacobo Alemanno, Limnæo aliisque *in principio hujus capitis* adductis, quò benevolos Lectores remitto.

Equidem, quod subscriptiones Recessuum Imperii attinet, fatemur non pauca pro asserenda Serenissimæ Domus Altenburgensis præeminentia contra Vinariensem adduci posse, ast verò argumento à subscriptio-

ſcriptione Receſſuum Imperii petito tuto ac ſemper inherendum non eſſe, ſuprà monuimus, cùm Status Imperii proteſtationibus interpoſitis utplurimum jura ſua conſervent, & promiſcua utantur ſesſione, cui conſequens eſt; ſubſcriptiones ejuſmodi nulli Statuum præjudicare Vid. R. A. zu Augſpurg de Anno 1555. §. Es ſoll auch die Seſſion/ & R. A. de Anno 1594. §. letzlich. Magis ſtringit argumentum à jure primogeniture ſive jure ſuccedendi in Electoratum, petitum, de quo tamen inter illuſtriſſimas Domus acriter diſquiritur. Sanè Legati Ducum Saxoniæ, lineæ Vinarienſis, ne ullum Ducibus ſuis præjudicium fieret, præſentibus Legatis Altenburgenſibus maluerunt à conſilio Principum abeſſe, quám cum Altenburgenſibus de ſeſſione certare, ita in Comitiis Ratiſponenſibus de Anno 1640. & 41. Legati Ducum Saxoniæ, lineæ Vinarienſis, ante adventum Legatorum Ducis Saxoniæ lineæ Altenburgenſis, conſilio Principum interfuerunt, poſt adventum minimè. Nos cùm deciſio graviſſimæ hujus Controverſiæ pro roſtris Imperii pendeat, ac ab Auguſtisſimo Imperatore exſpectanda, plura non ſubjicimus, rectiùs ſentientium judicio ſubmittentes, annon ſaluberrimo alternationis medio, quo plurima Sesſionum disſidia in Imperio ſublata, & hæc Sesſionis controverſia componi poſſit? præſertim cùm ab utraque parte nec rationes, nec argumenta, pro vindicanda Seſſionis prærogativa, deſint. Atqui hoc ipſum Alternationis medium in hac ipſa ſesſionis controverſia adhibendum eſſe placuit Academiæ Wurtzburgenſi, necnon Matthæo Wackero à Wackenfels Imperialis Conſiſtorii Aſſeſſori in ſuprà adductis locis.

Caput X.

De Illuſtrisſimorum Ducum Brunſuicenſium & Luneburgenſium præeminentia, Sesſione & Præcedentia.

SUMMARIA.

1. Probatur, illuſtriſſimam Domum Brunſuicenſem inter eas Principum ſtirpes, quibus tanquam fulcris hodie Germania nititur, tum antiquitate, cùm nobilitate nulli ſecundam eſſe.

2. Præeminentia ac potentia Ducum Brun-

Brunsuicensium jam tum à Widekindi M. temporibus insignis fuit.

3. Henricus Auceps primùm in suam domum & familiam transtulit Romani imperii dignitatem.

4. Ottho M., licèt alium Saxoniæ Ducatum ad Albim condiderit & Hermanno Bellingo attribuerit, ipse tamē & posteri, necnon Marchiones Saxoniæ Brunsuicensem, Gottingensem, & alias terras retinuerunt.

5. Hermannus Billingus stirpis Luneburgensium Ducum auctor, primus exstruxit arcem, ubi nunc urbs Luneburga, qua de re adducta verba Crantzii.

6. Probatur, urbem Brunsuigam & arcem ibidem à fratribus Brunone & Tanquardo Ludolphi FF. exstructam esse.

7. Otthonum stirpe exstincta Marchiones Saxoniæ domicilium Brunsuigam delegêre.

8. Eandem urbem tenuit Henricus IV. Imp. quam etiam Ludero Comiti in Supplinburg & Arnsberg dotis loco attulit Rixa Henrici Comitis de Northem filia.

9. Probatur ex Helmoldo, Arnoldo Lubecensi, & Abbate Stadensi, Henricum Leonem & filios, & Otthonem nepotem Brunsuigæ habitâsse, ipsamq; urbem subjectam habuisse.

10. Evincitur, eundem Henricum Leonem Westphaliæ partem sibi subditam tenuisse, & proinde Equum armorum gentis insigne detulisse.

11. Quænam fortitudo & virtus fuerit Erici Senioris Ducis Brunsuicensis? exponitur.

12. Quamnam Sessionem hodie in Comitiis Imperii Duces Brunsuicenses occupent? proponitur.

13. Brunsuicenses Duces olim tempore Caroli V. de Sessionis prærogativâ certârunt cum Marchionibus Brandenburgensibus.

14. In tribus familiis Ducum Brunsuicensium non lineæ vel familiæ prioritas, sed solius personæ conditio nativa in tribuendo honore observata fuit, id quod ex Actu Comitiorum & subscriptione Recessuum Imperii luculenter probatur.

15. In illustrissima Domo Ducum Brunsuicensium semper ætatis ratio habita fuit, ut, qui major natu, reliquis in Sessione præferretur.

17. Quod ipsum probatur ex informatione Christiani Episcopi Mindensis, Ducis Brunsuicensis & Luneburgensis de Præcedentiæ controversia contra Fridericum Vlricum Ducem Brunsuicensem & Luneburgensem directa atque in Circulari conventu Halberstadii Anno 1614. exhibita.

17. Idem præjudiciis confirmatur.

VT de Illustrissimorum Ducum Brunsuicensium & Luneburgensium præeminentia & Sessione heic agamus, locus postulat, ac erga patriam pietas , erga decus publicum amor , exposcit. Ecquis enim in rebus Germanicis ita hospes ? & eorum, quæ
a antiquis temporibus prǽclarè gesta, rudis, qui ignoret, illustrissimam hanc domum Brunsuic. inter eas Principum stirpes, quibus tanquam fulcris seu columinibus hodię Germania nititur, atque claret, simul antiquitate, simul nobilitate, nulli secundam esse, prout vir summus Reinerus Reineccius alicubi pronunciat, id quod nemo inficiabitur, qui res gestas Ducum Brunsuic. & illustris Domus præeminentiam ex veteris ævi scriptoribus cognoverit : Quæ enim Domus antiqua prælustris ordinem suum in eodem statu tutata diutiùs ? Omitto priscam sæpeque interpolatam potentiam : omitto tot Heroum lumina, tot virtutum auctoramenta, quibus imperium decoravit hæc prisca stirps Brunsuigica , omitto procreatos ex eadem Imperatores, & Reges Augustissimos ac fortissimos, qui sacratissimum Imperium adversus exterorum incursiones defenderunt, & pro ejus salute sanguinem profuderunt, ac fortiter pugnando occubuerunt. Equidem, Ducum Brunsuic. præeminentia ac poten-
2 tia jam tum à Widekindi M. (quo Duce contra Carolum Magnum bellum à Saxonibus gestum.) temporibus, insignis fuit. Ut enim nihil dicam de Ludolphi Walperti F. Widekindi pronepotis successoribus, qui in Ostvalia sive Saxonia domicilium retinuerunt, teste Witichindo
3 Monacho Corbeiensi, constat Henricum Aucupem primum in domum suam & familiam transtulisse Romani Imperii dignitatem, ceu loquitur Crantzius *lib. 3. Saxon c. 4.* post cujus obitum Ducatus Saxon. unà cum
4 Imperio ad Otthonem M. devolutus, & licèt ipse alium Saxon. Ducatum ad Albim condiderit, & Hermanno Billingo attribuerit, testante eodem Crantz. *lib. 4. Saxon c. 8.* qui hunc Hermannum acris ingenii virum, licèt parvis natalibus ortum, ibidem appellat, qua de re videndus Meibomius in Vindiciis Billinganis, attamen Ottho Magnus & posteri, necnon Marchiones Saxoniæ Brunsuicensem, Gottingensem, & alias terras retinuerunt. Porrò Hermannus Billingus, stirpis Luneburgensium Ducum auctor primus, exstruxit arcem, ubi nunc urbs Luneburga, appellavitque Luneburgum. Lubet hac de re ipsa Crantzii verba, quæ exstant *lib. 4.*
5 *Saxon c. 16* subjicere : Hermannus interim Germaniæ novus Dux, *inquit Crantzius d. l.* , cùm eas teneret partes commendatas, quæ Wandaiis

obja-

objacent, & Albi flumini, penè omnia possedit, quæ nunc tenet Dux Luneburgensis, & Dux inferioris Saxoniæ. Exstruxit autem arcem in montem, appellavitque Luneburg: non ut fabulantur imperiti, ab idolo Lunæ, quod ibi sacraverit Julius Cæsar, aut, nescio, quis alius: hoc enim fabulosum, suprà convicimus: sed à vicino loco Lune ad rivum Elmenow: ubi nunc degunt sanctimoniales ab aliquot seculis. Sic enim accipiunt arces vocabulum, vel à loco fundationis suæ, vel ex propinquis, qui nominatior est. Hunc ego novum Ducem Saxoniam quoque Transalpianam tenuisse crediderim: qui limitaneus esset ad vicinas Danorum Wandalorúmque nationes arcendas ab incursionibus, quas Normanni Dani crebras fecerant superiori ætate, cùm à Ludovicis, Carolis, Arnulpho, Reginberto, aliísque, quos suprà commemoravimus, proceribus retropellerentur. Terram verò Brunsuicensem, quæ postea in Ducatum erigitur, & rursus Gottingensem, & quæ Transsylvana dicitur, cum terra Wittenbergensi, quæ nunc superior dicitur Saxonia, & omnē Misniam Thuringiámque tum Saxonici juris pro se ac posteris servavêre Imperatores. *Hæc Crantzius d. l.* Quod urbem Brunsuigam attinet, 6
constat eandem, & arcem ibidem à fratribus Brunone & Tanquardo Ludolphi FF. constructam, prout tradit Idem Crantzius *lib. 2 Saxon. cap. 31.* exstincta verò Otthonum stirpe, & regionum, quas per Saxoniam tenuerunt, possessione ac Marchiones Saxoniæ translata, hi domicilium 7
Brunsuigam delegêre, unde urbs non exigua incromenta sumpsit, testibus, Crantzio *lib. 4. cap. 36.* & Ditmar. *lib. 6.* Stemma Marchionum Saxoniæ videre licet apud Reinerum Reineccium *de Saxon. Origin. p. m.* 8
19. Eadem urbem tenuit Henricus IV Imp. postmodum ex Henrici Comitis de Northem & Gertrudis matrimonio nata Rixa filia, quæ Ludero Comiti Supplinburg & Arnsberg nubens dotis loco ad eum, cùm alias terras, quas æquè pater & mater possederunt, tum urbem Brunsuigam attulit, referente Crantzio *lib. 5. Saxon. cap. 25.* Postquam Magnus Dux Saxoniæ è Billingana familia postremus, fato functus, hic Luderus ab Henrico V. Imperatore illi surrogatus fuit, qui tot accessionibus auctus, ea inde auctoritate crevit, ut Henrico V. in imperio succederet, qui à scriptoribus Germanici Lotharius appellatus est. Hic Lotharius cùm mares liberos superstites non haberet, paulò ante obitum, ut Helmoldus *lib. 1. cap. 55.* memorat, Ducatu Saxon. se abdicans, eum Henrico Duci Bavar. genero tradidit, quem Domus Brunsuigensis & Luneburgensis

 parem-

parentem colit, ex eo enim genitus Henricus Leo Dux Saxonicus
9 & Bavariæ, Reinecc. *de Saxon. Orig. pag. 20.* | Hunc Henricum Leo-
nem, & filios & Otthonem nepotem Brunsuigæ habitâsse, ipsamque ur-
bem subjectam habuisse, constat, & abundè probatur ex Helmoldo
lib. 1. cap. 73. Arnoldo Lubecensi *lib. 2. cap. 2. 17. 33. lib. 3. cap. 12. lib.*
10 *4. cap. 3. 20. lib. 6. cap. 4. 6.* & Alberto Stadensi *pag. 203. 207. & 222.*
Eundem Henricum cum Leone Westphaliæ partem sibi subditam te-
nuisse, tradit Suffrid. Petr. *lib. 2. de orig. Fris. cap. 13. in fin. p. 264.* hinc
illi supersunt Rhythmi Germanici exstantes apud August. Brunn. *in*
triad. Elect. in Catal. Elect. Sax. in An. C. 1295. pag. 178. & seq.

Von der Elb biß an den Rhein/
Vom Hartz bis an die See was mein/
Zum Glauben ich die Wenden bracht/
Beyerland besaß ich mit macht/
Der Keyser mich der Ehren entsetzt/
Braunschweig Lüneburg blieb mir zu letzt/
Mein Geschlecht besitzt noch heut die Land/
Reichard der König auß Engeland/
Zween Leopard mir zum Wappen gab/
Da Ich beraubt waß Ehr und haab.

Vide Guil. Camdenum *in Britannia sub tit. Brigantes in fin. pag.*
591. & Bunting *part. 1.* Braunschw. und Lüneburg. Chronick/ Rub. ab-
bildung wie Hertzog Heinrich des Löwen Land unnd Leut von einander ge-
rissen §. Anno 1186. ist Hertzog *pag. 166.* Et cùm Henricus Leo ma-
ximam Westphaliæ partem, cujus equus tessera est, possederit, evenit,
ut ipse equum Armorum gentis insigne deferret, vid. Henr. Meibom. *in*
Genealog. Ducum Brunsuic. unde hodienum Brunsuicenses Duces ejus in
Insignihus retinuerunt vestigium, Hœping. *de Jur. Insign. cap. 6. part.*
7. memb. 1. n. 743. De hujus Henrici Leonis rebus præclarè gestis legen-
dus Crantzius *lib. 6. Saxon.* passim, ut de aliis Principibus hujus illustris
Domus nunc nihil dicam, cui non nota fortitudo & virtus Erici Senio-
11 ris Ducis Brunsuicensis, duodecies amplius in acie stantis, ac Impera-
tori Maximiliano I. aliquot in præliis contra Turcas, Croatiam invaden-
tes, Gallos, Ferdinando Rege ejecto, Neapolitanum Regnum occu-
pantes, & Bohemos Electori Palatino contra Bavariæ Ducem auxilium
ferentes, fidelem operam prætentis, ac in postrema hac pugna Impera-
torem

torem ferreâ clavâ percussum, equoque prolapsum duorum vulnerum acceptâ plagâ erigentis, & incolumem servantis, cui Imperator ad recolendam præclarè ante alios rei gestæ memoriam, avitis insignibus ejus auream insuper stellam, quæ adhuc in Brunsuicensium Ducum clypeo fulget, augusto exemplo adjecit, Bunting. in Braunschw. unnd Lüneburg. Chronick part. 3. Rubr. von der Böhmischen Schlacht bey Regenspurg §. daß ist nuhn also *pag. 509.* Herm. Hammelman. *part. 3.* Oldenburgisch Chronick *cap. 4. pag. 23. & sequ.*

Cæterùm, ut ad propositum nostrum veniamus, constat ex Actis Comitiorum in scamno seculari auf der Weltlichen banck / post Duces Bavariæ, Palatinos, & Saxoniæ utplurimum proximum locum occupare Duces Brunsuicenses, quamvis Principes plerumque vicissitudinariè & alternatim sine cujusdam præjudicio promiscuam Sessuram occupârint, ut subscriptio Recessuum Imperii demonstrat, ut proinde nullum præjudicium Brunsuicensibus generetur, quod Brandeburgensis in subscriptione quorundam Recessuum iisdem præpositus, cum clausula ista Recessibus imperii subjecta sit: Quòd ordo Scripturæ præjudicare non debeat ibi: Geselliglich/ ungefehrlich/ und ohn alle ordnung/ &c. Equidem constat, jam ante Caroli V. Augustissimi Imperatoris tempora Brunsuicensibus Ducibus controversiam Sessionis intercessisse cum Brandenburgensium Marchionibus, quæ licèt sæpius tentata compositio, indecisa tamen mansit, seu queruntur S. Romani Imperii Electores in Rescripto ad Imperatorem Carolum V. de Egressu & Ingressu Principum de Anno 1530. apud Goldastum *tom. 3. Constit. Imperial. p. 509.* verba quædam ex d. Rescripto quoad nostrum propositum subjicere placet, ibi: De reliquorum verò Principum ordine acturi, habita deliberatione, diligenter perpendimus, inter præcipuos Imperii Principes, utpote inter Bavarum & Saxonem, Brandeburgicum & Brunsuigium, Hessum & Pomeranum, de Sessione, processione & statione, multos nunc annos variè disceptatum esse, nec in hoc usque tempus, licèt sæpe tentata sit, reconciliationem ullam fieri potuisse. Ac contentiones istæ adeò exarsisse videntur, ut, licèt omnes illi Principes præsentes essent, ac inter eos ageretur, omnis tamen actio nostra infrugifera, & irrita esset futura &c. Hodie nullam inter Duces Brunsuicenses & alios Principes de Sessione litem esse constat.

12

13

Porrò, ut de illustrissima Domo Ducum Brunsuicensium, in quam

&

& Luneburgensis Ducatus est devolutus, (de cujus origine videantur, David Chytræus *lib. 2. Saxoniæ fol. 55.* & Joh. Letznerus *lib. 3. Chron. Dassel. & Eimbec. cap. 13.*) eorúmque hujus prosapiæ Principum Sessione inter sese, quædam in medium afferamus, constat, hanc domum in tres primarias familias olim divisam, in Grubenhagianam, Zellensem, & Wolfenbutelensem; quarum duarum posteriorum propagator fuit Albertus II. cognomento Pinguis, Alberti Magni secundogenitus, Zellensis quidem per pronepotem suum Bernhardum primogenitum: Wolfenbutelensis verò linea per Henricum pariter pronepotem secundogenitum ex nepote Magno Torquarto Duce Brunsuicensi, El. Reusnerus *in Basilic. Genealog.* & Albizius *in stemmat. Christian. Principum.*
14 In hisce verò familiis, non lineæ vel familiæ prioritas, sed solius personæ conditio nativa in tribuendo honore observata fuit. Hinc Wolfenbutelenses Duces, quamvis ex postrema linea orti, non raro tamen Grubenhagianis ipsis & Zellensibus antepositi leguntur, e. g. in Comitiis Augustanis de Anno 1566. testante subscriptione d. Recess, quibus Comitiis nomine Erici Ducis Brunsuic. interfuit proavus meus p. m. Andreas Crusius JCtus, Consiliarius ejusdem Principis & Præses Curiæ supremæ. Idem factum in Comitiis Spirensibus Anno 1570. in Francofurtensibus Anno 1571. Ratisponensibus Anno 1576. & Augustanis Anno 1582. in quibus Henrici Junioris Ducis Wolfenbutelensis Legatus ante Legatum Ernesti Ducis Grubenhagiani, itémque Julii Ducis Wolfenbutelensis Legatus, ante Legatum Wolfgangi & Philippi Ducum Grubenhagianorum, veluti minorum natu, sedisse deprehenduntur, Auctor Catalogi Principum, qui Anno 1521. in Comitiis Wormatiensibus comparuerunt, in Goldasti Politischen Reichshändeln *part. 22. tract. 3.* Nicol Mameranus in kurtzen und eigentlichen verzeichnüs &c. des Reichstages zu Augspurg Anno 1566. sub titulo Weltlicher Fürsten Botschafften, & Petrus Fleischman Heroldus Cæsareus in descriptione des Reichstages zu Augspurg Anno 1582. sub titulo der abwesenden Chur und Fürsten Gesandten/ adductus Goldasto *lib. 1. de Majoratu cap. 22. §. 13.* ubi notat consimilem observationem in Pactis hereditariis Ducum Brunsuicensium, ordinatis Zellæ die martis post penstecosten, Anno 1428. repetitis ibidem Dominica ante S. Georgii Anno 1442. & die mercurii post Luciæ, Anno 1460. Ita Henricus Dux Wolfenbutelensis præcessisse legitur Henricum, juniorem Ducem Zellensem, in Instrumento de

Con-

Conventione Pacis cum civitate Brunsuicensi, cujus datum est die mercurii post corporis Christi, Anno 1494. & *in Pactis hæreditariis Ducum Brunsuicensium*, renovatis Mindæ in die S Michaelis An. 1512. in *Actis homagial. civitat. Brunsuicens. p. 2. fol. 48.* item in Conventu Coloniensi Anno 1505. cujus decretum exstat in Goldasti Reichshandlungen prioris editionis *fol. 45.* Idem observatum Anno 1541. in Comitiis Ratisponensibus, vide Goldast. *tom. 2. Collect. Constit. Imperial. fol. 221.* idem de Majorat. *d. lib. 1. cap. 22. §. 13.* qui ibidem notat Anno 1542. in Comitiis Noribergensibus, & Anno 1544. in Spirensibus, Henricum, juniorem Ducem Wolfenbutelensem, præpositum Ernesto Duci Zellensi testantibus Recess. Imp. de Anno 1542. & 44. idemque observatum fuisse in Comitiis Augustanis Anno 1559. & Anno 1566. pariter in Augustanis, evincunt subscriptiones Statuum Imperii d. Recess Imperii annexæ. Porrò, distracta postmodum familia Wolfenbutelensi in suas sublineas, itidem semper ætatis ratio habita, uti apparet ex Erici senioris Ducis Instrumento pacificationis cum Hildeshemensibus, cujus est datum Dominica post S. Dionysii Anno 1521. adde Recess. Imperii Wormatiens. Anno 1521. Spirens. Anno 1529. & Augustan. Anno 1530. Goldast *d. l.* Quinimo in illustrissima Domo Ducum Brunsuicens. & Luneburg. semper ætatis rationem habitam, ita ut, qui ætate præcederet, reliquis quoad Sessionem prælatus, patet ex Informatione Christiani Episcopi Mindensis, Ducis Brunsuicensis & Luneburgensis de Præcedentiæ Controversia contra Fridericum Vlricum Ducem Brunsuicensem & Luneburgensem directa, atque Circulari Conventu Halberstadii Anno 1614. exhibita, ibi. Es ist bekand/ daß Ihre Fürstl. G. G. beyderseits aus einem Fürstlichem Stamme entsprossen/ auch Hertzog Christian mehr als noch so alt/ als Hertzog Friederich Vlrich/ dannenhero Hertzog Christian/ als Eltern/ die Natur und Gott den Vorzug genommen. Inter pares enim ætas semper prælationem tribuit, & ita consuetudine quoque receptum. Zugeschweigen dero für viel 100. Jahren Keyserl. Resolutionen, Declarationen, Confirmationen, Decreten, belehnung/ und Verträgen/ da jederzeit der Elteste vorgesetzet/ und nur zugedencken/ was seithero der letzten zwischen Hertzog Bernhards/ als des Eltern (Hertzogs Christians Anherren) unnd Hertzog Heinrichen den Jüngern Brudern (Hertzog Friederich Vlrichs Anherrn) aufgerichteter Brüderlicher Landtheilung Anno 1428. vorgangen/ da sich befindet/ daß 16

unangesehen Hertzog Bernharden der Zellische / Hertzog Heinrich aber der Wolffenbüthlische Theil zugetheilet/ nichts destoweniger Hertzog Bernhard den Vorsitz und Præcedenz ohn einige Contradiction gehabt/ so ist auch in Belehnungen stets der Elter vorgesetzet &c. Ex prædictis apparet in illustrissima hac Ducum Brunsuicensium & Luneburgensium domo semper ætatis rationem habitam, id quod etiam aliis exemplis probari poterit, etenim Anno 1594. in Comitiis Ratisponensibus Wolfgangi & Philippi Ducum Brunsuicensium lineæ Grubenhagensis Legatus Nicolaus Gerike prælatus fuit Johanni Jagumanno Cancellario Henrici Julii Episcopi Halberstadensis. Anno 1619. in Conventu Norinbergico Correspondentium Christophorus Fischer Legatus Ducum Luneburgensium, præpositus fuit Eberhardo à Weihe, Cancelllario Friderici Vlrici Ducis Brunsuicensis descendentis ex linea primogeniti, ut alia nunc mittamus præjudicia. Vide Ant. Coler *de jur. Imp. Germ. concl. 69. per tot.*

CAPUT XI.

De Præeminentia & Sessione Illustrissimorum Marchionum Bradeburgensium.

SUMMARIA.

1. Olim Controversia Sessionis fuit inter Marchiones Brandeburgenses & Duces Brunsuicenses.

2. In Comitiis Imperii & Conventibus publicis ratione ditionũ suarum Electores Marchiones Brandeburgenses diversam obtinent Sessionem.

3. Quamnam Sessionem Electores & Marchiones Brandeburgenses obtineant respectu Episcopatus Halberstadensis, & Episcopatus Mindensis.

4. Inter seculares Principes in Conventu & negotiis Circulari Franconici Culmbacensis primo loco sedet, secundo Onolzbacensis, Votum autem ordinariè Culmbacensis dicit post Episcopum Wurceburgensem, Onolzbacensis verò post Episcopũ Eichstadiensẽ.

5. Exponitur Controversia ratione Sessiona & voti mota inter Legatum

Onolz-

Onolsbacensem, & Hennebergensis Saxoniae Electorum & Ducum Legatũ, necnon quomodo eadem composita.

6. *Probatur, inter Marchiones Brandeburgenses, quoad Sessionem & Praecedentiam semper aetatis rationem habitam fuisse,*

7. *Quod Domum Zolleronam attinet, Georgius Marchio Onspacensis ex praerogativa aetatis priorem locum obtinuit prae Johanne Marchione Custrinensi Joachimi I. Electoris filio secundogenito.*

8. *Aliis exemplis hoc ipsum illustratur.*

QUamvis de Electore Brandeburgensi ejusque Sessione & praeeminentia, (quae non tantùm ob Hugonis Marchionis in Othonem III. Imp. benemerita ipsi tributa, sed etiam, quòd jam antè Henricus Auceps contra Sclavorum & Hunnorum irruptiones Marchiam Brandeburgicam erexerat, & Anno Christi 927. Sigfrido, Comiti in Merseburg & Rüngelhaim, ut Sclavis & Hunnis resisteret, demandaverat) suprà pro instituti ratione actum à nobis sit, attamen, cùm illustrisima Domus Brandeburgica in plures familias divisa, placuit paucis de Marchionum Brandeburgensium Sessione hoc loco agere. Et verò constat ex Rescripto S. R. Imperii Electorum ad Imperatorem Carolum V. de Egressu & Ingressu Principum, de Ann. 1530. quae exstat apud Goldastum *tom. 3. Constit. Imperial. p. 509.* fuisse olim de Sessione controversiam inter Duces Brunsuicenses, & Marchiones Brandeburgenses, prout capite praecedenti quoque dictum. 1

Equidem, in Comitiis Imperii & Conventibus publicis ratione ditionum suarum Electores & Marchiones Brandeburgenses diversas modò obtinere Sessiones, in propatulo est, postquam enim pacificatione sive transactione Osnabrugensi domui Brandeburgicae in recompensationem relictarum ditionum, Regno Sueciae inter alia dati & concessi Episcopatus, quorum respectu Episcopatuum diversas quoq; exortas esse proculdubio constat, Sessiones. Et quidem, quod Sessionem attinet, respectu Episcopatus Halberstadensis expresse in Instrumento Pacis Caesareo-Suecico de Anno 648. art. 11. §. 1. Hern Friederich Wilhelmen/ cautum reperitur, quòd Serenissimus Elector Brandeburgensis obtinere debeat, von Ihr Röm. Keyserlichen Mayestäth mit consens der Reichs-Stände/ und insonderheit/ der Intercessatorum, das Bisthum Halberstat/ mit allen gerechtigkeiten/ privilegien, Regalien, Gebieten/ und Gütern/ Welt und geistlich/ sie haben Nahmen/ wie sie wollen/ keines 2 3

aufgenommen/ zu einem ewigen und Unmittelbahren Reichs-Lehen: Es soll auch der H. Churfürst/ alsbalden in dessen würckliche und ruhige possession gesetzet werden/ und derowegen seine Session und Stimm auf den Reichs-Tagen und der Nieder-Sächsischen Kreiß Banck haben. De Sessione Brandeburgensis ratione Episcopatus Mindensis eodem Art. 11. §. weil auch die Grafschafft Hohenstein hæc habentur. Obengemeldtem Hern Churfürsten sol auch für sich und seine obgeschriebene Successoren gegeben werden/ das Bistumb Minden/ mit allen seinen zubehörungen/ Gerechtigkeiten/ ebenermasen wie vorerwehntes Bistumb Halberstat/ zu einem ewigen Lehen / von Keyserl. Mayestäth mit consens der Reichs-Stände/ und sol alsobalden nach geschlossenem und ratificirtem frieden/ der Herr Churfürst für sich und seine Successoren in dessen ruhige und würckliche possession gesetzet werden/ auch derentwegen seine Session und Stimm/ in den universal und singular Reichstagen auf der Westphälischen Creiß Banck haben. &c.

Cæterùm, de Sessione & votis Marchionum Brandeburgensium in Conventu & negotiis Circuli Franconici, sciendum est, inter seculares Principes (auf der Weltlichen Banck) Culmbacensem primo loco
4 sedere, secundo Onolzbacensem: votum autem ordinariè Culmbacensem dicere post Episcopum Wurceburgensem, hoc est, secundo loco inter omnes, & primo inter seculares; Onolzbacensem verò post Episcopum Eichstadiensem, hoc est, quarto loco inter omnes & secundo inter seculares. *Vide Limn. tom. 4. jur. publ. in Addit. ad lib. 5. cap. 6.* Duplex hoc votum ab eo tempore cæpit, quo dividi hi Principatus cæperunt, & eorum regimina diversis ex Marchionum Brandeburgensium familia Principibus obtigerunt. Postquam autem ad Gregorium Pridericum Marchionem uterque Principatus pervenisset, is una Sessione, unóque voto, salvo tamen semel radicato jure, sponte contentus fuit. Dehinc, cùm hic ipse fato functus esset, atq; Principatus iterum dividerentur, altero ad Christianum Marchionem, altero ad Joachimum Ernestum devoluto, contingit, ut ad conventum Circuli, Noribergæ Anno 1605. indictum, partim errore, partim incuria eorum, quibus Status, Circuli convocandi jus erat, Joachimus Ernestus Mar-
5 chio, Onolzbacensis Princeps non fuerit invitatus. Cùm autem juris sui haud inscius, Legatum ad Conventum misisset, isq; Sessionis locum contiguum ad latus Legati Culmbacensis occupâsset, Henneber-

gensis

gensis Saxoniæ Electorum & Ducum Legatus stans, sermone ad directorium converso, dixit; Videre, se Marchionum Brandeburgensium Legatos duo subsellia occupâsse, adeóque duo quoque vota fortassis prætensuros? hoc si fiat, votum Hennebergense Saxonicum immediatè post Episcopi Eichstadiensis, prout quadraginta annorum spatio hucusq; continuata serie factum, sequi non posse; quod ipsum, quia vim juri suorum Principum illaturum sit, se protestando hac in parte jus principalis sui sartum tectum velle conservari, quibus in medium prolatis, se in sedem proximam, post eos, quibus contradixerat, immisit. Onolzbacensis contrà exposuit, nulli sese facere injuriam, sedem debitam occupando, nec concessurum ulli, dicendo votum, eo loco & ordine, qui Illustrissimo suo Principi jure conveniret ante Hennebergensem; addidit quoque rationes, & prout recepti moris in Comitiis, reprotestatus est. Ubi ad dicendam sententiam ventum: Onolzbacensis nondum provocatus suam suo loco brevibus enunciare sustinuit, verùm ab Hennebergensi immissus clamor totum turbavit auditorium, & quousque Consultationes durârunt, Protestationibus ac Reprotestationibus ultro citroque certatum fuit. Tandem in subscriptione Recessus Culmbacensis atque Onolzbacensis ita nomina sua junxerunt, ut inter utrumq; Eichstadiensi, tantum intermedii spatii modò relictum videretur, quantum ad nomen ipsius inserendum sufficeret. Inseruit ille suum, & postea Hennebergensis suum, inter illum & Onolzbacensem arctato charactere expressit, ut vix legi potuerit. Anno 1606. Noribergæ in Conventu Circulari, mense Februario alternationis medium ab Hennebergensi Onolzbacensi oblatum; sed frustra: unde utriusque fundamentis expositis, totum negotium decisioni Legatorum Statuum Circulari præsentium à partibus commissum. Cúm verò illi hoc extra mandati sui limites positum esse, nec satis se instructos dicerent, tandem temporis redimendi causâ placuit, ut interim & sine præjudicio cujusquam, Onolzbacensis votum suum diceret, statim post Eichstadiensem, quod & factum. Eodem deinde anno in sequentibus Comitiis Circularibus, mense Augusto, iterum Noribergæ habitis, Legatus Hennebergensis Brandeburgensibus Legatis significavit, Electorem Saxoniæ tam proprio, quàm tutorio nomine reliquorum Ducum Saxoniæ contentum esse, ut non solùm Marchiones Brandeburgenses in Circularibus Conventibus duobus utantur votis, verùm etiam Onolzbacensis suum

statim post Eichstadiense ante Hennebergense dicat, salvo tamen in cæteris jure & præeminentiis, Domus Saxonicæ, & ita hanc litem decisam esse, Recessus istorum Comitiorum indicat, vide clarissimum Limnæum *tom. 4. jur. publ. in Addit. ad lib. 5. cap. 6.*

Cæterùm, controversiæ ratione præcedentiæ inter Culmbacensem & Onspacensem obortæ compositæ fuere Anno præterlapso 1663. singulari quadam transactione, quam á Nobilissimo quodam & juris publici peritissimo viro mihi communicatam integram heic subjicere non gravabor.

Vergleich

Zwischen beeden Fürstl. Häusern Brandenburg/ Culmbach unnd Anspach/ in puncto præcedentiæ vom 31. Octobris Anni 1663.

Zuwissen / demnach auf Hochseeliges ableiben des Weyland Durchleuchtigsten Fürsten und Hern/ Hern Christian/ Marggraffens zu Brandenburg tot: tit: wegen der præcedentz bey Reichs-Deputations-Krayß unnd andern zusamenkunfften/ wie auch dieses Löbl. Krayses mit außschreibenden Fürsten-Ambts zwischen beeden Fürstenthumen Burggraffthumbs Nürnberg/ sich streit und irrung erhoben/ man auch darüber gegen einander in schrifftwechselung gerathen/ und es endlichen auf behörigen entscheidt unnd Ausspruch zustellen gesonnen gewesen/ daß zu gütlicher abkom und beylegung sothaner differentien auch fortpflantzung allerseits herlangender freundschafft und guten vernehmens beede jetzige regierende zu end eigenhändig unterzeichnete Fürsten sich miteinander wissend unnd wohlbedachtlich solcher gestalt vereinbahret und verglichen/

Nemblichen soll die præcedentz bey Reichs- unnd Deputations-Conventen dem Fürstl. Hauß Culmbach verbleiben/ bey Krayßtagen aber den Vorgang neben dem mit außschreibenden Krayß-Fürsten-Ambt dem Fürstl. Hauß Onoltzbach so lang Herr Marggraff Albrechts zu Brandenburg Durchl. nach Gottes willen im Leben/ zukommen/ nach besagter seiner Durchl. seel. hintritt aber soll vorgesetztes alles dem Fürstl. Hauß Culmbach wieder zufallen/

Anlangend furters beyder Fürsten sich etwan weigender persöhnliche zusammen kunfften/ erklähren sich Hern Marggraff Christian Ernsten Durchl. dero Hern Vettern Marggraff Albrechts Durchl. auß sonderbahrer zu dero tragender freund vetterlichen affection unnd umb naher Anverwandschafft willen die præcedentz zulassen/ es wehre dann in pleno bey Reichstägigen deliberationibus, da sie sich den Vorgang gleich den Ge-

schafft vorbehalten/ in anderngemeinschafftlichen verrichtungen/ zusamen schickung der diener/ auch geleitsführung und dergleichen aber soll von Jahren zu Jahren in Vorgang alterniret, unnd damit Onolzbachischen theils mit künfftigen 1664ten Jahr der anfang gemachet werden.

Würde es sich hiernechst zutragen/ daß bey dem Fürstlichen Hauß Onolzbach wieder ein älterer regierender Fürst sich befinden thäte / solle sothanen beeden Herren entweder diesem Vergleich gemeeß / sich auch zu comportiren, oder da sie nicht wollen/ jedem theil sein Recht in dem Stand alß es vor dato dieses Vergleichs gewesen / ferner zuerfolgen unnd außzuführen bevorstehen/

Deß zu uhrkund und festhaltung ist dieser Recess in duplo außgefertiget/ von Herrn Marggraff Albrechts Durchl. unter gewöhnlicher unterschrifft und geheimen Secret: Insiegell dessen Herrn Vettern Marggraff Christian Fürstl. Durchl. eingehändiget/ und hinwieder ein gleichlautend bekräfftigt Exemplar von dero vbernommen worden / Actum Onolzbach den 31. Octobr. 1663.

L. S. Albrecht Marggraff zu Brandenburg.

Porrò, in superillustrissima & Serenissima Domo Marchionum Brandeburgensium, quoad Sessionem & præcedentiam inter sese ipsos ætatis rationem haberi constat, vide Anton. Colerum *in Disput. de jur. Imper. German. sect. 69. n. 14. & seqq.* ita de Otthone III. ejus nominis Marchione Brandeburgensi referunt Historici, quòd circa annum Domini 1256. suis ex fratre Johanne Electore nepotibus Johanni, Otthoni & Conrado per natalium conditionem fuerit prælatus, David Chytræus *lib. 1. Saxon. fol. 38.* Henninges, *in Genealog.* & Elias Reusnerus *in Basilic. genealog. fol. 430.* Sanè, quod domum Zolleranam attinet, Georgius Marchio Onspacensis ex prærogativa ætatis priorem locum obtinuit præ Johanne Marchione Custrinensi, Joachimi I. Electoris filio secundogenito; pactis hereditariis Domorum Saxoniæ, Brandeburgiæ, & Hassiæ, die Lunæ post Dominicam Judica Anno 1537. & in Mandato die Lunæ post Palmarum eodem anno publicato: uti & in earundem Domorum Schutz-Schrifft ad S. Cæsar. Majestatem super Controversia Burggraviatus Magdeburgensis, dato Zervestæ die 24. Februarii M. D. XXXVIII. idem etiam apparet observatum in Comitiis Ratis-

Ratisponensibus, Anno M. D. XLI. testante Recessu Imperii d. Anni.
8 Vide And. Angelum *libro tertio Annal. March. Brandeb. fol. 323. & seq.* & Colerum *d. sect. 69. n. 15.* Nec verò huic tantùm Johanni ex linea electorali actuali directa prognato; sed ipsi etiam suo ex Casimiro fratre primogenito nepoti Alberto prælatus fuit in Comitiis Ratisponensibus Anno 1541. testante Supplicatione Principum Imperii ad Cæsar. Majestatem pro Wilhelmo Duce Brunsuicensi die 17. Maji. Vide præter Colerum *d. l.* Mart. Bucerum *in Actu Colloquii Ratisponens.* & Goldast *tom. 2. Collect. Constit. Imperial. fol. 221.* adde eundem *lib. 1. de Majorat. cap. 22.* observatum id in Comitiis Spirensibus de Anno 1542. & Norinbergensibus eodem anno, testantibus Recessibus Imperii d. Ann. 1542. Porrò, ipse prædictus Johannes Marchio Custrinensis præpositus legitur Johanni Georgio suo ex frate Joachimo II. Electori Nepoti, in Pactis hereditariis Domorum Saxoniæ, Brandeburgiæ, & Hassiæ, Naumburgi renovatis anno 1555. Goldast. *d. l.*

CAPUT XII.

De Famosa Præcedentiæ Controversia inter Illustrissimos Duces Megapolitanos & Duces Juliacenses.

SUMMARIA.

1. *Probatur ex illustrissimi Ducis Megapolitani Legatorum deductione & scriptis Imperatori exhibitis, eosdẽ præcedentiam præ Ducibus Juliacensibus, Wurtembergensibus Pomeraniæ &c. longo possessionis exercitio sibi asseruisse.*
2. *Evincitur exinde, quod Juliacenses, Pomerani, & & Wurtembergenses in subscriptione Recessuum Imperii Megapolitanis præpositi interdum legantur, nihil præjudicii afferri præeminentiæ Megapolitani.*
3. *Alia argumenta pro Juliacensibus, & Wurtembergensibus allata excutiuntur.*
4. *Mediante protestatione licèt Sessionen sibi competentem conservare.*

5. Me-

5. Megapolitanus in aula Cesaris instituit actionem super turbata possessione Sessionis, pro conservando jure suo contra Juliacensem.
6. Adducuntur argumenta pro asserenda Megapolitanorum praeminentia & pracedentia, eaq; examinantur.
7. Referuntur argumenta adducta in Deductione quadam Legatorum Megapolitanorum.
8. Subjicitur de hac eadem Sessionis controversia Rescriptum Electorum & Princip[illegible] ad Imperatorem.
9. Vlter[illegible] huius Controversia disquisitio in[illegible]ta.
10. Carolus IV. Anno 1349. Joannem & Albertum fratres, Dominos Magnopolenses, Duces creavit, qui vulgò hodiè de Meckelburg dicuntur, cùm ante Principes Vandalorum nominarentur.
11. Hassum cum Pomerano ratione Sessionis in alternationem consensisse ostenditur.

FAmosa nunc & insignis se nobis exhibet Præcedentiæ controversia, quæ agitata inter Illustrissimos Duces Megapolitanos, & Duces Juliacenses, Wurtembergenses, Duces Pomeraniæ, Landgravios Hassiæ, necnon Marchiones Badenses.

Equidem in novissimo Imperii Recessu de Anno 1654. Duces Megapolitani, non modò Ducibus Wurtembergensibus, sed & Landgraviis Hassiæ, & Marchionibus Badensibus, in subscriptione Statuum Imperii præpositi reperiuntur.

Et verò, quod Megapolitanos attinet, eos jura sua & debitam Sessionem strenuè propugnasse ex Actis Comitiorum patet, necnon ex iis, quæ adduxit Nobiliss. Dn. Limnæus *tom. 4. jur. publ. in Addit. ad lib. 5. cap. 12 p. 896. & seqq.* Sanè, ea Illustrissimi Ducis Megapolitani Legatorum Deductione & scriptis Imperatori & Imperii Statibus exhibitis, tantundem constat, eos præcedentiam & jura sibi competentia longo possessionis exercitio exseruisse, quod, siquidem expeditum; scilicet possessione, quam prætendunt illi vel quasi Sessionis probatâ, obscurum non erit in possessorio, eosdem prævalere & potiores esse, ac proinde hactenus tuendos. Quamvis verò non desint exempla, ubi Juliacenses, uti & Pomerani, & Wurtembergenses (de quorum sessione Capite sequenti acturi sumus) Legatis Megapolitanis in subscriptione Recessuum Imperii præpositi leguntur, attamen nihil exinde 2
detrahi præeminentiæ Ducum Megapolitan. solidè demonstrari poterit. Etenim, quod subscriptionem Recessus Impe. de An. 1551. attinet, patet

ex §. es soll d. Recess. Imperii, quòd ad interpellationem Cæsaris Sessiones Statuum pro[illegible] habitæ, gesellig- lich/ ungefehrlich/ und ohn alle ordnung/ quinimo expressè cautum in d. Recess. subscriptionem Recess. nulli Statuum quoad Sessionem competentem præjudicium afferre debere, eodem modo removetur argumentum à subscriptione Statuum, petitum ex Recessu Imperii de Anno 1557. inspiciatur modò §. es soll auch d. Recess. Imperii. Porrò, licèt Anno 1570. in Comitiis Spirensibus Juliacensis, Wurtembergensis, Pomeranus, & Hassus in subscriptione Recessus præpositi quoque reperiantur Megapolitano, attamẽ in prædictis Comitiis & Recessu Imperii similiter expressè cautum, ut Status Imperii promiscua sessione uterentur, nec subscriptio facta cui-
3 piam quoad Sessionem præjudicium afferret, testante §. Aber immittelst &c. d. Recess. Imperii, eodem modo non obstat subscriptio facta Anno 1567. Erfurdiæ.

Cæterùm, Juliacensium causam vel maximè tueri videtur, quòd Anno 1576. in Comitiis Ratisponensibus, non modò Legati Juliacensium, Pomeraniæ, Wurtembergenses, & Hassiæ in subscriptione Recess. Imperii præpositi legantur, sed etiam oborto certamine inter Megapolitanum & Juliacensem, uter prior eorum votum redderet, à ViceCancellario Cæsareæ Majestatis Megapolitano demandatum est, ut à voto, ante Juliacensem, reddendo abstineret. Verùmenimverò ad
4 hæc Megapolitanæ causæ defensores reponunt, quòd à Legato Megapolitano non tantùm interposita fuerit Protestatio, qua mediante jus suum, & Sessionem sibi competentem conservaverit, *l. 14. §. 8. D. de Relig. l. 20. §. 1. D. de acqu. hered.* Carpzov. *in J. P. F. p. 1. Constit. 17. Definit. 16. n. 6.* Gædd, *vol. 4. Consil. Marp. consil. 32. n. 236. vide* Recess. Imperii Wormatiens. de An. 1528. §. doch hat &c. sed etiam postmodum Megapolitanus in aula Cæsaris instituerit Actionem, super turbata pos-
5 sessione Sessionis, pro conservando jure suo contra Juliacensem. Alioquin Megapolitani potissimùm urgent, quoad possessorium, quód in pluribus Recessibus Imperii, primi ante Juliacenses & Wurtembergenses, Pomeranos & Badenses subscripserint, prout patet ex subscriptione Re-
6 cessus Imperii de Anno 1595, de Anno 1500. 1507. 1526. & in Recessu Ratisponens. Comitiorum de Anno 1527. in subscriptione Legatos Megapolitanos locatos fuisse constat, ante Juliacenses, Pomeranos, & Badenses.

Sextò

Porrò, adducunt Megapolitani, quòd Anno 1530. in Comitiis Imperii Augustæ Vindelicorum habitis, præsentes adfuerint, Dux Albertus, & Dux Magnus Megapolitani Principes, Ernestus Marggravius Badensis, Georgius & Bernim Duces Pomeraniæ, quibus prælatus fuerit Megapolitanus, uti patet ex subscriptione d. Recess. Imperii: ibi: Henrich Albrecht/ und Magn. Hertzogen zu Meckelnburg / Von Gottes gnaden wir Ernst Marggraff zu Baden / Jorg unnd Bernim Hertzogen zu Pommern gebrüder. Verùm enimverò hanc subscriptionem d Recess. Imperii, ut verum fatear, nihil quicquam stringere vel contra Pomeranos aut Badenses, manifestum est ex §. Item als sich im anfang/ ibi: ihre Session geselliglich/ ungefehrlich/ und ohn alle ordnung gehalten/ unde apparet, promiscua sessione Status Imperii in hisce Comitiis quoq; usos fuisse, quin expresse in d. §. additur, subscriptionem Recess. nulli præjudicium generare debere, & cùm hoc argumentum adversus Juliacenses Pomeranos ac reliquos urgeant Megapolitani, in scriptis & Deductionibus suis Cæsareæ Majestati & Statibus Imperii exhibitis, cur non etiam adversus se ipsos admittant ? arg. tt. Quod quisque jur. in alium statuerit &c. Denique non obstat adducta à Megapolitanis subscriptio Recess. Imperii Ratisponens. de Anno 1532. quia in istis Comitiis itidem Status Imperii promiscua sessione usi, testante ¶. Item als sich im anfang / eadem ratione, contra Juliacenses reliquósve, non stringit subscriptio Recess. Imperii de Anno 1545, legatur modò §. Und als sich im anfang dieses Reichstags d. Recess Imp. Omitto alia, quæ latiùs adducta in Deductione quadam Legatorum Megapolitanorum, quæ exstat apud Limnæum *d. l. p. 899.* ex qua tamen sequentia notari merentur; ibi: an. 1582. auf dem Reichstag zu Augspurg ist Hertzog Ulrich zu Meckelburg in der Persohn für Ludwigen Hertzog zu Würtemberg notoriè gesessen/ wie männiglichen/ so auf demselben Reichstag gewesen/ unnd mehrentheils/ Gott lob/ noch leben/ bewust/ und augenscheinlich gesehen/ dennoch ist in der Subscription Würtemberg vor Meckelburg/ wiederrechtlicher weise gesetzet/ darumb sich Hertzog Ulrich gegen Churfürstlicher Gn. zu Mayntz beschweret / unnd dahero solche erklährung bekommen/ daß es ex errore geschehen/ und wan die Abscheidt umbgedrucket wurden/ solte es verändert und zu rechte gesetzet werden/ auß diesem hat man zu verstehen/ wie es mit etlicher vorigen Reichstag subscriptionibus ergangen/ Anno 1594. ist Meckelburg mit Gülich durch Keyserliche vornehme Commissarien auf

ein Interim vertragen/ eß haben auch die Mechelburgische Gesandten neckst Gülich die Possession eingenommen. Nachdeme aber die Nachsitzende Stände/ jedoch mit unfug/ aufgestanden/ so hat der Herr Ertzbischoff zu Saltzburg/ und Pfaltzgraff Philipps Ludwig &c. mit denen Mechelburgischen so viel gehandelet und gebeten/ daß sie der Keyserlichen Mayest. zu ehren auf einen Tag drey oder vier/ sich der Session enthalten wolten/ und solte solches dem Hauß Mechelburg zu keinem præjudicio gerathen/ damit die Consultation nicht mochte verhindert werden/ also haben sich die Mechelburgische Gesandten/ doch cum solemni protestatione etzliche Tage der Keyserlichen Mayestäth zu unterthänigsten ehren abgewartet/ und sich ihrer Mayestäth vertraut/ wie dann ihre Mayestäth den Hern Administratorn der Chur Sachsen/ und hochermeldten Herrn Pfaltzgraffen Philips Ludwigen zu Commissarien verordnet/ welche durch Ihre Fürstl. Fürstl. Gn. Gn. ansehentliche substittuirte, zu unterhändlern zwischen Mechelburg/ unnd denen vier Nachsitzenden Ständen/ handlungen vorgenommen; Vor welchen die Mechelburgische Gesandten/ ihres gnädigen Herrn althergebrachtes recht klärlich deduciret, dargegen der wiedertheil das geringste mit bestandt nicht aufbringen können. Nachdem auch die Herrn Commissarii begehret/ die mündliche Deductionem in scriptis zu übergeben/ damit der Keys. Mayestät plenè konte referiret werden/ haben sie solches auch gethan/ doch cum Protestatione, sich dadurch in keinen schrifftlichen process einzulassen/ Folgends ist solche Relatio cum Deductione von der Keyserlichen Mayestäth dem hochlöblichem Churfürstlichem Collegio Ihr bedencken darumb mitzutheilen/ vbergeben/ welches auch geschehen/ und dieselbe publicè dictirt worden/ deß inhaltß/ daß Mechelburg/ in erwegung bey etlichen Reichsversamblungen befundener session, und anderer im Reich gehaltener Visitation in gebührendem respect wol gehalten werden künne.

Juvat heic subjicere ipsa verba Rescripti Electorum & Principum ad Imperatorem, super hac controversia, ibi:

Auf der Römischen Keyserlichen Mayestäth unsers aller gnädigsten Herrn/ an die anwesende Chur und Fürsten/ auch der abwesenden Rähte/ Botschafften und Gesandten/ ergangenes Decret, darin sie allergnädigst gesonnen/ daß höchst und wolermeldte Chur und Fürsten/ in ihren Rähten auf der Fürstlichen Mechelburgischen Rähte/ und von wegen ihres Herrn/ durch etzliche Fürstliche Häuser/ als benandlich Würtemberg/ Pomern/

Hessen

Hessen und Baden angefochtener Session, geführte klagen denselben Sachen in bestem nachsinnen/ und allerhöchstgedachten Keyserlichen Mayest. ihr gutachten/ welcher gestalt nemblich solchem eingefallenem Mißverstand der gebür abzuhelffen/ eröffnen und zukommen lassen wollen: haben die verordnete Churfürstliche und Fürstliche Rähte darvor gehalten/ dieweil man der Sachen/ eines und des anderen theils nicht nohtürfftig berichtet/ uber das auch bey ablesung obgemeldten Keyserlichen Decrets vernommen/ daß an stat hochgemeldter vier Fürstlichen Häuser solcher Session halben außtrücklich protestiret worden/ daß jetzmals denen mißverständen füglich nicht abzuhelffen seyn werde/ sondern daß alle höchstgemeldte Keyserliche Mayestäth vielleicht zu bequemer zeit/ auf gelegene/ und eins theils hievor angedeutet/ auch dem Keyserlichen Decret beygelegten Actis einverleibte mittel/ unverfängliche gütliche handlung zwischen den Fürstlichen Partheyen anordnen/ unnd also solche Sache bequeme erledigung gewinnen möchten; In dem gleichwol erachtet wird/ in erwegung bey etlichen Reichsversamblungen befundener Session, oder anderer im Reich gehaltener Visitation, designation, unnd ordnungen/ das Fürstliche Hauß Mechelburg in gebührendem respect wol gehalten werden kan/ Signatum Regenspurg den 16. Augusti Anno 1594.

Mayntzische Churfürstliche
Cantzley.

Ex præmissa Resolutione Electorum & Statuum Imperii non obscurè liquet, quid iidem de Megapolitani Sessione in Comitiis Imperii judicârint. Interea in prædictis Comitiis, quoad subscriptionem Recessus Imperii, Megapolitanum Juliacensi postpositum fuisse constat, an ex proposito id factum, an errore, id quidem non constat, protestatum verò econtra fuit, à parte Megapolitani, Sanè, primo omnium 9
Anno 1594. conventum fuit inter Megapolitanos, & Juliacenses, quid pendente lite circa hanc controversiam Sessionis obtinere deberet, quã compositionem integram legere licet apud Limnæum eundem *d. t. 4. jur. publ. in Addit. lib. 5. cap. 12. p. 904. & 905.* quò Lectorem remitto. Cùm verò Principes ordine posteriores, puta Wurtembergensis, Hassus, Badensis, & Pomeranus (qui quoad ad Sessionem alternare solent) sese Megapolitanis opponerent eiq; quoad Sessionem controversiam moverent, ut modò dictum, Legati Megapolitani super turbata Sessione conquesti fuere, & petierunt, daß Sie bey dem Anno 1594. getroffenen vertrag

Mag zwischen Gülich und Mechelburg pendente lite ohnverhinderet mögt erhalten bleiben / und den nachsitzenden Ständen mit ernst auferleget werde / von obberührter ihrer unbefügter turbation abzustehen und da sie in der Session halber Mechelburg zu belangen befügt seyn vermeinen / solches ordentlicher weise thun / ihre intention mit Recht außführen / unnd immittelst Mechelburg bey der Session ungehinderet bleiben lassen solle / sunt verba Scripti exhibiti Commissariis Cæsareis à Legatis Megapolitanis Anno 1603. 19. Februarii in Comitiis Ratisponensibus, quod scriptum, lectu dignum, integrum inseruit Limnæus *tom. 4. jur. publ. in Addit. ad lib. 5. cap. 12. p. m. 900. 901. 902. & 903.* qui consulendus.

Cæterùm, quod priorem Ducalis dignitatis erectionem, unde præeminentia quædam non obscurè colligitur, attinet, constat, Carolum IV. Imp. Anno 1349. Johannem & Albertum Fratres, Dominos Magnopolenses, Duces creâsse, qui vulgò hodiè de Meckelburg dicuntur,
60 cùm antè Principes Vandalorum nominarentur, Cuspinianus *in vita Caroli IV. p. 479.* Econtra Juliacenses Comites, quando Ducum titulum assumpserint, parcè à Scriptoribus relatum, quidam tamen Juliâcensem à Ludovico Bavaro Imperatore Ducis titulo ornatum fuisse scribunt, Franc. Iren. *lib. 3. Exeges. Germ. cap. 73.* & Crusius *Ann. Suev. lib. 4. part. 3. cap. 10. pag. 232.* ac memoratu dignum, quòd hi Juliacenses Duces, cùm adhuc Comites essent, â Sigifrido Episcopo Coloniensi Equites aurati olim consecrati fuerint, ob immensam virtutem bellicam Aquensibus præstitam, â quibus lege sancitum tunc erat, ut soli Juliacenses Præfecti Aquenses initiarentur. Irenic. *d. lib. 3. cap. 73.*

Porrò, colophonis loco heic monendum, olim de Sessione & præcedentia litem fuisse gravissimam inter Hessum & Pomeranum, prout patet ex Rescripto S. Romani Imperii Electorum ad Carolum V. Imp. de egressu & ingressu Principum de Anno 1530. apud Goldastum *tom.*
61 *3. Constit. Imperial. p. 509.* necnon inter Pomeranum & Juliacensem. Hessum verò cum Pomerano in alternationem consensisse, constat, id quod observatum Anno 1600. in Visitatione auf dem Visitation Tag zu Speier / cui nomine Domus Hassiacæ interfuit Legatus Eberhardus à Weihe Jurisconsultus, qui in manuscripta, quam habeo, Relatione omnium eorum, quæ in prædicta Visitatione contigerunt, inter alia in pr. Relat. & Protocoll. hæc scribit; Pommern / hat bey dieser ersten session wieder Gülich ratione Sessionis protestiret, deme Ich ebenmäßig gefolgei /

gel/

get / unnd weil Anno 1595. Hessen den vorsitz gehabt / so habe Ich Pommern dießmahl lassen vorsitzen / unnd ist die Vergleichung getroffen / daß man alle tage wechselen wolte. Sanè postmodùm ex ordinatione Cæsarea Dux Pomeraniæ, Dux Wurtembergiæ, Landgravius Hassiæ, & Marchio Badensis alternare consueverunt, prout relatum in Actis Comitiorum Ratisponensium de Anno 1613. fol. 40. Cùm hisce quatuor alternantibus familiis ex Matthiæ Imperatoris felicis recordationis Decreto, etiam Dux Meckelburgiæ pariter mutuitare vices Præsidentiæ cæpit, Decretum hoc Matthiæ exstat in dictis Actis Comitior. Ratisponens. *fol. 40. & seqq.*

CAPUT. XIIII

De Controversia Sessionis inter Serenissimos Principes Wurtembergenses, necnon Landgravios Hassiæ, & Marchiones Badenses, ac Duces Megapolitanos.

SUMMARIA.

1. In Areopago litigantes ἄνευ προοιμίων καὶ ἐπιλόγων, καὶ παθῶν dicere jubebantur.

2. Comites Wurtembergenses quando Duces creati?

3. Quomodo Duces Wurtembergenses Mompelgardiam, itemq; Ducatum Teccensem obtinuerint?

4. Argumentis evincitur, Wurtembergenses Duces in Sessione præferendos esse Landgraviis Hassiæ & Marchionibus Badensibus.

5. In præcedentiæ jure is tuendus, qui reperitur in possessione.

6. In jure præcedentiæ tanta observantiæ & consuetudinis habetur ratio, ut, licèt aliter de jure censeatur, nihilominus illa obtineat, quam usus longævus firmavit.

7. Controversia Sessionis jam olim Caroli V. tempore inter Domum Pomeranam & Hassiacam fuit.

8. Alternantibus Wurtembergensi & Pomerano, Domus Hassiaca penultimum in sessione locum obtinet.

9. Adducuntur subscriptiones Recessuum Imperii, in quibus Wurtembergenses

bergenses Landgraviis Hassiæ & Marchionibus Badensibus præpositi.

10. *Tangitur controversia Sessionis inter Duces Megapolitanos & Wurtembergenses.*

11. *Adducitur hac de re Informatio quædam, in quo prolixior prædictorum deductio exstat.*

12. *Alia documenta publica hac de re adducuntur.*

INter Principes Germaniæ magna olim & nostris temporibus dignitate præcelluisse Serenissimos Duces Wurtembergenses nemini, nisi in rebus Germanicis, & historia parùm versato, obscurum esse potest.
1 Ast verò à prima origine præeminentiam horum Ducum arcessere modò animus non est; Vid Felic. Fabr. *lib. 1. Hist. Suev. c. 14. p. 166.* sed ἄνευ φροιμίων, καὶ ἐπιλόγων, καὶ παθῶν, prout olim in Areopago litigantes dicere jubebantur. Pollux *Onomast. lib. 8. c. 10.* ad rem ipsam accedentes, de præeminentia hujus illustrissimæ Domus, necnon dissidiis ratione Sessionis obortis inter illustrissimos Duces Wurtembergenses modò dictos; necnon Landgravios Hassiæ, Marchiones Badenses, ac Duces Megapolitanos dicemus.

2 Primò quidem omnium, neminem præterit Comites Wurtembergenses Ann 1495. à Maximiliano I (cujus hac de re diploma exstat apud Hortlederum *lib. 3. de caussis Belli German. cap. 1. p. 610. & seqq.*) Duces creatos fuisse, qui tamen ante Ducalem hanc dignitatem, Ducatu Teccensi incliti & insignes fuere. Equidem Mompelgardensem & Teccensem tractum matrimonia huic illustrissimæ familiæ adjecisse, itidem
3 notissimum, etenim Eberhardus Wurtembergensis Comes, postquam in uxorem duxerat Henriettam filiam Henrici ultimi Comitis Mompelgardensis (qui Anno 1395. ad Neopolim periit) eo ipso Mompelgardiam obtinuit, quod ipsum latiùs exponit Martinus Crusius *Annal. Suevicor lib. 6. part. 3. cap. 11.* Sic Fridericus ultimus Teccensium dynasta, ex Ducia Urslingensis hærede, unicam tantùm filiam reliquit, quæ Wurtembergiæ Comiti nupta, in caussa fuit, ut titulum ac insignia, unà cum maxima Ducatus Teccensis parte & hodie Wurtembergici Principes usurpent; Vid. Pont. Heuter. *de Habspurg Orig. cap. 8. p. 25.* Conf. Besold. *in tr. de success. & elect. lib. 1. diss. 11. n. 16.*

4 Cæterùm, Wurtembergenses Duces jure sibi præcedentiam præ Hassiæ Landgraviis & Marchionibus Badensibus asserere, argumentis evidentibus probari poterit. Primò enim omnium constat, in ipsa erectione

ctione Ducatus Wurtembergensis Eberhardum Barbatum in Conventu
Statuum Imperii, cùm in Principum consessum introduceretur, præ Has-
siæ Landgraviis & Marchionibus Badensibus sessionem suam obtinuisse,
iisque prælatum, nec tum temporis ullam prorsus eidem motam con-
troversiam fuisse, quod maximum sanè argumentum præbet ad asseren-
dam Wurtembergensium Ducum præcedentiam, jure enim expeditum,
in præcedentiæ jure eum tuendum, qui reperitur in possessione, Ricc. 5
decis. 132. part. 1. Gail. *lib. 1. Observ. 21. n. 21.* Leonin. *consil. 1. n. 15.*
& quem præterit, hoc in casu tantam observantiæ & consuetudinis ha-
beri rationem, ut, licèt aliter de jure censeatur, nihilominus illa obti-
neat, quam usus longævus firmavit, prout loquitur Andr. Knichen. *de* 6
Sax. nonprovoc. jur cap. 2. n. 106. Sanè posterioribus temporibus il-
lustrissimam Wurtembergensem Domum in sessione itidem prælatam,
extra omne dubium positum est, & licèt in Comitiis Ratisponensibus
Anno 1576. inter illustrissimas Domus Wurtembergensem & Pomera-
nam alternatio obtinuerit, ac eadem alternatio recepta sit inter illustris-
simas Domus, Pomeranam, (cui cum Domo Hassiaca olim controver- 7
siam de sessione fuisse, patet ex Rescripto S. R. I. Electorum ad Impe-
ratorem Carolum V. de egressu & ingressu Principum de Anno 1530.
quod exstat apud Goldastum *tom. 3. Constitut. Imperial. p. 509.*) Has-
siacam & Badensem, attamen priorem locum obtinuit Wurtember-
gensis, præ Landgraviis Hassiæ & Marchionibus Badensibus; quinimo
alternantibus Wurtembergensi & Pomerano constat Domum Hassia-
cam penultimum obtinere locum, secundùm subjectum schema. 8

W.	B.	H.	P.
P.	W.	H.	B.
W.	B.	H.	P.
P.	W.	H.	B.

Atque hoc ipsum sine ulla interruptione aut contradictione ob-
servatum usque ad Comitia Ratisponensia, de Anno 1640. Sanè
Wurtembergenses Duces, Hassiacis & Badensibus in Sessione præla-
tos fuisse, ex Actis Imperii, & ex iis, quæ paulò pòst adducemus, con-
stare poterit. Quod si recurrimus ad subscriptiones Recessuum Impe- 9
rii, fallor, an non itidem Wurtembergenses prælati fuerint Hassiacis &
Badensibus, ita factum fuisse, patet ex subscriptione Statuum Imperii
in ordinat. Cameræ Colon. de Anno 1512. necnon subscriptione Recess.

Ratiſpon. de Anno 1567. ut alias ſubſcriptiones Receſſuum Imperii nunc omittamus.

Porrò, controverſiam quoque circa Seſſionis prærogativam inter prædictos Wurtembergenſes Principes, necnon Duces Megapolitanos motam fuiſſe, præcedenti capite monuimus, & licèt Wurtembergenſes non modò Landgraviis Haſſiæ & Marchionibus Badenſibus, ſed etiam Ducibus Megapolitanis in ſubſcriptione quorundam Receſſuum Imperii prælatos fuiſſe, probent ſubſcriptiones Receſs. Imperii Spirenſ. de Anno 1570. necnon Receſs. Imp. Ratisbon. de Anno 1576. attamen in pluribus Imperii Receſſibus eorumque ſubſcriptione Megapolitani viciſſim Wurtembergenſibus præpoſiti leguntur, ita in noviſſimo
10 Imperii Receſſu de Anno 1654 Megapolitani Duces Wurtembergenſibus, & hi Landgraviis Haſſiæ & Marchionibus Badenſibus præpoſiti leguntur. Non prætereundum heic ducimus, Megapolitanos Guſtrovianæ lineæ ad alternationem, à reliquis Principibus Wurtembergenſi, Pomerano, Badenſi reliquiſve in Seſſione alternantibus admiſſos fuiſſe, quo ipſo facto, ut hæc Seſſionis controverſia compoſita fuerit, prout patet ex Receſſu deſuper facto ſub dato Ratisbon. d. $\frac{12}{22}$. Septembr. Anno 1640. quem, utpote hactenus nondum editum, ni fallimur, modò adducemus. Cæterùm, cùm jura utriuſque partis pluribus adducta, necnon jus πρωτεδρίας Wurtembergenſium præ Haſſiacis & Badenſibus ſtrenuè vindicatum ſit in Informatione & relatione quadam á viro Nobiliſſimo & Excellentiſſimo, amico ſummo mihi communicatâ, & Ratisbonâ tranſmiſſâ, placet ex eadem huc ſpectantia in gratiam Lectoris adducere, poſtmodum lit. B. laudatum Receſſum Ratisbo-
15 nenſem d. $\frac{12}{22}$. Septembr. Anno 1640. lectu planè dignum, in quo Controverſiæ Seſſionis inter Megapolitanos lineæ Guſtrovianæ, necnon Duces Wurtembergenſes Pomeranos reliquóſve in ſeſſione alternantes ſopitæ & compoſitæ, ſubjiciemus.

A.

Kurtzer wahrer und begründeter bericht und Information über die zwiſchen etzlichen Fürſtlichen Häuſern enthaltende præcedentz und Alternation ſtreitigkeit.

Erſtlich iſt præmittendo zu wiſſen/ daß in Anno 1495. die Uhralte Gefürſtete Reichsgrafſchafft Würtemberg/ welche von vielen unterſchiedlichen Jahren vorhero mit dem Hertzogthumb Teck begabet/ und die

Ge-

Gefürstete Graffen zu Würtemberg/ zugleich Hertzogen zu Teck gewesen/ zu einem Hertzogthumb von dem gantzen Reich erigiret unnd erhoben worden/ daß gleich in ipsa erectione, dem ersten Hertzogen Eberhardo Barbato bey damahligem Reichs Convent, wie er in den Fürstenrath introduciret, alß ein Hertzog vor denen Herrn Land und Marggraffen zu Hessen und Baden seine session und der vorgang assigniret worden/ also daß zwischen Würtemberg und solchen beeden Häusern/ Hessen und Baden/ der præcedentz halber kein streit ist/ noch seyn kan/ sondern Würtemberg der Vorgang und Vorsitz unwiedersprechlich gebühret/ allermasen dann/ daß Fürstliche Hauß Hessen/ laut der beylage lit. A ein solches in præteritum & futurum geständig ist/ und ob zwar sich hierauf wegen Pommern unnd Meckelnburg/ dazu hernachmahls auch Holstein kommen/ einige præcedentz streitigkeit erhoben/ dieselbe auch theils durch angeordnete Commissarios, theils durch interpositiones, theils auch durch Keyserlichen interims und provisional verordnung/ totaliter hinzulegen viel mehr angewendet und schrifftliche Deductiones, quoad petitorium & possesorium gewechselt worden ist eß doch zu endlicher decision nicht gebracht worden. Nichts destoweniger aber und dessen unerachtet/ haben in Anno 1576. bey damaln zu Regenspurg gehaltenem Reichstage/ die vier Fürstliche Häuser/ Würtemberg/ Pommern/ Hessen/ und Baden/ und zwar Würtemberg und Pommern unter sich einer durchgehenden alternation, ingleichen Pommern mit Hessen und Baden einer gleichmessigen alternation und fäall der abwechselung des Vorgehens/ Vorsitzens/ Vorstimmens/ Vorschreibens/ und Versigillirens: Jedoch also unnd dergestalt sich verglichen und vereinbahret/ daß Würtemberg je/ und alwege/ vor solchen beyden Fürstlichen Häusern Hessen und Baden/ der Vorgang/ Vorsitz/ Vorstimme/ Vorschreiben/ und Sigilliren hergebrachter observantz nach verbleiben und also zwischen ersthochgemelten vier Fürstlichen Häusern Würtemberg/ Pommern/ Hessen/ und Baden eine respective beständige immerwehrende alternatio abwechselung und præcedentz bleiben/ gehalten und observiret werden/ und zwar/ daß das Fürstliche Hauß Hessen wan und so offt Pommern mit dem Vorsitz Würtemberg vorgehet/ und primum locum hat/ besagtem Fürstlichem Hause Würtemberg alß gleich und für Baden folgen/ wan unnd so offt aber Würtemberg Pommern vorgehet und primum locum secundùm eorum perpetuam observantiam besitzet/ Baden auf Würtemberg folgen/ also das Fürstliche Hauß Hessen anzeis-

dabey penultimum locum secundùm subjectum schema:

W.	B.	H.	P.
P.	W.	H.	B.
W.	B.	H.	P.
P.	W.	H.	B.

& sic deinceps, haben und behalten/ folglich auch eine ebenmässige unnd unverenderlich alternation und abwechselung zwischen denen hochlöblichen Fürstlichen Häusern Hessen und Baden sive conjunctim mit Pommern und Würtemberg sive divisim und ohn dieselbe bey allen Reichs und anderen conventen seyn und bleiben solle/ Inmasen eß nicht allein bey selbiger/ sondern auch in Annis 1582. 1608. gefolgeten allgemeinen Reichsversamblungen/ so dan nichst wenigers anderen Kreyß und correspondens Tägen/ Conventen und zusammen kommungen respectivè expressè wieder erneuert/ confirmiret, und also biß auf den letztern in Ann. 1640. zu Regenspurg gehaltenen Reichstag inclusivè gehalten/ practisiret, und continuiret worden/ daß so viel sonderlichen des hochlöblichen Fürstlichen Hauses Würtemberg vor denen auch hochbesagt/ und hochlöblichen Fürstlichen Häusern Hessen und Baden vermittelst angeregter in Ann. 1576. erstmahls aufgerichteter und hernacher erneuerter und confirmirter/ sonderlichen aber allererst in Ann. 1614. zwischen denen beyden hochlöblichen Fürstlichen Häusern Würtemberg und Hessen Cassel obangeregter vergleichung/ auch vor solcher zeit hergebrachter possession und observantz erlangte und gehabte præcedentz deß Vorsitz unnd Vorstimmens bißhero über Menschen gedencken bey alderglichen Conventen, in ruhiger ohn unterbrochener und unwiedersprechlicher possesion vel quasi bestendig verblieben. Inmasen ein solches auß denen bey dem hochlöblichen Reichs Directorio und Fürsten Raths Registratur, oder anderen in denen Fürstlichen Archiven verhandenen und befindlichen Protocollen, Acten und Actitaten, solches gemeinen Reichs und anderen Versamblungen/ unverwerfflicher sich erweiset/ der Reichs unnd anderer Abscheiden unterschrifften bezeugen auch/ daß mehr viel hochbesagte Fürstliche Häuser / Hessen unnd Baden neque conjunctim, neque divisim einigen actum possessorium legitimum von solcher zeit an bis auf letztern in Annis 1640. 1641. in Regenspurg für und abgewehrten Reichstage inclusivè, also auch auf seitigem letztern Reichs-Convent nicht wieder mehr hochermeldtes Fürstliches Hauß Würtemberg beyzubringen / und zu allegiren wissen / werden, und

mögen/ die andere beyden Fürstlichen Häuser/ alß Mechelburg und Holstein belangend/ hat sich sonderlich Mechelburg schon von Anno 1520. hero starck bemühet den Vorgang/ Vorsitz/ und Vorstim in denen algemeinen Reichs und anderen Versamblungen/ vor den anderen fünff Fürstlichen Häusern sich zu asseriren und zuerhalten/ eß ist aber solchem von allen hochbesagten Fürstlichen Häusern divisim, alß auch und nach dem die vier obbhochgedachte Fürstliche Häuser in Anno 1576. sich verglichen/ conjunctim wiedersprochen/ contradiciret, unnd die contrari observantz unnd herkommen/ durch viel starcke actus possessorios re und demonstriret worden/ also daß auch auff und bey selbiger gehaltener Reichsversamblung der Mechelburgische Gesandte/ denen vier verglichenen Fürstlichen Häusern nachgesessen/ nachgestimmet und nachgeschrieben hat.

Alß nun in Ann. 1594. die Mechelburgische Gesandten/ bey dem damaligem/ auch in Regenspurg gehaltenem Reichstag abermahlen der Vorsitz und Vorgang für denen vier verglichenen respectivè alternirenden und Vorgehenden Fürstlichen Häusern pretendiret, ein solches aber ihnen wieder das herbringen von hochbesagten vier Fürstlichen Häusern keines weges nachgegeben und verstattet werden wollen/ sonderlichen aber an seiten des hochlöblichen Hauses Würtemberg remonstriret worden/ wie das/ bey und auff denen in anno 1548. 1551. 55. 57. 70. 76. und 82. zu Augspurg/ Regenspurg und Speyer/ gehaltenen allgemeinen Reichsversamlungen. Wan zumahlen entweder die jedesmahls regierende Hertzogen zu Würtemberg und Mecklenburg in Persohn dabey sich befunden (wie in annis 1555. 1557. 1582. beschehen) Würtemberg allezeit den Vorgang und Vorsitz für Mechelnburg gehabt/ und behalten habe/ oder aber beyderseits nuhr Fürstliche Gesandte darauff abgeschicket gewesen/ (wie in annis 1548. 51. 70. & 76. erfolget/) gleichfals solche denen Mechelburgischen vorgesessen und vorgestimmet hetten/ alß die Mechelnburgische mit ihrem prætendirten Vorgang und vorsitz/ auch dazumahlen nicht durchdringen mögen/ seyn Sie gar zu keiner Raths Session unnd Consultation kommen/ sondern derselben sich gentzlichen enthalten/ offt viel ernannte vier Fürstliche Häuser aber auch bey solcher Reichsversamblungen in Ihrer possession vel quasi deß Vorgangs und obsitzes für Mechelnburg verbliebẽ; In dem in Annis 1597. und 98. zu Regenspurg abgewertem Reichstag haben die Mechelburgische abermahln solchen præcedentz streit erreget; Weilen aber ihnen darinnen/ von mehr unnd jetzbesagten vier verglichen

Fürstlichen häusern nichts zugegeben/ verstattet/ gewichen/ oder solcher gestalten administriret worden/ wollen also sie dan in directò nicht fort kommen/ unnd es behaupten können/ haben Sie per indirectum ein solches zu erlangen und zu erhalten vermeinet/ sich zwar wiederumb/ wie in anno 1594. der Reichs Sessionen und Consultationen enthalten/ unnd nach ex Hause gereiset/ Ihr votum aber Lüneburg auffgetragen/ welcher Gesandt dann/ es gleich nach seinem abgelegtem voto, auch ratione Mechelnburg repetiren, und also damit denen vier Fürstlichen mit Mechelnburg darin differirenden häusern vorgehen wollen/ Weßwegen von selbigem darwieder solennissimè protestiret, contradiciret, und ehe sämbtlichen und mit einander der Reichs Consultationen und Conventen sich zu enthalten öffentlich in dem Fürstenraths Collegio angedeutet werde als ein solches nachzugeben/ und sich dadurch einig præjudicium des herbringens und interruption ihrer erlangter possession vel quasi des Sitz und Vorstimmens zuziehen zulassen/ der Ursachen dann auff interposition des hochlöblichen Fürstenraths Directorii es dahin vermittelt worden/ daß solches von Lüneburg führendes Mechelburgisches votum cum clausula suo loco & ordine abgeleget/ auch hiernegst zu erfolgender dieser differentz rechts oder güttlicher entscheid und vergleichung dahin gehörig zuseyn/ gemeinet und verstanden werden/ in mittelst aber keinem theil an seinen habenden Rechten und possession im wenigsten præjudicirlich und nachtheilig seyn solle/ dabey sich auch ermeldeter Lüneburgischer Gesandten noch ferner erklären müssen/ auch den Reichsabschiedt (jedoch nuhr pro illa vice) zu verhütung einigen præjudicii wegen Mechelnburg nicht zu unterschreiben. Inmasen dan in solchen Jahrs Reichs Abschiedt wegen Mechelnburg sich niemand unterzeichnet findet/ In anno 1603. bey deren wiederumb in Regenspurg fürgewesenen Reichsversamblung hat sich solcher præcedentz streit zwischen denë Vier verglichenen Fürstlichen häusern unnd demnach Fürstlichen Hauß Mechelnburg abermahln erreget/ und continuiret/ unnd Mechelnburg zwar dazumahln bey abgebung der Keyserlichen proposition (umb willen von denen Vier verglichenen Fürstlichen häusern noch niemand als von Hessen wegen/ allein einige Gesandten zugegen/ aber bey dem hochlöbl. Chur-Maintzischen/ und Reichs Directorio noch nicht legitimiret wahren/ unnd dahero sich der anhörung der proposition mit vorbehalt habender rechtens enteusert) gleich nach Braunschweig gesessen; Alß aber auch der übrigen verglichenen Fürstlicher Häuser Gesandte angelanget/ und den

gefolg-

gefolgten Reichs-Deliberationen und Consultationen Ihre hergebrachte Session und Stell in dem Fürstenrath besessen unnd eingenommen/ unnd Mechelnburg den Vor- und Obsitz nicht zugeben wollen/ noch können/ haben sich die Mechelburgische abermahln der Reichs-Sessionen und Consultationen gemüssiget/ und enthalten/ auch niemande Ihrenthalben solchen Reichs-Abschied unterschrieben/ gleichwohl bey der Röm. Keyserlichen Mayest. damalich gewesene Keyserlichen Commissario Ertzhertzogs Matthiæ hochf. Durchl. mit einem beschwerungs Memorial unnd deduction Schrifft sambt einem Extract der Reichs-Abscheide subscription zu behauptung ihres vermeintlich habenden præcedentz rechtens einkommen/ dabey es dan/ wie auch hernach in anno 1608. bey zwar angefangenen/ alßbald wieder geendigter Reichsversamblung also die vier Fürstliche Häuser aber bey ihrem herbringen und possession vel quasi verblieben. Alß aber in anno 1613. bey deren zu Regenspurg wieder angestellter Reichsversamblung die Mechelburgische wieder alles verhoffen/ bey so notorischer kundbarkeit der Sachen auch viel Jährigen offenbahren ohn leugbahren herbringen und possession abermahln die præcedentz und Obsitz/ und zumahln ihre bey vorigen Comitiis übergebene vermeintlich ohn wiedertreibliche deduction Schrifft beandtwortet haben wollen/ auch von der Röm. Keyserlichen Mayestäth denen vier verglichenen Fürstlichen Häusern/ die beandtwortung deren in zeit dreyer Monathen allergnädigst anbefohlen/ zumahln auch eine Keyserliche Commission, zu vergleich und vermittelung/ solcher præcedentz-differentz angeordnet worden/ ist darauff sub dato ultimo Junii 1613. von denen Würtembergischen/ Heß/ und Badischen/ damahln allein anwesenden Gesandtem im Nahmen gesambter verglichenen Fürstlichen häuser/ so dan denen erst hernacher angelangeten Pommerischen Gesandten/ wiederumb in particulari sub dato den 13. Aug. die gegenwortursft solenniter excipiendo in 2. außführlichē Schrifften eingebracht/ darinnen alle der Mechelburgischen vermeinte behelffe und argumenta satsamblich abgeleinet/ ihre angezogene actus possessorii mit viel stärckern und mehren contrariis actibus elidirt und gäntzlichen zernichtet/ und promanutenentia ihres erlangeten und bißhero erhaltenen Juris possessorii quoad præcedentiam Sessionis & voti in Comitiis schließlichen gebethen werden. Wiewohl nuhn darauff unter dato $\frac{29}{19}$ Septembris ein Keyserl. resolution und erklerung/ (Jedoch mit außtrücklichem inhalt/ da es anders beydertheilen annehmblich und gefällich) erfolget; Wie es bey selbiger Reichsversam-

versamblung interims-weise/ nun daß solches einen und andern theil weder in possessorion, noch petitorio zu einigem nachtheil nicht gereicht/ zwischen denen streitenden Parthenen und Fürstlichen Häusern/ so wohl bey eröffnung der Keyserlichen proposition, alß folgenden gehalten werden möchte; So ist jedoch solches auch zu keinem würcklichen effect, noch die Mechelburgische Gesandte zu einiger Session und voto in publico kommen/ sondern es haben dargegen die gesambte vier verglichene Fürstl. Häuser ihre fernere erklärung eingebracht/ und wie bey vielen vorgehenden/ also auch solcher Reichsversamblung in unverrückter possession ihres herbrachten und juris sich gehalten/ und verblieben/ die Mechelburgische vota aber wider wie vormahls auch von denen Brunswyg-Lüneburgischen Gesandten Convenienti. loco & ordine zuverstehen geführet/ und zumahln der Reichs Abscheidt ihrenthalben unterschrieben worden. Wie es nuhn nach langwierigem interstitio in anno 1604. wieder zu einer Reichsversamblung in Regenspurg gekommen/ unnd dabey auch Mechelnburgische Gesandte Schwerin/ und Gustrovischer Lini angelanget und erschienen/ hat man zwar Schwerinischer seits/ prioribus insistendo, abermahln der praecedentz und obsitz/ vor denen vir Fürstlichen Häusern sich anzumaßen/ und zu dem ende in publico consessu des Fürstenraths die vorhand und obsitz einzureumen gesuchet; Alldieweiln eß aber ihnen Mechelburg Schwerinischen Gesandten der vielöffters ernandten vier Fürstlichen Häuser Gesandte und Räthe nicht zugegeben, oder solchen locum einzunehmen/ und zubesitzen gestatten wollen/ sondern ihren obsitzenden locum behalten und behauptet haben/ seyn sie Mechelburgische Schwerinische/ facta pro & accepta reprotestatione wieder auß dem hochlöblichen Fürstenraths Collegio abgetretten unnd abermahln bey selbiger Reichsversamblung zu einiger weiterer Reichs deliberation und Convent in publico nicht kommen. Gustrovischer Lini aber hat man mit denen respective alternirenden und vorgängigen Fürstlichen Häusern/ in eine alternation zukommen gesuchet/ deren suchen dan auch/ in consideration deß ohne das selbiger zeit sehr schwachen Fürstenraths Collegii weltlicher bancks ob bonum publicum deferiret/ und auß weis sub Lit. B. Reces de anno 1640. beygehender/ zwischen allerseits fünff Fürstlichen häusern de novo respective erneuerten und künfftig zu allen und jeden erfolgenden Reichstagen/ ohne einig fernere difficultät, disputat, und controversia restantiglich zuhalten und zu observiren, confirmirten und bestetigten Vergleiches in die Alternation mit

seiner

seiner gewissen masse/ und daß Würtemberg der unwiedersprechliche Vorsitz vor Hessen und Baden verblieben/ wie das Schema außweiset/ mit eingenommen/ und damit eins die so lange gehaltene zwirigkeit ratione Sessionis & voti in Comitiis Imperii zwischen denen vier verglichenen Fürstlichen Häusern und Meckelnburg Gustrovischer Lini aufgeschoben/ unnd ab dem Wege gereumet worden.

Atqui hactenus verba Informationis laudatæ, quatenus instituto nostro inservire videbantur, adduximus, operæ pretium esse existimamus, ut modò subjiciamus Recessum, cujus suprà mentionem fecimus, hactenus nondum editum, in quo controversia sessionis inter Wurtembergensem, Pomeranum, reliquósve in Sessione alternantes, necnon Megapolitanos Duces lineæ Gustrovianæ composita. Verba dicti Recess. d. d. 12. Septemb. Anno 1640. hæc sunt.

Kund und zuwissen sey hiemit männiglichen in krafft dieses gegenwertigen recess, ob wohl die hochlöbliche vier Fürstliche Häuser/ Pomern/ Würtemberg/ Hessen/ und Baden/ von undencklichen Jahren unter sich solchergestalt conjungiret und verglichen/ daß selbige bey gemeinen Reichsversamblungen/ offentlichen conventen und zusammenkunfften im sitzen/ votiren/ und subscribiren/ gewisser ordnung und masser/ wie in deme darüber ebenmässige nägst der zwölfften neuen/ und zweyter Calenders Monats Septembris dieses sechzehenhundert und viertzigsten Jahres auffgerichter und erneuerten vergleich verfasset/ und bedinget/ unter sich alterniren und umbwechseln/ auch einig ander Fürstlich Hauß zwischen sich nicht komen/ oder einmischen lassen/ sondern solchenfals vor einen Man stehen/ unnd mit einhelliger zusammensetzung sich wie voralters opponiren/ auch Ihre wohlhergebrachte Sessions ordnung/ behaupten wollen und sollen.

Nuhn aber von langen Jahren hero entzwischen ob hochgemeldten mit seiner maß alternirenden vier Fürstlicher Häusern an einem/ und dann dem Fürstl. Hauß Meckelnburg andern theils der session, votiren/ unnd subscription halben sich nicht geringe weitleufftige streitspän/ unnd differentz enthalten/ welche bißanhero weder durch verschiedener Röm. Keyserl. und Königen/ oder dero hiebevoriger Reichstägen gevollmächtigten hoch ansehnlichen Herren Commissarien, noch andere Chur- und Fürsten vielfältige mühesame interpositionen und unterhandlungen vollentlich abgemittelt und verglichen werden können;

Daß gleichwohl bey gegenwertigem Reichstag/ zu abschneitung aller

 fernerer

fernerer verfenglicher weiterung/ und hingegen wieder einführung der alten vertreulichen Fürstlicher correspondentz, auch besserer beförderung des boni publici selbsten/ auch derer vom Fürstlichen hauß Mechelnburg Gustrau zu jetzigem Reichs convent deputirter/ und bey dem Reichs Directorio legitimirter Herrn Abgesandten nehmlich (nomine Legatorum) anmelden/ und mit den übrigen vier Fürstlichen Häusern/ zu ebenmässiger beliebiger alternation, und mit beschehenen Fürstlichen anerbiethen/ auch darüber sämbtlich gepflogener gütlicher conferentz, von allerseits Fürstlichen Herren Räthen/ Gesandten und Bothschafften/ jedoch mit vorgehender außdrücklicher protestation, vorbehalt/ und reservation eines jeden Fürstlichen Hauses recht und Gerechtigkeiten/ auf ratification und gutheissen deren gnädigsten Herrschafft/ unnd Fürstlichen Principalen nachgesetzte unpræjudiritliche Ordnung und alternation aller fünff Fürstlichen Häuser/ unter einem jeden den gantzen Fürstlichen Stammen/ und alle dessen vota begreiffend/ wissentlich verglichen/ vereinbahret/ eingangen und angenommen worden/ daß bey gegenwertigem Reichstag zufoderst bey anhörung der Keyserlichen proposition, unnd den ersten gantzen Tag des Fürstenraths/ in welcher Ordnung auch der bey jetzigem Reichstag außgehende Abscheid zu unterschreiben/ folgende Ordnung so viel/ jedoch Pommern den anfang zumachen/ per sortem gehalten werden solle/ nehmlich Pommern/ Würtemberg/ Hessen/ Baden/ Mechelnburg/ den andern gantzen Rathstag/ Würtemberg/ Baden/ Mechelnburg/ Hessen/ Pommern.

Den dritten Rathstag; Mechelnburg/ Würtemberg/ Pommern/ Hessen/ Baden.

Den vierdten Rathstag. Pommern/ Würtemberg/ Mechelnburg/ Baden/ Hessen.

Den fünfften Rathstag. Würtemberg/ Hessen/ Baden/ Mechelnburg/ Pommern.

Welche Ordnung hernacher wiederumb vornen anzufangen/ und also von einem Tag zum andern zu alterniren und abzuwechseln/ biß zu end des Reichstages.

Den negst hernachfolgenden Reichstag aber soll hernach gesetzte Ordnung im sitzen und votiren/ observiret/ auch selbiger Reichs Abschied wie den ersten Tag die Fünff Fürstenheuser sitzen/ alß unterschrieben werden. Nehmlich/

Bey anhörung Keyserlicher Proposition
und ersten gantzen Rathstag.
Würtemberg/ Baden/ Mechelnburg/ Hessen/ Pommern.
den andern gantzen Tag.
Mechelnburg/ Würtemberg/ Pommern/ Hessen/ Baden.
den dritten Rathstag.
Pommern/ Würtemberg / Mechelnburg/ Baden/ Hessen.
den vierdten.
Würtemberg/ Hessen/ Baden/ Mechelnburg/ Pommern.
den fünfften.
Pommern/ Würtemberg/ Hessen/ Baden/ Mechelnburg.

Welche Ordnung ebenmäßig hernacher wiederumb fornen anzufangen/ und also durch den gantzen Reichstag/ von Tag zu Tag zu alterniren.

Den dritten Reichstag/ darauff ist abermahln die erste Ordnung in sessione, voto & subscriptione zu observiren; Nehmlich/

Bey anhörung Keyserlicher Proposition
und ersten gantzen Reichstag.
Pommern/ Würtemberg/ Hessen/ Baden/ Mechelnburg.
den andern gantzen Rathstag.
Würtemberg/ Baden/ Mechelnburg/ Hessen / Pommern.
den dritten.
Mechelnburg/ Würtemberg/ Pommern/ Hessen/ Baden.
den vierdten.
Pommern/ Würtemberg/ Mechelnburg/ Baden/ Hessen.
den fünfften.
Würtemberg/ Hessen/ Baden/ Mechelnburg/ Pommern.

Welche alternation wiederumb täglich in acht zu nehmen/ und zu halten/ wie oben/ daß also consequenter obgesetzte abwechselung je einem Reichstag umb den andern ohne einige fernere difficultät, disputat, controversia unter mehrgemeldten fünff Fürstlichen Häusern steiff/ fest/ unverbrüchlich/ observiret und gehalten/ und manuteniret werden solle.

Zu dessen wahren uhrkund/ und biß zu einkommung allerseits gnädigster Herrschafften ratificationen und approbationen, ist hierzwischen von denen anwesenden herrn Räthen/ Botschafften und Gesandten/ dieser recess interimsweise subsigniret und unterschrieben worden. So geschehen

 in

in des Heyl. Reichs-Stat Regenspurg/ den 12/22 tag Septembris im 1640-sten Jahre.

Schemata.

Der/zwischen den Hochlöblichen Fürstlichen Häusern/Pommmern/Würtemberg/Mechelnburg/Hessen/ und Baden/ auff drey negstfolgende Reichstäge verglichener Ordnung und alternation.

Geschehen zu Regenspurg den 2ten/12. Septembris 1640,

I.

Uff selbigem Reichstag zu Regenspurg.

P.	W.	H.	B.	M.
W.	B.	M.	H.	P.
M.	W.	P.	H.	B.
P.	W.	M.	B.	H.
W.	H.	B.	M.	P.

II.

Künfftigen Reichstag.

W.	B.	M.	H.	P.
M.	W.	P.	H.	B.
P.	W.	M.	B.	H.
W.	H.	B.	M.	P.
P.	W.	H.	B.	M.

III.

Dritten Reichstag.

P.	W.	H.	B.	M.
W.	B.	M.	H.	P.
M.	W.	P.	H.	B.
P.	W.	M.	B.	H.
W.	H.	B.	M.	P.

CAP-

CAPUT. XIV.

De Præeminentia & Sesſione Sereniſſimorum Ducum Holſatiæ.

SUMMARIA.

1. *Holſatiam multo ante natum Chriſtum tempore Saxoniæ annumeratam fuiſſe, probatur.*
2. *Egdora limes Regni Danici fuit.*
3. *An Holſati & Stormari olim Principibus Saxoniæ paruerint?*
4. *Quibus conatibus Dani Holſatiã ſibi ſubjicere annixi fuerint?*
5. *Quando Holſatia primò Ducatus titulo ornata?*
6. *Notatu digna de inſignibus Ducum Holſatiæ.*
7. *Domus Holſatica præcedentiam ſibi aſſerit præ omnibus Landgraviis & Marggraviis, exceptis Marchionibus Brandeburgenſibus.*
8. *Holſatiæ Principes rarò olim Legatos ſuos ad Comitia Imperii miſerunt.*
9. *Diſquiritur de Controverſia Seſſionis ortà inter illuſtriſſimas domus Holſaticam, Wurtembergenſem & Haſſiacam.*
10. *Pleniùs ſingula deducuntur ex Actis publicis.*

DE Sereniſſimorum Holſatiæ Principum præeminentia hoc Capite paucis acturus, primò omnium ſolenniter proteſtor, me, dum hoc demum loco de eorundem ſesſione diſquiſiturus ſum, in præjudicium illuſtriſſimæ Domus nihil quicquam collocatum, poſitum, aut ſcriptum velle. Priusquam verò eò accedam, quædam neceſſariò præmittenda duco.

1. Holſatiam multo ante natum Chriſtum tempore Saxoniæ annumeratam teſtatur Crantzius *lib. 1. Daniæ cap. 22. & lib. 4. Saxon. cap. 23.* ac poſt Crantzium Chytræus *lib. 2. & 24.* Chronici Saxonici. Danici juris & Imperii ditionem, inquit, Eidora fluvio terminari, & ab Holſatia Imperii Romani provincia extrema dirimi. Egdoram verò fluvium

 limitem

2 limitem Regni Danorum fuisse, tradunt Helmoldus *lib. 2. c. 14.* Arnoldus Lybecensis *lib. 4. c. 17.* & Saxon *in præfat. histor. Danicæ* Vid. H. Conring. *lib. 1. de Finib. Imper. Germanic. c. 15.* Idem notavit Crantzius *lib. 5. Saxoniæ c. 27.* de Holsatia agens; Terminos, *inquit*, habet ab oriente Bilenam fluvium, ab occidente Storam, â meridie Albim, ab aquilone verò Eydoram, qui limes est ab olim Danicæ nationis. Equidem rectè itidem Crantzius d. l. tradit Holsatos & Stormaros olim Princi-
3 pibus Saxoniæ paruisse, quod & de Hamburgo argumentis adductis probatum dedit.

Cæterùm, utut Dani Holsatiam planè sibi subjicere sæpiùs ausi fuerint, adeó ut parùm abfuerit, quin id factum, præprimis isto tempo-
4 re, cùm sine prole fato functus fuisset Adolphus Dux Sleswici, Comes Holsatiæ, qua de re Crantzius *lib. 12. Wandaliæ c. 22.* attamen, frustra id tentatum, neque hoc ipsum diuturnum fuit. Sanè anno vicesimo primo superioris seculi tantùm in Caroli V. affinis sui aula potuit Christianus id nominis secundus Rex Daniæ, ut nulla exigente necessitate Holsatiæ Ducatus jussus sit in Daniæ obsequium se flectere, qua de re hæc posteritati reliquit Johannes Meursius *lib. 3. Histor. Danicæ p. 221.* Ita subjugatâ Sueciâ, *inquit*, cùm in Daniam rediisset Christianus Rex, ad affinem Carolum V. sumpta veste peregrina est profectus, ut deinceps feudum Holsati â se acciperent. A quo perbenignè exceptus, cùm non difficulter item postulata impetrasset, festinatò domum rediit, pleniùs hoc ipsum exposuit Cypræus *l. 3. Histor. Sleswicens. c. 5.* Non multò pôst ad Imperatorem Carolum V. affinem, inquit Cypræus, profectionem suscepit. A quo summa pompa, splendore, ac magnificentia quàm honorificentissimè exceptus, novoque insuper honore ac dignitate auctus ac ornatus fuit, collato nimirum ipsi pleno dominio, jure, ac potestate super feudum Holsatiæ, quod ipse nimirum in posterum, tanquam legitimus Dominus illud conferre, & â se unicè peti, ac impetrari debeat. *Hæc Cypræus d. l.* Verùm enimverò cùm Christianus ille Rex, altero statim pôst anno, regno pelleretur, & archiva Regni populatus, privilegia abduceret, hoc quoque, uti ferunt, subduxit. Vid. Conring. *de Finib. Imper. Germanic. lib. 1. c. 16.* Et verò successores ejusdem hoc sibi in Holsatiam jus non arrogaverunt, sed hodie non minùs ipsi ac agnatorum alii titulo Ducatus illius Cæsaribus sine controversia hominii sacramento obstringuntur, ut Dn. Conringy verbis d. l. utamur.

Porrò,

Porrò, non omittendum hoc loco duxerim, Holſatiam pri- 5
mùm Ducatus titulo ab Imperatore Friderico III. amicitiæ & merito-
rum Chriſtiani I. Daniæ Regis ergò, ornatam fuiſſe. Vid. Hœping. *de jur. Inſignium cap. 6. part 5. §. 12.* ubi de inſignibus Ducum Holſatiæ, albo ſcilicet urticæ folio rubro in clypeo diſquirit. Hoc unicum memoratu dignum puto circa urticæ inſignia, quòd cùm Anno Chriſti 1570. in Comitiis Spiræ indictis acris eſſet contentio, utrum Hamburga Imperio, an Holſatiæ Ducibus ſubjecta eſſet: Holſatiæ Duces pro 6
ſtabiliendo ſuo jure, inter alias plurimas rationes, etiam hanc protulerint, quód Hamburgenſes Urticæ folium Ducum Holſatiæ inſigne ſuis in armis ſemper geſſerint, & monetæ inſculpſerint, Thuan. *part. 2. hiſt. lib. 47. in Ann. Chriſti 1570. p. 803. & ſeqq.* Jon. ab Elvervelt *de Holſatis claſſ. 3. Rubr. Hamburga deſcriptio ejusq; inſignia,* Dreſſer. *Iſag. hiſt. part. 5. de præcip. German. urbib. in voc. Hamburga p. 310. & ſeqq.*

Quod Seſſionem Ducum Holſatiæ attinet, quæſivit illuſtriſſima Domus Holſatica, ac aſſerere ſibi non dubitavit præcedentiam præ omnibus Landgraviis & Marggraviis, (ſi excipias Marggravios Brande- 7
burgenſes) necnon iis Principibus, qui poſtmodum ad Ducalem dignitatem pervenerunt. Equidem omne dubium heic exinde potiſſimùm obortum, quòd jam ab eo tempore, quo Ducali dignitate domus Holſatica ornata, Holſatiæ Duces ad Comitia Imperii Legatos ſuos non miſerint, unde nec ipſi Holſatiæ Principes pleriſque Imperii Receſſibus ſubſcripſiſſe leguntur, Anno demum 1603. in Comitiis, Legatus Du- 8
cum Holſatiæ Principibus in Seſſione alternantibus, Pomerano, Wurtembergenſi, Haſſiaco, reliquiſve quæſtionem præcedentiæ movit, cui tamen prædicti Principes ſe oppoſuerunt, neque eundem admittere voluerunt, & licèt Legatus Holſaticus Memoriali exhibito Archi-Duci Matthiæ, utpote Commiſſario Cæſareo petierit, ut eidem Seſſio & locus congruus aſſignaretur præ Landgraviis & Marggraviis, necnon Principibus, qui poſt Holſatum ad Ducalem dignitatem evecti, attamen res indeciſa manſit, quinimo ſequentibus Comitiis Legatus Holſaticus poſt quatuor illuſtriſſimas Domus in Seſſione alternantes, votum ſuum non modò reddidit, ſed & poſt eoſdem ſubſcripſit.

Cæterùm, ſi paulò accuratiùs ſingula examinemus, patet primò, omnium illuſtriſſimos Holſatiæ Principes antiquitate & rebus præclarè geſtis inter reliquos Principes Imperii eminere, Præterea, quem præte-

riis

rit Holsatiam ante illustrissimam Wurtembergensem Domum Ducatus titulo ornatam, quod magnum pro asserenda Holsatiæ Principum præeminentia argumentum, cùm, qui prior dignitatem adeptus est, prior quoque fasces sumat, & in Sessionibus, sententiis dicendis & subscriptionibus meritò præferatur, quod ipsum, cùm suprà latiùs peculiari capite expositum, eò lectorem remittimus. Quanquam non desit, quod à parte Wurtembergensium heic reponi possit, cùm Wurtembergenses Comites ante collatam Ducalem dignitatem, jam tum Ducatu Teccensi ornati fuerint, prout capite præcedenti monuimus.

Cæterùm, cùm hæc ipsa solidè deducta, & exposita sint, in peculari quodam scripto à parte Holsatiæ Principum Cæsareæ Majestati exhibito, placet in gratiam Lectoris integrum istud scriptum heic sub litera A. subjicere.

A.

Copia
Der an die Röm. Keyserl. Mayest. übergebenen
aller unterthänigsten Schrifft/ die
Session belangend.

Allerdurchleuchtigster / Großmächtigster / und unüberwindtligster Römischer Keyser/ Allergnädigster Herr.

E. Röm. Keyserl. Mayestäth mag ich/ in krafft der/ von dem Durchleuchtigen und Hochgebohrnen Fürsten unnd Herrn/ Herrn Friederichen/ Erben zu Norwegen/ regierenden Hertzogen zu Schleswig/ Hollstein/ Stormarn und der Ditmarschen/ Graffen zu Oldenburg unnd Delmenhorst/ meinem gnädigsten Fürsten und Herrn/ mir gnädigst auffgetragenen special instruction ich allerunterthänigst nicht verhalten/ waßmassen weyland E. Röm. Keys. Mayestäth Anherr und Vorfahr/ am heiligen Röm. Reich/ Keyser Friederich der dritte/ allerhochwürdigsten andenkens/ weyland S. Fürstl. Gn. Christseel. Vorfahren/ König Christian dem Ersten/ wegen Ihr Keyserl. Mayestäth und dem heiligen Römischen Reich/ erwiesenen vielfältigen wohlersprießlichen diensten/ zumahl aber bey belagerung der Stadt Nauß/ die Keyserliche Gnade erzeiget/ daß Ihr Keyserl. Mayestäth von Ihro und dem heiligen Reich Lehnrürige Graffschafften/ Holstein/ Stormarn und Ditmarschen zu einem Hertzogthumb erhöhet/ solche Lande uniret und höchstgedachten König Christian dem Ersten/ und Ihr Königl. Wrd. Männlichen Erben/ als Hertzogen berürter Länder damit nebest allem rechte/ Ehren/ prærogativen/ und Herrligkeiten/ der

Hertze-

Hertzogthumbe und Fürstenthumbe/ des heiligen Reichs zu Rotenburg auff der Tauber/ ein Jahr nach Christi unsers Seeligmachers gebuhrt Eintausend vierhundert und vier und Siebenzig/ in milsten Keyserl. Gnaden providiret und belehnet. Ob nuhn wohl dahero das Fürstl. Hauß Holstein nicht vermuthen können/ daß einiger Stand des Heil. Röm. Reichs/ bevorab welcher allererst nach 1474. dem titul eines Hertzogen/ und also die jura Ducalia erlanget seyn wurde/ so dem herkommen/ allen vernünfftigen rechten und der billigkeit zugegen/ Hochgedachtem Hause Holstein/ der für ihn erlangeten Hertzoglichen dignität. unnd dahero gebührenden præferentz, cùm qui prior dignitatem adeptus est, prior quoque fasces sumat, & hoc sine ulla controversia justaque indignatione ad hæc usque tempora, in honoribus, sessionibus, sententiis, dicendis, subscriptionibus & similibus præeminentiæ juribus, observatum fuisse, testatum reddunt jura & fetis ab annis veniens experientiæ, solte einige quæstion oder disputat erreget haben/ wodurch daselbe nicht allein an Jahren so wohl meritirten und erlangeten juribus Ducalibus, rechten und Gerechtigkeiten könte verkurtzet/ die besagte Keyserl. begnadigung/ löcherig/ und gleichsam krafftloß gemachet/ alß auch das Hauß Holstein darunter despectiret und verkleinert/ und die ansehnliche Reichs und andere Conventus, da durch an der zahl der Stände des heiligen Röm. Reichs/ auch ihren gebührenden gemeinnutzigen votis mercklich geschwechet worden. So hat man demnach bey denen gehaltenen Reichs Tagen vermercket/ daß unerachtet der Keyserlichen begnadigung/ darunter vornemblich der Vorsitz für denen/ so sieder Anno 1474. zu Hertzogen erhoben/ mit gehörig/ König Christian dem ersten ertheilet/ das Fürstliche Hauß Würtemberg unangesehen es an. 1495, und also 21. Jahr hernacher allererst zu solcher hoheit erhoben/ wie nicht weniger die Land- und Marggraffen zu Hessen und Baden Fr. Fr. Gn. Gn. sich für dem selben des Vorsitzens im Fürstenrath/ auch sonsten wieder die bereits obig angeregte bekandte löbliche gewohnheiten/ nicht allein im Heiligen Röm. Reich/ sondern auch andern außländischen Königreichen gebrauchen/ und de facto usurpiren wollen. Gleich wie nuhn wieder alle zuversicht und vermutung/ dieses hat also wollen zu werck gerichtet werden. So hat das Fürstliche Hauß Holstein sich darüber höchst zu beschweren/ und bey der damähligen Römischen Keyserlichen Mayestäth umb billigmessige remedirung allerunterthänigst anzuhalten/ nicht umbhin gekont/ gestaltsamb dann auch darauff erfolget/ das laut des Reichs Ab-

scheides zu Regenspurg in an. 1541. unnd zu Speyer/ unnd Nürenberg 1542. auffgerichtet/ circa finem verabscheidet/ daß ein jedweder/ so der Session halber streit hat/ seine Gerechtigkeit in schrifften übergeben solte/ mit dem versprechen/ allen menschmöglichen fleiß anzuwenden/ solche Irrungen/ der session halber zum fürterligsten/ zu gütlicher vergleichung/ oder erörterung zubringen/ wobey es nicht geblieben/ besondern es haben die damahligen Königl. Wrl. zu Dennenmarck/ Norwegen unnd regierender Hertzog zu Holstein Christseeligen angedenckens/ durch ihre Gesandten Dr. Adam Trazigern Cantzlern/ und C. Frantz Mitzeltin an. 1570. auff dem Reichstage zu Speyer deshalben anderweitige ansuchung gethan/und zu allem überflus die Ihrer gnädigsten Herrschafft competirende jura und befügnüssen in schrifften verfasset/ gedoppelt übergeben/ auch erlanget/ darauff mit vorwissen und belieben/ sämbtlicher Churfürsten/ Fürsten und Stände des Heiligen Röm. Reichs/ verabscheidet/ und dem Reichs Abscheide §. ult. klahr einverleibet/ das die jenigen/ so deswegen in keinem besondern außtrage begrieffen/ ihre klage in possessorio & petitorio zugleich am Keyserl. Hoffe gedoppelt einbringen/ worauf die gegentheile auch in zeit 6. Monathen antworten/ unnd danebst ihren gegenbericht daselbst gleichsfals duplirt einwenden/ folgends jedertheil/ mit noch zweyen rechtssetzē oder producten gehöret/ damit geschlossen/ die Sache zu J. Keyserl. Mayt. Keyserl. ausspruch gestellet werden/und es bey dem/ was also von J. Keyser. Mayestäth mit recht erkand/ endlich verbleiben solte/ welchem dann zu gehorsambster folge/ Weyland König Friederich zu Dennemarck/ Norwegen/ und Hertzog Adolph zu Schleswig/ Holstein/ durch obgedachte dero Königliche und Fürstliche Abgesandten/ ihre vorhin eingebrachte notturfft an statt einer förmblichen klage/ nochmahlen wiederholet/ und gedoppelt übergeben/ so den Herrn gegentheilen/ welche ihre Räthe und Abgesandten/ gleichergestalt/ bey besagtem Reichstage gehabt/ zugestellet/ derentwegen dieselbe innerhalb ermelten termins mit ihrer notturfft gleichergestalt hätten einkommen/ und berürter veranlassung in diesen session sachen/ verfahren sollen/ zumahl/ weilen zu allem überfluß/ daß solches nicht geschehen/ die Königliche und Fürstliche Holsteinische Abgesandten/ Heinrich von Ahlefeld/ Hennecke Rantzow/ und Dr. Joachim Reich sich auf dem Reichstage zu Augspurg Anno 1582. höchlich beschweret/ ihre vorige eingewante klage repetiret/ und gebethen/ daß darauff in contumaciam definitive was recht erkandt/ und sie also dermahl einsten mit einer gebührenden ge-

wissen

wissen Session providiret werden möchten/ auch mit diesen formalibus verbis den 5. Septembris in ermeltem 582. Jahr daselbst verabscheidet/ auff der Holsteinischen Abgesandten eingebrachte beschwernus/ wegen zugestandener verhinderung Ihrer Session im FürstenRath/ ist der bescheidt/ wofern die Abgesandten die jenige/ so sie beschweren nahmhafft machen/ und gegen dieselbe/ vermöge anno 570. zu Speyer auffgerichteten Abscheides/ Ihre klage einbringen werden/ daß alß dann darauff beschehen soll / was angeregter abscheidt mit sich bringet/ darauff dann die Holsteinische Abgesandten/ Hertzog Ludewig zu Würtemberg/ herrn Wilhelmen/ herrn Ludewigen/ und Herrn Georgen Gebrüdere/ alle Landgraffen zu Hessen/ den Herrn Philipsen/ vor sich und in Vormundschafft weyland Herrn Carln Söhnen/ Herrn Ernst Friederichen/ Herrn Jacoben / und Hern Georg Friederichen Gebrüdere / alle Marggraffen zu Baden benennet (dann die Königl. Wrd. zu Dennemarck/ Norwegen/ und mein gnädigster Fürst unnd Herr/ alß Regierende Hertzogen zu Holstein/ für den Hertzogen zu Sachsen Lauenburg im Kreiß Rath und sonst die Session ohnstreitig her gehabt) auch zu allem überfluß unnd umb mehrer der Sachen befoderung willen / inhalts ermelten Speyerschen Reichs Abscheidt / Ihre klage förmlich gedoppelt übergeben/ so ohn allen zweifel hochgedachten Fürsten communiciret/ und eingehändiget worden/ worauff sie biß heutten dato, so viel man dessen/ an der Holsteinischen seiten nachrichtung erlangen können / mehr besagtem Speyerschen Abscheide eben so wenig alß vorhin nachgekommen seyn / Anno 1594. haben J. Königl. Wrd. und Fr. Gn. weyland Hertzog Johann Adolph hochlöblichen Ged. Ihre Räthe Benedictum von Alafeldt / Dr. Veit Weinsheimb/ unnd Hermannum von der Beke/ uff den Reichstag anhero abgefertiget/ die auff die eingebrachte klage abermahlich beruffen/ unnd vermöge derselben/ umb anweisung gebührender Session angehalten / desgleichen ist in annis 603. und 613. von dero Rath Dr. Heinrich von Rosenthal / beweglich repetiret unnd wiederholet/ aber für diesmahl nichts erhalten mögen;

Wann dann ab diesen allen unwiedersprechlich erhellet/ daß es Ihre Königl. Wrd. und Fr. Gn. hochgeehrte Christseel. Vorfahren/ unnd sie selbsten würcklicher Vollziehung dessen/ waß besagte Reichs unnd andere Abscheide/ erfordern/ und in sich halten/ niemahls erwinden oder ersitzen lassen/ die hhl gegentheile aber allemahl daran säumig gewesen/ die zu Speyer angesetzte termini legis, seu ordinationis, und also teste Gailio per-

emptorii oder præjudicial seyn/ consequenter nach deren ablauff die herrn gegentheile/alß die sich wegen dero öffentlich abgelassenen und in Truck außgegangenen Reichs Abschreiben mit keiner ignorantz zu behelffen/ ferner nicht zuhören. Alß bitte im nahmen meines gnädigen Fürsten und Herrn/ ich hiemit aller unterthänigst/ E. Röm. Keyserlichen Mayestäth wollen/ dieser Session Sache eigentliche und wahre beschaffenheit allergnädigst erwegen/ und daß mehr hochbenandten/ Hochlöbl. Fürstl. Häusern J. Königliche Würd. und Fürstl. Gn. alß regierende Hertzogen zu Holstein/ der Vorsitz/ biß die Hern Gegentheile einanders zu recht außgeführet und erkandt/ in contumaciam zugebilliget werde/ damit in unverhoffetem nidrigen fall/ die Königl. Würd. zu Dennemarck/ Norwegen/ und S. Fr. Gn. zu Schleswig Holstein/ sich nicht schuldig zuseyn erachten möchten/ daß was ohne dero zuthun und bewilligung/ andere Churfürsten/ Fürsten/ und Stände/ durch dero Stimmen einbewilliget inhalts des Reichs Matriculs/ einzubringen und abzutragen. Solches umb E. Röm. Keyserl. Mayest. über verpflichteten gehorsamb/ aller unterthänigst zuverdienen/ werden S. Fr. Gn. wissentlich keine occasion vorbey gehen lassen/ unnd thue E. Röm. Keyserl. Mayest. dieselbe zu sambt dero Fürstlichen Hause Holstein/ zu beharlichen Keyserl. Gn. ich in aller unterthänigster submission recommendiren und befehlen.

Atqui ex prædicto scripto apparet, quibus argumentis jus præcedentiæ sibi asseruerit illustrissima Domus Holsatica. Equidem Anno 1640. Legatus Ducis Holsatiæ petiit, ut ad minimum, Dux Holsatiæ ad alternationem Sessionis, cum prædictis illustrissimis Domibus Wurtembergensi, Pomeranâ, Hassiacâ, reliquísve in Sessione alternantibus admitteretur, & quidem Anno sequenti 1641. d. 18. Julii secuta est resolutio Cæsarea, ex qua satis apparet, quid circa hanc controversiam Sessionis Cæsarea Majestas disposuerit, quam ipsam resolutionem Cæsaream ut itidem subjiciamus, operæ pretium esse ducimus.

B.

Copia.

Keyserlichen Decreti an den Pommerischen Abgesandten/ wegen einnehmung des Fürstlichen Hauses Holstein/ in die zwischen Pommern/ Wirtemberg/ Hessen/ Baden/ Mechelnburg gemachete alternation in possessionis, de dato 18. Julii Ann. 1641.

Von der Röm. Keyserl. Mayest. unserm allergnädigsten Herrn dem-

dem Fürstlichen Pommerischen Herrn Abgesandten hiemit in gnaden anzuzeigen. Erst allerhöchstgedacht J. Keyserl. Mayest. sey in unterthänigkeit vorgebracht/ was uff etzliche derselben geheime Räthe/ Reichs viceCantzler unnd Reichs-Hoff-Räthe/ herrn Ferdinand Sigmund Graff Kurtzen/ herrn Ernsten Graffen von Oetingen/ und herrn Conrad Hildebrand angeordnete commission zwischen denen alternirenden Fürstlichen Häusern/ Pommern/ Würtemberg/ Hessen/ Baden/ und Mechelnburg wegen mit einnehmung des Fürstlichen Hauses Holstein/ in die unter sich bey diesem noch wehrenden Reichstage gemachete alternation zu unterschiedlichen mahlen gehandelt worden/ auch was alle theil zu handhab/ unnd versicherung J. Fürstl. Gn. herrn Principalen in possessorio & petitorio præcedentz und dazuhabenden rechten vor und angebracht/ und sich zugleich auff ihre gewesene instructiones bezogen; Allermassen nuhn allerhöchstgedacht J. Keyserl. Mayest. einen oder andern Fürstlichen hause in possessorio & petitorio an seinen rechten etwas abzusprechen/ und zubenennen/ nicht gemeinet/ noch was sie die herrn Gesandten bey jetzigem Reichstage/ wegen solcher alternation unter sich mit einander verglichen/ und J. Keyserliche Mayest. jetz mit dem Fürstlichen hauß Holstein und dessen mit einnehmung in die alternation ferners dabey dem gemeinen wesen zu gutem verordnet und angesehen zu einigen verfang oder actu præjudiciali & possessorio weder anjetzo noch ins künfftige nit gereichen solle/ zumahln alles auff hochg. Ihrer der herren Abgesandten Fürstlichen Principalen Ratification, an welcher J. Keyserl. Mayest. nicht zweiffeln wollen/ gestellet ist: Also haben sie sich solchen nach/ wie es mehr berürter alternation halber bey denen annoch übrigen vorgehenden Reichs Consultationibus dieses Reichstages/ und anders länger nicht gehalten werden solle/ in Keyserl. gnaden resolviret/ massen aus beygeheffter ordnung mit mehrerm zuersehen/ der gnädigsten zuversicht/ es werde obgedachter Pommerischer Abgesandter/ bey so gestalten sachen und eines jedweden theils in possessorio & petitorio so wohl verwahret und vorbehaltenen Rechten/ sich dieser J. Keyserl. Mayestäth allergnädigsten erklärung gehorsahmlich bequemen/ den Holsteinischen Abgesandten zu der Ihme nach solcher Ordnung gebührenden Session unnd Stimme seines theils ohne hindernis und weitere ein und außrede gutwillig kommen lassen/ und also die allgemeine Reichs berathschlagungen desto mehr befodern und zum guten ende bringen helffen. Welches allerhöchstg. Keyserliche Mayestäth mehr/ erwehnten Pommerischen herrn Abgesandten

zur nachricht also zu intimiren anbefohlen seynd / verbleiben denselben be- nebenst mit Keyserlichen gnaden wohl beygethan. Signatum Regenspurg unter Ihrer Keyserlichen Mayestäth/ hervorgedrucktem Secret den 18. Julii Anno 1641.

P.	W.	H.	B.	M.	H.
W.	B.	M.	H.	P.	H.
M.	W.	P.	H.	B.	H.
P.	W.	H.	M.	B.	H.
W.	H.	B.	M.	P.	H.
P.	H.	H.	B.	W.	M.

in simili
Würtemberg/ Hessen/ Baden
und Mechelnburgische herrn
Abgesandten.

Præmissum Decretum Cæsareum cum reservatione solita illustrissima Domus Hassiaca recepit, prout patet ex sequenti scripto Cæsareæ Majestati exhibito.

C.

Allerdurchleuchtigster.

Daß E. Keyserlichen Mayestäth in dero wegen einnehmung des Fürstlichen Häuses Holstein zur Session unnd Stimme im Fürsten-Raht wieder die alternirende Fürstliche Häuser/ Pommmern/ Würtemberg/ Hessen/ Baden / unnd Mechelnburg den 18. dieses allergnädigst ertheilten Keyserlichen resolution sich dahin erkläret/ daß solches dem Fürstlichen hause Hessen zu einigẽ verfang oder actui præjudiciali & possessorio weder anjetzo / noch ins künfftige nicht gereiche/ sondern einem jedern in petitorio unnd possessorio sein recht verwahret unnd vorbehalten verbleiben soll. Dafür sagen E. Keyserlichen Mayestäth wir/ die Fürstliche Hessen Darmstädtische Abgesandte / allerunterthänigsten demühtigsten danck / wollen auch diese E. Keyserl. Mayestäth allergnädigst gethane verordnung unnd Keyserliche resolution mit solchen einverleibten verwahrungen und reservationen in schuldigsten respect halten/ unnd gehorsambst observiren. Doch aber alles auff des Durchleuchtigen/ Hochgebohrnen Fürsten unnd Herrn/ herrn Georgens Landgraffens zu Hessen/ unsers gnädigen Fürsten und herrn/ in E. Keyserl. Mayestäth allergnädigsten resolution selbsten præsuppo-

supponirte ratification und uns zukommenden befehl/ den E. Keyserliche Mayt. wir in tieffester dehmuht unverhalten sollen / daß vorhochgedachte unser gnädiger Fürst und Herr/amore publici, auch naher Verwandnus und anderer respecten gegen das Fürstliche hauß Holstein gleich anfangs dahin sich erkläret / daß sie selbiges in die alternation mitkommen zulassen geneigt sey/ doch also/ daß dem Fürstlichen hause Hessen/ der vor alters bey solcher alternation herbrachter locus tertius immutabiliter verbleiben/ oder die alternatio zwischen den sechs Fürstlichen häusern pari modo & gradu eingewilliget und exerciret würde / und mit Vorbehalt der Fürstlichen Hessen Casselischen Lini consens, und auff solchen modum haben auch J. Fr. Gn. uns gnädig instruiret uund befehlet. Demnach wir aber aus der von E. Keyserl. Mayest. anjetzo allergnädigst ertheilter resolution vernehmen/ daß dem Fürstlichen hause Hessen / das Fürstliche hauß Würtemberg fünffmahl/ Pommern aber alß welches doch ohne einige einrede mit dem Fürstlichẽ hause Hessen vicissitudine perpetua alterniret hat/ vielmahl Vorsitzen/ das Fürstliche hauß Hessen auch niemahls ad primum locum verstattet würde/ dahero uns dann als gehorsamen dienern/ was J. Fr. Gn uns hierin befehlen werden/ zubeobachten gebühren wird/ wie dan J. Fr. Gn. wegen des Vorsitzens der Fürstlichen häuser Würtemberg und Pommern ohn zweiffelnlich beschweret befunden wird. Alß wollen wir die von E. Keyserlichen Mayestäth selbsten in dero gnädigsten resolution allergnädigst angehengte verwahrung und reservation dem Fürstlichen hause Hessen bester massen acceptiret unnd sonderlich wiederholet haben/ der allerunterthänigsten hoffnung/ es werde ins künfftig E. Keyserl. Mayt. bey andern Reichsversamblungen das Fürstliche hauß Hessen in seinen rechten und præcedentz allergnädigst anhören unddawieder nicht beschweren lassen. E. Keyserl. Mayest. uns allerunterthänigst empf. Regenspurg den 24. Julii Anno 1641.

an

Die Röm. Keyserl.

Mayestäth.

Hactenus verba scripti istius à Legatis Domus Hassiacæ Cæsareæ Majestati exhibiti. Sanè, quid circa alternationem ipsam Sessionis inter illustrissimas Domus Holsaticam, Wurtembergensem, Pomeranam, Hassiacam &c. Cæsarea Majestas disposuerit, ex sequenti scripto sub lit. D. constare poterit.

D.

Der Röm. Keyserl. Mayt. unserm allergnädigsten Herrn ist gehorsambst referiret worden/ was gestalten bey negst vorgangener consultation eines Löblichen Fürstenrahts unter andern für höchst nohtwendig erachtet worden / daß dieses Collegium ohne lengern anstandt ergetzet/ unnd die biß anher obgeschwebte Vorsitz streitigkeiten wenigst provisionabiliter und interims weise erlediget werden solten.

Gleich wie nuhn Ihre Keyserliche Mayt. biß anhero sich vielfältig bemühet/ solchen irrungen durch gütliche unterhandlungen abzuhelffen/ und aber mit denen Fürstlichen häusern Pommern/ Mechelnburg / Würtemberg/ Hessen/ Baden und Holstein/ die sache in der güthe weiter nicht gebracht werden mögen/ als daß sich Würtemberg mit dem hause Hessen die umbwechselung des Vorsitzens und Vorstimmens/ für und für beständiglich mit dieser condition zu continuiren erbothen / daß dem Hause Würtemberg der Vorsitz und vorstim vor Hessen den ersten/ andern/ dritten und fünfften Tag/ dem hauß Hessen aber der Vorsitz unnd Vorstim vor dem hauß Würtemberg den vierten und sechsten Tag gebühren solle/ dergestalt/ daß Würtemberg jederzeit bey nachfolgenden öffentlichen Reichs/ unnd Deputation tägen den anfang dieser umbwechselung zu machen/ auch bey dem künfftigen ersten/ andern/ dritten und fünfften Reichstag die verfaste Abscheide vor Hessen zu unterschreiben befügt/ bey dem vierten und sechsten Reichstag aber in denen auffgerichteten Abscheiden in der subscription Hessen dem hause Würtemberg vorgesetzet werden/ deßgleichen/ daß auch Würtemberg/ bey allen künfftigen Reichstägen/ unnd andern gemeinen Reichs conventen an dieser alternation vor Hessen den anfang zumachen haben solle/ solches erbieten auch von denen Fürstlichen Hessischen Gesanten Cassel/ und Darmstädtischer Lini sub spe rati acceptiret und angenommen worden. Also lassen es höchstgedachte Keyserl. Mayt. auch dabey allergnädigst bewenden/ thun auch hiemit solche ergangene und angenommene umbwechselung von tragenden Keyserlichen ambts wegen confirmiren und bestätigen/ und wollen daß dero so bey diesem wehrenden/ als allen künfftigen algemeinen Reichs unnd Deputation tägen/ wie die jetz oder künfftig geordnet werden möchten / für unnd für in ein und andern nachgelebet werden solle.

Und damit auch im übrigen/ so viel die alternation mit denen andern

andern obbemelten vier häusern anlanget/ derenthalben bey denen verstehenden Reichs consultationibus keine weitere hindernis entstehen thut.

Hierauff so verordnen J. Keyserl. Mayt. in krafft ihres hohen obliegenden Ambts/ daß hinführo diesen wehrenden Reichstag über interimsweise/ unnd biß auff anderwerte vergleichung/ oder rechtliche entscheidung/ die umbwechselung/ wann Pommern den Vorsitz zu haben durch das Loß zufelt/ nachfolgender gestalt gehalten werden solle/ nehmlich;

Den ersten Tag.

Pommern/ Mechelnburg/ Würtemberg/ Hessen/ Baden/ Holstein.

Den andern.

Mechelnburg/ Würtemberg/ Baden/ Hessen/ Holstein/ Pommern.

Den dritten.

Würtemberg/ Pommern/ Hessen/ Hollstein. Baden/ Mechelnburg.

Den vierdten.

Hessen/ Pommern/ Mechelnburg/ Würtemberg/ Baden/ Hollstein.

Den fünfften.

Baden/ Mechelnburg/ Würtemberg/ Hollstein/ Pommern/ Hessen.

Den sechsten.

Hollstein/ Hessen/ Würtemberg/ Pommern/ Mechelnburg/ Baden.

Wann demnach am siebenden Tage an der alternation, Mechelnburg den anfang zu machen hat/ so soll den ersten Tag die alternation also stehen;

Mechelnburg/ Würtemberg/ Pommern/ Hessen/ Baden/ Hollstein.

Den andern.

Würtemberg/ Hessen/ Baden/ Hollstein/ Pommern/ Mechelnburg.

Den dritten.

Pommern/ Würtemberg/ Mechelnburg/ Hessen/ Holstein/ Baden.

Den vierten.

Hessen/ Mechelnburg/ Würtemberg/ Baden/ Holstein/ Pommern.

Den fünfften.

Baden/ Würtemberg/ Hessen/ Pommern/ Mechelnburg/ Holstein.

Den sechsten.

Holstein/ Pommern/ Mechelnburg/ Hessen/ Würtemberg/ Baden.

Und ferners/ wan der anfang dieser alternation nach Mechelnburg an Würtemberg fellet/ so wird die session, wie folget/ zu richten seyn.

Den erſten.

Würtemberg/ Pommern/ Heſſen/ Mechelnburg/ Baden/ Holſtein.

Den andern.

Pommern/ Mechelnburg/ Würtemberg/ Baden/ Holſtein/ Heſſen.

Den dritten.

Mechelnburg/ Würtemberg/ Heſſen/ Holſtein/ Baden/ Pommern.

Den vierdten.

Heſſen/ Pommern/ Würtemberg/ Holſtein/ Baden/ Mechelnburg.

Den fünfften.

Baden/ Würtemberg/ Heſſen/ Mechelnburg/ Pommern/ Holſtein.

Den ſechſten.

Holſtein/ Mechelnburg/ Pommern/ Heſſen/ Würtemberg/ Baden. Unnd alſo forthan/ wie es die ordnung ferner dieſen Reichstag mit ſich bringen wird/ doch ſolle die hierin begriffene umbwechſelung/ des vorſitzens/ zwiſchen Würtemberg unnd Baden auff denen zuſammenkünfften in dem Schwäbiſchen Kreiß keine ſtat haben/ ſondern einen regierenden Hertzogen zu Würtemberg/ alß deme neben einem Biſchoff zu Coſtnitz/ alß ausſchreibenden Fürſten das directorium gebühret/ der Vorſitz vor dem hauß Baden undiſputirlich verbleiben.

Deß gnädigſten und gentzlichen verſehens/ eß werden die intereſſirte Fürſten und derſelben anweſende Räthe und Geſandten ſich deme alſo/ J. Keyſerl. Mayt. zu aller unterthänigſten gehorſambſten ehren/ auch zu befoderung der bevorſtehenden Reichs geſchäfften gutwillig bequemen/ dabey jedoch J. Keyſerl. Mayt. auſſerhalb deſſen was hieroben zwiſchen beeden heuſern Würtemberg und Heſſen auff ein beſtendiges verglichen iſt dem jenigen/ ſo in poſſeſſorio oder petitorio eines andern berechtiget zu ſeyn/ vermeinen möchten/ ihr Recht unnd Gerechtigkeit gehöriger zeit unnd orten auszuführen beſſer maſſen vorbehalten haben wollen/ unnd habens hiemit Ihrer Fürſtl: Gn. alſo in Keyſerlichen gnaden mit denen ſie ihr beſtendig wolbeygethan verbleiben/ gnädigſt anzufügen befohlen. Signatum zu Regenſpurg unter J. Mayt. auffgetrucktem Keyſerlichen Inſiegel den 25. Aprilis Anno 1653.

L. S.

Ferdinand Graff Kurtz.

Wilhelm Schröder.

Ex præadductis de præeminentia & Sessione Ducum Holsatiæ abundè constare poterit, superest, ut paucis subjiciamus, quibus argumentis serenissima Domus Wurtembergensis præcedentiam sibi asserat præ Ducibus Holsatiæ, & verò cum ea ipsa pluribus adducta in Informatione quadam, cujus capite præcedenti mentionem fecimus, placet verba huc spectantia heic subjicere.

Deß Fürstlichen hauses Holstein anmaßlich suchende respectivè precedentz vor allen Landt und Marggraffen (ausser des Brandeburgischen hochlöblichen Churhauses) auch denen Hertzogen/ so nach Holstein zu Hertzöglicher dignität, ehr/ und würde erhoben/ unnd alternation mit andern älteren Hertzogen nuhn auch kurtzlich berühtrend/ ob wol solches hauß von zeit erlangter Hertzöglicher dignität, die fürgewesene Reichsversamlungen ausser etzlichen gar wenigen nicht beschicket und besuchet/ noch auch dahero denen Reichs consultationen und ablagen wenig beygeholffen/ weniger einigen actum possessorium deß besitzes wieder die vier verglichene Fürstliche Häuser niemahlen beybringen mögen/ vielmehr aber solche das contrarium unnd die gehabte præcedentz in Sessione & voto unwiedersprechlich hergebracht haben/ so hat jedoch in Anno 1603. zu selbigen Reichstag abgeschickter Holsteinischer Gesandter denen Fürstlichen alternirenden und vergliechenen häusern quæstionem ratione præcedentiæ zu moviren angefangen/ und weiln Er seinem begehren nach nicht admittiret unnd recipiret werden wollen / gleich dem Meckelburgischen / dem Lüneburgischen sein votum aufgetragen / welches ihm auch endlich von den vier Fürstlichen Häusern/ aber nicht andersen/ als cum clausula, suo convenientе loco & ordine abzulegen verstattet und zugelassen worden/ weßwegen Er der Holsteinischer Gesandter auch mit einem beschwerungs Memorial bey Ertzhertzogs Matthiæ Hochfürstl. Durchl. alß gewesenem Keyserlichem Commissario eingelanget und darin Er erst umb einige anweisung eines dem Königlichen unnd zumahln Fürstlichen Holsteinischen gezìemenden Ortes und Stelles in dem Fürstenrath vor die Land und Marggraffen/ auch jüngern Hertzogen gebethen und angesuchet / es ist aber solches dazumahlen unresolviret verblieben/ und hat bey gefolgten Reichstagen Anno 612. der damahliger wegen Ihrer Mayest. in Dennemarck alß Hertzogen zu Holstein anwesender Gesandter wieder unter denen vier respectivè alternirenden Fürstl. häusern gesessen/ nach ihnen votiret und

unterschrieben. Nichts desto weniger aber ist bey der letzt in Anno 1640. veranlassende Reichsversamblunge von dem angelangtem Holsteinischen Gesandten abermahlen solche præcedentz streitigkeit erreget und wenigst in die alternation mit eingenommen zuwerden gesuchet worden. Alldieweiln aber ihm nicht nach willen darein wilfahret werden wollen/ hat er eine Keyserliche commission auf etzliche J. Keyserl. Mayt. geheime Räthe/ Reichs viceCantzlern/auch Reichs Hoff-Rath auffgewircket/ vermittelst deren erstatteter relation endlichen sub dato 18. Julii 1641. allerseits Fürstlichen häusern Abgesandten/ jedoch auff ihrer Fürstlichen hern Principalen ratification eine Keyserliche resolution, wie es noch bey übrigen Reichs deliberationen der alternation halber/ zwischen allerseits Fürstlichen häusern gehalten und das Fürstliche hauß Holstein darin mit eingenommen und recipiret werden solte/ ut C. außweiset / eröfnet und zugeschicket worden.

C.

P.	W.	H.	B.	M.	H.
W.	B.	M.	H.	H.	P.
M.	W.	P.	H.	H.	B.
P.	W.	H.	M.	B.	H.
W.	H.	B.	M.	P.	H.
P.	H.	H.	B.	W.	M.

Alldieweiln aber ein solches ihnen allerseits hohen Fürstlichen Principalen gewisser Ursachen willen/ sonderlich aber dem hochlöbl. Fürstl. hause Würtemberg in dem solchen darin und dadurch wieder das kundbare vieljährige herbringen/ so lautere und klare Vergleich/ in der letzten tages wechselunge mit vorsetzung der Fürstlichen häuser Hessen und Baden ein so schweres nachtheiliges præjuditz zugezogen/und seiner von solchen beeden Fürstlichen heusern ob an und außgeführter massen gebührenden und hergebrachten præcedentz entsetzet/ und mit solchen auch zu die alternation gebracht werden wollen/ keines weges annehmlich seyn noch ratificiren können / ist solch erfolgtes Keyserliches Decret auch zu einiger effect irung nicht/ nochvielweniger der Holsteinischer Gesandter ad Sessionem & votum im Fürsten Raths Collegio, am wenigsten aber zum obsitz und vorstimme für denen verglichenen fünff Fürstlichen häuser gelanget/ sondern ohnerlangter Session & voti abgereiset / auß welchen vorstehenden bey des hochlöblichen Reichs Directorii Registraturen, auch Fürstlichen Archi-

ven

ren und Canzleyen befindlichen Protocollen, Acten und actitaten allgemeiner Reichs/auch anderer versamblungen und conventen gemäß gezogenen warhafften grundbahren bericht so viel erhellet/ daß so wohl das Fürstliche hauß Würtemberg divisim, vermöge viel Jährigen herbeybringens/ und lauteren offenbahren vergleichen/ in unverneinlicher possession vel quasi der præcedenz und obsitzens für denen auch beeden Fürstlichen häusern Hessen und Baden / wie nicht weniger solches hauß mit denen andern verglichenen häusern / auch conjunctim vor denen beeden anmasenden Fürstlichen Mechelburgischen (nuhnmehro Schwerinischer Lini allein) und Holsteinischen häusern in gleichmässigen herbringen und inpossessorio, tam summarissimo, quàm ordinario stattlich ergründet seye.

CAPUT XV.

De Sesfione Statuum Imperii, qui recenter in numerum & Catalogum Principum recepti.

SUMMARIA.

1. *Teccenses cùm antiquis temporibus Comites fuissent, à Suevorum Duce Romulo primùm Duces creati sunt.*
2. *Quando Pomeraniæ Duces Principes creati Cæsari fidem dederint?*
3. *Clivenses, qui olim Comites fuerunt, quando Duces creati?*
4. *De Clivensium Ducum origine lectu jucunda adducuntur.*
5. *Status Imperii, qui recenter in Principum ordinem cooptati, non, in quem volunt locum, se ante alios ingerere possunt, sed tenentur occupare locum vacuum & sic ultimum.*
6. *Privilegia Principum licèt latissimè accipienda, attamen semper intelliguntur concessa sine præjudicio juris alterius.*
7. *Quoad Status Imperii, nullam adhuc in Comitiis Imperii Sessionem sortitos sancitum, ut Cæsar citra Imperii alteriúsve præjudicium de loco commodo iisdem prospiciat.*
8. *Exempla lectu jucunda adducuntur, quibus ostenditur Status Imperii, qui recenter in ordinem Principum recepti locum ultimum occupare debere.*

LOcus postulat, ut, priusquam ab ulteriora progrediamur, paucis tangamus hanc non ignobilem quæstionem: *Quamnam sessionem ii Status Imperii, qui recenter in numerum & Catalogum Principum recepti, occupare possint, & debeant?* siquidem notissimum, hoc seculo plures Comites ac Barones ab Imperatoribus ad Principalem sive Ducalē dignitatē evectos, quod & antiquis temporibus, si Germanicorum Scriptorum monumenta excutiamus, ob res bello præclarè gestas, & fidelitatem Imperio præstitam, sæpius factum, constat; sic
1 Megapolitani & Juliacenses, ad Ducalem dignitatem olim evecti; sic Teccenses, cùm antiquis temporibus Comites fuisset, à nSuevorum Duce Romulo primùm Duces creati sunt, Fel. Faber. *lib. 1. Histor. Suevor. cap. 19. in fin. p. 203. & cap. 21. p. 222.* ut nihil nunc dicam de Pomeraniæ
2 Ducibus, qui Anno Christi 1181. Duces creati, Cæsari fidem dederunt, posteaquam Suantiborus I ex hac familia natus circa Annum 1106. se in libertatem ab Vladislao Poloniæ Rege vindicâsset, ejusque filius Suen-
3 topelcus in conventu Gnesnensi LesconemRegem cum aliis Præsulibus & Comitibus, factâ hostili irruptione, trucidâsset; sic Clivenses, Comites olim fuerunt, postmodum Duces creati, inter Comites enim Clivenses Adolphus Anno Christi 1417 in Concilio Constantiensi primus à Sigismundo Imper. Dux Cliviæ investitus, And. Presbyt. *in Chron. Bavar. Rub. de Ruperto Duce Bavaror p. 93.* De Clivensium origine, ut obiter hoc addam, quæ referuntur, ficta sunt. Autumant quidam primi Comitis patrem Heliam dictum, ac ex terrestri paradiso per cygnum collo catenam auream navi alligatam trahentem in terras delatam,
4 Neomagi perstitisse: ubi cùm in castro quodam terræ Domina habitaret, hanc ad domum secum adduxisse, advenam, qui cùm adversus hostes Dominæ bella feliciter gessisset, matrimonium cum ea contraxisse, ex quo tres sibi genuit filios: Theodoricum I. Cliviæ Comitem; Godefridum Comitem Lossensem, & Conradum factum Landgravium Hassiæ: Tandem cùm prædicta Domina Clivensis contra mariti prohibitionem sæpius de origine ejus percontaretur, occulte ab ea sese recepisse, fabulosa hæc esse ingenuè fatetur Joan. à Leydis *lib. 4. Chron. Belg. c. 12. p. 62.* aliter hæc commemorat Wier. *de præstigiis dæmon. lib. 2. cap. 46. p. m. 333.* Ut ad propositam quæstionem revertamur, statuimus, salvo aliorum judicio, Status ejusmodi Imperii, qui recenter in Principum ordinem

dinem cooptati, non in quem volunt locum, se ante alios ingerere posse, sed teneri occupare locum vacuum, & sic ultimum, vide Fichard. *tom. 1. consil. 77. n. 16.* & Knichen. *de Sax. non provoc. jur. verb.* Ducum *c. 2. n. 134.* neque enim Imperator poterit novum ita creare Principem, ut precedat Principem antiquiorem, cui jus quæsitum jam est, per tradita peregrini *lib. 2. consil. 3. n. 35. & seqq.* licèt enim privilegia Principum latissimè accipienda, *l. 3. D. constit. Princip. c. si quando 5. extra de Rescript. c. 6. extra de donation. c. olim 16. de V. S.* Petr. Costal. & Dd. *in d. l. 3. D. de constit. Princip.* Bald. *in l. si quando 35. n. 1. C. de inoffic. testam.* attamen ejusmodi privilegia semper intelliguntur concessa sine præjudicio juris alterius, *Dd. in c. super eo de offic. de leg.* Dec. *consil. 520. n 3.* Georg. de Cabedo *decis. 65. n. 6. part. 1. text. in l. præmia C. de Stat. & imag. l. 2. C. de offic. magistr. l. 2. §. si quis in pr. D. ne quid in loc. publ.* Hinc sancitum in Statibus, nullam adhuc in Comitiis Imperii sessionem sortitis, ut Cæsar citra Imperii alteriúsve præjudicium de loco commodo prospiciat, Denais. *in jur. Camer. tit. 287. §. 4. R. I. de Anno 1570.* §. nachdem auch. Et ut eò magis constet, receptum & observatum id esse in Comitiis Imperii, non desunt exempla eorum, qui recens in ordinem Principum recepti, ad inferiora subsellia fuerint remissi. Ita Anno 1640. Eitel Fridericus, Princeps de Hohenzollern per Legatum suum Sessionem inter Principes in Senatu illorum Ratisponæ occupare voluit, sed idem Senatus rem novam esse dixit, eum, qui recens in eorum classem relatus, non prævio Cæsaris decreto & solemni introductione proprio ausu subsellium occupare, legatúmque, ut loco cederet, admonuit; si vellet ad Comitum classem, in qua hactenus Hohenzollerani sedissent, se conferret. Post hanc repulsam intimatum fuit, ut loquuntur, Statibus Cæsaris decretum, quod intercessionem potiùs, quàm præceptum sapit, decreti tenorem videre licet apud Limnæum *tom. 4. in Addit. lib. 5. c. 9.* postmodum placuit admittendum & introducendum Legatum Hohenzoller. ipso absente, sed introductio nihilominus suspensa usque ad futura Comitia, testante Recessu Imperii de Anno 1641. §. und demnach Wir die hochgebohrne. Cùm Anno 1623. Johannes Vlricus Dux Crumaviæ, Princeps de Eggenberg ab Imperatore Ferdinando II. felicis recordationis cum consensu Electorum & Principum, qui tunc ad Conventum Ratisponensem vocati erant, Princeps & Status Imperii factus esset,

esset, & ejusdem filius Johannes Antonius in Comitiis Ratisponensibus Anno 1651. ut ad votum & sessionem admitteretur, instanter petiisset, memoriali Statibus oblato, cujus tenorem recitat Limnæus *tom. 4. in Addit ad lib. 4. c. 7. p. 856. 857. 858. & 859 ac seqq.* quin imò, licèt non solùm Ferdinandus III. in iisdem Comitiis, decreto interposito, admissionem ad Sessionem & votum, sine mora fieri urgeret, sed etiam Electorum Senatus pro Principe Eggenbergio intercederet, nihilo tamen minùs Principum Senatui rem eo usque differendam esse placuit, donec conditionibus sequentibus satisfactum, nempe *(1.) ut bona* immediata & ditiones in Imperio acquireret *(2.) ut certa* s. ma contribuendi Imperio iisdem imponeretur, *(3.) ut ratione* Sessionis & voti cæteris in eodem Senatu Principibus antiquioribus eorúmve Legatis postponi caveretur. Hoc Senatus Principum consultum ita prævaluit, ut etiam Recessui Imperiali de implendis conditionibus expressa clausula adjecta fuerit. Atqui ex prædictis constat, eos, qui noviter in Principes Imperii cooptati, ultimum & postremùn locum inter Principes occupare, nec enim Imperatorem Principibus antiquioribus hac in re præjudicare voluisse, credibile est, vide suprà laudatum R. I. de Anno 1570. §. nach dem auch/ ibi, damit dann denselben (scilicet so noch zur zeit zu keiner Session kommen) ihr gebührliche Session im Reichstag eingegeben werde/ seynd wir erbietig/ mit denselben billige verordnung/ doch in dem des Reichs und anderer interessenten Notturfft auch zubedencken/ fürnemen zu lassen.

Cæterùm digna sunt, ut heic subjiciantur verba, quæ hac de re exstant in novissimo Imperii Recessu de Anno 1654. in §. ultimo, ibi: über dieses haben wir die bey nächst verwichenem Reichstag mit der Chur-Fürsten und Ständen einwilligung in Fürstenrath auffgenommene/ aber wegen derenselbige zeit noch unvollzogener von dem Chur Mayntzischen Directorio außgestelter conditionen nicht introducirten Fürsten/ die hochgeborne Eitel Friederich von Hohenzollern Joanno Anthon Hertzogen zu Crumaw und Fürsten zu Eggenberg/und Wentzeln Fürsten und Regierer deß Hauses Lobkowitz vor sich unnd ihre Erben/ nach dem Sie obberürte conditiones erfüllet/ wie ingleichen die auch Hochgeborne Fürsten/ Leopold Philips Carl Fürsten von Salm/ Maximilian Fürsten von Dietterichstein/ weyland Johan Ludwigen Fürsten zu Nassaw Hadamar unnd dessen

dessen Erben/ Octavio Fürsten von Piccolomini Hertzogen zu Amalfi/ folgents aus dem Hauß Nassaw die jenige/ welche nach erst gemelten Fürsten von uns laut unserer den 26. jüngst verflossenen Monat Februarii an die Chur und Fürstliche Collegia ertheilter resolution in Fürstenstand erhoben werden. Imgleichen Johan Weickard Fürsten von Awerßberg &c. auf der Churfürsten und Ständ/ und der anwesenden Räht Botschaften und Gesandten vorgehendes wissen unnd consens, bey diesem Reichs-Tag zu würcklicher Session und Stimm/ jedoch dergestalt introduciren lassen/ daß die jenige/ welche ohn vorgehende volziehung der schuldigen præstationen, unnd insonderheit im Reich ohnmittelbahrer Begüterung/ wegen dero vortreflichen meriten, dißmal/ jedoch nach besage derselben zu Chur Mayntzischen Reichs Directorio abgegebener schrifftlicher erklärung admittiret und eingeführet worden/ von Niemant/ wer er auch seye/ über kurtz oder lang pro exemplo, præjudicio nicht ahn: noch zu einiger consequents gezogen/ und dieses beneficium Sessionis & voti, auf dero Erben und Successoren nicht extendiret werden solle/ sie haben sich dan vorhero mit ohnmittelbahren Fürstmässigen Reichsgüteren versehen/ unnd solle forthin ohn vorgehende real erfüllung aller nothwendiger und bestimbter requisiten und insonderheit erstgemelter Begüterung/ und ohn der Churfürsten und Stände vorwissen und consens, keiner zur session und stimme in Fürstenraht zugelassen werden, &c.

Caput. XVI.

De Statuum Exemptorum Imperii Sessione.

SUMMARIA.

1. *Exemptiones Imperio multis modis detrimentosæ exsistunt.*
2. *Reipublicæ interest, ne fiscus tabescat, cùm neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neq; hæc sine tributis haberi queant.*
3. *De exemptionibus remissivè agitur.*
4. *An Principes Imperii eximere sese tempore immemoriali possint?*
5. *Quemadmodum nec mortales adversus Deum immortalem, ita nec privati*

privati adversus Rempublicam præscribere possunt.

6. *Helvetii crudeli Præfectorum insolentia pressi, iis expulsis ad libertatem provocarunt.*

7. *Privilegiatus à foro, non continuo à subjectione eximitur.*

8. *Helvetiis per Legatos interfuerunt Comitiis Basileensibus An. 1474.*

9. *Helvetiis speciali Decreto Imperatoris & Statuum Imperii indultum fuit, ne in posterum, adversus ipsos Processus à Camera Imperiali decernerentur.*

10. *Helvetii ab Imperatoribus Sigismundo, Carolo V. & Ferdinando libertatis acceptæ beneficium sibi confirmari postularunt, quæ privilegiorum confirmatio jus superioritatis in privilegiatis regulariter arguit.*

11. *Respublica libera dicitur habere jura Principis.*

12. *Exempti Status & Respublicæ in Comitiis regulariter Sessionem non habent.*

13. *Quod si tamen contingat ejusmodi exemptos adesse, ut fœderatos vel postulante id communi orbis Christiani salute Author existimat, iisdem extra ordinem locum assignandū esse.*

14. *Quod tibi non nocet, & alii prodest, facere teneris, quæ regula in similibus terminis præcedentiæ procedit.*

SUperiori Quæstioni affinis & illa est, quæ de Exemptorum Statuum Imperii Sessione agit, de qua hoc capite dispiciemus. Constat enim plures Status Imperii, magno Germanici Imperii detrimento, totaliter & omnimodò, tam quoad onerum contributionem & præstationem, quàm superioritatis recognitionem ac Imperii
1 jurisdictione sese exemisse, quæ exemptio Imperiio multis modis detrimentosa existit, R. A. de Anno 1548. §. etliche andere aber ibi: ohn daß die außstehenden ihre gebührliche Anlage dem H. Reich entrichten und leisten/
2 minuitur enim eo ipso fiscus Imperii. Ecquis verò nescit Reipublicæ, ne fiscus tabescat, interesse, cùm neq; quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque hæc sine tributis haberi queant, Tacit. 4. *histor.* minuuntur quoque membra Imperii, vota & consilia R. A. de Anno 1550. §. Alß Wir dann weiters / ibi: die exemptiones wurden so gar gemein/ damit dem H. Reich an seinen Gliedern/ session, stimmen Vermögen und hülffen/ grosse zerrüttung und Abgang erfolgen thut. De Exemptionibus Statuum Imperii hujus loci non est, ut agamus, videan-
3 tur Daniel Ottho *de jur. publ. c. 3.* Zacharias Victorius *de caus. exempt.* Reincking. *de R. S. & E. lib. 1. class. 2. cap. 8. per tot.* Hugo Grotius *de jure*

Belli ac Pacis lib. 2. *cap.* 4. & D. Suevius p.m. fautor noster honorandus *in Disp. ad Treutler. vol.* 1. *disq.* 3. *th.* 7. *adject.* 4. ubi tradit, Principibus Imperii, eximere sese ne quidem tempore immemoriali licitum esse, 4
arg. l. 6. *in fin.* C. *de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum c. cum non liceat* 12. *extra de præscript.* Sixtin. *lib.* 1. *de Regalib. c.* 5. Hieron. de Cævall. *in spec. comm. opinion. q.* 46. *n.* 6. & Gylman. *in Symphorem. Tom.* 1. *p.* 2. *vol.* 4. *n.* 112. cùm uti mortales non adversus Deum immortalem, ita nec privati adversus Rempubl. præscribere possint, Bodin. 1. *de Republ. cap.* 10. 5
quæ vanitas esset, *inquit Reinking. d. l. n.* 93. præscriptionem pro Imperii salute inventam, Imperii hostibus in pestem substernere, Zachar. Victor *de Exempt. conclus.* 7. Verùm enimverò, hac admissa sententia maximum hoc incommodum sequeretur, ut controversiæ de regnis regnorumque finibus nullo unquam tempore exstinguantur: quod non tantùm ad perturbandos multorum animos & bella serenda pertinet, sed & communi gentium sensui repugnat, prout graviter H. Grotius *d. lib.* 2. *J. B. ac. P. c.* 4. §. 1. disserit, & pluribus probatum dedit.

Cæterùm, quòd sessionem Exemptorum Statuum attinet, sæpius contingit, exemptos Imperii Status, (qui, licèt quoad necessariam onerum contributionem & omnimodam subjectionem à corpore Imperii avulsi, Imperii tamen majestatem non spernant) Comitiis Imperii 6
adesse, & nonnulla, quæ vel pacem publicam universalem, vel semet ipsos adversus Imperii Statum unumatque alterum concernunt, proponere. Quomodo sæpius fecerunt Helvetii, qui crudeli Præfectorum insolentia pressi, iis expulsis, ad libertatem provocarunt, Viet. *de exempt. conclus.* 1. Lips. 2. *de Constant.* nec non à judicio Aulico, Camerali, & Rotwilensi exempti, ac ab omnibus realibus Imperii oneribus liberi sint, teste Goldasto *in Epistol. Dedicator.* dero Reichshandlungen & *in Replica contra Gretser. cap.* 41. quamvis propterea liberi & in totum exempti ab Imperio dicendi non sint, cùm à foro privilegiatus, non 7
continuò à subjectione eximatur, Joann. Jacob. Speidel. *in Notab. Jurid. lit. S. voce* Schweitzer. Equidem interfuerunt Helvetii per Legatos Comitiis Basileensibus Anno 1474 ubi nonnulli fœderatorum legibus ibi constitutis teneri sese arbitrati, auxilia jussa exercitui Imperii ad Nussiam contra Carolum Burgundum submiserunt, & Friderico III. Cæ- 8
sare in Comitiis Reginoburgensibus Anno 1471. in bellum Turcicum jussi sunt Helvetii conferre auxilia. Eorundem Helvetiorum quoque

Legati, tractatibus Pacis Osnabrugis Anno 648. habitis interfuerunt & supplicârunt, ne in posterum adversus sese processus à Camera Imperiali
9 decernerentur, quod & speciali Decreto Imper. & Statuum Imperii iisdem fuit indultum, prout patet ex Art. 6. Instrumenti Pacis Cæsareo Suecici de Anno 648. §. weil gleichfalls. Sanè, iidem Helvetii, ut id
10 addamus, ab Imperatore Ferdinando libertatis acceptæ beneficium sibi confirmâri postulasse, testatur Bodinus *lib. 1. de Republ. c. 9.* idemque de Carolo V. & Sigismundo Impp. memorat Joan. Henric. Suizerus *Chronolog. Helv. p. 2. fol. 61.* quanquam hæc privilegiorum confirmatio, sicut datio eorundem, jus superioritatis in privilegiatis regaliter arguat, Francisc. Suarez. *in tract. de Legib. lib. 8. cap. 9. n. 6.* Wesembec. *consil. 21. n. 61.* Curt. Jun. *consil. 53. n. 2.* & Caspar. Klock. *de Contribut. cap. 4. n. 246.*

Porrò, de Belgicæ Reipublicæ Legatis *suprà libro 3.* diximus, quomodo prætextu omnimodæ libertatis, vel quod dum libera Respublica
11 dicatur, habeatque jura Principis, Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 51. n. 33.* controversiam Sessionis moverint Imperii Principibus? ut de aliis Rebuspublicis & Statibus exemptis nunc nihil dicamus.

Ut verò ad propositam Quæstionem redeamus, licèt Exempti
12 ejusmodi Status & Respublicæ in Comitiis sessionem non habeant R. A. zu Augspurg de Anno 1548. §. wan auch ein außgezogener cùm Status Imperii non sint, ac proinde Sessionem in Comitiis Imperii non obti-
13 neant, Gylman. *decis. Cam. 46. n. 41. lib. 1.* Meischner. *decis. Cam. 6. n. 27. tom. 3.* attamen, si contingat, ejusmodi exemptos adesse in Imperii Comitiis ut fœderatos, vel postulante & efflagitante id communi Orbis Christiani salute, & utilitate publica, tum iisdem peculiarem & extra ordinem, locum assignandum esse putat Nolden *de Nobilit. cap. 9. n. 309.* cujus quidem sententia pia, rationi, & paci publicæ conveniens est, removentur enim eo ipso futura de Sessione dissidia, nec Principes ac Status Imperii in sessione antiqua turbantur, & cùm locus iste peculiaris & extra ordinem assignatus nec Principibus noceat, aut quicquam detrimenti eorum præeminentiæ afferat, exemptis verò prosit, Status
14 Imperii meritò ejusmodi constitutioni acquiescere debent, idque vi Regulæ æquissimæ: Quod tibi non nocet, & alii prodest, facere teneris, *l. 1. § item D. de aqu. & aqu. pluv. Roman. sing. 559. n. 2.* Port. *vol. 2. consil. 7. n. 39.* Surd. *lib. 2. decis. 335.* & Cravett. *consil. 748. n. 19.*

quod

quod alioquin in similibus terminis præcedentiæ procedere, testatus Menoch. *lib. 1. consil. 51. n. 45.*

Caput XVII.

De Comitum Palatinorum, Marchionum, Landgraviorum aliorúmque S. R. Imperii Comitum præeminentia, Sessione, & præcedentia.

SUMMARIA.

1. *In Pandectis nostris Comites dicti fuerunt, qui Proconsules & Præsides in Provincias missos sequebantur, & comitabantur.*
2. *Successu temporis Comitum appellatio porrecta fuit, ad omnes, qui negotio alicui præpositi erant, quod ipsum multis exemplis evincitur.*
3. *Comites unde dicti?*
4. *Comitum dignitas antiquissima est, & in Hispania prima dignitas.*
5. *Diversæ Scriptorum sententiæ circa Comitum dignitatē referuntur.*
6. *Ducum atque Comitum dignitatem bellicam olim fuisse ex Julio Cæsare & Cornelio Tacito probatur.*
7. *Duces Comitibus olim prælati fuerunt.*
8. *Carolus M. plerosque Ducatus devictâ Saxonia abolevit, & in Comitatus transformavit.*
9. *Hi tamen Ducatus ultimis Carolinorum temporibus iterum instituti fuerunt.*
10. *Ultimis Carolinorum temporibus quinque præprimis Ducatus Germania habuit, Boiaricum, Francicum, Suevicum, Lotharingicum, & Saxonicum.*
11. *Caroli M. ætate & sequenti duplex fuit Magistratus, alius Ecclesiasticus, quem gerebant Episcopi circa sacra occupati, alius secularis isque vel ordinarius Judicum, vel extraordinarius Legatorum.*
12. *Seculares Magistratus iique ordinarii fuerunt Graviones sive Comites, quorum officium potissimùm in jure dicundo consistebat, quod adducto diplomate quodam Caroli Magni probatur.*
13. *Quinam fuerint Scabini Comitum? exponitur.*
14. *Comites apud veteres Judices fuisse*

fuisse, ostenditur.

15. Comites, si negotiorum multitudine, vel valetudine impediti, ipsi jus dicere non poterant, vicarios instituere non prohibebantur, qui jam tum dicti Scultheisii, quod ex Paulo Warnefrido & Baronio probatur.

16. Quinan dicti Landgravii & Marchgravii? proponitur.

17. Marchgravios Comites limitaneos dictos fuisse ex Aimonio aliisque probatur.

18. Quinam Palatii Comites & Burggravii dicti?

19. Apud Historicos Germanicos interdum Abbates pro nobilibus accipiuntur.

20. Comites olim non solùm juri dicundo vacabant, sed etiam criminalem exercebant jurisdictionem in suo malo seu judicio, quod ex praecepto Remissionis sive Concessionis facta à Ludovico Imperatore Hispanis.

21. In ipsomet Regio Palatio causae judicatae fuerunt partim per ipsum Regem, partim per Comitem Palatii, causae verò appellationum eò propriis devolutae.

22. Inter Comites primum locum obtinuerunt Comites Palatii, qui caeteris praelati.

23. Evincitur ex Aimonio & aliis Francicis Scriptoribus, amplissimam Comitis Palatii in aula & Palatio jurisdictionem fuisse, ingentem auctoritatem & summam potestatem.

24. Quaenam Comitum Palatii olim dignitas & praeminentia prae reliquis Comitibus fuerit?

25. Plures olim Comites Palatini audiverunt, nam & Saxoniae Ducibus olim Palatini titulum tributum fuisse, ex Witichindo aliisq; probatur.

26. Inter Palatinos Rhenanus & Saxonicus superiorem gradum obtinuerunt, & caeteros inferiores Palatinos sub se habuerunt.

27. Palatini ad Rhenum supremum gradum inter Palatinos obtinuerunt.

28. Hujusmodi dignitatem primò omnium gessit Rolandus Caroli Magni ex sorore nepos.

29. Rhenano Palatino subjecti fuerunt Palatinus Suevicus & Bavaricus.

30. Inter Comites hodiè primum facilè locum obtinent ii Comites, qui propter concessa dignitatis praerogativam Fürstliche oder gefürstete Graven dicuntur.

31. Sunt praeterea Comites quidam, qui singularis praeminentiae loco, alte Graven dicuntur, ut sunt Comites de Salm.

32. Hosce, praesertim si Imperator ipse ita eos appellaverit, ac vocari aliis omnibus praeceperit, Principes censeri ex Besoldo probatur.

33. Quidam Comites Alte Graven vocantur, non quidem quòd praedictis aequiparentur, sed ad differentiam eorum, qui noviter Comitis titulum adepti.

34. Ex

34. *Ex Comitum ordine singulari Cæsarum privilegio 4. familiæ* die 4. Graven H. Römischen Reichs *nuncupatæ fuerunt, Comites Clivenses, Swatzburgenses, Ciliæ, & Sabandiæ, ex quibus Clivenses & Sabaudi in Principum ordinem asciti.*

35. *In Gallia Comes olim Marchioni prælatus fuit, hodiernos verò mores si respiciamus, contrarium ibi obtinere constat.*

36. *In Italia Marchiones Comitibus postponuntur.*

37. *Notatus error Chassanæi existimantis Comitem præcedere Marchionem in Germania.*

38. *In Italia plurimi reperiuntur Comites Codicillares & qui titulo tantum tales exsistunt.*

POsteaquam de Ducum & Principum S. R. Imperii Sessione & præcedentia diximus, consequens est, ut sermonem dirigamus ad Comites, Imperii RomanoGermanici, priusquam autem eò transeamus, ac de eorum præeminentia & Sessione in specie dicamus, hoc capite paucis expofituri sumus, quænam dignitas & præeminentia Comitum Palatinorum, Marchionum, Landgraviorum, & Comitum reliquorum fuerit? quidve circa eorundem Sessionem obtinuerit, temporibus Caroli M. Otthonum, ac aliorum Impp. Germanicorum, necnon quæ hodie in Italia, Gallia, & Germania, eorundum Comitum dignitas & auctoritas sit? subjicientes.

Comitum dignitatem antiquissimam & apud Romanos receptissimam fuisse, nemini non constat, quod ipsum universus Historiæ Romanæ consensus probat.

In Pandectis nostris Comites dicti, qui Proconsules & Præsides in provincias missos sequebantur & comitabantur. *l. 16. D. de offic. Præsid l. 4. D. de offic. Assessor. l. 41. D. de excusat. tutor. l. 19. §. ult. D. Locat. l. 6. §. si quos Comitum D. de Pæn. l. 8. §. sed si Comites D. de extr. cognit.* vide Senec. *lib. 2. Declamat.* Cicer. *lib. 5. Epistolar. ad Attic. & Sueton. in Julio cap. 42.* Successu temporis Comitum appellatio porrecta ad omnes, qui negotio alicui præpositi erant, unde Comites quidam dicti rerum privatarum, *l. 3. C. de bon. vacant. lib. 10. l. ult. C. de Assessor.* Nov. 7. Cassiodor. *in formula Comitiva* rerum privatarum, domorum Principes, *l. ult.* C. *ubi caus. fiscal. l. 5.* C. *ad l. Jul. repet.* Sacri consistorii *l. 4.* C. *de advoc. divers. judic. l. 13. C. de excus. mun. lib. 10.* Comites Scholarum *l. 3.* C. *de offic. magist. offic.* horreorum, *l. ult. C. de*

Pistorib.

Pistorib. lib. 10. thesaurorum, metallorum, de quibus Lazius *lib. 2. Commentar. Reipubl. Roman. cap. 11.* & Adrianus Turnebus *Adversariorum lib. 15. cap. 6. & lib. 28. cap. 2.* Comites stabuli, *l. un. C. de comitib & trib. Scholar. lib. 12. l 29. de annon in* C. *Th.* Aimonus monachus *lib. de gestis Francor. 3 cap. 43.* Rhegino *lib. 2. Annal.* Comites ærarii, *l ult. C. de Susceptor. lib. 10. l. un. qui à præbitio. tiro. in* C. *Th* Comites fœderatorum apud Zonar. *tom. 3. Annal. in Tiber.* & excubitorum apud eundem in *Justino Coropate.* Ut nihil nunc dicam de Comitibus per provinciam constitutis, *l. 3. C de offic. Præsid.* quales erant Comites Illyrici, Hispaniarum, Britanniæ, Italiæ, & Orientis, *l. 3. C. de cano. largit. lib. 10. l. un.* C. *de classic. lib. 11.* cui suberant Palestina utraque, Cyprus, Osrhoëna, Mesopotamia, Isauria, Arabia, necnon Comites Africæ,
3 apud Agustin. *epistola 70.* & in notitia Occidentis, de quibus Comitibus jucunda heic afferri possent, nec lectori ingrata, si hujus loci foret. Comites hujusmodi à Comitatu, (idest, Principis aula, quæ comitatus dicebatur) dictos fuisse, notant Guid. Pancirol. *lib. 1. thes var. lect. cap.*
4 *5.* & clarissimus Grifiander *de Weichbild. Saxon. cap. 8. n. 5.* Sane Comitum dignitatem antiquissimam esse rectè etiam asseruit Cabed. *decis. Lusit. 105. n. 2. p. 2.* qui addit hanc dignitatem fuisse in Hispania primam dignitatem: Et quòd Regnum Lusitaniæ titulo Comitatus ab Alphonso VI. Castiliæ Rege dotis nomine datum sit Henrico Parlador, *rer. quotid. c. 13. n. 2. & 3.*

Hinc apparet, turpiter labi Crancium *lib. 2. Metrop. c. 30.* ubi affirmat, Brunonis Saxoniæ Ducis tempore in Saxonia Comitum nomen incompertum fuisse. Etenim Annales Franciæ, proceres istos, qui cum Brunone à Normannis cæsi sunt, disertè Comites vocant, idem facit Adamus Bremensis *cap 31.* quinimo nihil frequentiùs in istius temporis scriptoribus Comitum mentione: & ipse Crancius *in Metropoli lib. 1. cap. 40. & lib. 2. cap. 16.* Cobbonem Comitem Teckelburgensem Ludovici I. imp. coætaneum non ignorat.

Cæteroquin circa dignitatem Comitum, diversæ sunt scriptorum
5 sententiæ. Quidam Ducis & Comitis titulum olim indifferentem, æqualémque fuisse asseruerunt, cujus sententiæ est Bertrand *d' Argentreé en l' histoire de Bretagne livr. 3. ch. 1. fol. 149. lit. c. & ch. 64. fol. 199. in pr.* Alii, ut idem Bertrand d' Argentreé *d. l.* refert, putârunt, omnes, qui hodie sunt Ducatuum tituli, à titulo Comitum cæpisse initium, tanquam

primo

primò & antiquiori, id ipsum ut probent, adducunt literas & instrumenta Concilii Toletani Octavi, in quibus Comitem Duci præpositum fuisse, notant. Guido Panciroll. *cap. 1. Notit. Oriental. & cap. 70 Occident. Imperii* dicit: fuisse tempus, quo in Orientali, uti & Occidentali Imperii, Duces Comitibus fuerint postpositi. Quas opiniones Scriptorum licèt in medio relinquimus, silentio tamen præterire non possumus, eas, si Germaniam, ejusque antiqua instituta respiciamus, procul à vero abesse, nec enim ullibi ex veterum monumentis probari poterit, eminentiorem fuisse auctoritatem & titulum Comitum, quàm Ducum, aut Comites Ducibus prælatos. Si ad Germaniam veterem, ante Caroli Magni tempora, nos vertamus, constat, Duces & Comites præfuisse majoribus nostris, ac illos potentia & dignitate hos superâsse. 6
Sane, Ducum officium atque dignitatem bellicam fuisse nos docet apprimè Julius Cæsar *lib. 6. de Bell. Gall.* cui jungendus C. Cornelius Tacitus in elegantissimo de moribus Germanorum libello, qui de illis in hunc modum: Reges, *ait*, ex nobilitate, Duces ex virtute sumunt. Nec Regibus infinita aut libera potestas: & Duces exemplo potiùs, quàm imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præsunt. *Hæc Tacitus.* Circa potestatem ac jurisdictionem tamen illorum Ducum non conveniunt iidem Julius Cæsar & Tacitus: Ille potestatem vitæ & necis illis tribuit in sibi addictos; Hic verò *d. l.* id prorsus negat. Cæterùm, *inquit*, neque animadvertere, neque vincere, neque verberare quidem nisi sacerdotibus permissum, non quasi in pœnam, nec Ducis jussu, sed velut DEo imperante. Quid ad tantam Scriptorum istorum discrepantiam dicendum? Tacito majorem adhibeo fidem, non, quòd ipsi res Germanicæ magis perspectæ fuerint, quàm, quia verosimile non est temporario Duci plus Germanos tribuisse, quàm perpetuo belli Duci, seu Regi, cujus tamen potestas, quàm exiguis alioquin circumscripta limitibus fuerit, exponit idem Cæsar *lib. 5. de Bell. Gallic.* De Comitum verò potestate, videndi, *ait*, Cæsar & Tacitus *de mor. Germ. c. 12.* Centeni, singulis ex plebe Comites, consilium simul & authoritas adsunt, quinimo expressè testatur Beatus Rhenanus *lib. 2. Rer. Germanicar.* Duces Comitibus prælatos fuisse, in hoc, *inquiens*, Romanos imitati sunt Franci. Nam illi Provinciarum Rectores Duces appellabant, id quod ex libro magistratuum Romanorum satis liquet: unde formula Ducatus Rhetiarum apud Cassiodorum *in Variis* 7

 Delj.

Deligebant autem Ducem ex nobili familia. Sic Boiaris Agilolfingorum antiqua gens diu Duces dedit, ex qua Welphones prodiisse suspicor. Hoc autem privilegium habebat ea familia à priscis Francorum Regibus, ut, si quis fidus Regno prudénsque ex prosapia eadem progenitus compertus fuisset, non aliunde quisquam adsciscerétur in Ducem. Ergo primam dignationem sub Francis in Alemannia habebat Dux, proximam Comites, adde Vadianum *lib. 1. de Colleg. Monast. in Germ. vet.* Franci Reges, *inquit*, Regnum suum, Ducum maximè, & Comitum operà moderabantur, qui in illa quidem ætate non suam, seu propriam, sed publicam Regni ditionem administrabant, vide Lehman. *lib. 2. c. 21. 22. 23.* Quod si ordinem Scripturæ consideres, sane, Duces ut plurimum Comitibus præpositi, prout factum in initio Legum Alemannicarum, & apud Theganum Chorepiscopum Trevirensem *lib. 6. de gest. Ludovici Imperatoris c. 6.* Equidem quòd Caroli M. tempora attinet, constat, eundem plerosque Ducatus, devictâ Saxoniâ abolevisse, & in
8 Comitatus transformâsse, vide Lehmannum *lib. 2. cap. 16. 21. 22. 23.* & Eginhardum *in vita Caroli M.* ubi tale quid de Thassilone Bavariæ Duce narrat, ibi: Thassilo Dux Bavariæ ad Regem evocatus, neq; redire permissus, neque provinciæ, quam tenebat, ulterius praeesse, sed Comitibus ad regendum commissa est. Hi tamen Ducatus ultimis Caro-
9 linorum temporibus iterum instituti. De Otthone Magno, ut de cæteris nihil dicamus, hoc ipsum tradit M. Adam. *in vita Adalgagi histor. Eccles. lib. 2. cap. 4.* Cùm Rex, *ait*, victoriosissimus Ottho ad liberandam sedem Apostolicam vocaretur in Italiam, consilium habuit, quem post se Vicarium potestatis ad faciendam justitiam relinqueret in his partibus, quæ barbaris confines sunt termini. Nondum enim post tempora Caroli propter veteres illius gentis seditiones, Saxonia Ducem accepit, nisi Cæsarem. Qua necessitate Rex persuasus Hermanno primùm tutelæ vicem in Saxonia commisit. Hunc Hermannum ipsum Saxoniæ Ducatum deinde meruisse, paulò pòst Idem narrat. Idem iisdem penè verbis referunt, Helmold. *Chron. Slavor. lib. 1. cap. 10.* & Al-
10 bertus Abbas Stadensis *in Chron. ad Ann. Dom. 961.* Sanè, ultimis Carolinorum temporibus quinque præprimis Ducatus habuit Germania, Boiaricum, Francicum, Suevicum, Lotharingicum, & Saxonicum, quorum Duces eò tandem potentiæ pervenerunt, ut de provinciis proprio jure sibi attribuendis cogitarint, seu dilucidè apparet ex Sigeberto

A. 914.

A. 914. ubi exponit, contra Conradum Regem potentiores Regni Principes rebellionem meditatos esse, scilicet Arnoldum de Boiaria, Burchardum de Suevia, Eberhardum de Francia, Gilbertum de Lotharingia, & horum omnium præcellentiorem Ducem de Saxonia & Thuringia. Quamvis autem postmodum Imperatores hanc Ducum potentiam coercere, & imperium eorum rursus in ordinem redigere strenuè laborârint, frustra tamen hoc tentârunt, utpote nimis serò rem aggredientes, radicatâ jam eorum potentiâ, quæ deinde magis magisque accrevit, adeò ut commissas sibi provincias hereditario quodam jure ad se pertinere contenderent, sibique easdem vindicarent. Luitprand. *lib. II. c. 6.*

Ad Comites ut redeamus denuò, constat, Caroli M. ætate & se- 11
quenti duplicem fuisse magistratum, alium Ecclesiasticum, quem gere-
bant Episcopi circa sacra occupati, alium secularem, eundemque vel
ordinarium Judicum, vel extraordinarium Legatorum. Et quidem 12
Seculares magistratus iique ordinarii, erant Graviones sive Comites, de quibus nobis sermo, quorum potestas, licèt non exigua fuerit, tamen ea non propria, sed vicaria erat. Consistebat autem potissimùm eorum officiũ in jure dicundo, ut ex diplomate quodam Caroli Magni, quo Trutmannum virum illustrem Saxonibus ad Christi religionem perductis, Comitem adornavit Anno 788. patet, quod ipsum legere licet apud Henricum Meibomium *in Vindiciis Billinganis, & in Notis ad Witichindi Annales*, & dignum, ut propter venerandam antiquitatem integrum subjiciatur.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus divina ordinante gratia Rex. Si Domino Deo exercituum succurrente in bellis victoria potiti sumus, in illo & non in nobis gloriamur: & in hoc seculo pacem & prosperitatem & in perpetuo futuro æternæ mercedis retributionẽ nos promereri confidimus. Propterea omnes Christi fideles noverint, quòd Saxones, quos à progenitoribus nostris ob suæ pertinaciæ perfidiam semper indomabiles, ipsique Deo & nobis tam diu rebelles, quousque illius, non nostra virtute, ipsos & bellis vicimus, & ad baptismi gratiam, Deo annuente, perduximus, pristinæ libertati donatos, & omni nobis debito censu solutos, pro amore illius, qui nobis victoriam contulit, ipsique tributarios & subjugales devotè adduximus, eosque in fide christiana retinere optamus, & perseverare cupimus. Quapropter in

illa parte Saxoniæ Trutmannum, virum illustrem ibidem Comitem ordinamus, ut resideat in curte ad campos, in mallo publico, ad universorum caussas audiendas, vel recta judicia terminanda. Isque advocatum omnium presbyterorum in Saxonia fideliter agat, superque Vicarios & Scabinos, quos sub se habet, diligenter inquirat, & animadvertat, ita ut officia sua sedulò peragant. Tandem idem Comes omnia sibi singulariter à nobis præscripto toto conatu & totis viribus perficiat, & ita memoratus noster Comes Trutmannus bene ingenuus atq; securus exsistat. Et ut ista ingenuitatis pagina firma stabilisque consistat, manu propria subscripsimus, & annuli nostri impressione signari jussimus.

L
Signum KAR Karoli
V
Regis S invictissimi.

Hildebaldus Archiepiscopus Coloniensis & sacri Palatii capellanus recognovi. Data IV. Kal. Octob. anno Dominicæ incarnationis DCCLXXXIIX. Indictione XII. Anno autem regni Domini Karoli XXI. Actum in villa Trutmanni feliciter, Amen.

Hactenus Diploma Caroli M. Porrò de Comitibus idem, constat ex admonitione Ludovici Cæsaris ad Comites pro utilitate sanctæ DEI Ecclesiæ, quam *cap. 6. l. 2.* habet Asegisus. Hi Comites ab ipsis Regibus constituti, ceu testatur Poëtaster Saxo vitæ Carolinæ ad Arnolphum Cæsarem Scriptor, ibi:

Tum sub judicibus, quos Rex imponeret ipsis,
Legatisq; suis permissi legibus uti
Saxones patriis, & libertatis honore.

3. Scabini, quorum mentionem facit modò adductum ex Meibomio Caroli M. diploma, erant Assessores, & quidem ex plebe electi, germanicè Schöppen/ unde Glossarium vetus: Scabini auditores Comitibus adsidebant (id est, consilium dabant, unde adsessum pro consilio illo versu Propertii;

Turpior adsessu non erit illa meo.

Cujac. *in Paratit. ad Codic. lib. 1. tit. 51.*) simulque sententiam suam exponebant, quod ex charta veteri Alemannica apud Goldastum liquet. ibi: Interrogavit ipse Comes Scabinos, quid illi de hac causa judicare voluit-

voluissent. Comites igitur, ut ex prædictis constat, Judices erant (quomodo à Suida generaliter Comes definitur ὁ λαοῦ ἄρχων.) hinc Gloss. *Spec.* 4
Sax. l. 3. art. 13. Ein Graff bedeut noch alte Sächsischen Teutschen Richter/ darumb haben diesen Nahmen viel unterschiedene richter. Idem tradunt, Lehman. in der Speirischen Chronick *lib. 2. cap. 17.* & Nob. Casp. à Lerch *in discurs de ordin. Equestr. fund. 1. fol. 21.* Quot verò olim Comites constituti fuerint, certò non constat, quamvis septem Comitum mentio facta *cap. 40. l. 3.* Ansegisi. Hi ipsi Comites, si negotiorum multitudine, vel valetudine adversa impediti, ipsi jus dicere non poterant, Vicarios instituere non prohibebantur, qui judiciis ipsorum vice præ- 15
essent, qui jam tum dicti Scultheisii vel Sculdeisii Paulo Warnefrido *lib. Histor. Longobardor. c. 24.* ibi: Rector loci, quem Sculthe is vocant. In diplomate Otthonis Imperatoris apud Baronium *tom. 9. p. 5.* ibi: Nullus Marchio, Comes, aut vice Comes, Sculdesius, vel quilibet ex judiciaria potestate. Porrò, Comites etiam Graphiones dicti fuere, teste Paulo Diacono Historiæ Longobardorum quinto. & inde ortæ variæ Graphionum, à locis, quibus præerant, appellationes, alii enim dicti Landgravii, id est, provinciæ Comites sive judices, alii Marchgravii 16
limitis Comites, de quibus Albertus Crantzius *lib. 3. Wandalicorum cap. 16.* In Annalibus, *ait*, nullam ejus verbi legimus mentionem ante primum Henricum Saxonem Romanorum Regẽ; qui primus domitis Danis ad oppidum Sleswicum, cùm eò transtulisset Saxonum coloniam, imposuit regioni præsidem, quem appellavit Marchionem: & illi regendos tuendósque Regni limites commisit, provinciam, quasi Ducis limitanei. Ex quibus Crantzii verbis apparet Marggravios fuisse limitaneos Comites; unde et iam vocantur Comites Limitum Marck Richter oder Grentz Fürsten Albin. *in Chron. Misnico. t. 9. fol. 106.* item limitum 17
Præfecti, Aimonio *lib. 4. cap. 116. & lib. 5. cap. 2. & 21.* nam marchiam pro limitibus accipi ex Aimonio *lib. 4. cap. 113.* constat. Hi prout rectè Andreas Knichen *in Commentat. de Saxon. non prov. jur. cap. 4. n. 30.* ait, mandatam provinciam tuebantur ab incursionibus Barbarorum, non secùs ac olim milites præsidiarii vel Riparenses, vide M. Adam. Bremensem *Histor. Ecclesiast. lib. 1. cap. 48.* Porrò, alii Comites appellati Pfaltzgravii, 18
Palatii Comites, qui & majores Domus & Præfecti Rectoresq; Palatii dicti, ut Eginhardus, Aimonius aliiq; scribunt. Alii Burggravii, arcis præsidive Comites vel judices, de quibus H. Grotius *de antiq. Reip. Batav. c. 5.*

Wassenariorum proavi, *ait*, ante Didericum Burggravii fuere, hoc est, judices arcis ejus, quæ in locum urbis Lugduni Batavorum à Normannis, ut credibile est, diruti, successerat, simulque agri adjacentis: quibus etiam vectigalia, velut amnis Rheni custodibus, solvebantur, quæ in hunc diem penes posteros eorum manent. Alii denique dicti Gogravii & Dingravii, judices pedanei. Horum Comitum vel Graphionum ad justitiam Populo faciendam, ut modò notatum, quamplurimi erant, & indies plures constituti. De Carolo M. Annonius *5. c. 1.* Carolus, *inquit*, ordinavit, per totam Aquitaniam Comites, Abbatesque, nec non alios plurimos, quos Vassos vulgò vocant. Notandum heic, non-nunquam apud historicos Germanicos, uti h. l. Abbates accipi pro
19 nobilibus. Suidegerus *in Chronicis Franciæ Gallicis*, Abbates, *inquit*, in antiquis historiis non sunt Monachi, vel religiosi, sed Barones magnatésque seculares, quibus Abbatias vel monasteria Princeps dat ad tempus vel quoad vixerint. Comites autem hi non solùm ea ætate juridi-
20 cundo vacabant, sed etiam criminalem exercebant jurisdictionem in suo mallo seu judicio. Dilucidè id probatur ex Præcepto Remissionis sive Concessionis, factæ à Ludovico Imperatore Hispanis, ibi: Ipsi pro majoribus causis, sicut sunt homicidia, raptus, incendia, deprædationes, membrorum amputationes, furta, latrocinia, alienarum rerum invasiones, & undecunque à vicino suo criminaliter fuerint accusati, & ad placitum venire jussi, ad Comitis sui mallum venire omninò non recusent. *Hactenus verba remissionis.*

Hi tamen Comites tam amplissimam jurisdictionem non habebant, quin non gravatis litigantibus liceret provocare ad Regem, quinimo ejuscemodi provocationem etiam alteram ad Missos aut Legatos Regios fuisse, expresse tradit Vadianus *L. de Collegiis & Monasteriis Germaniæ*
21 *veteribus*. In ipsomet Regio Palatio itidem fuere causæ judicatæ, & quidem partim per ipsum Regem, partim per Comitem Palatii, causæ appellationum autem præprimis eò devolutæ. De Carolo Magno Eginhardus *in vita ejus*. Cùm calcearetur, & amiciretur, *ait*, non tantùm Comites admittebat, verùm etiam, si Comes Palatii litem aliquam esse
22 diceret, quæ sine ejus jussu definiri non posset, statim litigantes introduci jussit, & veluti pro tribunali sedens, lite cognita, sententiam dixit.

Cæterùm, inter hosce Comites isto quidem ævo dubium non est, primum

primum locum obtinuisse Comites Palatii, qui cæteris prælati, id 22
quod manifestum evadit, si horum potestatem, cùm reliquorum Comitum jurisdictione conferamus. Equidem amplissima Comitis Palatii in aula & palatio jurisdictio erat, ingens auctoritas, & summa potestas, quam ab ipso Rege proximam fuisse Aimonius & alii Francici 23
Scriptores indicant. Marquard. Freher. in elegantissimo *Commentario Originum Palatinorum cap 1. p. 4.* qui existimat, Comitem Palatii Præfecto Prætorio apud veteres Romanos minorem non fuisse. Non tantùm tradit idem, inter officiales & Palatinos cæteros cognitionem ejus 24
propriam fuisse, sed & subditorum quorumvis desideria audivisse, causasque quasi sacra vice illum examinâsse, idque testantur Walafridus Strabo, & Eginhardus. Proderit hoc loco audire Aventinum *lib. 4. Annal. Boior. p. 297.* Comes Palatinus, *ait*, vicem Cæsaris præsidendo Senatu Principali defungebatur: fidem Imperatoris implorantibus aderat, jùsque reddebat, fiscum Augusti, prædia Salica, reditus Regios procurabat: Cæsareum censum exigebat: Nil citra authoritatem Duci aut decernere, aut statuere licebat.

Portò, hoc loco monendum; olim plures Palatinos audivisse, nam 25
& Saxoniæ Ducibus olim Palatini titulum tributum fuisse, ex Witichindo aliisque annotat Hubertus Thomas Leodius *in Commentar. de orig. Palatinorum*, & egregia quædam de Palatinis Saxoniæ Comitibus in unum congessit Reinerus Reineccius *in Appendice Witichindi*, quinimo juxta Schwaben Spiegel *l. 1. c. 19.* in Teutschen Landen hat jedes Land seinen Pfaltzgraffen/ Sachsen hat einen/ Bayern hat einen/ Francken hat einen/ Schwaben hat einen. In tabulis, quibus Sigismundus Cæsar Friderico Marchioni Misniæ Ducatum Saxoniæ contulit apud Petrum Albinum *tit. 16.* Meißnisch Land-Chronick *p. 218.* diserta fit mentio der Pfaltz zu Sachsen/ item deß Pfaltzhauses und Stadt Alstete. Fuere quoque Bavariæ Palatini, ut modò dictum: Burgundiæ Palatinos memorat Wolfgangus Lazius *in Austria.* Inter hos verò Palatinos Rhenanum & Saxonicum superiorem gradum obtinuisse, & cæteros inferiores 26
Palatinos sub se habuisse, constat. Quinimo Palatinos ad Rhenum supremum gradum inter Palatinos obtinuisse, tradit Marquardus Freherus *in dict. Comment. origin. Palatin. cap. 1.* & hujusmodi dignitatem 27
primum omnium gessisse Rolandum Caroli M. ex sorore nepotem, Hubertus Thomas Leodius *in Comment. de Palatinor. orig. pag. 5.* auctor 28
est,

est, ubi apud Blaviam in Xantonibus Rolandi sepulchro inscriptum fuisse memorat, primum hunc Comitem Palatinum fuisse, Rhenano Palatino putat Limnæus *tom. 2. de Jure public. lib. 4. cap. 4. n. 35.* subjectos
29 fuisse Palatinum Suevicum, Bavaricum, & Franconicum, sed enim Franconiæ Palatinus videtur is esse, qui aliàs Palatinus Rheni, hodieque nuncupatur: utraque enim Rheni ripa ad Franciam pertinet Orientalem.

30 Porrò, inter Comites hodie primum facilè locum obtinent ii Comites, qui propter concessæ dignitatis prærogativam dicuntur Fürstliche oder gefürstete Graffen. Cujusmodi sunt Comites Palatini, Landgravii, Marchiones, Comites Limitanei, Provinciarum Comites, Burggravii, Paurmeister. *lib. 2. de jurisdict. cap. 10. n. 21.* Quibus addendi illi, qui ex Comitibus in Principum ordinem evecti sunt, utpore Comites Habsburgenses, Tirolenses (quos repræsentant ArchiDuces Austriæ) Hennebergenses (quos Saxoniæ Duces repræsentant) Arimbergenses ab Imp. Maximiliano II. inter Imperii Principes relati; Montpelgardenses (quos Duces Würtembergenses repræsentant) Gorzenses, Mansfeldenses; Comites à Spanheim & Veldens, quos Comites Palatini ad Rhenum repræsentant. Hi sunt illi, qui in Recessibus & Constitutionibus Imperii, verbo Fürstmässige veniunt & comprehenduntur.

31 Sunt præterea Comites quidam, qui singularis præeminentiæ loco, Alte Graffen vocantur, ut sunt Comites de Salm. &c. Hosce, præser-
32 tim si Imperator ipse eos ita appellaverit, die Hochgeborne/ unser und des Reichs alte Graffen/ ac ita nominari ac vocari aliis omnibus præceperit, Principes censeri, respondit D. Besold. *part. 4. consil. 195. qu. 1.* Sciendum verò hoc loco est, esse etiam Comites, qui Alte Graffen vo-
33 cantur, non quidem, quód prædictis æquiparentur, sed ad differentiam eorum, qui noviter Comitis titulum adepti, ac cum iis, qui ex longo, immemorialique tempore Comitum in ordinem adsciti, unius ejusdemq; nominis sunt, prout videre licet in Comitibus Ortenburgensibus, inter quos quidam titulo der Alten Graffen von Ortenburg utuntur, reliqui verò, qui non ita pridem Comites facti sunt, simpliciter Graffen vocantur. Vide Besold. *d. l. quæst 4.* ubi tradit, quænam differentia sit inter Alten Graffen des Reichs/ und gefürstete Graffen des Reichs.

Porrò, uti ex Ducibus, Brunsuicensis, Bavariæ, Sueviæ, Lotharingiæ

:, ex Marchionibus Brandeburgensis, Misnensis, Moraviæ, &
Ex Landgraviis Thuringiæ, Hassiæ, Alsatiæ Leuchtenber-
:x Burggraviis Magdeburgensis, Noribergensis, Reineccensis, 34
ergensis: Sic quoque ex Comitum ordine singulari Cæsarum
4. familiæ, die 4. Graffen des H. Römischen Reichs/ nuncu-
int; Comites nimirum Clivenses, Swartzburgenses, Ciliæ, &
, ut recensentur à Pet. de Andlo *in lib. de Imperio Romano ad*
16. & Munstero *lib. 3. Cosmographia c. 18.* ex quibus Clivenses
i in Principum ordinem adsciti. Vide Tob. Paurmeister. à
ib. 2. de jurisdict. Imp. Rom. cap. 11. n. 24.
terùm in Gallia, Comitem inibi Marchioni præferri testatur 35
n tr. de singul. cer. tom. c. 32. adde Andream Knichen *in Com-*
Sax. non provoc. jur. cap. 2. n. 76. Hodiernos tamen mores si
is, contrarium ibi obtinere constat, Charles Loyseau *des*
5. p. 106. n. 5. Idem confirmat Claude Fauchet *livr. 2. chap.*
ine des dignitès & magistrats de France.
Italia Marchiones Comitibus postponi constat, vid. Andr.
c 2. n. 75. confer Chassanæum *in Catalog. Glor. mundi, Consi-* 36
qui tamen errat ibidem in eo, quòd scribit in Germania, Co-
cedere Marchionem, cùm contrarium sit notorium. Sanè, 37
n est, in Italia plurimos reperiri Comites Codicillares, & qui
ùm tales exsistunt, sans terre & domaine, ut Galli loquuntur, 38
ymo *in Commentario d' Italia, in Venetia appresso Giovani Ba-*
io 1569. quem allegat D. Lansius *in Orat. contra Ital. fol. 722.*
dem tot Marchiones, quibus nullus est Marchionatus, tot Co-
ibus nullus est Comitatus, tot Equites, quibus nec Equus,
ia, nec ocreæ sunt; atque cum cordolio vidisse se, jocatur, in
nsi triginta Marchiones in fico arbore, contra tamen ficis
es.
iidem Marchiones à marcha sive marca dictos fuisse, verosi-
Marcha autem vox, sive marca originem habet Celticam,
Petrus Albinus *Chronici Misnensis titulo 9.* & est πολύσημος, teste
historiæ Juliæ *tom. 3.* in regno Germanico, significans & li-
: terminum, & regionem limitaneam. Qui, cùm Im-
rant, Marchgravii dicebantur. Hi tempore Karolorum in re-
ico numerabantur, Avaricus, Chaventanus, Forojuliensis,

Saxonicus, Hispanicus, & Nordmannicus, Quorum illi quidem in oriente Francorum Imperium contra Hunnos, Avares, & Longobardos: Hi verò in occidente constituti perpetuo milite Gallias & Hispanias adversus Saxones Rheno incumbentes, Saracenos & Nordmannos defendebant, Wolfg. Lazius *lib. 1. de Repub. Romana.* Vide Henric. Meibomium *in Notis in Diploma Thassilonis Boiorum Duci ultimi p. m. 484.*

CAPUT. XVIII.

De Marchionum Badensium Præeminentia & Sessione.

SUMMARIA.

1. *Marchionum Badensium originem ad Romanos transfert Felix Faber.*
2. *Adducta hac de re verba Petri de Andlo.*
3. *Ex ordinatione Cæsarea quoad Sessionem alternare solent Dux Pomeraniæ, Dux Wurtembergiæ, Landgravius Hassiæ, & Marchio Badensis.*
4. *In illustrissima Domo Marchionum Badensium, quoad sessionem ipsorum Marchionum inter se, ætatis rationem habitam fuisse, ex Actis Comitiorum probatur.*
5. *Inter patrueles etiam hic ordo observatur, ut major natu reliquis præferatur.*
6. *Ex Instrumento Pacis Cæsareo Suevico evincitur, inter Marchiones Badenses in Comitiis Imperii & conventu Circuli Suevici alternationem quoad Sessionem receptam esse.*

PRæcedenti capite de Comitum dignitate, & præcedentia sub Carolo M. & subsequentibus Impp. Germanicis in genere actum fuit, tempus monet, ut modò in specie de potiorum Marchionum & Comitum S. R. Imperii Sessione paucis agamus.

Inter Marchiones veró primò nobis sese offerunt Marchiones Badenses, (de Brandenburgensibus enim *suprà peculiari capite* diximus) quorum

quorum originem ad Romanos transfert Felix Faber *lib. bist Suev. cap. 11. in fin.* à quo non planè alienum, quod scriptum exstat apud Petrum de Andlo *lib. 1. de Imper. Rom cap. 15. pag. 71.* ibi: Sic legimus, illustres Marchiones Badenses à Romanorum germine & ab Italia venisse in Germaniam &c. Alii verò Scriptores ad antiquissimos Vindonissæ, Altenburgi, & Habspurgi Comites originem transferunt, quæ sententia inter recentiores placuit Besoldo *in thes. pract. lit. B. voce* Baden/ ubi simul relatis aliorum opinionibus, iisdem satisfecit, confer Lazium *in Comm. in Geneal. Austriac. lib. 1. cap. 2. pag. 47.* 1 2

Cæterùm, quod Sessionem Marchionum Badensium attinet, *suprà capite* monuimus, iisdem controversiam Sessionis movisse Megapolitanos, quamvis ex ordinatione Cæsarea, prout refertur in Actis Comitiorum Ratisponensium de Anno 1613. *fol. 40.* alternare consueverint, Dux Pomeraniæ, Dux Würtembergiæ, Landgravius Hassiæ & Marchio Badensis. Equidem in illustrissima Domo Marchionum Badensium, quoad Sessionem ipsorum Marchionum inter se, ætatis rationem habitam fuisse, ex Actis Comitiorum constat, quomodo observatum in Comitiis Spirensibus Anno 1544 Augustanis 1548. & ibidem 1551. 1555. & 1559. & 1566. & Ratisponensibus de Anno 1567. Inter patrueles etiam hic ordo observatus, ut major natu reliquis prælatus, ita Carolus Ernesti filius, ceu natu major, antecessit Philibertum Bernhardi filium in Comitiis Augustanis Anno 1555. & in Ratisponensibus Anno 1567. Nic. Mameranus in kurtzen und eigentlichen Verzeichnus &c. deß Reichs-Tagß zu Augspurg Anno 1566. Et inter propatrueles, Ernestus Fridericus præsedisse affirmatur, Eduardo Fortunato in Comitiis Ratisponensibus Anno 1549. *Goldast. de Major. lib. 1. c. 22 §. 17.* 3 4 5

Porró, cúm hodie duæ diversæ lineæ Marchionum Badensium existant, & Marchionatus Badensis in superiorem & inferiorem divisus, ratione Præcedentiæ & Sessionis inter Marchiones dissidia oborta, quæ à Cæsarea Majestate & Statibus Imperii ita composita, ut alternatio ratione Sessionis inter ipsos Marchiones obtineret, quod ipsum expressè ita cautum & decisum exstat in Instrumento Pacis Cæsareo Suecico de Anno 648. Articulo 4. § Friederich Marggraff zu Baden/ ex quo ipsa verba huc spectantia subjicere placet, ibi: 6

Gleicher gestalt solle künfftiger zeit zwischen beyden Badischen Linien/ in unter und ober Marggraffschafft Baden neimblich mit der præce-

dentz undsession uf Reichstagen und Schwäbischen Kreyßen/ wie auch allen anderen gemeinen unnd particulirten Reichs conventen alterniret, unnd Wechsel gehalten werden/ voritz aber iedoch solche præcedentz bey Marggraff Friederichen/ so lang Er lebet/ verbleiben.

CAPUT XIX.

De Præeminentia & Sessione Comitum Wedderavensium, Nassoviorum, Stolbergensium, &c. necnon Comitum Sueviæ, aliorúmque S. R. I. Comitum.

SUMMARIA.

1. Comites der Wetterawischen unnd Schwabischen Graffschafften præ reliquis ad Comitia vocantur, Sessionem in iis habent, & Senatui Principum intersunt, at in subselliis extraordinariis, nec non absque ordinis discrimine sedent alternatis vicibus.

2. *Iidem duo saltem vota habent, unum nomine Comitum Wedderavensium, quorum nomine Nassovienses vel eorum Legati præsident, alterum nomine Comitum in Suevia.*

3. *Hoc ipsum tamen aliter atque aliter observatum fuisse, satis confirmant subscriptiones Recessuum Imperii.*

4. *Explicatur opinio Rutgerii Rulandi existimantis, Comites ad Comitia vocari, ita tamen, ut duo nomine omnium jus Sessuræ obtineant.*

5. *Nassovienses Comites quando principali dignitate decorati, & in numerum* der gefürsteten Graffen *cooptati fuerint, ac quænam eorundem præeminentia?*

6. *Inter Comites non postremum locum occupant Lippienses Comites.*

7. *An recte Bernh. Witten & Brotuff. Lippiensium Comitum originem ab Ursinis nobilibus Romanis deducant.*

8. *Lippiaci Comites, quando Carolus M. Widekindum Saxonum Ducem in fugam convertit, prælio interfuerunt.*

9. *Quænam Comitum Stolbergensium origo?*

10. *Comites in Comitiis Imperii, quoad sessionem, promiscuum servant ordinem.*

11. *A Conventibus circularibus diversa est Imperii Sessura.*

12. *In Conventibus Circularibus inter Comites Seniori ejusdem Circuli & Conventus directorium attribuitur.*

INter S. Romani Imperii Comites præ cæteris eminere constat, Comites der Wetterawischen und Schwabischen Graffschafften. Qui præ reliquis Comitibus ad Comitia vocantur, Sessionémque in iis 1
habent, hi ipsi Senatui Principum intersunt; at in subselliis extraordinariis, vulgò der adjuncten Banck/ necnon absque ordinis discrimine sedent alternatis vicibus, notante Noldenio *in Synopt. tract. de Stat. Nobil. cap. 9. n. 327.* tametsi duo saltem vota habeant, unum nomi- 2
ne Comitum Wedderavensium: quorum nomine Nassovienses, vel eorum Legati præsident, alterum nomine Comitum in Suevia, vid. Auth. deß Berichts/ wie es heutiges Tages auf Reichsversamblungen gehalten
wird. Rubr. von Fürsten Rath. Hoc ipsum tamen aliter atque aliter ob- 3
servatum fuisse, satis confirmant subscriptiones Recessuum Imperii, confer Meischner. *tom. 3. decis. 6. n. 26. 27.* Rutgerius Rulandus *in erudi-* 4
to opere de Commiss. part. 2. lib. 5. c. 4. n. 27. tradit, Comites ad Comitia vocari, ita tamen, ut duo nomine omnium jus Sessuræ obtineant, atque ita votatum esse, (uti loqui amant) memorat Idem in causa Fiscal/ contra Manderscheidt/ Noldenius verò *d. l. n. 329.* rectè hoc ipsum intelligendum esse monet, de una eadémque familia & parte corporis, non verò de corpore toto, ut ipse loquitur.

Cæterùm, cùm de controversia non ignobili præcedentiæ inter Comites Wedderavensium & Sueviæ, necnon Comites Fürstenbergios pluribus constet ex novissimis Actis publicis Imperii, placet huc spectantia heic inserere, & primò quidem lectu dignum scriptum à Legato Collegii Comitum Wedderavensium Anno 1655. Francofurti exhibitum, quod integrum heic subjicere operæ pretium facturum me existimo.

Daß der Hochgräf. Fürstenberg. herr Abgesandter bey den vorgestrigen vorgewesenen/ unnd heut vollzogenen Actu publicationis der Keyserl. proposition denen zwischen beeden Hochgräffl. Wetterawischen und Schwäbischen Collegien, bey allen Reichs Actibus von unverdencklichen Jahren notorie und ohn disputirlich hergebrachter alternation zuwieder/ deß Vorsitzes auß denen vermeintlich angeführten Ursachen/ und motiven, weil Ihre Hochgräffl. Excell. zu Fürstenberg längst vor denen Wetterawischen Graffen zu diesem hochlöbl. Deputation Convent gezogen/ auch ohn deß vor allen Reichs Graffen die præcedentz hergebracht/ und dann daß hochwollg. Wetterawisches Collegium vermöge eines schreibens/ welchem

von etlichen zuvorderordneten Ständen / an auch hochgeb. Ihre Excell. Anno 1652. abgangen seyn solle / sich solcher hergebrachten alternation, consequenten, auch deß Vorsitzes bey den ordinarii Reichs Deputationen begeben hatten / ohne wie sonsten üblich / vorgangenen Vergleich de facto bloß und würcklich abgemasset / auch wie solchem im Namen offtbochgedachtem Wetterawischen Collegii so balden von mir endß unterschriebenen mündlich wiedersprochen / und dagegen alle rechtliche Nohturfft vorbehalten / und was ferners zu Salvirung und handhabung diesseits wolhergebrachter berechtsamen eingewendet werden / solches alles ruhet Euer Wohl. Erw. Hochgrl. Gn. Excell. Excell. Excell. gn. herrl. Groszg. und den herren annoch in gn. Groszg. und ohn abfalligen gedencken. Ob nuhn wohl diesem hochlöblichsten Reichs Convent bey ohne deß bevorstehenden hochwichtigsten consultationen mit der gleichen verdrißlichen Schwerigkeiten zu beheiligen / wie auch Ihr Hoch:gr. Excell. unnd dero hohen Hauses / alß dessen dignität, hoheit und prærogativ im Reich bekandt / und deroselbigen cæteris paribus, wohl und hertzlich gegönnet wird / diesseits in einige weg zu contradiciren / meines wenigen orts von hertzen gern geübriget seyn wolte; dieweil aber jedoch dessen in solchen und dergleichen fällen / vermög ertheilter instruction, austrücklich befehligs / auch ohne / daß nicht allein des Hoch:graffl. Wetterawischen Collegii zu verwandten Ständen / sondern auch deß übrigen gesampter Graffen Standeß hohes interesse hierbey nicht wenig versirn will / so werde solchem allen noch zur zeit / unnd biß auff ander weitliche verordnung beständigst zu inhæriren Pflicht halben gemüssiget; &c.

Allermassen eß dann auch kundtbahr an dem / daß hoch:wohlgedachten herren Wetterawischen Graffen / meine gn. Graffen unnd Herren / bey und durch die zu den ordinari / Reichs Deputationen, wie hie offtmahlig gesuchte admission, Ihre im Reich / und bey dergleichen Reichsversamblungen wolhergebrachter jura unnd prærogativen zu mindern unnd in specie sich solcher Ihrer gantz ohndisputirlich habender alternation gäntzlich zu begeben / sondern vielmehr / wie ohne das vernünfftiglich zu ermessen / dergleichen zu vermehren / oder doch zum wenigsten hand zu haben und zu manuteniren, intentionirt gewesen / angesehen / neben anderen actis (die dießmahl nicht bey der hand / aber wohl / wo nötig / zur Stell gebracht werden können) auch auß der in Anno 1608. Ihrer Keyserlichen Mayestäht unsern Allergnädigsten Herren / höchst verordneten

und

unnd hochansehnlichsten Keyserl. Herrn Commissario, wie auch Chur-Fürsten und Ständen zu Regenspurg eben in dieser materia Admissionis übergebener unthänigster und unterthäniger Supplication, und derselbigen/ in der Beylage Lit. A. mit N. 1. signirten extract solches klärlich erhellet/ alß worin man sich auf die hergebrachte durchgehende gleichheit außdrücklich fundirt, so gar/ daß gleich wie die herren Wetterawische Graffen unnd zuverwandte Stände in allen vorgefallenen Reichssachen/ und derselbigen Berahtschlagung/ so wol auf Reichstagen/ alß visitationen, revisionen, unnd anderer Reichsversamblungen/ quoad Sessiones & vota beyderseits ohnhinderlich gleich gehalten worden/ solche Gleichheit auch bey der Reichs Deputation nicht unbillich observiret werden solle/ solches auch schon damahls von vielen Ständen/ vor sehr billich erachtet worden.

Wie dann auch nicht weniger in dem an/ das Hochgr. Schwäbische Collegium, der Admission halber Anno 1606. abgelassenen Schreiben/ und dessen sub N. 2. in der beylage befindlichen Extract præsupponirt, unnd zu sonderlichen motiv angeführet wird/ daß/ weil zwischen beeden Collegien, ohne/ daß bey allen Reichsversamblungen und Actibus die Alternatio und Abwechselung herkommen/ auch dießfals/ unnd durch solche admission den Hochgrl. Schwäb. zuverwandten Ständen nichts zum præjudicirlichen verfang gesuchet werden könte. Und solches umb so viel desto weniger/ alldieweil dieselbige sich in ihrer Anno 1579. zu Dünkellspihl erneuerten Verein/ dahin/ daß bey allen Reichsversamblungen/ Visitations, revisions und auch Deputations Tagen/ der Session und votirens halber gehalten werden soll/ wie herkommen/ außtrücklich verglichen/ wie in dem Extract sub N. 3. besagter Beylagen mit mehrem zuersehen. Daß aber einige Hochgrl. Häuser nomine des gesambten hochlöbl. Collegii sich solcher alternation bey deren Deputations Tagen/ vermöge eines in Anno 1652. in Ihre Hochgräfl. Excell. zu Fürstenberg abgelassenen schreibens / allerdings begeben haben sollen/ darvon ist mir in warheits grund nichts/ sondern dieses/ was in der/ bey den Instructionen sub N. 4. & 5. enthalten/ anbefohlen/ wissend/ und weil solches vorgeben ohn des Facti, unnd erwiesen werden muß/ will ich nicht hoffen/ daß meine Gn. Principalen in ihrem so klar erwiesenen recht und dessen possession vel quasi ferner turbiret/ sondern bey dem selben und in specie der alternation gleich andern deputirten/ und sonderlich der alternirenden Hochfürstl. häuser und Ständen rühig gelassen/ und manutenirt werden solle/ wie solches

auch

auch in offtbesagter InformationsBeylage Num. 6. in etwas berühret worden/ auch an sich selber offenbahr/ daß/ wan die ancienniät, oder prioritas temporis einem unnd anderm Stande dißfalß deß Vorsitzes halber was contribuiren solte/ viel absurditäten unnd beschwerligkeiten darauff nohtwendig erfolgen musten / und da auch wieder verhoffen dieser alternation halber (alß warumb eß dießmahlß hauptsachlich zu thun) wie wohl solche auß denen bey allen vorigen und auch jüngsten Reichs Conventen, und derselben extraordinari Deputationen gehaltenen Protocollis gantz Reichs kündig/ einiger zweiffell beyfallen solte / so ist zum überfluß einiger Bericht/ wie eß damit allerseits in specie gehalten worden / in offterwehnter Informations Beylag sub N. 7. extracts weise angeheffet und das übrige biß zu fernerer deduction reservirt worden;

Daß aber dessen allen ohngeachtet/dem Hochgrl. Hauß Fürstenberg vor allen anderen Hochgräfl. Häusern die præcedentz contribuiret und dardurch auch der Vorsitz in hoc conventu behauptet werden will/ solches alß ein commune interesse Stelle/ dem hohen interessenten selbst unter sich zu vergleichen/ billich unterthänig anheimbs bedinge/ mich auch darbey zum zierlichsten/ daß solchem hohen uhralten Hochgrl. Hauß/ und dessen wolhergebrachten prærogativen, angesehenen herrn Graff Friederich Rudolph zu Fürstenberg/ Hochgräfl. Excell. und dero hohen zu Verwandten Gn. affection gegen meine wenige Person/ in viel wege unterthänig verspührt/ das geringste zu derogieren /alß der geringste/ nicht gemeint/ oder jedesmahls bedacht/ beziehe mich unterdessen zu meiner Salvation in hoc passu auf der vorige/ und jüngste Reichs acta, und neben andern/ deß herrn Graff Friederichs Casimirs zu Hanaw/ Rinck und Zweybrücken Hochgrl. Gn. wie bey der Keyserl. proposition den Vorsitz alß auch der Königl. Krönung und Speisung den vorgang erhalten/ &c.

Waß auch negst diesem der Legitimation halber/ unnd daß solche etwan nicht von einem Hochgräfl. Hauß allein ertheilt/ oder sonsten von den übrigen H. Adjunctis mit denen Hochgräfl. Unterschrifften unnd Sieglungen nicht allerdingß vollzogen seye / dießfalß etwan auch zum Abschrecken movirt worden/ hat eß damit diese bewandnüß/ daß weil 1. alle Hochgräfl. Häuser durch das letzte Kriegeswesen fast aller dings zu Grund gerichtet/ auch einem und andern dergleichen hohen spesen bey dieser ohne das Geldspennigen zeiten zu ertragen ohnmüglich/ auch 2. alle übrige Reichshandlungen und Schickungen unnd allewege auf gemeine Unkosten deß

Hochgräfl.

Hochgräfl. Collegii zu verwandten Ständen / verrichten / wie nicht weni-ger 3. gleich auch unterschiedliche deputirte Hochfürstl. Häuser von verschiedenen Linien dieses votum communicatis consiliis mit belieben der Stände zu führen pflegen / und dann 4. diß votum gleich andere ratione paritatis eingeführet / und weil ein oder ander particular Hauß zu einer oder anderen Religion tretten kan unnd mag / so könte solches auff dergleichen Fälle bey dem Hochlöblichsten Deputations conventen einige Vngleichheit / auch Minderung und Vermehrung / unnd also nicht geringe Vngelegenheit causiren / welche difficultäten zuverhüten / unnd gleichwohl das Hauptwerck gebührlichst fortzusetzen / ist solches dem Hochgräfl. Directorio auffgetragen / unnd ob wohl die Vollmacht von den gesambten Herrn Adjunctis, weil derselbigen etliche verreiset / und einige gestorben / und auß anderwärtigen Verhinderungen mit unterschrieben worden / so ist doch nicht allein dieselbige / von des Herrn Graffen Johannes zu Sayn Witgenstein / und Hohnstein / als dieses Collegii Directoris Hochgräfl. Excell. unnd Herrn Graff Wilhelm Otten zu Isenburg und Bundingen / alß ältesten Adjuncti Hochgr. Gn. solennisirt, sondern auch die Schick und Abordnung selbsten in den beyden Jüngsten Graffenstags Abschieden de Anno 1654. & 1655. ins gesambt beliebet / unnd verabschiedet worden / wie auß der Informations Beylag sub N. 8. & 9. mit mehrern Buchstablich zu vernehmen / auch biß noch auß dem Collegio kein Contradictor erschienen / und ohn das zu mahl nicht præjudicirlich / daß Ich alß dieses Hochg. Collegii gemeiner verpflichter Diener mich dergleichen einseitig unterziehen / oder auch die andere Hohe interessenten / die damit nicht zufrieden / die beschwerliche spensen bey zutragen sich belieben lassen wollen / &c.

Wan dann dem allen also / und dieses Hochgräfl. Wetterawische Collegium, und dessen Hohe zuverwandte Stände durch gestrigen Actum in der hergebrachten alternation zum höchsten turbirt und gravirt, und dergleichen denen selbigen zum præjudiß zu geben unnd noch geschehen können. &c.

Alß wil krafft habender Instruction gegen denselbigen / und alle ohnverhoffte künfftige turbationen, jetz / alß dann / unnd dan als jetz / wie gestern und vorgestern mündlich / also hiemit nochmahlß Schrifftlich / in optima & solenni juris forma kräfftiglich protestirt, unnd alle behörige rechtliche Nohturfft / per expressum vorbehalten haben / unterthänig und höchstes fleisses bittend / E. woll Ehrw. Hochgräfl. Gn. Excell. Excell.

Gestrl. Herzl. Großg. und die Herren geruhen/ gnädig. auch großg. unnd Gr. dieses alles dero beywohnenden Hochrühml. Dexterität nach hochver- nünfftig zu erwegen/ unnd diese abgenötigte protestation umb künfftiger Nachricht willen nicht allein den Reichs Actis beyzufügen/ und mir dar- über einen Schrifftlichen Schein ertheilen zu lassen/ sondern auch andern höchst vermögenden Ort im übrigen/ daran zu seyn/damit dergleichen hoch præjudicirliche turbationes ins künfftig verhütet/ unnd dieses Hochgrl. Collegium, unnd dessen zuverwandte Stände/ bey ihren hergebrachten juribus, Reichs prærogativen unnd sonderlich auch der bey allen Reichs Consultationen durchgehend hergebrachter und ohn militirten alterna- tion rühig gelassen/ unnd manuteniret werden mögen. Warumb Ich nochmahlß zum zierlichsten/ und wie solches zu recht/ am beständigsten im- mer geschehen kan/ soll oder mag/ unterthänig und höchstes Fleisses gebet- ten haben wil/ negst Göttlicher hoher Empfehlung verbleibend/

Franckfurt am Mayn/
$\frac{21}{11}$ Sept. Anno 1655.

Euer Wol. Ehrw. Hochgrl. Gn. Excell. Excell.
Excell. Gestrl. Herzl. Großgl. und der Herren
Unterthänigst dienst-
geflissener
Henricus Rohrschiedt

Informations Beylag signirt mit lit. A. sambt
einverleibten Num. 1.2.3.4.5.6.7.8 & 9. &c.

Der Herrn Wetterawischen Graffen alternation mit den Herrn
Schwäb. Graffen bey Reichs Deputation Tagen &c.

Kurtze Information.

Daß die Herrn Wetterawische Graffen mit den Herrn Schwäbi- schen Graffen und Herrn/ bey allen Reichsversamblungen die alternation notorié hergebracht/ und also auch derselbigen bey allen ordinari Reichs Deputationen, in welchen der Anciennität oder prioritas temporis einem und andern Stand/ wegen deß Vorsitzes nichts contribuirt, oder bestimbt/ gleichfalß fähig/ auch daß dieselbige sich solcher begeben haben solten/ nicht/ sondern das contrarium, und daß sie selbigen beständig inhærirt, folgen- der massen erweißlich seye. &c.

Extract

Extract Memorialis.

An

Der Röm. Keyserl. Mayest. unsers Allergnädigsten Herrns/ &c. zu dero in Anno 1603. angestelte Regenspurg. Reichsversamblung höchst verordneten Herrn Keyserl. Commissarium/ den Durchleuchtigsten Hochgebohrnen Fürsten und Herrn/Herrn Matthiam Ertzhertzogen zu Oesterreich/ wie auch deß heil. Reichs Churfürstl. und Ständen/ abgeschickeren vortreflichen Räthe/ und Hochansehnliche Abgesandte/ &c.

Von.

Den Hochgräfl. damahlß anwesenden Rähten und Gesandten übergeben/ unnd nach dem man sich darin hauptsachlich auf die bey allen Reichs Actibus hergebrachte Gleichheit fundirt, so folget ohnwiedersprechlich/ daß dieses Hochgr. Collegium sich derselbigen nicht allein nicht begeben/ sondern vielmehr solche dardurch zu manuteniren, intentioniret gewesen.

Verba Memorialis.

Der Röm. Keys. auch zu Hungaren und Boheimb Kön. Mayest. unsers Allergnädigsten Herren. &c.

Zu dieser gegenwertigen Reichsversamblung verordneten Hochansehnlicher Keyserl. Commissarien. &c.

Durchleuchtigster/ Hochgebohrner Fürst/ Gnädigster Herr/ &c. auch der Hochwürdigsten/ Durchleuchtigsten/ Hochwürdigen/ Durchl. und Hochgebohrnen/ Ehrwürdigen/ Wollgebohrnen/ Vorsichtigen und weisen/ deß heil. Röm. Reichs Chur-Fürsten und Ständen Abgesandten vortreffliche Rähte und Bottschafften/ Ehrwürdige/ Wollgebohrne/ Gestrenge/ Edle/ Ehrnveste und Hochgel./ Gnäd./ Großg. Herrn/ &c. Ew. Fürstl. Durchl. auch Gn. Herrl. in Gn. ist gned. gned. unnd gr. bewust/ welcher gestalt zwischen denen sambtlichen wohlgebohrnen Graffen unnd Herrn/ beydes der Wetterauischen und Schwabischen Correspondentz unsern gn. Herrn/ in allen vorgefallenen Reichssachen/ und derselben berahtschlagungen/ so wohl auf Reichstagen/ alß visitationen, Revisionen, und andern Reichsversamblungen/ je und allweg eine gleichheit gehalten/ und beyderseits Sessiones & vota in Löbl. Fürsten Raht gebracht/ Ihre Gn. auch bißhero niemahls davon gehindert worden;

Wie woll nuhn wolerm. unsern Gn. Herren der Wetterawischen correspondentz, jederzeit tröstlichen hoffnung gewesen/ eß solten Ihre Gn.

Gn. gn. solcher gleichheit zu folge/ auch weniger nicht zu denen Reichs deputations Tagen (alß auf welchen/ neben denen in Reichsabscheid Anno 55. angetruckten Puncten/ auch andere gemeine Reichs-Sachen verhandelt wurden/ alß denen gemeinen Reichsversamblungen/ gleichwohl ermeldten unsern Gn. Herrn der Schwäbischen Graffen) jedesmalß beschrieben und erfordert worden seyn.

Extract Schreiben.

An daß Hochgräfl. Schwäbische Collegium von den Hochlöbl. Wetterauischen zuverwandten Ständen wegen desiderirter Admission abgelassen sub dato Butzbach 25. Octobr. An. 1606.

Unsern freundlichen Gruß und bereitwillige dienste / sambt wünschung aller wohlfahrt zu vor/ &c.

Wolgebohrne freundliche liebe Vettern/ Schwägere und Brüder/ &c.

Euer L. L. L. werden zweiffels ohne noch gut wissens tragen/ waß wir der Wetterauischen Einigungs zugethane Graffen und Herrn/ nuhn eine zeithero bey verschiedenen Reichsversamblungen unß beschweret/ und umb gleiche zulassung zu denen Reichs deputations Tagen angehalten/ waß gestalt auch E. L. L. L. Anno 1582. zu Augspurg auf dem damahligen Reichs-Tage uns zu gutem hierinnen Intercession gethan/ auff masen die Abschrifft selbiger Intercession im Buchstaben sub Lit. A. hierneben mit sich bringt/ biß noch aber keine schließliche zuverläsige Resolution erfolgen mögen. Wann eß dan andeme/ daß wir auf jetz abermahls vorstehenden Reichs-Tag angeregter beschwerung halber ferner angehalten zu lassen/ entschlossen/ dabey aber in Vorsorgen stehen/ daß E. L. L. L. desen zu forderst / nicht avisiret/ und derselbigen vollmächtiger darüber nicht instruirt / voran gedeutes jüngstes Decretum allein seines Inhalts nochmahls erwiedert/ auf die hauptsach aber nichts zuverlassiges statuirt werden möchte/ sondern dieselbe also von einem Reichs Tag zum andern unerledigter dingen uns zu nachtheil verschoben werden möchten/ &c.

Alß haben wir nicht unterlassen können/ E. L. L. L. ein solches auf jetzigem unserm besagtem neuen Reichstags - unnd andern dem Graffen-stand obliegen halber alhier angestelten versamblung / gleich auch an den auch Wohlgebohrnen unsern freundl. lieben Vättern Graff Friederich von Fürstenberg in einem besondern Schreiben beschehen freundl. Meinung zu wissen zu machen/ und dieweil uns E. L. L. L. gutes Gemüht und affection

hierinnen

hierinnen auß obgedacht. dißfalß allbereit freundl. mit getheilter Interces-
sion und sonsten genugsamb bekand / wir auch einig bedencken nicht er-
messen köndten/ warumb E. L. L. L. diß unser billigsuchen und begehren
an ihrem Ort zubehindern gemeint seyn solten ; In erwegung wir neben
E. L. L. L. auf Reichsversamblungen nicht allein Session und votum ohne
das hergebracht/ sondern auch in denen selben und andern Actibus, dem
herkommen gemeß/ jederzeit alterniren und abwechselen/ unnd also nicht
von uns/ so E. L. L. L. zu præjudicirlichen verfang außsehen möchte/ diß-
falß gesuchet wird. In diesem Schreiben wird außtrücklich die bey allen
Reichs Actibus hergebrachte alternation, unnd das den herrn Schwäbi-
schen Graffen deßwegen nichts præjudicirliches gesuchet werden könte/ an-
geführt und præsupponirt: &c:

Extract der Hochgräfl. Schwäbischen und Wetterauischen Ver-
einigung de dato Dünckelspihl Anno 1579.

Darumb dan auch zum dritten hinfür an gemeinen Reichssachen in
aller unser Graffen und Herren Namen/ die sich auch künfftiglich in diese
correspondentz einlassen/ auf den Reichstagen/ visitation, deputation
unnd andern dergleichen Reichsversamblungen tractirt unnd verhandelt
werden sollen/ dergestalt und also/ daß der Wetterauischen auß schreibende
Graff/ und zugeordneter/ die zu Ihrer Kreyß angehörige Graffen unnd
Herrn beschrieben/ also auch die Schwäbische außschreibende und zugeord-
nete/ die in ihren Kreiß und Verwandnuß gehörige Graffen unnd Herrn be-
schrieben/ und was auf solchen Reichsversamblungen für zu bringen nöhtig/
einer Instruction und gewalts vergleichen ; Demnach Schwäbischer und
Wetterauischer Graffen Abgesandte ihre Instructiones conferiren/ auch
alle und jede Einigungs Verwandte gebührlichen vertretten/ und mit ein-
ander vertreulich handeln und communiciren sollen/ jedoch daß die Wet-
terauische und Schwäbische Graffen und Herrn sich mit den votiren und
Sessionen verhalten/ wie herkommen.

Extract der de Anno 1652. zum Jüngsten Reichstag nacher Re-
genspurg ertheilter Instruction &c.

Wann eß nuhn zu der Keyserl. Proposition unnd also zu der ersten
Session gelanget/ soll unser Abgesandter einer unser Session bey derselben
proposition einnehmen/ und weil wir mit unsern Vettern den Schwäbi-
schen Graffen und Herrn/ dießfalß und sonsten der Session halber alterni-
ren und abwechseln/ dieselbe aber bey Jüngsten Reichstag zu Regenspurg

Anno 1641. den Vorsitz bey Eröffnung der Keyserl. Proposition, unnd darauff erfolgten ersten Reichs und Fürstenraht/ vermög solcher alternation gehabt/ anjetzo vor den Schwäbischen Gesandten/ dem Herkommen nach/ abwechseln/ den Vorsitz so wohl bey der proposition, also auch den ersten darauff folgenden Fürsten Raht haben/ vorderß aber im Raht mit der Session mit gemeldten Schwäbischen Gesandten/ dem Herkommen nach/ abwechseln/ darnach sich unser Abgesandter von Anfang biß zum End dieses Reichstags zu richten/ auch die Abschied/ weil die Siglung derselben/ der Ordnung nach/ jemahlß an uns ist/ unsertwegen zu sigeln wissen werden;

Bey dem fünfften Puncten zu gedencken/ dieweil auff den Reichs-Tagen nach erörterung deß puncti contributionis fast alle andere Vornehme und rechte Reichssachen wollen auf die deputations Tage (welche doch principaliter derenthalben nicht/ sondern allein zu handhabung des Landfriedens/ und der executions Ordnung angesehen) verschoben/ nuhnmehr auch bey unß durch dieselbige die gewöhnliche Cammergerichts visitation- und revision Sache dem üblichen herkommen zuwieder/ und denen andern visitirenden und revidirenden mit Reichsständen/ sonderlich dem Wetterauischen Graffenstand zu præjuditz und nachtheil erlediget werden wollen/ alß were die supplication de Anno 1582. zu Augspurg der Röm. Keyserl. Mayest. unnd samptlichen deß heil. Reichs Chur-Fürsten unnd Ständen/ neben den Schwäbischen Herren Graffen ertheilten intercessionalien zu repetiren, und deßwegen an die Schwäbische herren Graffen/ und sonderlich den Graffen von Fürstenberg/ wie damahls auch geschehen/ vorhero ein bewegliches Erinnerungs schreiben abzufassen/ und zu bitten/ daß die Schwäbischen Abgesandten auff dem Reichstag zu Regenspurg möchten instruirt werden/ unß der Wetterauischen Einigungsverwandten in Admission zu den Deputations Tagen ferners zu assistirn, &c.

Extract der auff diesem gegenwärtigen Deputations Tag nacher Franckfurt mit gegebenen Instruction de Ann. 1654.

Unnd wann eß nuhn vorß andere zu der proposition unnd ersten Session kombt/ sollen unsere Abgesande unsere Session einnehmen/ unnd weil wir mit dem Hochgebohrnen Unsern Vettern Schwäbischen Graffen und Herrn/ sonsten bey den allgemeinen Reichsversamblungen der Session halber zu alterniren, und abzuwechseln pflegen/ so werden dieselbe auch bey dieser Reichs Deputation solcher nicht zuwieder seyn/ sondern bey dem ohndencklichen Herkommen verbleiben lassen/ der-

wegen unsere Abgesandten sich mit denselbigen oder ihren Gevollmächtig-ten/ wie bey der proposition, also auch erster Session, wegen des ersten Vorsitzes/ weiln wir dißfalß zum ersten zu solcher Reichs deputation, vermög Jüngster Reichs Abschieds admittirt, per sortem oder sonsten zu vergleichen/ vorderß aber in Raht und sonsten zu alterniren, solten aber Hochgrl. unsere Vettern/ die Schwäbische Graffen und Herrn/ oder derselbigen Abgeordnete sich solcher alternation, weil dieselbige/oder im Nahmen/ deß auch Hochgebohrnen unsers Vettern deß Graf. zu Fürstenb. &. vor vielen Jahren schon/ hierzu deputirt gewesen/ und also priores tempore allerdings weigern/ so hätten unsere Abgesandte dem herkommen zu inhæriren, aber doch endlich sich nach dem bey Jüngsten Reichstag de novo deputirten, unnd im Fürstenraht Vorsitzenden/ sonderlich aber den alternirenden Hochfürstl. Häusern in hoc primo zu richten. Dieweil auch über dieses alles die Hochfürstl. alternirende Häuser / ohnerachtet eines vor dem andern zu der ordinari Reichs deputation längsthin deputirt gewesen/ nicht desto weniger mit solchen alternation gleich in Comitiis continuiren/ und sich deß alternirenden Vorsitzes halber auch dießmahl schon verglichen/ so wil man ex parte deß Hochgräfl. Wetterauischen Collegii der zuversichtlichen hoffnung geleben/ solches werde auch bey den alternirenden Gräflichen Häusern billig gleicher gestalt observirt werden mussen;

Allermassen dann auch zu dem Ende und umb allen Zweiffel zu benehmen / folgender bericht de Anno 1603. alhier beygesetzet worden/ wie eß der Session, und alternation halber zwischen denen Wetterauischen und Schwäbischen Graffen und Herrn auf Reichstagen gehalten wird. Es haben die Graffen und Herrn im Reich auf denen gemeinen Reichstagen nuhr umb zwey vota, derer eines wird von denen Wetterauischen Graffen und Herren/ und deroselbigen correspondentz, das andere aber von denen Schwäbischen Graffen und herrn geführt/ und ist zu wissen/ daß jetz wolgedachte beyde Wetterauische und Schwäbische correspondentzen auff denen Reichstagen mit der Session einen Tag umb den andern jederzeit alterniren und umbwechselen/ wie aber der anfang solcher alternation bey jederm Reichstag zumachen/ und in Achtung zu halten/ darüber ist diser bericht zu mercken / wan ein Reichstag vorhanden/ und die proposition auch der erste Reichsraht darauff gehalten wird/ hat man sich auß dem negst vorhergangenen Reichstags Protocoll zu ersehen / welcher Theill damahls bey der proposition und ersten Reichstag den Vorsitz gehabt/ und welcher

also damahls vorgesessen/ hat jetzo zum anfang den Nachsitz/ unnd gehet also diese alternation nach einander von Tag zu Tag/ biß zu Außgang selbigen Reichstags. Zum Exempel Anno 98. haben die Wetterauische bey der proposition und ersten Rahtssitz den Vorsitz/ jetzo Anno 1603. denen Schwäbischen zum erstenmahl gebühret/ und wird alß dann von einer session zur andern in Reichsraht biß zu außgang des Reichstags / wie gemelt/ alternirt: Wann nuhn einander Reichstag bestimbt werden solte/ so gebühret der erste Vorsitz abermahls den Wetterauischen/ unnd also fortan; Unnd nachdeme auch neben andern unnd obigem einwenden an meiner Schickung/ und ob dieselbige mit gesampter Hochgräfl. zuverwandten Stände belieben/ geschehen seyn/ gezweiffelt werden wollen/ in ansehung die Vollmacht nicht von allen darin benambten herrn Adjunctis wegen eines und andern Absterbens und verreisens solennisiret worden/ so seynd die zu solcher materi behörige §. §. auß den jüngsten Gräflichen Abschieden de datis 22. Septembris Anno 1654. und den 30. Junii Anno 1655. zu meiner fernern legitimation anhero extrahirt worden.

Extract Graffen-Tags Abschiedts de Anno 1654.

Und nachdem auch achtens wegen beschickung der bey dem bevorstehenden deputations und visitations Tag billich unnd hochnötige Erinnerung gethan/ auch von den Hochgräfl. herren Einigungs zu verwandten über Rhein bey diesem passu außdrücklich begehret worden/ daß jeder obgedachter Abschickung/ auch ein subjectum von den ihrigen adjungirt werden solte/ dieweil aber die übrige abwesend Gevollmächtigte Rähte Bottschafften und Gesandten solches wegen deren an beyden Orten erforderten hohen Unkosten sehr beschwerlich erachtet/ so ist solches/ was die visitation & revision betrifft/ dahin vermittelt worden/ daß herr D. Victor Hochgräfl. Waldeckischer Raht/ Hoffrichter und Cantzley Director (welcher auch/ wan dessen Hochgebohrne Gn. Herschafft auf gebührliches ersuchen/ darein willigen/ unnd auch die behörige bahre Mittel bey handen seyn werden/ sich zu dieser Schickung auf obige und folgende condition bewegen/ auch sich deßwegen in wenig Tagen darauff vollends und schließlichen vernehmen lassen wird) diese Commission, das erste halbe Jahr über/ weil ohne das die zeit über die visitation vorgenommen/ und die in Jüngsten Reichs-Abschied enthaltene und herrn Victori kündige neue Ordnung introducirt werden solte/ übernehmen/ und seiner berühmten dexterität nach verwalten bey endigung desselben halben Jahrs von einem durch Hochgeb. über

Rhei-

Rheinigen zu verwandten Stände verordneten / unnd darzu genugsamb qualificirten subjecto, welches ein quartheil zuvor benambt / unnd dem Directorio notificirt werden soll/ ohnfehlbahrlich abgelöst werden/ und dann wegen der Schickung zu dem Deputations Tag nacher Franckfurt Syndicus Rohtschiedt deputiret seyn / und demselbigen auch von hochermelten überrheinischen Ständen ein qualificirte Person neben einem Scribenten adjungirt werden soll. &c.

Extract Graffens Abschiedts
de Anno 1655.

So viel nuhn dreyzehendes den statum legitimationis oder Abordnung betrifft / will neben Syndico Rohtschiedt noch ein solcher Collega unnd Adjunctus, welcher ihn Rohtschiedt / auf allem Fall in Consiliis votando oder sonsten secundiren könnte/ erfordert werden. &c.

Cæterùm, quod Comites Nassovienses, qui nomine Comitum
Wedderavensium præsident, attinet, ingens Nassoviorum Comitum 5
decus est, quòd hi ex privilegio Caroli IV. sub dato Wirtzburg An. 1366.
cujus copia Anno 1571. 2. Octob. in causa gemein zu Weilmünster Kläger contra Graff Albrechten zu Nassaw Sarbrück in Camera Imp. producta, principali dignitate decorati, & in numerum dero gefürsten Grafen cooptati fuerint. Att longè majus Nassovicæ stirpis ornamentum censendum, quòd inclyta & præcelsa Domus Palatina, non uno solùm necessitatibus vinculo, jam tum ab Adolpho fortissimo Cæsare deducto, illi juncta sit: Theodor. Hoping. *in tract. de Jure Insignium cap. 6. part. 6. n. 894. p. m. 373.*

Porrò, inter Comites non postremum locum occupant Lippien-
ses Comites, quos Bernh. Witten. Monach. in Lesbern. *in Chron.* & 6
Brotuff. *lib. 1. de stirpe Princip. Anholdinor. cap. 9.* ex Italia provocant,
asserentes primum eorum auctorem in exercitu Caroli Magni fuisse, & 7
ex Ursinis Nobilibus Romanis originem traxisse, & licèt Brotuffius *d. cap. 9.* asserat circa annum Dom. 708. Aribonem Germanum Romam ad suscipiendum, post patrui sui mortem, Principatus Ursinorum possessionem, profectum, ac ex eo Romæ & in Italia, nobilem Ursinorum familiam propagatum, attamen, prout notatum ab Höpingio *d. tract. de Jure Insignium cap. 6. n. 889.* Brotuffio contradicunt Crantzius & Peucerus, negantes circa Caroli tëpora Ursinorũ familiam: Hamelm.

lib. 1. Geneal. infer. Saxon. Comit. Fos. Lippo. neque Aribonem exstitisse: Spangenb. *lib. 1.* Hennebergisch Chronick. *cap. 2.* idem exinde etiam probat & evincit Höping. *d. l.* quòd Comitum Lippiensium insignia longè diversa sint ab Ursinorum insignibus. Alioquin Lippiacos Comites & Dominos, quando Carolus Wedekindium Saxonum Ducem in fugam
8 convertit, exstitisse & prælio interfuisse, ex Annib. Nulleio *in prosap. Comit. Lippiens. pag. 5.* refert Idem Höping. *d. l.* & addit ejusque rei argumentũ esse Dithmaldiam locum, qui ut hisce Comitibus antiquissimis, ita faustissimus sit, nomen ab ipsa pugna trahens, quasi Dithmal, id est, adhuc semel, Impetum in hostem faciemus, & hac vice, id quod factum est, vincemus.

Non prætereundi quoque hoc loco Comites Stolbergenses, de quorum origine referunt Hier. Henninges *Genealog. tabal. part. 2. Rub.*
9 *Stolbergici Comites p. 335.* & Laur. Peccenst. *part. 1. Theatri Sax. cap. 17. pag. 253. & seq.* fuisse quendam Othonem de Columna, Nobilem Romanum, (qui militans Justino juniori Imp. A. Christi 566.) in Hercinia sylvâ cæpisse cervum nigrum in montibus Stolbergicis, quo dono Imperatori misso cum admiratione eum suscepisse, & ut hujusmodi coloris cervum in clypeo gestaret, ipsi concessisse, additâ insuper Hercyniâ sylva in hereditatem possidendá, ubi Stolberga arx (si fides habenda Chronico manuscripto Thuringiæ.) jam ædificata erat An. C. 5 Lubet hac de re subjicere ipsa verba parentis mei dilectissimi Christophori Crusii ICti, quæ habentur *in tract. ipsius de Judiciis delictorum part. 3. cap. 11. n. 8.* Saltus & sylvæ Cheruscorum, *ait*, Comitum nostrum de Stolbergk (cujus majorem partem Justinianus Cæsar, Germaniam peragrans, Feudi beneficio contulit Bodoni de Columna, Victori suo Equiti strenuò, in monte Stalberg, prope Rodleberodt, arx primæva & familiaris pridem jacuit, jam desolata, cervum nigrum antehac non visum, capienti, eundemque Cæsari offerenti vivum, monte illo familia nomen traxit, nam in Chronicis antiquioribus Comites illi dicuntur de Stalbergk. Paulus Langius *in Chron. Zitic. Anno 1422.* Joan. Wolff. *in lect. mem. tom. 2. p. m. 172.*) quæ antehac tus ferarum fertilissimæ, jam sterilissimæ, per usum penè promiscuum privatis indultum celebrantur. *Hactenus parens meus colendus d. l.*

De Comitibus Mansfeldensibus, de quorum origine & rebus clarè gestis videndi Laur. Peccenstein *p. 1. Theat. Saxon. c. 14. p.*

& seqq. & Spangenberg. *lib. 2.* Querfurtischer Chronick *cap. 32.* nunc nihil dicam, Oldenburgiorum quoque Comitum originem & resgestas ex veterum monumentis nunc referre quoque omittam, vide Hamelm. passim in Oldenburg. Chronick aliosque. Sanè, quod horum reliquorumque Imperii Comitum, puta Hohenzollerorum & Zollerorum Lim- 10
burgensium, Hanoviensium, Fuggerorum, Schawenburgicorum, aliorumque Faurmeistero, Reinckingio, & Limnæo relatorum Comitum Sessionem attinet, promiscuum ii servant ordinem, notante Noldeno *de Stat. Nobil. cap. 9. n. 330.* quod si tamen circulariter conveniant, 11
(à quibus conventibus Imperii Sessionem diversam esse, notat Andr. Knich. *de Sax. non provoc. jur. verb. Ducum c. 2. n. 133.*) tum Seniori ejusdem Circuli & Conventus directorium attribui, tradit idem Nolden *d. c. 9. n. 332.* 12

CAPUT. XX.

DE Sessione Comitum Schwartzenburgiorum, Waldecciorum, &c.

SUMMARIA.

1. *Comitum Schwartzenburgiorum familia multò antiquior est, quàm ut à Widekindo Comite primùm inchoetur.*

2. *Ex familia horum Comitum oriundus fuit Guntherus contra Carolum IV. Imperator Romanorum electus.*

3. *Hi Comites Sessionem suam occupant inter Comites Wedderavenses, indem controversia ratione Sessionis mota à Legato Saxonico Altenburgensi, interposita protestatione in Comitiis Imperii de Anno 1641. cui contradixit & reprotestatus fuit Legatus Comitum Schwartzenburgiorum.*

4. *Quænam præeminentia Comitum Waldecciorum? exponitur.*

5. *Antiquis temporibus inter Comites præ cæteris illustres fuerunt Comites Angariæ.*

6. *Widekindus Magnus Dux Angariæ fuit.*

[illegible]. *Probatur Comites Ringelhemen-*

ses & Wittinenses ex Widekindi familia originem ducere.

8. *Ex eadem familia descendunt Comites Oldenburgenses, unde Reges Daniæ & Duces Holsatiæ prodierunt.*

9. *Evincitur olim Principes eâdem familiâ editos, iisdem titulis usos non fuisse.*

PRiusquam ad alia transeamus, religio nobis erit, præterire Comites Schwartzburgenses aliotque adhuc Comites, de quorum Sessione quædam subjiciemus. Horum illustrium & Generosissimorum Comitum Schwartzenburgiorum familiam, multò an-
1 tiquiorem esse, quàm ut à Widekindo Comite primùm inchoetur, Annales Stolbergici & Gleichiani ostendunt, qua de re Hier. Henninges *Genealog. tabul. part. 2. secundi & tert. regni in IV. Monarchia. Rub. Schwartzb. & Gleich. Com. Stem. pag. 322.* Reusner. *Oper. Geneal. in Auctar. Rubric. Stemma Comitum Schwartzeburg. pag. 40.* & Laurent. Peccenstein. *part. 1. Theatr. Sax. cap. 15. & seq.*

Equidem Ciliensibus Comitibus Anno 1456. exstinctis & Clivensibus & Sabaudis in Principum ordinem receptis soli Schwartzburgenses rerum in Imperio gestarum gloria, ac possessionum amplitudine
2 nobilissimi Comites, ex quorum familia fuit Guntherus contra Carolum IV. Imperator Romanorum electus, eo in ordine adhuc sunt superstites, ac ab Ann. 1576. utuntur titulo, die vier Graffen des Reichs/ Graffen zu Schwartzburg ceu loquitur de iisdem Paurmeisterus à Kochstet *de jurisdict. Imp. Rom. lib. 2. cap. 11. n. 25.* Quod Sessionem ho-
3 rum Comitum attinet, iidem Sessionem occupant inter Comites Wed-
4 deravenses, contradictum quidem hisce & controversia ratione sessionis mota, à Legato Saxonico-Altenburgensi, interposita protestatione in Comitiis Imperii de Anno 1641. Cui contradixit & reprotestatus fuit Legatus Comitum Schwartzenburgiorum, qua de re Limnæus *tom. 4. jur. publ. in Addit. ad lib. 4. cap. 7. p. 544.* ibi: In Comitiis Imperii de Anno 1641. in dem 130. Fürstenrath/ so den 2. Septemb. gehalten worden/ hat Sachsen Altenburg protestiret wieder Herrn Anthoni Gunther Graf-
5 fen zu Schwartzenburg botschaffter (so unter dem Wetterauischen Graffen damahls die Session genommen) mit Vorbringung/ daß ex Actis publicis kundbahr / wan die Schwartzenburgischen sich dergleichen unterstehen wollen/ sie allemahl davon abgewiesen worden/ &c. Limn. d. l. hierauf hat Schwartzenburg reprotestiret, und geant[illegible] [illegible] ein Vi-

mittelbahrer Stand des Reichs unter den vier Reichs-Graffen/auch in der Reichs Matricul begriffen / nach welcher Sie ihre Anschläg entrichten musten/ und derentwegen von keinem Stand vertretten wurde &c. Sonsten hetten die Graffen von Schwartzenburg Anno 1576. auf gemeinem Reichstag ein privilegium, einer sonderbahren Session im Fürsten-Rath erlanget/ welches nachgehends von Keysern zu Keysern confirmiret worden/ und Sie der installation wegen abermahlige anregung gethan haben wolten/ mit beygefügter protestation, daß ihnen die unter den Wetteraüischen Graffen genommene Session an vermeldter ihrer Gerechtsamkeit nichts præjudicirlich seyn solte. &c. Vide Hen. Göden *consil. 39. n. 5.* ubi Comites Schwartzburgenses singularem præeminentiam, præcedendo alios, habere respondit.

Ut nunc nihil de Waldecciorum Comitum præeminentia dicam, constat in hac familia plurimos exstitisse Heroes, quorum similes in aliis Comitum familiis in tanto numero vix reperies, inter hos comprimis nominari meretur Witikindus Comes Schwalenbergicus, hujus familiæ sator, & à Carolo Magno constitutus Advocatus Ecclesiæ Badebornensis; ac Witikindus Comes à Waldeck ab Henrico quidem Leone, Bavariæ & Saxoniæ Duce captus, sed in gratiam Friderici I. Imp. dimissus, cum quo Palæstinam ingressus rebus præclare gestis inclaruit, Henning. *part. 2. Geneal. tab. Rub. Waldeccens. Comit. pag. 423.* Præterea, cui non nota in hac eadem familia Wolffgangi, Friderici, Philippi, Henrici ferrei, aliorumque Comitum prædictæ familiæ fortitudo & res bello præclarè gestæ, prout videre licet apud Hamelman. *part. 1. Genealog. infer. Saxon. Comit. voc. Waldeck.* & ipsa insignia Waldecciorum Comitum avitum Gentis & militiæ decus non obscurè arguere putat Heping. *de jur. Insignium cap. 6. part. 6. n. 922.* nec opus est hoc loco plura in laudem horum Comitum afferre, cùm id jam antea præstiterit Auctor Deduct. daß die Herrn Graffen zu Waldeck Uhralte Reichs-Graffen seyn *art. 6.* 4

Si antiqua Saxoniæ tempora respiciamus inter Comites præ cæteris illustres fuisse constat, reliquisve eminentiores Comites Angariæ, quippe quòd Widekindus Magnus Dux Angariæ fuerit, testibus Wedekindo Monacho *lib. 1. Sigeberto ad Ann. 777.* Helmoldo & Alberto Stadensi, sive ut ab Annalibus appellatur Rex Angariæ, cujus monumentum visitur Angariæ, quæ olim Wedekindi Regia, nunc vicum re- 5 6

præsentat. Sanè, eundem Widekindum & posteros ejus, usque ad Ludolphum (Sigebert. ad ann. 861. Leucolphum Ducem Saxon. appellat) domicilii seu aulæ sedem non mutâsse, sed in Westphalia substitisse, testatur Crantzius. Equidem de Comitibus Angariæ sequens cippi inscriptio Hamelæ ad Visurgim extat:

ANN. DOMINI D.C[illegible]C. BERNHARDUS COMES. CHRISTINA COMITISSA REGNI ANGARIÆ DE OSTEN FUNDARUNT HANC ECCLESIAM.

Porrò, quod hosce Comites Regni Angariæ & posteros Widekindi attinet, extra controversiam est, Comites Ringelheimenses,
7 (quomodo eos appellat Crantzius lib. 4. Saxon. cap. 11. quamvis Widekindus Monachus Corbeiensis & Albertus Stadensis tantùm prosapiam eorum à Widekindo Magno, sine comitum titulo indicârint) item Comites Wettinenses, à quibus hodierni Electores & Duces Saxoniæ genus & originem ducunt, ad Widekindi domum pertinere. Vide Reiner. Reinecc. de Saxon. origin. qui putat hanc ob causam, Ostvalorum Saxoniæ tractu iisdem cessisse, & quandoquidem Comitum illorum agnati in Westvalia Duces vocabantur, ipsos ea de causa nomine
8 & dignitate ista abstinuisse, Comitumque ordine contentos fuisse quomodo itidem Comites Oldenburgenses, unde Reges Daniæ & Duces Holsatiæ prodierunt, eo contenti fuêre, cùm & ipsi Widekindi soboles sint. Neque enim olim Principes eâdem familiâ editi, titulis iisdem utebantur, documenta insignia de Ducibus Alemanniæ, Landgraviis
9 Thuringiæ, Marchionibus Vogburgensibus subministrant Onomasticon Pyrn. ad Annum Christi 1228. & Lazius lib. 7. de migrat. gent. quinimo Idem illud de Otthonis Magni Imperio explicans: tempore illo, inquit, tantùm filius natu MAXIMUS DUCIS NOMEN RETINUIT, RELIQUI COMITES APPELLATI SUNT. Necdum consuetudinem hanc in Wirtemberg familia exspirâsse & omnium maximè per Italiam, Galliam, & Hispaniam vigere, annotat Reineccius d. l.

CAP.

Caput XXI.

De Baronum S. R. Imperii præeminentia, prærogativis & Sessione.

SUMMARIA.

1. *Baronum origo & nomen antiquissimum est.*
2. *Quæ quantáque Baronum dignitas apud Francos fuerit? exponitur.*
3. *In Gallia qui Barones dicantur.*
4. *Barones olim Capitanei dicti.*
5. *In veteribus Saliorum, Longobardorum, Alemannorum, & Ripuariorum legibus, Baronis nomen pro viro passim positum legitur.*
6. *In Picardia Galliæ provincia uxores maritos suos appellare consueverunt mon baron.*
7. *Barones Germaniæ alii audiunt semperfreyen, alii Freiherrn, vel Freien, quos nobilitatis & dignitatis gradu omnes pares esse, ostenditur.*
8. *Barones proximo post Comites nobilitatis gradu ornati dicuntur, á Curtio juniore.*
9. *Iidem utpote Status Imperii sessionem ac votum in Comitiis habent.*
10. *Barones Comitibus æquiparantur, ac pari cum illis dignitatis jure moribus Germaniæ censentur.*
11. *Barones in Comitiis suffragando cum Comitibus concurrunt.*
12. *Comites tamen in Sessione Baronibus præferuntur.*
13. *Is qui præcedit alterum, eo dignior habetur.*
14. *An ex ordine præcedentiæ diversitas dignitatis colligenda?*
15. *Comites an olim Baronibus inferiores fuerint.*
16. *Barones perinde ut Duces atque Comites subditis suis collectas imponere, & in territorio suo Statuta condere possunt.*

LOcus postulat, ut hoc capite quædam de Baronum S. R. I. præeminentia & Sessione dicamus. Et verò de vocis Baronis Etymologia & origine nunc adeò solliciti non erimus, divinatoriæ enim prorsus sunt hac in re Scriptorum opiniones, præprimis Eguinarii

Eguinarii Baronis *de jure Beneficior. libro primo cap.* 2 Matth. de Afflict. *in cap* 1. *n.* 5. *de his qui Feud. dar. poss.* Stephani Forcatuli *in Comm. de Feud. cap* 3. *n* 7. Martini Frecciæ *in comm. feud. lib.* 1. *cap. de Origine Baronum*, Borcholdi *de Feud. cap.* 5. Spangenberg. *in speculo nobilitatis lib.* 10. *cap.* 35. Vulteii 1. *Feud.* 4. *n* 14. Matthiæ Stephani *lib.* 2. *de jurisdict. p.* 1. *cap* 6. *n.* 121 Tobiæ Paurmeisteri à Kochstet *lib.* 2. *de jurisdict. Imp. Rom. cap.* 11. Auctoris *de jur. Principat. conclus.* 86. *lit.* b quâ in varietate, relinquimus Lectoris arbitrio, ut eligat, quam velit, hac in re, sententiam.

1 Equidem Baronum (quorum origo & nomen antiquissimum Frecc. *de subfeud lib* 1. *tit. de orig. Baronum* Don. Garf Mastrill. *de Magistratib. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 54.) non una significatio apud veteres Germanicarum rerum Scriptores reperitur, prout notavit Busæus *ad Hincmari Epistolam* 1. *cap* 6. quæ quantáque Baronum dignitas fuerit apud Fran-
2 cos Hincmari seculo, indicat Aimonius *lib.* 5. *cap* 52. *de Gest. Francor.* ibi: quæ perniciosa factio zelo & diversitate Baronum, Comitum, atque optimatum, Regni tanta terram calamitate exstinxit, Boerius *ad consuetud. Bitur. in Gallia* putat Barones dici, qui infimæ, mediæ, & summæ
3 coercitationis jus in arce aliqua concessione Principis obtinuerint, eodẽ modo in Lusitania Barones dici, testatur Valasc. *de jur. Emphyt. q.* 30. *n.* 20. Ottho Frisingensis *lib.* 2. *cap.* 12. ubi Guilielmum Marchionem de Monte Ferrato inter Italiæ Barones refert. Flavius Blond. *lib.* 5. *Decad.* 2.
4 Eos olim Capitaneos dictos fuisse tradit his verbis: Nam primarii urbis, quos nunc Barones, tunc Capitaneos appellabant &c. Hector Boëthius *lib* 2. *Historia Scotica* ait, apud Germanos & Scotos esse quasi Vassos vel Vasallos Regios. Vide Lydium *in Glossario ad Nicolai de Clemangiis opera omnia, in voce Baro*: alioquin Barones dicti, qui alibi Vassi Dominici: & homines sive Vasalli Regii dicuntur; quo nomine Regni Capitanei, sive Proceres omnes, hoc est, Duces, Comites, Marchiones continentur, quomodo accepit Sigebertus *in Chronicis Anni MCLX.* hinc dicimus les Barons de France, qui signifie les Vassaux immediats de la Couronne, n'aynts les droicts de Souveraineté, soyent Ducs Marquis, Comes, ou seigneurs de Principauté, ait Charles Loyseau *des Seigneuries, cap.* 7. *p.* 154. *n.* 33. adde Blondum *lib.* 5. *decad.* 2. In veteribus, quæ exstant, Saliorum Longobardorum,
5 Alemannorum, & Ripuariorum Legibus, Baronis nomen pro viro

passim

positum videtur, egregio quovis & honoratiori, ut à plebe distinguatur. P. Pithæus 1. *Advers. cap. 8.* uti ita accipitur titulo trigesimo quarto Legis Salicæ, prout etiam in Hispanica Lingua Varon sive Baron pro viro simpliciter accipitur. Hinc in Piccardia, Galliæ provincia, uxores maritos suos appellare consueverunt mon baron, Claud. Fauchet. *de orig. & dignit. Franc lib. 1. cap. 5. p. 54.* quod & ipsimet observavimus ibidem. In Germania alioquin inferiori vocem Baronis latiùs accipi solitam, fidem facit, quod in nobili isto Apologo Politico Reinecke Fuchs latissimè ponitur pro omnibus Proceribus & Consiliariis aulicis, *part. 4. cap. 11.* ibi ; 6

Ick will ihn setten boven an/
Jn minen Rath/ als einen Edlen Baron.

& alibi :

Vnd leth verboden tho sinem Rade/
Syne Wiesen und sine besten Baronen.

Cæterùm, Barones Germaniæ, aliquando dicuntur Semper Freyen/ ut Limburgici & Westerburgenses, nonnunquam audiunt Freyherrn/ ut in Aur. Bull ibi: Graffen/ Freyherrn/ Edlen/ & aliis Imperii constitutionibus passim, interdum simpliciter Freyen. Sic verbum Baronum in Aurea Bulla redditum, & Reformatione Friderici tertii Francofurti Anno 1542. add. ord. Regimenti Anno 1500 ejusdem Regimenti Ord. Caroli 5. Worm. Anno 1521. ibi : Fürsten/ Graffen/ Freyen & Chronicon Coloniense in Otthone III. adductum à Goldasto *in Rationali Constitutionum fol. 102.* ibi : Mit andern Königen/ Hertzogen/ Graffen/ Marggraffen/ Land Graffen/ Freyen/ Rittern/ Ständen. Aliquando Comites simpliciter dicti Herrn/ ut Barones Russi, Herrn zu Plauwen/ Hern zu hohen Geroltzeck/ Pirmont aliique, quos recenset Paurmeisterus *d. lib. 2. de jurisd. Imp. Rom. cap. 11. n. 35. & 36.* Barones quoque olim Nobilium solummodo titulo appellati fuerunt, idque vel simpliciter, prout Edle von Querfurt/ unde Comites Mansfeldenses originem ducunt, vel adjecta demonstratione der Edle/ ut in diplomate Magni Ducis Brunsuicensis de Anno 1360. Paurmeister. *d. lib. 2. cap. 11. n. 37.* Hos Barones nobilitatis & dignitatis gradu omnes pares esse, præclarè evictum à Paurmeistero *d. l. n. 39.* 7

Quod Sessionem Baronum attinet, constat eos (licèt proximo post Comites, nobilitatis gradu ornatis dicantur à Curtio Juniori *in* 8

tract. de Feud. 2. par. tit. de personis Laicis 1. q. Baro quis sit & Molinæo
ad consuet. Paris. fol. 335. n. 4.) utpote Status Imperii Sessionem ac
9 votum in Comitiis habere, Sixtin. *de Regalibus lib. 1. c. 4. n. 37.* & Co-
mitibus æquiparari, ac pari cum illis dignitatis jure, moribus Germa-
10 niæ censeri, Schrader *de Feud. p. 10. sect. 2. n. 23.* Gædd. *in Resp. jur. de*
vestit. Baron. Vallend. n. 461. Vult. *1 F. c. 4. n. 14.* eosdemq; in Comitiis
11 suffragando cum Comitibus concurrere, ex subscriptionibus Recessuum
12 Imperii passim patet, Bertram. *de Comit. conclus. 70.* Equidem Co-
mites antecedere Barones constat, unde dicendum videbatur, Barones
non in eodem cum Comitibus dignitatis gradu, sed proximo ab iis col-
locandos, cùm is, qui præcedit alterum, eo dignior habeatur, Garf.
13 Mastrill. *lib. 4. de Magistrat. c. 14. per tot.* Verùm contrarium, scilicet
gradu & genere dignitatis Comites & Barones, de usu & consuetudine
Germaniæ non differre, quamvis in ordine regulariter Comes præcedat
Baronem, asseruit & pluribus argumentis, remotis contrariis, proba-
vit, vir de jure publico optimè meritus, Theod. Reincking. *de R. S. &*
E. lib. 1. Class. 4. cap. 15. n. 36. 37. & seqq. quó lectorem remitto, idem-
que tradunt Schraderus, Vulteius, Sixtinus, Rosenthal, aliique. Sanè,
ex ordine præcedentiæ non rectè diversitatem dignitatis inferri, notat
Idem Reinckingk *d. l. n. 52.* nam inter ipsos Comites ordinem quen-
14 dam præcedentiæ esse, non tamen diversum dignitatis gradum, quin-
imo quosdam ex Baronibus, quales sunt Limburgici, Waldburgici, &
Russi, quibusdam Comitibus præferri, scribit Idem Reincking *d. l.*

Porrò, in medio heic relinquo, quod scribit Draco *in tract. de*
15 *jure & origine Patricior. lib. 2. fol. 227. sub n. 3.* Comites quondam
Baronibus inferiores fuisse. Nam horum, *inquit*, vera erat, quædam
Nobilitas, illorum veró nomen officium tantùm notabat. Proinde
Munsterus *lib. 3. Cosmograph. cap. 20. ait.* In dem Buch der Land-Recht
Germaniæ, wird allein gedacht der Fürsten unnd Semperfreyen oder
Frey-Herrn: aber der Graffen nit anders als Richter. Nam Comes ein
Graff/ erat ein Richter/ Burggraff ein Burger Richter/ Arcis Cæsareæ
præfectus Judex; Landgraff ein Land-Richter; Marggraff/ Marg oder
über die gräntzen Richter. Es hat auch des Bapst Cantzley im brauch/ daß
sie in ihren Bullen und Brieffen die Freyherrn in titulo setzet vor den
Graffen &c.

Equidem nostris temporibus Barones excepta Ordinis & præce-

demia

dentiæ dignitate, secundùm receptam Germaniæ consuetudinem æquiparari Comitibus tradit D. Mager. *de advocat. armat. cap. 6. n. 87.* & suprà à nobis notatum. Non minùs enim sunt Status Imperii, quàm Comites, Gail. *lib. 1. observ. 28. n. 2.* illustresque appellantur, Schrader. *consf. 13. n. 172. vers. tum quia Barones, & perinde* ut Duces atque Comites subditis suis collectas imponere, & in territorio suo Statuta & Constitutiones facere possunt, Cravet. *cons. 314. n. 1.*

Cæterùm, operæ pretium duco heic paucis excutere, scitu jucundam controversiam præcedentiæ, quæ inter Comites & Barones. & inter Colonellos seu Tribunos militum, (Obristen) de sessionis dignitatisque prærogativa quondam mota, & hodienum moveri posset. Et verò controversiæ hujus decisio, neque ex jure civili Justinianeo, utpote quod tales Magistratus civiúmque ordines ignorat, neque ex recentioribus Comitiorum placitis Cæsarúmque rescriptis, quibus nihil hac de re definitum reperitur, peti poterit, sed potiùs heic ad mores & observantiam, cujus magna in sessionum materia ratio habetur, Menoch. *consil. 51. n. 49. & consil. 126. n. 2. & 3.* Wamesius *Responsor. de jur. Pontif. tom. 1. consil. 10.* Michael Ferrus *de præcedent. Ecclesiast. qu. 72. n. 7.* Augustin. Barbosa *in Collectan. Dd. in Concil. Tridentinum Sess. 25. cap. 13. n. 11.* respiciendum erit, cujus tamen ancipitem veritatem utriusque juris auxilio ita diluere conabimur, ut qualiscunque hujus litis inde promergat diremptio. Præmonendum verò ducimus, nos tàm Comites & Barones, quàm Colonellos heic considerare, quà tales, non quatenus aliis officiis, & dignitatum titulis honorati conspiciuntur, pro horum enim ratione diversum pronunciandum esse, nemini non constare poterit. Hinc & istud extra dubium est, si Comes vel Baro minori aliquâ potestate, quàm est Colonelli, militet, illos huic cedere debere arg. R. B. von bestellung des Feld &c. *art. 6. & 9.* ubi omnes indistinctè Principes, Comites, Barones &c quotquot militiæ nomen dedêre, præpositis suis obedientiam, & debitam venerationem exhibere jubentur add. *l. 2. cum l. sequ. C. de off. divers. jud.* spectat huc, quod Thuanus *lib. 27. Histor.* de regii sanguinis in Gallia Principibus eorumque in sedendo & incedendo ordine scribit: Inter se hunc ordinem servant, ut tantùm succedendi in Regnum jus servetur; nullâ prætereà publici muneris, aut alterius tituli, nisi in bello, ratione, qui succedendi ordine prior est, posteriorem antecedit. Hunc ejus, quod de bello exci-

pitur, sensum esse, existimat Justus Sinolt loco modò adducendo, Principes istos, si militent, pro officii militaris dignitate, aut præcedere aut sequi debere, ipso etiam regiæ successionis jure insuper habito.

Porrò, de Colonello id quoque tenendum, eum nos intelligere, qui actu militet, aliàs enim & Barone inferioribus postponi posset, sic ejusmodi Colonello etiam nobili à Doctore Principis Cancellario circa præcedentiam alicubi litem motam esse, testatur Besold. *part. 4. consil. 195. n. 112.* Hisce ita præmissis, rectè distinguit Justus Sinolt. cognomento Schützen *vol. 2. Collegii publici disput. 10. in fine pag. m. 642.* inter actus militares, & quosvis alterius generis, ac in his digniorem locum Comiti & Baroni, in illis Colonello adjudicat, prioris assertionis hæc assignari poterit ratio, quòd hic ne simplicem quidem nobilitatem in posteros transmittat, illi illustres & generosissimi sint, atque ita etiam ab ipso Imperatore indigetantur, jurisdictione præterea & Imperio insignes. In posteriori autem casu Colonelli procul dubio præponendi, eâdem ratione, quâ Doctor Militem in literariis & indifferentibus. Illum hic in actibus bellicis præcedunt ex communi Interpretum doctrina. Gail. *in obs. 118. n. 15. & seq.* Ungebaur. *1. Exerc. Justin. 8.* Dan. Ottho *de I. P. Imp. c. 19. sub. fin.* Walther *de privileg. Doctor. c. 14. §. 92.* Atque ita in thesi rem transigendam existimamus, in hypothesi verò, cùm variæ circumstantiæ occurrere possint, istæ probè examinandæ, e. g. An Barones sint status Imperii, aut aliàs ob potentiam, divitias, splendidos subditos, familiæ amplitudinem aut eximiam dignationem aliisq; de causis in magna authoritate positi; An item Colonelli Imperatori, Regi &c. an Principi, Comiti, aut alii Imperii Statui serviant, an fortè ex istius, cum quo de honore litigant, ditione oriundi, an genere aliàs nobiles &c. Pro harum circumstantiarum qualitate & conditione aliud atque aliud statuendum, inprimis verò heic cujusq; loci consuetudinem inspiciendam esse, suprà monuimus.

CAP-

Caput XXII.

De liberarum Imperii Civitatum Præeminentia, Votis, Sessione, & controversiis eam ob rem obortis.

SUMMARIA.

1. *Nullas Germanorum populis antemille sexcentos prater propter annos urbes habitatas fuisse ex Tacito probatur.*
2. *In Germania verò cis Rhenum, qua parebat Romanis, Taciti avo urbes fuisse constat.*
3. *Germani veteres vicos inhabitarunt, quod ex Tacito & Cæsare ostensum.*
4. *An sæculo nono urbes in Germania fuerint?*
5. *Frisia nomine olim venit omnis maritima ora à Rheno ad Visurgim usque.*
6. *Ætate Caroli Magni in Westphalia Angrivaria nullam omnino urbem exstitisse ostenditur.*
7. *In urbibus exstruendis Germanicas gentes superâsse Venetos probatur.*
8. *Drusus per Rheni ripam quinquaginta amplius Castella direxit.*
9. *In monte dextro ad Nicrum prope Heidelbergam stationes Romanorum militum fuisse, ostensum.*
10. *Valentinianum Imperatorem propè Rheni ripam castella condidisse, adductis Ammiani Marcellini verbis probatur.*
11. *De Urbibus Germanicis ulterior disquisitio instituta.*
12. *Primus præ aliis exstruendis urbibus operam dedit Henricus I. Rex, quem Aucupem vocant, urgentibus institutum frequentibus Ungarorum irruptionibus.*
13. *Adducuntur hac de re verba Witichindi Monachi Corbeiensis.*
14. *Anno millesimo centesimo post Christum natum melior fortuna urbibus germanicis alluxit, circa qua tempora floruerunt Moguntia, Brema, Lubeca.*
15. *Quando Urbes fœdera inter se instituerint contra prædones & hostes?*
16. *Quibus temporibus primùm coaluerit Societas Hanseatica?*
17. *Primam originem fœderi Han-*

fico dedit studium conservandi maritimi commercii cum peregrinis Norwegis, cumprimis Danis, Suecis, Russis, Anglis, aliisve.

18. Hoc ipsum fœdus à Carolo IV Imperatore confirmatum fuit, & ad contributionem contra Turcas aliósve non semel requisitum.

19. Civitates Hansicæ in quatuor classes seu Metropoles dividuntur, nempe Lubecam, Coloniam, Brunsuicum, & Dantiscum.

20. Qualis hodie conditio Civitatum Imperialium? latè exponitur.

21. Præter Civitates Imperiales & provinciales Constitutiones & Acta Imperii nulla alia civitatum genera in Imperio agnoscunt.

22. An differentia quædam constituenda inter civitates Imperii Reichs-Stätte/ & liberas Imperii Civitates freye Reichs Stätte? disquiritur.

23. Author suam hac de re sententiam proponit.

24. Argumentis evincitur, civitates Imperiales jus suffragii in Comitiis habere.

25. Civitates Imperiales Status Imperii sunt, iisq; Regalia & jura Principum competunt.

26. Status Imperii sessura & dictionis sententiæ communicatione æquali definitur.

27. Civitates Imperiales jura Principum habent.

28. Inter civitates Imperiales quatuor primariæ. Augusta, Aquisgranum, Metis, & Lubeca, speciali privilegio κατ' ἐξοχὴν Imperii Civitates appellatæ.

29. Civitates Imperii post Principes Sessionem sibi vendicant.

30. Civitates Imperiales non sunt superiores ratione præcedentiæ Comitibus.

31. Civitates Imperiales olim Comitia Imperii, ob prærogativæ altercationem rarò frequentâsse ostenditur.

32. Civitates Imperiales hodie in duo subsellia distinguuntur in die Rheinische und Schwabische Banck. In Rhenano primum locum occupat civitas Coloniensis, in Suevico Ratisponensis.

33. Civitates Imperiales, uti alii Status Imperii ad Comitia vocantur, & in iisdem sedendi & suffragandi jus habent, quinimo ad Comitia quoque Circulorum conscribuntur, & votum suum peculiare habent.

34. Civitates Imperiales an superioritatem territorialem habeant?

35. In civitatibus Imperialibus judicio Thuani, non minima pars roboris Germanici consistit.

36. Civitates Imperiales jam olim in duas classes divisæ, Rhenanam & Suevicam.

37. Alia quædam de Sessione Civitatum Imperialium adducuntur.

Postea

POsteaquam de Electorum, ArchiDucum, Ducum, Comitum S. R. I. Baronum &c. Sessione pro Instituti ratione actum, superest, ut de liberarum Imperii Civitatum præeminentia, & Sessione quædam in medium afferamus, quod hoc in capite, & in specie subsequentibus facturi sumus.

Ut verò eò accuratiùs id exsequamur, paulò altiùs ex veterum monumentis rem ipsam proponemus. Quod igitur urbes Germanicas attinet, antiquam memoriam repetentibus obscurum esse non poterit, nullas Germanorum populis ante mille sexcentos præter propter annos urbes habitatas fuisse, quæ enim de antiquiore urbium quarundam origine, à viris etiam egregiis nostri temporis afferuntur, figmenta mera sunt, & inanes fabulæ, ut, quorum fides nullis neque peregrinis, neq; domesticis monumentis sit subnixa. De suo ævo, hoc est, Traiani ætate disertè Tacitus in elegantissimo *de Moribus Germanorum libello*: Nullas, *ait*, Germanorum populis urbes habitari satis notum est: ne pati quidem inter se junctas sedes. Colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Notandum verò, Tacitum heic loqui de Germania magna: nam in Germania cis Rhenum, quæ parebat Romanis urbes tum fuisse, ipse Tacitus non semel alibi tradit. Id certius priscos Germanos vicos inhabitâsse. Testis idem Tacitus: Vicos locant non in nostrum (Romanorum videlicet) morem connexis & cohærentibus ædificiis; suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium, sive inscitiâ ædificandi. Ante Tacitum Cæsar *lib. 4. de Bello Gallico* scribit, Menapios ad utramque Rheni ripam ædificia vicosque habuisse.

Equidem Germania vetus, pro simplicitate gentis in pagos divisa fuit, cujus rei locupletissimi testes Julius Cæsar *lib. 1. Comment. de bello Gallico*, Cornelius Tacitus *in lib. de moribus Germanorum*, & Ammianus Marcellinus *lib. 13. & 18.* ubi meminit pagorum Alamannicorum. De pagis ejusmodi veterum Saxonum ita scribit Wernerus Rolvincius *in tractatu de laudibus antiquæ Saxoniæ*: Regem antiqui Saxones non habebant, sed per pagos Satrapas constitutos: morisque erat, ut semel in anno generale Concilium agerent in media Saxonia juxta fluvium Wesseram ad locum, qui dicitur Marcklo. Solebant ibi omnes in unum Satrapæ convenire, ex pagisque singulis duodecim electi Nobiles, totidemque liberi & laici. Renovabant ibi leges; præcipuas caussas adjudicabant.

dicabant & quid per annum essent acturi, sive bello, sive in pace, communi decreto statuebant. Unde versus:

Sed variis diversa modis plebs omnis, habebat,
Quot pagos, tot penè Duces, velut unius artus
Corporis in diversa forent hinc inde revulsi.
Sed generalis habet populos divisio ternos
Insignita quibus Saxonia floruit olim.
Nomina nunc remanent, virtus antiqua recessit.

Hi versus sunt Poëtæ ἀνωνύμου, qui tempore Arnolphi Imp. historiam Caroli M. carmine heroico perscripsit; editus à Reinero Reineccio. Per pagum verò apud scriptores Germanicos non intelligitur vicus aut villa absque muris, quæ hodie pagi significatio, sed tractus sive districtus unius ditionis, aut provincia, & regio, hinc Imperator Henricus II. in literis Anno MXIII. Werlæ datis vocat territoria: ibi: in pagis quibuscunque vel territoriis. Districtus minores respectu majorum Pagelli dicti fuerunt, ita Fridericus I. in Bulla, quam Antiquitates Fuldenses à Pistorio editæ *lib. 2. cap. 2.* exhibent. Termini autem pagelli, qui dicitur Bicloffshorn, aliorúmque circumquaque commorantium populorum hi sunt &c. Apppellatio pagorum usurpari desiit circa Annum Christi MC. cùm pagi in Ducatus, Landgraviatus, & Burggraviatus migrarent, & hereditario jure possideri inciperent. Qui verò & quales apud majores nostros fuerint pagi, præter Johannem Aventinum, Andream Althamerum, aliósque, exponunt Wolfgangus Lazius *Comment. de Rep. Rom. lib. 12.* & Henricus Bebelius, qui pagos Suevorum descripsit. Superioris Germaniæ pagos octoginta improbo labore nobis dedit incomparabilis Marquardus Freherus, *in incomparabili scripto origin. Palatin. cap. 5. p. m. 37. 38. 39. 40. 41.* adde ea, quæ Idem Freherus tradit de pago Rhenensi *cap. 6. per tot*, & de pago Lobodunensi *cap. 7.* exemplo Marquardi Freheri inductus Henricus Meibomius septentrionalis Germaniæ nostræ pagos collegit, & nobis exhibuit *in Commentariolo de utriusque Saxoniæ & vicinarum Regionum quarundam pagis per tot.* ubi etiam in princ. de etymo. pagi, aliísque huc spectantibus disquirit, quæ tamen jam antè observata ab Henrico Bebelio *in spicileg. pag. m. 126.* & Marquardo Frehero *Origin. Palatin. cap. 5. pag. m. 34. & 35.*

Sanè, nemo Historicorum, qui expeditiones Romanas in Germaniam

maniam usque ad seculum à nato Servatore quintum prolixè descripserunt, vel verbo urbis alicujus per Germaniam magnam meminerunt. Sequentibus usque ad seculum nonum temporibus, paucæ vel propè nullæ exstructæ sunt à Germanis urbes, nec enim apud probatæ fidei Historicum, ullius urbis tanto temporis spatio structæ mentio facta, si 4
unum exceperis Wurtzburgum, cujus in vita S. Kiliani fit mentio, quamvis de Thuringia etiam relatum apud Gregorium Turonensem *lib. 3. Hist. Franc. c. 4. & 5.* & Witikindum Monachum Corbeiensem *lib. 1. Histor. Saxoniæ,* urbem munitam Schidingam ad Unstrutum sitam, à Saxonibus occupatam, scribit, quo tempore per Theodoricum Francorum Regem, Thuringiæ regnum est destructum, hoc est, circa Annum 524. In Frisia quoque, si Trajectum ad Rhenum à Romanis ex- 5
structum excipias, nullam videntur Franci invenisse urbem, quando regnum ejus eversum est per Carolum Martellum, cùm nulla hujus rei mentio facta ab ullo ejus ævi scriptore. Venit verò ea ætate Frisiæ nomine, ut observat Conringius *in Exercit. de Urbib. Germanic. th. 26.* omnis maritima ora à Rheno ad Visurgim, adeóque & Hollandiam & Zelandiam tum comprehendit. Et rectè Idem Conringius *d. l. th. 27.*
asserit, ætate Caroli Magni in Westphalia, Angrivaria, omnique illo 6
tractu, qui est inter Visurgim, Albim, Melibocum montem & Salam amnem, imò nec trans Albim ad Eidoram usque, ubi nunc floret Holsteiniæ Ducatus, nullam omnino urbem exstitisse vel inventam fuisse. Nec enim aut Aimonius, aut Annales Francici ac Fuldenses, qui diligentissimè, quid quoquo anno in bello Saxonico gestum, & quomodo libertatem Germani defenderint, exposuerunt, ullius urbis mentionem fecerunt. Quinimo soli Westphali duobus sese castellis Eresburgo & Sigeburgo tum defendisse leguntur, præter hæc castella, nullam arcem à Carolo inter Visurgim, Salam, & Albim occupatam Scriptores Germanici memorant, unde colligere licet, nullam tum exstitisse. Porrò, in urbibus exstruendis Germanicas gentes superârunt Venedi, 7
illi, qui circa seculum Christianum sextum, quicquid est inter Salam & Vistulam fluvios, mare Suevicum vel Balthicum usque in Holstenios Saxones occupârunt. Hos enim jam ætate Caroli Magni & Urbes, & castella coluisse, suáque habuisse ad Balthicum mare emporia, testantur Annales Francici, ita etiam in Cisrhenana Germania plurima exstructa à Romanis castella, conditas quoq; urbes, referunt, quæ tractu

 tem-

8 temporis incrementa sumpserunt. De Druso Florus memorat, quòd
per Rheni ripam quinquaginta amplius castella direxerit. Vide Mar-
quardum Freherum *Origin. Palatin. cap. 4.* ubi castellum etiam á Ro-
manis exstructum fuisse in monte dextro ad Nicrum propè Heidelber-
gam (quem montem media ætate Abrinsberg dictum, hodie Sanctum
vocant) tradit, quod ipsum vel Scriptoribus tacentibus, opportunitas
ipsa loci, verticis nimirum altissimi & in summo lati, & duo latera
subjectámque planiciem latissimè despectantis satis evidenter ostendit,
quinimo supersunt hodienum vestigia in cisternis & Cameris subterra-
neis, lapidibus cæsis in vineis vicinis disjectis, & aliis ejusmodi reli-
9 quiis, quæ ibidem stationes Romanorum militum fuisse, fidem faciunt,
testatur id ipsam inscriptio lapidis ibidem reperti, quæ referente Fre-
hero *d. l.* hæc est:

MERCURIO. . .
BASEM. CUM . . .
L. CANDIDV. . .
CATO. R.D.C. . .
V. S. L. L. M. . .

Porrò, Valentinianum Imp. propè Rheni ripam castella condi-
10 disse, testatur Ammianus Marcellinus *libro XXVIII.* At Valentinia-
nus *ait*, magna animo concipiens & utilia, Rhenum omnem á Rhetia-
rum exordio ad usq; fretalem Oceanum magnis molibus communiebat,
castra extollens altiùs & castella turrésque adsiduas per habiles locos &
opportunos, quá Galliarum extenditur longitudo, nonnunquam etiam
ultrà flumen ædificiis positis subradens barbaros fines. Quinimo con-
stat, metropolitanas urbes tum audivisse, Belgicæ primæ quidem Au-
11 gustam Trevirorum; Germaniæ primæ Moguntiacum; Germaniæ se-
cundæ Coloniam Agrippinensem, ut nihil nunc dicamus de Argento-
rato, Spira, & Wormatia aliisque Germaniæ Urbibus celebrioribus.
Hæ verò urbes florentissimæ & munitissima castella á Germanicis popu-
lis, qui Rheno & Danubio transgresso in Galliam omnem, Pannoniam,
Vindeliciam & Noricum sese effuderunt, aut vastata, aut penitùs ex-
cisa, exstat ea de re querela S. Hieronymi, *Epist. 11.* ibi: Moguntiacum
nobilis quondam civitas capta, atque subversa est, & in Ecclesia multa
hominum millia trucidata. Vangiones longa obsidione deleti &c. &
hæc verò Hieronymus *d. l.* loquitur tantùm de ea clade, quam á Vanda-
lis

lis & confœderatis populis duce Caroco & Godegisilo passæ sunt Galliæ, circa Annum quadringentesimum. Majorem adhuc cladem intulit Galliæ, Attila. Postmodum devictis Alemannis & Boiariis, licèt, quicquid cis Rhenum & Danubium Germani occupaverant, in ditionem Francorum pervenisset, Merovingá tamen regiá familiá rerum potiente paucæ urbium ex ruinis resurgere voluerunt, tantum abest, novas quasdam urbes tum conditas fuisse. Vide Franciscum Guillimannum *l. de episcop. Argentinens. c. 3.* Sub Carolingis melior urbium fortuna, cùm nobiliores urbes Episcopos acciperent. Sanè, primus præ aliis ex- 12
struendis urbibus operam dedit Henricus I. Rex, quem Aucupem vocant, urgentibus institutum. Ungarorum frequentibus & immanibus irruptionibus, quo tuto se reciperent miseri, qua de re Adamus Bremensis *lib. 1. cap. 46.* & Albertus Stadensis *ad Annum 921.* Exposuit hoc ipsum Witichindus Monachus Corbeiensis *lib. 1. Annalium de rebus ge-*
stis Saxonum : Henricus Rex, *ait*, recepta pace ab Ungaris ad novem 13
annos, quantá prudentiá vigilaverit in munienda patria, & in expugnando barbaras nationes suprà nostram est virtutem edicere. Et primum quidem ex agrariis militibus nonum quemque eligens in urbibus habitare fecit, ut cæteris consamiliaribus suis, octo habitacula exstrueret, frugum omnium tertiam partem exciperet servarétque, cæteri verò octo seminarent & meterent, frugésque colligerent nono, & suis eas locis reconderent. Concilia & omnes conventus atque convivia in urbibus voluit celebrari. In quibus exstruendis die noctúque operam dabant, quatenus in pace discerent, quod contra hostes in necessitate facere debuissent. Vilia aut nulla extra urbes fuêre mænia. Idem tradit Sigebertus Gemblacensis *ad Annum 925.* Anno demùm millesimo cen-
tesimo post Christum natum melior fortuna urbibus Germanicis allu- 14
xit, republica illarum in majorem libertatem assertá, floruit enim tum præ aliis urbibus Moguntia, teste Otthone Frising. *lib. 1. c. 53.* ac Brema expeditionibus navalibꝰ celebris, de qua infrà pluribus acturus sum, Lubeca quoq; eodem tempore condita, comerciorũ frequẽtia & incolarũ multitudine crevit, ita etiam Wismaria, Rostochiũ, Stetinũ, & Stralsundũ novis Saxonibus incolis acceptis refloruerunt, ut de aliis urbibus nunc nihil dicamus. Sequenti seculo magis magisque potentia urbium crevit,
postquam urbes fœdera inter se instituerunt, contra prædones & hostes. 15
In societatem hujusmodi primum coiisse videntur, quæ Rhenum acco-

sunt Anno 1255. de quo fœdere videri poterit Arnoldus Abbas Stadensis, & Chronicon Augustanum Vetus. Fuère in hoc fædere urbes 42. ut & Principes aliquot, quorum nomina post Aventinum & Cuspinianum consignavit Lehmannus *lib. 5. Chronic. Spirensis cap. 92.* In hæc
26 ferè tempora incidit quoque initium fæderis Hansici. Chytræus *lib. 25.* licèt fateatur, nihil certi afferri posse, quibus temporibus primùm coaluerit Societas Hanseatica & factum fædus Hansicum, credit tamen cæpisse societatem paulò antè tempora Friderici II. circa annum Salutis clɔcc. hunc sequitur, ut in plerisque Germanicarum rerum narrationibus Thuanus *lib. 39.* verbis Chytræi nonnisi leviter mutatis, idem ex JureConsultis nostris placuit Wehnero *in Pract. observ. verb.* Hanse Stätte/confer de hoc fædere disquirentem Crantzium *lib. 9. Metropol. cap. 4. Saxonia lib. 9. cap. 32. & in Wandalia lib. 9. cap. 7.* & Waremundum ab Ehrenberg *lib. 1. de Fæder. cap. 2. num. 44.* Primam originem
27 Fæderi Hansico dedit studium conservandi maritimi commercii cum peregrinis Norwegis, eumprimis Danis, Suecis, Russis, Anglis, aliisve, teste Chytræo *d. l.* Hoc ipsum fædus constat à Carolo IV. Imperatore
28 confirmatum fuisse, prout videre licet auß der vereinigten Teutschen Hanse Stätte verantwortung de Anno 1609. Estque hoc Collegium Civitatum Hansicarum, ut ex variis Imperii Recessibus Anno 1542. 1544. 1548. 1555. 1557. 1566. 1576. 1582. 1594. vers. deßgleichen die freie Ritterschafft/ patet, ad contributionem contra Turcas, aliósve non semel requisitum. Vide de civitatibus Hanseaticis prolixè disserentem Wehnerum *in observ. Practic.* verb. Hanse Statte & ex professo Johannem Angellum. Equidem hæ civitates Hansicæ in quatuor classes seu Metropoles, alß Quartir und HauptStätte dividuntur; nempe Lubecam, Coloniam, Brunsuicum, & Dantiscum, inter quas urbes
29 Principem locum & auctoritatem Lubeca sortita est. Decrevit sensim hæc Societas post annum millesimum quingentesimum. Actum quidem deinceps Anno 71. de instauranda Societate Hansica, & renovando fædere, formula quoque fæderis nova in conventu proposita Anno 79. à paucis tamen in eam consensum. Aliæ leges fæderis Anno 1604. conscriptæ, sed ad paucas urbes ingens ista Societas contracta est.

Ex prædictis colligere licet, quænam urbium Germanicarum conditio fuerit, antiquis temporibus. Sanè, postquam ab Otthonibus, Episcopis & Archiepiscopis passim urbes in Germania concessæ tractu

tem-

temporis eædem in majorem libertatem exsurgere cœperunt, initio à paucis facto. Procedente tempore multæ ab Episcoporum, Ducum, Comitum, aliorúmque imperio ac potestate vel prorsus, vel ex parte liberatæ fuêre, aliæ libertatem à Cæsaribus acceperunt, aliæ vi aliisve mediis se Episcopis, Principibus, & Comitibus suis eorúmve potestati subtraxerunt. Quòd si præsentem Imperii Romanæ-Germanici Statum 20
intueamur, triplicem Civitatum conditionem deprehendemus. Quædam enim directo Cæsaris Imperio sunt subjectæ & liberæ Imperii civitates Freie Keyserliche Reichs-Stätte dicuntur. Quædam prorsus subditæ, & simpliciter municipales sunt Land-Stätte. Quædam veró mixtum Statum obtinent, quæ certa lege & conventione Superiorem agnoscunt, pro ut Gail. *lib. 2. observ. 45. in fin.* loquitur & extra pacta & conventa sua placidè libertate fruuntur. Idem placuit Mysingero *Decad. 2. Respons. 13. n. 10.* Sunt, *inquit*, qui non recognoscunt Superiorem, ut Civitates Imperii, nisi Imperatorem: Sunt, qui recognoscunt, ut Oppida Principem; non tamen subsunt Principi, nisi cum certis pactis, sicque habent propriam jurisdictionem, & alia jura publica. Sunt quædam Civitates, quæ in totum subsunt Principi. Quibus accedit Dn. Referens in causa ArchiEpiscopi Moguntini contra Erffurt (quod votum reperitur apud Compilatorem Symphorematis *tom. 1. part. 1. tit. 2. de reconvent. vot. 1. fol. 90. n. 97.*) ubi tradit in provinciis Germaniæ esse Civitates, quæ nec immediatè omnino Imperio, nec tamen propterea etiam Principibus plenè subditæ sint, in quibus multa libertatis indicia habeantur. Idem tradit Rutger. Rulandus *in tract. de Commissar. p. 2. lib. 5. cap. 4. n. 47.* Ast Paurmeisterus *de jurisdict. Imp. Romani lib. 2. cap. ult. n. 17.* divisionem Civitatum διχοτομίαν in Imperiales & provinciales, vulgò Reichs und Fürsten Stätte retinendam 21
censet, quippe quòd constitutiones & Acta Imperii nulla alia Civitatum genera in Imperio agnoscant, prout disertè relatum est in Decreto Spirensi Anno 1544. §. die Frey und Reichsstätte/ ibi: die Frey und Reichsstätte/ und andere Stätte; so den Fürsten und anderen Herrschafften zugehören; & Decreto Augustano Anno 1548. §. und als erstlich. Adde omnes, qui Civitatum Imperii meminerunt IC. duarum tantùm generum, nusquam tertii & mixti generis mentionem facere, quinimo ipsi, qui de jure Civitatum Imperialium ex professo responderunt, Ludovicus Crempius & Hieronymus zum Lamb Advocati egregii, &

etrum Imperii peritissimi, nec non tertius ἀνώνυμος, quorum Consilia Francofurti edita sunt, unius tantum generis liberarum Imperii Civitatum, illarum nimirum, quæ inter Status Imperii referuntur, nusquam verò tertii & mixti generis, partim scilicet Imperialium, partim provincialium meminerunt: adde Goldastum *tom. 1. Constit Imperialium fol. 31.*

22 Cæterùm, quidam Dd. differentiam quandam constituerunt, inter Civitates Imperii, Reichs-Stätte/ & liberas Imperii Civitates, Freye Reichs-Stätte/ ita statuit Adrianus Gilman. *tom 3. Sympl. inter decis. seu prajud. Cam. Imp. in. verb.* Civitas *Imperialis pag. 76. & seq.* Liberæ, *ait*, Imperii Civitates vocantur, quæ nihil de Aquila in Insignibus deferunt, ac olim sub jugo Episcoporum, vel aliorum fuerunt, & postmodum illis se subducentes liberæ factæ sunt. Simpliciter veró Imperiales dicuntur, quas Germaniæ Reges vel Cæsares condiderunt (aliter Seb. Franck. qui sub Constantino Imper. Anno Chr. 306. cæpisse putat) & quæ Imperio statim ab initio addictæ fuerunt, ac in ejus rei testimonium in ipsis Armorum suorum scutis vel integram Aquilam, vel partem ejus ostentant: ut Aquisgranum, Norimberga, Francofurtum. Gylmannum in hoc sequuntur ICti & Scriptores ferè omnes. Vid. Lehman, *lib. 4.* Speirisch Chronick. *cap. 4.* von Unterscheid der Frey und Reichs-Stätte *pag. 285.* Rutger. Rulandus *part. 2. de Commiss. lib. 5. cap. 4. n. 41. lit. K.* Mart. Mager. *de Advocat. armat. cap. 6. n. 151. & seqq.* Matth. Stephan. *lib. 2. de jurisdict. 2. cap. 1. n. 81. & seqq.* Matth. Wehnerus *in Practic. Observat. in verbis* Freye Reichs-Stätte. ubi ita scribit: Nam, Freye Reichs-Stätte werden genand/ die nicht vom Adler in insigniis haben/ olim jugo Episcoporum vel aliorum subjectæ, postmodum libertate donatæ ac exemptæ. Simpliciter aber Reichs-Stätte/ die einen gantzen Adler/ oder etwas davon führen/ ut Aach/ Nürnberg/ Franckfurt/ &c. Verùm enim verò, nullam putamus

23 esse realem differentiam inter civitates Imperii liberas Freye Reichs-Stätte & civitates Imperiales Reichs-Stätte/ quin potiùs quoad immediatam subjectionem omnes æquali jure censentur. Etenim in Imperii Constitutionibus ac Catalogo Statuum iis adjuncto, ut & Matricula Imperii promiscuè hæ appellationes usurpantur, & utræque per copulativam (Et) conjunguntur, ac Frey und Reichs-Stätte/ simul omnes indistinctè vocantur; nec in earum enumeratione ullum vestigium, quæ liberæ, & quæ Imperiales habendæ. R. A. de Anno 1542

§. tit.

§. die Freye und Reichs-Stätte R. A. de Anno 1544. §. und nemblich sollen alle/ibi: die Frey und Reichs-Stätte/vide Hermannum Kirchnerum *lib. 1. de off. & dignit. Cancell. cap. 4. n. 112.* Mart. Magerum *de Advocat. armat. cap. 6. n. 157. & seqq.* Regner Sixtinum *lib. 1. de Regal. cap. 4. n. 76. & seqq.* & Braunschweig. Historisch. Handel *parte 3. partis 3. princ. cap. 4. n. 52. pag. 880. & seqq.* Nominari tamen rectè, quasdam civitates per excellentiam liberas, quæ cæteris privilegiis immunitatum gaudeant, & immunes à multis sint, dictu absonum non est; veluti Aquisgranum à vectigalibus in toto Imperio: nec ejus cives alibi, quàm coram Scabinis Senatus conveniuntur, ac aliis à Carolo Magno ipsis concessis juribus utuntur, Rutg. Ruland. *d. l.*

Et verò Civitates Imperiales immediatè sub Imperatore & Imperio esse, ac matriculæ Imperii insertas, votum & sessionem in Comitiis Imperii habere, notissimum est, licèt non defuerint, qui in dubium vocârint, ac negârint. Civitates Imperiales jus suffragii in Comitiis habere, eos tamen notoria facti refellit evidentia, prout loquitur Reinckingk. *de Regim. Secular. & Ecclesiast. lib. 1. Class. 4. cap. 20. n. 21.* constat enim plerùmque in hac forma ad Conventus & Comitia civitates evocari: Ihr wollet erscheinen/ neben und mit anderen Reichsständen/ helffen handhaben/ rathen/ und beschliesen, Bruning. *de variis univers. specieb. conclus. 18.* constat præterea civitates imperiales Status Imperii esse, Andr. Gail. *2. obs. 57. n. 7. & c. 6. n. 11. de pac. publ.* Rutg. Rulandus *lib. 5. c. 4. n. 41. de Commiss.* ubi dicit: quòd iis competant Regalia & jura Principum, & Imperio non minùs incorporatæ sint, quàm ipsi Principes, Prælati, & Comites, nec non Cameræ & Imperatori immediatè contribuant, & consequenter jus votandi habeant, quia Status sessuræ & dictionis sententiæ communicatione actuali definitur, Knich. *de Sax. non provoc. jur. ver. Ducum c. 2. n. 1.* Gail. *de Arrest. Imp. cap. 6. n. 25.* Quod si civitates Imperiales jura Principum habent, Gail. *d. lib. 2. observ. 57. & lib. 1. de pac. pub. cap. 6. n. 11. & tract. de Arrest. cap. 8. n. 1.* Scipio Gentilis *in tract. de Jurisdict. lib. 3. cap. 22.* Henric. Bocerus *de jurisdict. cap. 8. n. 81.* & Ernestus Cothman. *vol. 3. consil. 29. n. 523. & seqq.* utique & jus suffragandi in Comitiis habebunt, cùm de Principibus eos suffragandi jus habere dubium non est, ast verò in æquiparatis idem jus observatur. Et, si civitates Imperiales votum non haberent, cur ad Comitia Imperii vocarentur? cur in ipsis

24 25 26 27

ipsis Comitiis in communi Conclavi relinquerentur? cùm extranei & peregrini exire teneantur & jubeantur: cur Imperatorum propositiones audirent, si de iis suffragium ferre non possent & quam ob causam iis, quæ in Comitiis tractantur, subscribere necesse haberent? Cur Electores & Principes ante omnia suas sententias Civitatibus aperirent, cùm eas rectà Imperatori, si Civitatibus consilii saltem, non suffragii jus esset, referre possent? Cur Legati Civitatum Imperialium cum Imperatorum, Electorum, Principum, & reliquorum statuum Imperii Legatis ad exteros Reges in negotiis Imperii gravissimis mitterentur? non scilicet aliam ob causam, quàm ut constet, non duo in Comitiis, sed tertium quoque, nempe Civitatum consilium esse, & cùm oneribus Imperii illas defungi necesse sit, præteriri & excludi Comitiis durum esset. Non opus verò hoc loco argumenta, quæ in contrarium afferuntur, refellere, cùm id jam factum sit ab Arumæo *in discursu 1. ad Auream Bullam* Caroli IV. *Imperatoris thesi 8.* confer Reinckingk. *d. l.* vide Instrumentum Pacis Cæsar. Suecic. §. *tàm in universalibus art. 8.* ibi: Tam in universalibus, quàm particularibus Diætis, liberis Imperii civitatibus, non minùs, quàm cæteris Statibus Imperii competat votum decisivum.

Inter omnes verò Civitates Imperiales, quatuor primariæ, AUGUSTA, AQUISGRANUM, METIS & LUBECA, speciali privilegio κατ' ἐξοχὴν Imperii Civitates appellantur, Petr. de Andlo *in tr. de*
28 *Imperio Romano c. 16.*

Quod Sessionem liberarum Imperii Civitatum in Comitiis Imperii attinet, constat easdem post Principes sessionem vendicare, Lud.
29 Gremp. & Hier. zum Lamb *in Consil. de Sessione & voto liberar. Civitat.*
30 *Imper. per tot.* nec verò eædem præcedunt Duces, Marchiones, aut Comites, Decian. *vol. 3. Resp. 19. n. 28.* confer Matth. Colerum *consil. 33. n. 54.* ubi tradit, quòd civitates non sint superiores ratione præcedentiæ Comitibus. Vide Tractatum, cui titulus: Außführlicher Bericht/ wie es auff Reichstagen pfleget gehalten zu werden &c. ubi *fol. 18.* inter alia hæc habentur: der dritte ordinari Reichsrath ist der Frey unnd Reichsstätte Gesandten und Botschafften/ welcher auch abgesondert in einer anderen Rahtsstuben gehalten wird/ darinnen sind zwo Bäncke/ die Reinische/ darunter Cöln und Aach die fürnembsten seyn/ die andere die Schwäbische/ als Regenspurg/ Ulm/ Nürnberg/ Augspurg/ inmassen dan

auch

auch die Stätte im außschliessen alle mehr nicht als zwey vota haben/ aber in ihrem Rahte votiret ein jeder vor sich selbst. &c. Quod sessionem civitatum Imperiali üinter se attinet, referunt modò laudati Ludov. Gremp. & Hieron. zum Lamb *in Consil. de sessione & voto liberarum Imperii Civitatum 4.* gleicher gestalt hindert nicht. Civitates Imperiales olim Comitia imperii, ob prærogativæ altercationem rarò frequentâsse, & verò fatendum, olim frequentia inter Civitates Imperiales ratione sessionis fuisse dissidia, qua de re infrà in specie pluribus acturi sumus. Hodie plane constat, Civitates Imperiales in duo subsellia distingui in die Reinische und Schwabische Banck. In Rhenano primum locum occupat civitas Coloniensis, quæ vocatur Edler fundiret, Cölnische *statuta fol. 6.* In Suevico verò primùm sedet Civitas Ratisbonensis, quam deinde aliæ sequuntur, qua de re pluribus infrà dicendi locus. 31 32

Cæterùm, extra dubium est, Civitates Imperiales, non modò, uti alios status Imperii, ad Comitia vocari, sed etiam in iisdem sedendi & suffragandi jus habere, uti antea diximus, & probatur ex constitutione Friderici Imp. de Anno 1442 *in princ.* vide Lud. Grempium & Hieronym. zum Lamb. *in consil. de Sessione & voto Civitatibus in Imperii conventibus competente, quæst. 1 §.* zum vierten ist in der Gülden Bull' & *pentot.* quinimo ad Comitia quoque circulorum conscribuntur, & votum suum peculiare habent: Imperio immediatè contribuunt, & quandoque plus pendunt, quàm alii Imperii Principes; jus confiscandi & bona vacantia occupandi sibi vendicant, liberam de rebus sacris statuendi habent facultatem, ex transactione Passaviensi & tot Imperii constitutionibus tributam, fœdera quoque contrahere possunt, Ordin. Camer. *part. 2. tit. 9* §. Sojemand vers. aber den beschädigten. ibisein freund und helffer/ Gail. *lib. 1. de Pac. publ. c. 16 n. 14. in fin.* & Mynsingerus *Cent. 6. observat. 2.* memorat fœdus inter Episcopum Herbipolensem & Bambergensem ac civitatem Norimbergensem adversus Albertum Marchionem Brandeburgensem Anno 1553. initum, ut licitum in Camera imperiali adprobatum fuisse, denique liberæ Imperii civitates habent superioritatem territorialem, cùm enim territorium habeant, utique & jus territorio annexum, hoc est, superioritatem, quæ territorio adhæret, sicut nebula suprà paludem, Bart. *ad l. fin, C. ubi & apud quos* Natt. *consil. 146. n. 12.* Camill. Borell. *consil. 70. n. 34 & consil. 86. n. 11.* habebunt, nec opus est, ut hoc loco argumenta Andreæ 33 34

 Knichii

Knichii dissentientis *in Velit. Apologet. n. 15. 120. 130. & seqq. & in tract. de jur. territ. c. 1. n. 116.* examinemus, cùm iis ipsis jam antea satis factum sit à Reinckingio *de R. S. & E. lib. 1. class. 5. cap. 5. per tot.* adde Casp. Klockium *de contribut. cap. 5. n. 69. 71. 72. & seq.* quò Lectorem remitto. Sanè, nullam urgentem dari posse rationem, cur Civitates Imperiales juribus superioritatis, quæ vulgò Land ober und Herligkeit appellant, carere vel Regalium incapaces esse debeant, inquit Thom. Mich. *de jurisd. conclus. 44.*

Porrò, in individuo Civitatum Imperialium dignitas & libertas resplendet ex Reformatione Imperatoris Sigismundi de Anno 1436. qui eas non solùm die Würdige Reichß-Stätte appellat, & libertatem suam à Christianitate habere inquit in der Geistlichen *Reformation cap. 3. vers. 11.* sed etiam disertè Heylig indigitat in der Weltlichen *Reformation cap.*
35 *10.* Klock. *de contribut. cap. 5. n. 73.* ac rectè Thuanus Histor. *lib. 1. & lib. 4.* judicat in hisce civitatibus Imperialibus non minimam partem roboris Germanici consistere.

Ut ad Sessionem liberarum Imperii Civitatum redeamus, jam olim easdem in duas classes divisæ Rhenanam & Suevicam, vulgò die
36 Rheinische und Schwäbische Banck/ ac in conventu generali ordinum duo subsellia longiora, quibus sessum caperent civitatum Legati, posita fuisse, & quidem temporibus simplicioribus sub dio cælo sereno, tradit Autor deß Berichts unnd Beschreibung/ wie es heutiges Tages auff Reichstagen gehalten wird Tit. von der Frey unnd Reichsstätte Rath in principio, fides sit penes Autorem. Cæteroquin constat, Civitates Imperiales olim in conventu Regimenti suum extra controversiam locum & jus dicendæ sententiæ habuisse, & etiamnum habere in Deputatorum Conciliis ordinariis ex extraordinariis, ut & in circulorum im-
37 perii conventibus, & ad Comitia universalia eâdem edicti formulâ, qua Electores & reliqui Principes & Ordines suffragii ferendi causâ vocari constat, Decret. Wormat. Anno 1545. Dem allem nach/ Recitationi propositionis interesse, peculiare etiam conclave sive Senatum, ut Electores & Principes, in quo, de capitibus propositis deliberent habere, tradit Tobias Paurmeisterus à Kochstet *de jurisdict. Imp. Rom. lib. 2. cap. 2. n. 44.* & Autor der Beschreibung / wie es heutiges Tages auff Reichstagen gehalten werde par jus suffragii cum Cæsare & Principum ordine civitatum Senatui tribuit, in Tit. von Relationibus in Reichs-Räthen.

Räthen/ §. darauff erkleren/ ibi: Bestehet ein jeder Rath auff seiner Meynung/ und können in einem/ oder mehr puncten nicht einig werden: So müssen den Stätten solche gespalte Meynungen quoad illum punctum, referiret werden/ im übrigen aber die Einhelligkeit beyder Räth.

Darauff werden alsdan der Frey/ und Reichsstätte Gesandten zu den beyden Räthen/ so in ihren Sessionibus, bey einander bleiben/ erforderet/ und denselben in gegenwart bey der Chur und Fürsten Räthen/ was also bey denselben bedacht/ verglichen/ oder nicht verglichen/ durch den Meyntzischen Cantzler erzehlet/ auch in denselben proponirten puncten ihre Meynung begehret. Hierüber der Stätte Gesandten ebenmässig/ wie oben gemeldet von Fürsten Rath in continenti, durch des Directorii im StattRath Syndicum, offentlich ihr bedencken vermelden/ wan aber in der Chur und Fürsten Relation etwas vermercket/ daß sie nicht ohn Bedencken einwilligen können/ wird ihnen hierzu Bedacht zugelassen. Wann dann hierunter in einem unnd anderen puncten ungleichheit fürgefallen/ wird hierin fürs mehrer gehalten/ worin zwey Räthe zusammen stimmen, Consentit cum eodem Scriptore autor Autonomiæ *part. 3. cap. 14.* §. Nuhn ist gleichwohl versic. dann also ist es im Reich herkommen/ unnd gebräuchlich/ daß die proponirten oder fürfallenden Sachen/ in drey Räthen/ das ist/ im ChurFürsten Rath/ darin allein die ChurFürsten. Im Fürstenrath/ darin neben geistlichen und Weltlichen Fürsten/ auch die Prælaten, Graffen/ und Herrn/ und im StattRath/ darin der Frey und Reichsstätte Gesandte sitzen/ absonderlich furgenommen/ erwogen/ und berathschlaget/ und eines jeden Meynung von einem jeden Rath in den andern referiret, und verglichen/ und als dan erst das jenige/ was also in allen dreyen Räthen verglichen/ und beschlossen/ der Keyselichen Mayestäth/ für ein gemein Bedencken referiret wird.

Cæterùm, uti Imperium Romano-Germanicum in decem distribuitur circulos 1. Austriacum, 2. Burgundicum. 3. ElectoralemRhenanum. 4. superiorem Saxonicum. 5. Franconicum. 6. Bavaricum. 7. Suevicum. 8. Rhenanum superiorem. 9. Westphalicum. 10 Saxonicum inferiorem, prout videre licet apud Reinking. Petr. Danaisium, aliosq; & novissimè ex Instrumento Pacis *artic. 16.* §. denique, ita in Austriaco, ut ordine progrediamur, nullæ reperiuntur Civitates Imperiales. In Burgundico, una Bisantium, quæ hodie ab Imperio avulsa, In Franconico. 1. Norimberga. 2. Rotenburgum ad Tubarim. 3. Winsheimium

mium. 4. Sumfurtum. 5. Wissenburgum in Nortgavia. In Bavarico, itidem unica Ratispona. In Suevico, quæ in Conventibus circularibus hoc ordine sedent. 1. Augusta, 2. Ulma, 3. Eslinga, 4. Reutlinga, 5. Nördlinga, 6. Halla Suevorum, 7. Yberlinga, 8. Rothwila, 9 Heilbronna, 10, Gemunda Suevorum, 11. Memminga, 12. Lindavia, 13. Dinckelspüla, 14. Biberacum, 15. Ravenspurgum, 16. Campodunum, 17. Kauffbeura, 18. Wila, 19. Wangena, 20. Isna, 21. Leutkirchum, 22. Wimpina, 23. Giengena, 24. Alen, 25. Bopfinga, 26. Pfullendorfium, 27. Buchorna, 29. Buchavia, 29. Offenburgum, 30. Gengenbachium, 31. Zella ad Hamersbachium In Rhenano, 1. Argentoratum, 2. Spira, 3. Wormatia, 4. Francofurtum, 5 Colmaria, 6. Keysersburgum, 7. Vurckhemia, 8. Monasterium, in Valle S. Georgii, 9. Oberchemium, 10. Roshemium, 11. Selestadium, 12. Hagenovia, 13. Weisenburgum ad Rhenum, 14. Landavium, 15. Fridberga, 16. Wetzlaria. In Westphalico, 1. Colonia, 2. Aquisgranum, 3. Tremonia, 4. Cameracum, 5. Verden. 6. Hervordia. In Saxonico inferiori, Brema. In Saxonico superiori, 1. Lubeca. 2. Mulhusium Thuringiæ, 3. Nordhusium, 4. Goslaria.

In Scamno Rhenano, auff der Rheinischen Banck/ sedent civitates circuli Rhenani, Burgundici, Westphalici & Saxonici superioris & inferioris; Suevicum verò occupant scamnum civitates circuli Franconici, Bavarici & Suevici, & quidem sequenti ordine;

Rheinische Banck.

Cöln.	Northausen.
Aach/ cum solita protestatione contra Cöln,	Weisenburg am Rhein.
	Landaw.
Straßburg.	Ober Ehenheim.
Lübeck } alterniren;	Keysersberg.
Wormbs }	Münster in Sanct. Gregorien Thal.
Speyer/	Roßheim.
Franckfurt/	Turckheim.
Hagenaw.	Dortmund.
Colmar.	Frieberg.
Schlebstatt.	Wetzlar.
Goßlar.	Gelnhausen.
Bremen.	Hervord.
Mulhausen.	

Schwabische

Schwabische Banck.

Regenspurg.	Kempten.
Augspurg.	Winßheim.
Nürnberg.	Kauffbeuren.
Vlm.	Well.
Eßlingen.	Wangen.
Reutlingen.	Ißni.
Nördlingen.	Pfullendorff.
Rotenburg an der Tauber.	Offenburg.
Schwabisch Hall.	Leutkirch.
Rohtweil.	Wimpffen.
Vberlingen.	Weisenburg am Nordgaw.
Hailbrun.	Giengen.
Schwabisch Gemündt.	Giengenbach.
Memmingen.	Zell.
Lindaw.	Buchhorn.
Dinckelspühl.	Aalen.
Biberach.	Buchhaw am Federn See.
Ravenspurg.	Bopffingen.
Schweinfurth	

Directorium in Comitiis in Senatu civitatum, sive inter civitates habet, illa civitas, in qua Comitia peraguntur, aut si negotio non sit sufficiens alia eligitur, quæ id laboris & honoris sustineat. Directorium, qui obeunt, per unum ex suo numero, omnes propositiones, relationes, tam in hoc civitatum speciali, quàm generali statuum concilio expediunt, consulta & conclusa in chartam conjiciunt, publicè legunt, & à reliquis civitatibus monita vel corrigunt, vel addunt.

De propositione singulæ civitates vota sua alternatis scamnorum vicibus, dicunt, quæ directores requirunt & colligunt, & primùm quidem in scamno Rhenano à Colonia, alterum in scamno Suevico à Ratispona & ita deinceps alternatis vicibus, ipsi autem Directores ultimo loco suum quoque addunt, & quod per majora placuerit & conclusum, exponunt, & postea ad petitionem Moguntini, in Electorum Principum, & statuum communi congressu & conventu (qui communiter vocari solet das plenum, sive in pleno zu sammen kommen) explicant, & quod ritè demùm in generali Imperatoris statuum concilio conclusum, subscribunt.

 Omnia

Omnia tandem acta civitatum in duo reconduntur archiva, Spirense, quod Rhenensium civitatum est, & Ulmense, in quo Svevici scamni acta reservantur, & ex his tanquam locis publicis & authenticis, necessitate postulante, instructio desumitur, Rut. Ruland. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap 4 vide infrà cap. 12. n. 25.* confer Lehman. Chronic. Spirens. *lib. 7 c. 124. §.* von der Frey und Reichsstatt Raht 7. *fol. 1016. & seq* ubi ita scribit: der Stätt Raht ist auch in zwo Bänck abgetheilet/ dan man von alters auff solchen Reichsversamblungen / lange Bäncke gestelt/ und offtermahls im Sommer/ wens oben herab schön und trucken gewesen/ im grünen ReichsRaht gehalten/ dahero noch die abtheilung im Fürsten unnd Stätt Raht/ nach den Bäncken/ von solchem proces übrig verblieben. Auff der einen Banck sitzen die Rheinische Freystätt und Lübeck eine AnseeStatt/ die Wetterauische/ Elsässische/ in der Landvogtey Hagenaw/ die Sächsische und Thüringische Reichsstätt. Auff der andern Banck sitzet Regenspurg zuersten/ darnach Augspurg/ Nürnberg/ Ulm/ und die übrige Reichsstätt in Schwaben und Francken. Daß Directorium im StattRaht/ führet die Statt/ darin der Reichstag gehalten wird/ oder im fall dieselbe mit qualificirten Personen/ zu verrichtung so wichtiger Sachen nit versehen/ welches doch sehr selten und in geringeren Stätten pfleget zugeschehen/ so erwehlen der Statt Gesandte ein andere Statt/ und tragen derselben das Directorium auff. Wann aber die Statt/ darin der Reichstag/ an Personen nit mangel hat/ so setzt sie an einen Tisch in der mitten ihre Deputirte außm Raht/ und gelehrte Rahte sampt einem Secretario. Eß halten auch die Frey-und Reichsstätt zwo Registraturen, die eine der Rheinischen Stätt/ welche zu dieser zeit der Statt Speyer/ die andere der Schwabischen Stätt/ so der Statt Ulm verwarlich anvertrauet/ darzu seynd bey berührten beeden Stätten/ zu jeder Registratur ein Registrator, welche in gemeine Stättversamblung auffgenommen/ und mit leiblichen Eyden/ zu der Erbarn Frey-unnd Reichsstätt Archivis verpflichtet werden/ dieselbe beede Registratores sitzen im StattRaht an der Directorn Tisch/ halten die Protocolla, bey denen man sich auff begebende Fäll als authenticis, Bericht pflegt zuerholen/ haben alle acta und Schrifften/ und was zur Registratur gehörig/ in ihre verwohrung/ und so eß noht ist/ thun sie in einem oder andern bericht/ waß zur Nachrichtung außm Archivo dienlich. Vor Jahren hat eß die Statt Nürnberg bey den Erbaren Stätten auff ansuchen erlanget/ daß sie ihren

Secre-

Secretarium einen/ im StattRaht zum Directorio setzen/ der gleichfalß sein protocoll helt/ welches bißher keiner Statt zugelassen/ die im Directorio sitzen/ verrichten durch deren gelehrten Raht einen/ alle Fürträg und Relationes, so wohl im StattRaht/ alß auch in gemeiner Reichsversamblung/ stellen auch alle Schrifften/ so in der Stätt Nahmen/ in die Feder fürbringen/ doch derselben verbesserung beym ablesen vorbehaltlich. Aber in der Umbfrag deß votirens/ fragt der erste des Rahts derselben Statt im StattRaht von jeder Statt Gesandten zum andern/ und solches umbgewechselt zu beyden Bancken/ alß erstlich auff der Rheinischen Banck/ Cöln/ zum andern auff der Schwabischen Banck/ Regenspurg/ zum dritten Aach/ zum 4. Augspurg/ zum 5. Straßburg/ zum 6. Nürnberg/ zum 7. Lübeck/ zum 8. Ulm/ zum 9. Wormbs von einem Tag zum andern umbgewechselt sitzen/ zum 10. Eßlingen/ zum 11. Speyer/ zum 12. Nordlingen/ zum 13. Franckfurt/ zum 14. Reitlingen/ zum 15. Hagenaw/ zum 16. Schwabische Hall/ und so fort in ihrer Ordnung. Die vota colligiren die Directores, und haben sie das letzte votum. Das mehr ist der schluß/ und wird mündlich oder Schrifftlich im Reichs Raht hernach im Nahmen aller Stätt inß gemein durch des Directorii Syndicum referirt. Bey diesem ist auch zumelden/ waß die Stätt vor einen process in der Umbfrag haben/ den halten sie auch im gehen in publicis actibus. Wann auch ein außschluß gemacht wird/ setzen sie von jeder Banck eine Statt darzu/ und haben darin zwey vota. Hactenus Lehman.

CAPUT XXIII.

De Controversia Sessionis Prisca inter Civitates Imperiales, Coloniam Agrippinam, & Aquisgranum; nec non Coloniæ Agrippinæ prærogativa præ reliquis Imperii civitatibus.

SUMMARIA.

1. *Controversia Sessionis inter Civitates Imperiales Coloniam Agrippinensem & Aquisgranum mota fuit in Comitiis Wormatiensibus An. 1495.*
2. *Adducuntur hac de re verba Christophori Lehmanni.*

3. *Rese-*

3. *Referuntur argumenta pro Civitate Coloniensi ejusque praeeminentia.*
4. *Colonia Agrippina Romanorum Imperatorum temporibus florentissima fuit.*
5. *Quanam Coloniae Agrippinae praeeminentia? ex scriptoribus ostensum.*
6. *In Germania magna aetate Traiani nullas urbes fuisse probatur.*
7. *Adducuntur argumenta, quae dignitatem & praeminentiam Aquisgrani non obscurè arguunt.*
8. *Aquisgranum primaria sedes Franciae fuit.*
9. *Eadem urbs nova Roma ad instar Constantinopoleos dicta fuit.*
10. *Carolum M. novum Constantinum Hadrianus I. Pontifex Romanus nominavit.*
11. *Aquisgrani prima Coronatio Regis Romanorum celebrata.*
12. *Quamnam Sessionem in scamno Rhenano hodie occupent civitates Imperiales Colonia & Aquisgranum?*

DE Liberarum S. R. I. Civitatum prærogativis, Sessione, & dignitate capite præcedenti in genere diximus, accedimus modò in specie ad illustres & majores Sessionis controversias, quæ inter Civitates Imperiales tum antiquis temporibus, cùm recentioribus motæ fuerunt. Et primó quidem se offert non ignobilis ista sessionis controversia ventilata inter Civitates Imperiales, Coloniam
1 Agrippinensem, & Aquisgranum. Mota ea in Comitiis Wormatiensibus Anno 1495. cùm enim Colonienses in scamno liberarum Imperii Civitatum primum occupâssent locũ, contradictũ fuit â Legatis civitatis Aquisgranensis, primum istum locum sibi debere asserentibus, Colonienses econtra à Legatis Aquisgrani civitatis postulârunt, ut exponerent, utrum Aquisgranum libera civitas, an verò civitas Imperialis esset, & pro cujusmodi civitate se venditaret. Quoniam verò luculenter hanc sessionis controversiam descripserit, & posteritati reliquerit Christophorus Lehmannus in Chronica der Freyen Reichsstatt Speier
2 *lib. 4. cap. 5. p. m. 289.* non gravabor ipsa verba Lehmanni *d. l.* subjicere, quæ hæc sunt: Anno 1495. auf dem Reichstag zu Wormbß haben die Stätte sich selbst wiederumb in Frey und Reichsstätte abgesonderet/ dan am montag nach dem Sontag Trinitatis haben sich von der Statt Ach eingestelt/ und bey anderen des heiligen Reichs Frey und Reichsstätt Gesandten angegeben/ Herr Johan Bertolph und Meister Peter von Embden Secretarius, unnd alß der Statt Bottschafften darvor zu allemahlen un-

angefehrlich/ unnd unvergreiflich jeglicher Statt freyheit und altherkommens niedergesessen/ seynd die von Cöln zu oberst auf der Banck der Freystätt/ darnach Straßburg/ Basel &c. nach altem herkommen und Ordnung gesessen/ unnd auf der anderen Banck/ Regenspurg/ Augspurg/ Nürnberg &c. in ihrer Ordnung/wie von alters herkammen/ haben die obgenandten von Aach nicht niedersitzen wollen/ und fürgewendt/ daß die von Cöln sich zu obrist hetten gesetzt/ da ihnen gebührt zu sitzen/ dagegen die von Cöln von denen zu Aach zu wissen begehret / wie sie sich achten/ für eine freye oder für eine Reichsstatt/ darauff die von Aach nicht antwort geben/ und obwol viel umbfreundlich mit ihnen geredt worden/ daß sie in die mitte der Stuben gegen den anderen Stätten wolten auf besondere Bänck niedersitzen/ haben sie doch in dieß fürgeschlagen mittel nicht bewilligt/ sonderen seynd mit erlaubnuß wieder von dannen abgeschieden. Ex prædictis Lehmanni verbis, apparet (1.) *Coloniensem* civitatem in possessione vel quasi præcedentiæ & sessionis constitutam fuisse, licèt ab Aquisgrano contradictum, quod ipsum (2.) *multòmagis* ex eo confirmatur, quòd non obstante contradictione Legatorum Aquisgrani, Colonia in possessione sessionis competentis permanserit. Adde (3.) *Coloniæ* ab antiquo competiisse primum locum in scamno civitatum Imperialium, id quod non obscurè indicant verba Lehmanni *d.l.* ibi: nach altem herkommen unnd ordnung gesessen. Quod si ulterius (4.) *dignitatem* & præeminentiam civitatis Coloniensis perpendas, apparet, eandem antiquitate & nobilitate nulli liberarum imperii civitatum secundam esse, quæ jam Romanorum Imperatorum temporibus florentissima fuit, utriusque enim Germaniæ nobilissima procul dubio tum temporis Colonia Agrippina fuit, quòd Romana Colonia esse meruisset, ut Tacitus loquitur, Ammianus eam *lib. 15.* vocat urbem magni nominis *lib. 6* urbem munitissimam, Zosimus *lib. 1.* urbem Rheno adjacentem maximam, ejusdem meminit Paulus ICtus, qui Agrippinenses in inferiore Germania juris Italici esse scribit *in l. ult. §. 2. D. de censib.* Guid. Pancirol. *lib. 2. thesaur. var. lect. cap. 153.* Steph. Forcat. *lib. 4. de Gallor. Imp & Philosoph. cap. 153.* Sanè, illustrem hanc Germaniæ civitatem meritò appellat Dionys. Gothofr. *in d. l. ult. §. 2. lit. b.* adde Johan. Oldendorp. *vol. 1. consil. Marp. 5. n. 4.* In statutis Coloniensibus ipsa civitas vocatur Edler fundiret, & cives Colonienses liberi dicuntur Freye Burger zu Cöln in der Hultigung dem Keyser unnd Ertzbischoffe ibid. *fol. 5. & 8.*

3 4 5

Gggggg Vide

Vide de dignitate hujus civitatis pluribus Pet. Bertium *lib. 3. com. ver. German. cap. 6. Rub. Colonia Agrippina pag. 503.* Joan. Angel. Werdenhag. *part. 5. Rerump. Hanſat. cap. 1.* & Michaelem ab Iſſelt *libro 1. de Bello Colonienſi.* Equidem dubium non eſt, Coloniam Agrippinam ſub primis Romanorum Imperatoribus floruiſſe præ reliquis Germaniæ
6 urbibus, quamvis in Germania magna, ætate Trajani nullæ urbes fuerint, teſtante Tacito *in libello de Moribus Germanorum.* Nec officit auctoritas Ptolomæi, qui paulò poſt Tacitum ætate Antonini Geographica ſua conſcripſit, ampliùs quàm nonaginta in magna Germania recenſet loca πόλεων nomine, aſt clariſſimus Conringius *in Exerc. de urbib. Germanic. t. 21*, putat auctores per πόλεις aut oppida nil quicquam aliud, quàm vicos non munitos intellexiſſe, quæ ſententia probabilis, & verè tum temporis ejus naturæ fuiſſe τὰς πόλεις Germanorum, vel unicum Herodiani teſtimonium evincit *lib. 7. in vita Maximi*, cùm enim ſcripſiſſet; vicoſque omnes incendendos deripiendoſque militibus conceſſit: ſubjungit, namque oppida eorum (τὰς πόλεις αὐτῶν,) atque ædificia omnia ignis depaſcitur, ut liqueat Herodiano τὰς πόλεις hic eſſe idem, ac τὰς κώμας.

Cæterùm, non deſunt etiam argumenta, quæ dignitatem &
7 præeminentiam Aquisgrani non obſcurè arguunt, etenim *(1.) conſtat* in Coronatione Maximiliani Regis Romanorum, cujus ſolennia videre licet apud Freherum *tom. 3. Rer. Germanic. Script.* quoad ordinem ſedentium in prandio, ut Freher. *d. l.* loquitur, poſt Electores, Oratores Ducis Auſtriæ, Epiſcopos Leodienſium, Wormatienſem, Cameracenſem, Sibinicenſem, ſexto ordine vel loco collocatam civitatem Aquenſem, & ſeptimo demùm loco civitatem Colonienſem, unde præeminentia civitatis Aquisgranenſis ſatis apparet. *(2.) Porrò*, nec veteribus Aquisgranum urbs ignota fuit, quam Ptolomæus Galliæ Belgicæ urbem vocat, frequentisſima verò ejuſdem mentio fit apud Germanicos Scriptores, ita Witichindus Monachus Corbeienſis *lib. 2. Annalium in init.* ibi: Univerſaliſque electionis notantes locum, juſſerunt eſſe ad Aquisgrani Palatii. Regino Abbas Prumienſis *lib. 1.* ſimpliciter Aquas ap-
8 pellat, unde noſtrum Aach. Hanc urbem primariam ſedem Franciæ appellat Nithardus *Hiſtor. lib. 4. in princ.* ibi: Vſque Lodhuvicus & Karolus Lodharium à regno ſuo abiiſſe certis indiciis cognovêre, Aquis Palatium, quod tunc ſedes prima Franciæ erat, petentes; ſequenti verò

die,

dic, quid consultius de populo ac regno à fratre relicto agendum videretur, deliberaturi. Quinimo Aquisgranum Nova Roma ad instar 9
Constantinopoleos dici cepta est, quemadmodum id luculenter ingerit Fl. Alminus Albinus, cùm de Carolo Magna canit:

Augustus sed & urbe potens, ibi Roma secunda
Flore noto ingenti magna consurgit in astra.

Et haut ita multò pòst de eodem Carolo Magno, & urbis Aquisgranensis fundatione:

Altaq; disponens venture mania Roma.

Et ibidem eodem poëmate super eadem:

Materiam Roma certatim congregat alta.

Equidem prout notanter Melchior Haimsfeldius *in Rationali constitut. Imp. annexo tom. 2. Constit. Imper.* tradit, Carolus M. æmulus esse voluit Constantini Magni, ut aliis in rebus multis, ita in Majestatis 10
quoque sede transferenda & constituenda, ut non prorsus adulatoriè Novum eum Constantinum Hadrianus I. Pontifex Romanus in quadam ad ipsum epistola nominaverit. Neque urbs tantùm ipsa Aquisgranum Romæ nomen erat sortita, sed & Palatium in ea Laterani, in quo Imperii quondam sedes & orbis decus appellationem meruit apud Ansegisum Lobiensem Abbatem *in Legib. Francorum,* Anno incarnationis Dom. DCCCXVII. Imperii veró gloriosissimi Principis Ludovici IIII. Idus 11
Jul. in domo Aquisgrani Palatii, quæ Lateranis dicitur. *Porrò (3.)* ad dignitatem urbis Aquisgrani accedit, quòd in hac civitate prima Coronatio Regis Romanorum celebretur, prout constat ex A B c 25 §. *invenimus.* Proinde Electores in Diplomat. ad Innocentium III. P. R. de Electione Otthonis IV. Imp. §. *1. in fin.* ibi: Ipsius electioni consensimus, ipsumque in Augustorum sede à Carolo Magno Aquisgranum hujus dignitati deputata locavimus, & corona & regni diademate per manum Domini Adolphi Coloniensis ArchiEpiscopi, quâ decuit solemnitate, feliciter coronavimus.

Hodie, cùm Civitates Imperiales in Comitiis duo scamna obtineant, vulgò die Rheinische und Schwäbische Banck, & in illa (der Rheinischen Banck) considere soleant Legati Civitatum Imperialium tractus Rhenani, Wetteraviæ, Alsatiæ, Saxoniæ, Thuringiæ &c. inter 12
hos primum locum occupat Legatus civitatis Coloniensis. Post civitatem verò Coloniensem in scamno isto Rhenano inter reliquas civi-

tates Imperiales eminere Aquisgranum, notissimum est, proinde rectè Autor Tract cui titulus, Außführlicher Bericht/ wie es auf Reichstagen pfleget gehalten zu werden &c. scribit, daß auf der Rheinischen Banck Cöln und Aach die fürnembsten seynd.

Cæterùm, non prætereundum hoc loco duco, Coloniam cum tribus hisce civitatibus Imperialibus, Norimberga, Aquisgrano, & Francosurto, tantùm ad Convivium, quod eodem die, quo coronatio Regis Romano-Germanici peragitur, exhiberi solet, vocari & admitti. Sanè, in separato proximo tunc prandent Conclavi, singulæ singulas suas mensas habent, stant à dextro latere Aquisgranensis, Norimbergensis, à sinistro Coloniensis, Francofurtana, cum separatis suis Credentiis. Ita tradit Sprenger. *in Jurispr. publ. pag. 181.* Author descript. coronationis Maximiliani Imper. apud Goldast. in Reichshandlungen pag. 269. refert, daß/ über von ihm vermeldten Taffeln/ seyn noch vier Taffeln (deren jede ihren sondern Credentz Tisch auch gehabt) in einer Stuben/ so negst bey dem Saal gewesen/ also/ daß man auß einem in das ander gegangen/ für die vier Stätte/ so auch von Ihrer Mayest. (Maximilien) geladen/ nemblich Cöln/ Aach/ Nürnberg/ und Franckfurt/ zugericht gewesen/ und seyen/ von wegen der Statt Cöln über der einen Taffel gesessen N. N. N. N. (vier Personen) über der anderen Taffel/ so gestracks gegen über/ der Statt Aach Gesandten (vier Personen) über der dritten Taffel/ der Statt Nürnberg Gesandten/ (zwo Personen (und dan imgleichen herunter gegen deren von Cöln Taffel über/ seyen gesessen der Statt Franckfurt verodnete (sechs Personen) diese vier Taffeln seyen von Ihrer Mayestätt mit aller bereitschafft/ wie auch mit dem Eßsilber und vergüldeten Trinckgeschirren/ auß dero Mayestäth Silberkammer genugsamb versehen gewesen/ und haben sie/ die Statt/ sonst ihre Truckseßen und Schencken/ so ihnen gedienet/ gehabt. Tempore coronationis Caroli V. quæ Aquisgrani peracta, ad convivium saltem tres civitates, Aquisgranum, Colonia, Norimberga accesserunt; ita refert Noppius in der Aacher Chronick *lib. 1. cap. 11. pag. 61.* Convivium Leopoldi moderni Imperatoris describens Author Diarii Europæi *part. 1. p. 947. ait*: In einem absonderlichen Nebenzimmer seynd der Freyen Reichsstätte Abgeordnete stattlich tractiret worden/ nemblich wegen der alten Reichsstatt Aachen deputirte &c. Welche durch ein special Keyserlich Decret den Cölnischen Syndicum N. außgeschlossen/ und die præ-

tedenß erhalten. Wegen deß H. Reichsstatt Nürnberg &c. Wegen deß H. Reichs freyer Wahlstatt &c. Verùm Idem Author postea *part. 2. d. Diar. pag. 331.* hanc relationem suam ita correxit, daß er zwar solches vermeldet/ seye aber hernacher berichtet worden/ daß der Cölnische Syndicus nicht durch ein special Keyserlich Decret von der Mahlzeit außgeschlossen worden/ sondern weil die Oberstelle allbereit von den Aachischen besetzt gewesen/ gedachter Syndicus, jedoch mit außtrücklichem vorbehalt seyner Ober-Herrn habender gerechtsamkeit eigenwillig abgetretten. Vid. Limnæ *in observ. ad A. B. Caroli IV. ad cap. 28. §. 3 observ. 9. & 10.* ubi disquirit, cur saltem quatuor civitates Imperiales ad hoc convivium vocentur? quò lectorem remitto.

CAPUT. XXIV.

De Sessione Civitatis Ratisbonensis, necnon Controversia Sessionis inter Imperiales Civitates Lubecam & Wormatiam.

SUMMARIA.

1. *Ratisbonam regiam urbem appellat ætate Otthonis I. Widekindus Monachus Corbeiensis.*
2. *Eadem Norici Ducatus metropolis audiit ætate Friderici I. apud Otthonem Frisingensem.*
3. *Civitas Ratisbonensis in Suevico scamno primum locum occupat, quam deinde sequuntur Augusta, Norimberga, Ulma ac reliquæ Sueviæ & Franconiæ civitates.*
4. *Ratisbonam jam antiquis temporibus primum in Suevico scamno locum occupâsse ex Christophoro Lehmanno probatur.*
5. *Lubeca Civitatis Imperialis quanam præeminentia ex Æneâ Sylvio notatum.*
6. *Lubeca Friderici Barbarossæ ætate primùm ad mare Balthicum florere cœpit Saxonibus incolis.*
7. *Lubeca auctoritate Friderici II. Imperatoris in libertatem se vindicavit.*

8. Quale testimonium Lubecæ perhibeat Albertus Crantzius? refertur.
9. Lubecenses suis armis profligato Danorum Rege, ejusq; exercitu fugato se in libertatem vindicarunt, quo nihil illustrius ad laudem Lubecensium dici poterit.
10. Lubecam expeditionibus maritimis celebrem fuisse ostenditur.
11. Lubeca primaria civitas Hansaticarum civitatum est, eaq; primum in consessu locum inter illas hodienum occupat.
12. Lubecæ Civitates Hansicæ Archivum suum habent.
13. Adducuntur de Lubeca versus egregii illustris Julii Cæsaris Scaligeri.
14. Multæ vicinæ urbes jure Lubecensi hodienum utuntur, sicuti potestas appellandi ad Senatum Lubecensem prætergresso superiore, Rostochiensibus, Stralsundensibus & Wismariensibus civibus competit.
15. Rostochienses hanc licentiam ex Ducis Alberti privilegio nacti fuêre, Stralsundenses eam titulo oneroso à Witzlao Rugiæ Principe acquisiverunt Anno 1314.
16. An Lubecenses Friderici Barbarossæ ætate legibus scriptis usi fuerint? disquiritur.
17. Quænam Wormatiæ civitatis Imperialis præeminentia, libertas ac dignitas?
18 In Comitiis Imperii hodie Lubeca & Wormatia alternis vicibus præeminentia Sessionis utuntur.

PRæcedenti Capite dictum fuit, Civitates Imperiales in Comitiis duo scamna obtinere, vulgò die Rheinische unnd Schwäbische Banck/ in Rhenano præcipuas esse Coloniam Agrippinam, & Aquisgranum itidem monuimus. Ratisbonensem Civitatem quod attinet, ut nihil nunc dicamus de privilegiis, & dignitate hujusce civitatis, constat eam jam ante aliquot secula sub Imperatoribus Germanicis florentissimam fuisse. Ratisbonam enim regiam urbem
1 appellat ætate Otthonis I. Widekindus Monachus Corbeiensis: eadem
2 postmodum cessit Ducibus, unde Norici Ducatus metropolis audiit ætate Friderici I. apud Ottonem Frisingensem *lib. 2. de gest. Frid. cap. 28.* ast illa ipsa urbi subducta est Ducatui eo tempore, quo Henricus Leo exsutus est omni potestate. Equidem, quod Sessionem Civitatis Ra-
3 tisbonensis concernit, constat, eandem in Suevico scamno, auf der Schwäbischen Banck primum locum occupare, quam deinde sequuntur Augusta, Norimberga, Ulma, ac reliquæ Sueviæ & Franconiæ civitates,

tes, Limnæus *tom. 3. de jur. public. lib. 9. cap. 1. n. 146. & 147. p. 82.* Ratisbonam planè jam antiquis temporibus primum in Suevico ſcamno 4
locum occupâſſe, teſtatur Chriſtophorus Lehmannus in Chronico der Freyen Reichsſtatt Speyer *lib. 4. cap. 5. p. m. 289.* qui tradit, ita obſervatum fuiſſe in Comitiis Wormatienſibus Anno 1495. addit notanter, wie von alters herkommmen.

Quod Lubecam ac Wormatiam attinet, conſtat, inter eas Civitates olim diſſidia ratione ſeſſionis fuiſſe, nec deſunt argumenta, quæ pro utriuſque civitatis dignitate adduci poſſunt. Lubecenſem enim civitatem, quis ignorat, caput & coronam Wagriæ in littore Balthico, 5
velut laudis angulum (quaſi Lobeck/ eine Ecke des lobs) ſive decus urbium in iſto littore & limitem Romani Imperii in Germania eſſe, teſte Ænea Sylvio, quæ civitas Friderici Barbaroſſæ ætate primùm ad mare 6
Balthicum florere cæpit Saxonibus incolis, ita ut mox caput ſuper omnes Saxonicas urbes extolleret:

Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Et licèt civitas iniquis irati Martis atque Vulcani caſibus labefactata, variaſque fortunæ ac Dominorum vices experta fuerit, tandem 7
tamen auctoritate Friderici II. Imperatoris in libertatem ſe vindicavit, libera Imperii civitas facta, quod ipſum latè expoſuit Albertus Crantzius *in Wandalia lib. 7. cap. 7.* ac quamvis Lubeca ab Imperatore pro 8
libera imperii civitate declarata, attamen Lubecenſes ſuis armis, profligato Danorum Rege, ejuſque exercitu fugato, nec non occupata & diruta Arce Lubecenſi, quæ tum à Danico milite tenebatur, ſe in libertatem vindicavit, quo nihil illuſtrius ad laudem Lubecenſium dici 9
poterit, proinde Albert. Crantzius *d. lib. 7. cap. 8. in pr.* in hæc verba erumpit: Hæc eſt illa Lubicanæ urbi gladio parta libertas. Exemit Imperator & excepit in participium Imperialium civitatum: ſed nulla arma exſeruit pro illorum libertate: Ipſi ſuis gladiis & vicinorum auxiliis libertatem ſibi à Danis pepererunt. *Hæc Crantzius d. l.* Poſtmodum licèt Rex Daniæ junctis cum Adolpho Comite Holſatiæ, copiis & viribus oppugnare Lubecam auſus fuerit, modò obſtruere tentans oſtia maris, modò catenis prohibere navigationem, fruſtra tamen laboravit, nec non operam & oleum perdidit. Porrò, expeditionibus maritimis celebrem hanc urbem olim fuiſſe, quis negabit? quæ enim illa non præſtitit adverſus potentisſimos Daniæ Reges, qua de re paſſim

lau-

laudatus Crantzius *lib. 7. Wandal.* passim, confer Aventin. *lib. 6. Chron.*
in fin. Gobelin. Person. *in Cosmo. dr. ætat. 6. cap. 60. pag. 228.* ex recen-
tioribus Jo. Angel. Werdehag. *part. 3. Rerumpubl. Hansat. cap. 12.* P.
Pert. *lib. 3. comm. rer-Germ. cap. 6. Rub Lubeca p. 593. & seqq.* aliosq;
ad dignitatem civitatis Lubecensis asserendam non parùm etiam face-
re videtur, quòd ea ipsa caput & primaria civitas reliquarum Hansati-
carum civitatum sit, eaque primum in consessu locum inter illas ho-
11 dienum occupet. Vid. Joachim. Hagemeierum *in Commentario de*
Fædere Civitatum cap. 4. ibi: In conventibus publicis hunc ordinem
observant perpetuò, ut prima sit Lubeca, commerciis in Septentrio-
ne nobilis. Vide eundem Hagemeierum *d. tr. cap. 7.* ubi de præro-
gativa Lubecensium in societate Hanseatica agit. Sané, cùm civitates
Ansaticæ in universum in quatuor Metropoles seu ordines, totidem
metropolitanis oppidis constitutis *Lubeca*, Colonia, Brunsuico, &
Dantisco, divisæ sint, omnium Principem locum & auctoritatem Lu-
beca sortita est, in originis memoriam: proxima dignitas Agrippinen-
sibus cessit, utpote quibus & jam ante fædus Hansicum, suum aliquod
fædus cum vicinis urbibus fuerit, adeoque unà cum sociis in Hansicam
12 societatem transierit. *Lubecæ* quoque civitates Hansicas Archivum
13 suum habere, notissimum est, Rutger. Ruland. *de Commissar. lib. 5. p. 2.*
cap. 4. De hac Lubecensi civitate, urbe splendida, magnifica, & quon-
dam mari potentissima admirabundus illustris Julius Cæsar Scaliger *in*
lib. de Urbibus ita canit:

Si referam: mihi quis credet? sub limina Mundi
Ultima legiferi jura vigere Dei.
Ingenium, candorem animi cultumq;, fidemq;,
Fortiaq; invicta pectora pura manu
Dum, mirata stupet terras Astræa relinquens
Atque putat cæli regna, resedit ibi.

Porrò, non obscurè dignitatem urbis Lubecensis arguit, quòd
multæ vicinæ urbes jure Lubecensi hodienum utantur, sicuti etiam po-
14 testas appellandi ad Senatum Lubecensem prætergresso superiore Rosto-
15 chiensibus, Stralsundensibus & Wismariensibus civibus competit. Ro-
stochienses eam licentiam ex Ducis Alberti privilegio nactos, refert
Cothman. *Respons. Academ. 47. num. 26.* Stralsundenses eam titulo
oneroso à Witzlao Rugio Principe acquisiverunt Anno 1314. sicut
ejus-

ejusdem tùm datum privilegium innuit, idémque transactione inter illustrissimos Pomeraniæ Principes & civitatem Anno 1504 initâ confirmatum est. Vide Davidem Mevium ICtum clarissim... *ad jus Lubecense in Prolegomenis, quæstione 2. n. 23. & 24.* Equidem, an Friderici Barbarossæ ætate Lubecenses legibus scriptis usi fuerint, meritò 16
dubitat Hermannus Conringius *de orig. juris Germanici cap. 28*, memorat quidem Arnoldus Abbas *lib 11. Chronici Sclavor. cap. XL.* quòd, cùm Cæsari urbs illa circa annum MCLXXX. dedita fuisset, priusquam Lubecenses civitatem eidem apperuissent, exiisse ad eum, ac rogâsse, ut libertatem civitatis, quam à Duce priùs traditam habuerant, obtinerent, & justitias, quas in privilegiis scriptis habebant, secundùm jura Sosatiæ, ipsius auctoritate & munificentia possiderent, ast quæ ista jura Sosatiæ, seu si mavis cum Conringio *d. l.* legere, Holsatiæ fuerint, non exponit, nec ex aliis Scriptoribus ejus ævi apparet, vide tamen Cyriacum Spangenbergium *lib. 11. Hist. Schaumburg. cap. 7.*

Quod Wormatiam attinet, constat eandem inter civitates Imperiales non postremam esse, quæ primò omnium antiquis Germaniæ 17
temporibus Ducibus paruit, demùm Episcopis concessa, unde liberam tandem Scriptores ejus ævi appellant, non quasi planè libera fuerit, sed quòd Episcopis subesset. Libertas enim tum temporis habita fuit, exemptum esse seculari, quod appellant, judicio, & Episcopi administrationi subesse, & verò de Wormatia hoc ipsum patet ex versiculis nonnullis Dithmari (qui ætate Henrici II vixit, illustri genere & dignitate Episcopali conspicuus) barbaris illis quidem, in testimonium tamen adduci heic aptissimis; ibi:

Urbs Wormatiensis gaudet temporibus istis
Libertate sua, cujus manebat in umbra
Hactenus, atque Ducum fuerat sub lege suorum
Burckard Antistes lætatur & inter heriles
Ex animo proceres, quòd non timet ampliùs hostes
Nunc ex contiguo, longè semotus ab illo
Aula Ducis, domini domus est, jam prædia Christi
Et Judices varios oleris nunc deprimit illos.
Hoc Rex Henricus fecit, pietate coruscus,
Hanc proprius solvens rebus, Christoq; remittens.
Annuit ista prius Ottho Dux, atque benignus

Mungre regali concessit abunde teneri:
Ex hoc latantes sint semper quique fideles.

Ex quibus versiculis Dithmari apparet, Wormatiam Henrici II. munere Episcopo cessisse, at eadem urbs vectigalium solvendorum in compluribus locis Germaniæ onere liberata est ab Henrico IV. ac aliis oneribus ab Henrico V. quibus alia quædam adjecit Fridericus Barbarossa, petente id Episcopo: quæ omnia legere licet in tabulis Friderici apud Lehmannum *lib. 4. c. 22.* non opus hoc loco plura de vetustate, auctoritate & privilegiis urbis Wormatiensis in medium afferre, cùm jam antea ea omnia annotaverit Limn. *de jur. publ. lib. 7. c. 56. n. 1. & seq.* istud inter omnes facilè constat, hanc urbem ob diætas, Comitia, & colloquia Imperialia, eo loci de controversiis Ecclesiasticis habita, celebrem esse, ut alia nunc omittamus.

Cæterùm, quod sessionem harum civitatum Imperialium, Lubecæ scilicet & Wormatiæ attinet, notissimum est, easdem hodie in Comitiis
18 Imperii, alternis vicibus præeminentia Sessionis uti, annotante Limnæo *tom. 2. jur. publ. lib. 4. cap. 9. n. 98.* idem tradunt Lehmannus *lib. 7. Chron. Spirens. cap. 12. n. 6.* Auctor deß außführlichen Berichts/ wie es auff Reichßtagen pfleget gehalten zu werden *cap. 8.* Goldastus *de Majoratu lib. 1. cap. ult. §. 13.* aliiq; , ac ita etiam in nupertimis & aliis Imperii Comitiis observatum fuisse constat.

CAPUT XXV.

De Præeminentia Civitatis Imperialis Augustæ Vindelicorum, nec non de controversia Sessionis inter liberas Imperii civitates Norimbergensem & Francofurtensem

SUMMARIA.

1. *Inter urbes Imperiales non postremum locum occupat Augusta Vindelicorum, quæ ocellus & sidus Germaniæ, ac caput Sueviæ.*
2. *Hæc urbs nomen ab Augusto Cæsare, militarem Coloniam eò deducente, accepit.*
3. *Eandem urbem Fridericus I. Imperator*

perator Nobilibus subtractam Imperio restituit.

4. *Quænam hujus urbis dignitas & præeminentia?*

5. *Inter Civitates Imperiales in scamno Suevico post Ratisbonensem civitatem præcipuam dignitatem & locum occupat Augusta Vindelicorum.*

6. *Proponitur ex Marquardo Frehero controversia sessionis Anno 1486. mota in electione Maximiliani Imperatoris inter civitates Imperiales liberas Norimbergensem & Franckefordensem.*

7. *Adducuntur rationes & argumenta pro civitate Franfurtensi.*

8. *Francofurdiæ eligendus Imperator Romanus.*

9. *Ante Auream Bullam Caroli IV. circa electionis locum variam observationem fuisse, neque hujus rei singularem locum destinatum fuisse, ex Scriptoribus Germanicis probatur.*

10. *Ante tempora Caroli IV. & promulgatam Auream Bullam quasdam electionis Francofurti factas fuisse, itidem ex scriptoribus Germanicis evincitur.*

11. *Quænam præeminentia civitatis Norimbergensis?*

12. *Norimbergensis Civitas in Suevico scamno locum suum inter Civitates Imperiales occupat.*

INter Urbes Imperiales non postremum locum occupat Augusta Vindelicorum, ocellus & sidus Germaniæ, caput & sedes Sueviæ 1
seu Vindeliciæ Rhetiæ, quę nomen ab Augusto Cęsare, militarem 2
Coloniam eò deducente, postqvam à Claudio Druso, Nerone, Germanico, in Romanorum potastatem reducta esset, accepit, mansitque in potestate Romanorum usque ad Annum Christi 538. quo Romani totâ Germaniâ expulsi sunt, donec Fridericus I. Imperator eam No- 3
bilibus subtractam Imperio restituit. Urbs splendida, magnifica, & opulentissimum emporium, Felix Fabri *lib. 1. histor. Suevor. cap. 12. pag. 102.* Cluver. *lib. 3. Introduct. in Geograph. cap. 10.* Crus. *in Paraleip. Ann. Suev. cap. 18.* Nicol. Reusner. *de Vrbib. Imp. in Augusta Vindelicor. 2 lib. 2.* De hujus urbis dignitate multa in medium afferri possent, nisi jam antea magnâ & absolutâ cum laude idipsum fecisset Marc. Velser. *in libris* 4
suis Rer August. Vindel. cujus scrinia non compilo. Hanc inclitam urbem inter Civitates Imperiales in Scamno Suevico post Ratisbonensem 5
Civitatem, præcipuam dignitatem & locum obtinere, notissimum est.

Ad alterum Capitis membrum ut transeamus, non minùs incelebris sese offert controversia sessionis inter civitates Imperiales libe-

6 tas, Norimbergenſem & Franckefordenſem, ratione ſeſſionis & loci honoratioris oborta in electione Maximiliani Imperatoris, quæ mota Anno 1486. Enarrat ex veterum monumentis hanc controverſiam Marquardus Freherus, vir in Rebus Germanicis ferè incomparabilis *tom. 3. Germanicar. Rer. ſcriptor. p. m. 34.* agens de ordine ſedentium in prandio, cujus verba digna ſunt, ut ſubjiciantur: In ſiniſtro latere, *ait*, Dominus ArchiEpiſcopus Moguntinenſis primo loco in ſua propria menſa, cum ſua credentia ſedebat. Secundo loco Erneſtus Dux Saxoniæ, Princeps Elector ſolus etiam ſedebat in ſua menſa. Poſt hos pro Marchione de Brandenburg erat menſa parata, quæ erat vacua propter abſentiam ſuam. Deinde Albertus Dux Saxoniæ, Dux Clevenſis, Caſparus Dux Bavariæ, Dux Guliacenſis, & quidam Orator Comitis de Wirtemberg ſedebant. Quintò loco, Conſules civitatis Franckofurdenſis. Sexto loco Conſules civitatis Norimbergenſis. Hic diſſenſio facta eſt. Norimbergenſes Marſchalcum Regis acceſſerunt, cur Franckenfordenſes ſuper eos locum haberent. Qui reſpondit, ſic fere ordinatum in ſuo regiſtro. Sed non contenti Regem acceſſerunt, qui piè reſpondit: Quoniam in Franckfordia electi ſumus in Regem, ideò modò locum eorum ſic habere debent: alio tempore de ſeſſionibus & locis cogitemus. *Hactenus Freherus d. l.* Ex quibus Freheri verbis liquet, (1.) *Franckenfordenſem* civitatem ſuperiorem locum præ Norimbergenſibus occupâſſe, & (2.) *non errore* ita locatos fuiſſe Francofurdenſes, argumento eſt, quòd Marſchalcus Regis diſertè aſſerat, ita ordinatum fuiſſe in ſuo Regiſtro, ut habent verba Freheri. Accedit (3.) *ſententia* ipſius Regis Romanorum, Franckofurdenſes, qui in poſſeſſione honoratioris loci confirmati fuêre, cùm enim Norimbergenſes hac
7 Marſchalci reſponſione non contenti Regem ipſum interpellarent, *Rex* clarè reſpondit: Francofordenſes hunc locum ita tenere debere, quæ omnia & ſingula Francofordenſium cauſam in poſſeſſorio non parùm juvant. An verò ratio illa ſufficiens ſit, quam Rex dedit, ibi: Quoniam in Francofurdia electi ſumus in Regem, ideo modò locum eorum ſic habere debere, altioris indaginis eſt, etenim; An electio ſola celebrata in aliquo loco, eidem ejuſmodi dignitatem ac præcedentiam
8 tribuere præ aliis poſſit, dubito. Equidem Francofordiæ eligendum Imperatorem Romanum notiſſimum eſt, ac patet ex *cap. 25. §. invenimus A. B. Caroli IV.* ibi: Ut Regis Romani Imperatoris futuri in civi-

tate Francofordia celebretur electio. Confer *cap 1. d. A. B.* ibi : in civitate Franckfort sępe dicta conveniant electuri Regem Romanorum in Cæsarem promovendum. Sanè, ante Auream Bullam Caroli IV. circa electionis locum variam observationem fuisse, neque huic rei singularem locum destinatum, eruditè demonstravit Arumæus *in Commentario de Comitiis Romano-Germanici Imperii cap. 5. n. 11.* 9
planè alio atq; alio loco electiones Imperatorum peractas fuisse, ex historicis constat. Ita Ottho II. Wormatiæ Rex electus fuit, attestante Reginonis Continuatore, vel ut alii tradunt Aquisgrani, Cuspiniani *in vita Otthonis II.* Henricus III. itidem Aquisgrani, Crantz. *lib. 4. cap. 10. Metropol.* Henricus V. Wormatiæ, Frisingens. *lib. 1. cap. 40.* Lotharius II. Moguntiæ, Ottho Frisingensis *lib 7. cap. 17.* Conradus Suevus Constantiæ, Frisingens. *lib. 1. cap. 2. de Reb. gest. Frider. Imp.* electi fuère, ut nihil nunc de Ferdinando Coloniæ in Regem Romanorum electo, Sleidan, *lib. 7. de Stat. Relig.* & Rudolpho II. Ratisbonæ in Comitiis electo, Thuanus *lib. 60.* dicamus Negari tamen non poterit, etiam ante tempora Caroli IV. & promulgatam Auream Bullam, quasdam electiones Francofurti factas fuisse, Francofurti enim electi fuère, Arnol- 10
phus, Sebast. Munster. *lib. 3. in German.* Fridericus I. , Ottho Frinsingensis *lib. 2. de Reb. gest. Friderici cap. 1.* Rudolphus I. Mart. Crusius *part. 7. lib 5. Annal. Suev. cap. 1* Albertus I. Cuspinianus *in vita Alberti.* Post A. B. subseqnentes Imperatores ferè omnes Francofurti electi fuère, ita Wenceslaus Caroli IV. filius Francofurti, Cuspinian *in Wenceslao,* nec non Robertus Palatinus, Cuspin. *in Roberto.* Sigismundus, Paralip. ad Abbat. Vrspergens. *in Sigismundo.* Albertus II. Crantz. *lib. 11. cap. 21. in Saxon.* Fridericus III. Crantz. *d. lib. 11 cap. 20.* Maximilianus I. Mart. Crusius *part. 3. lib 8. Annal. Suevicor. cap. 20.* & Carolus V. Sleidan. *lib. 1. de Stat. Relig.* itidem Francofurti electi fuère, ut recentiora exempla prætereamus.

Sed ut ad pr ora redeamus, itidem constat, antiquis temporibus Francofurtum civitatem non incelebrem extitisse, quam Regino Abbas Prumiensis *in Chronico Anni DLXXVI.* Orientalis Regni principalem sedem appellat, & non inelegante de ea Poëta canit:

Dives opum. mundi μικρόκοσμος , Martia muris.
Germania Aonidum, filia Mercurii.

Et clara emporio, & rerum penuria cella est.
Vrbs à Francorum sic vocitata vado,
Cui nil Dii Superi, cui nil natura negavit,
Nam si quæ desunt, nec sibi mundus habet.

Cæterùm, si contrà jam dignitatem inclitæ, splendidæ ac potentis civitatis Imperialis Norimbergensis, ejusque præeminentiam, à prima
11 ejus origine arcessere & evincere vellem, tempus me citiùs, quàm oratio deficeret, quæ enim vel potentia, vel forma Reipublicæ optime constitutæ, vel præstantiâ legum huic civitati similis? Vide Nicol. Reusn. *lib. 2. de urb. Imp. in Norimberga 3. pag. 122.* P. Bertium *lib. 3. Com. rer. Germ. cap. 6. Rubr. Norimberga pag. m. 633.* & de privilegiis hujus civi-
12 tatis Limnæum *lib. 7. de jur. publ. cap. 35. n. 1. & seqq.* alioquin constat, Norimbergensem civitatem in Suevico scamno locum suum inter civitates Imperiales occupare. Idem Limnæus *tom 3. de jur. publ. lib. 9. cap. 1. n. 146. & 147. p. m. 32.*

CAPUT. XXV.

De Præeminentia Civitatis Imperialis Argentinæ, aliarúmque Imperii Civitatum.

SUMMARIA.

1. *Argentina propugnaculum quoddam, ac armamentarium universæ Germaniæ dicitur.*
2. *Eadem tutissima omnium Germaniæ Vrbium dicta.*
3. *Argentina olim Episcopatu claruit, qui inter cæteros tractus Rhenani nobilissimus.*
4. *Hac Civitas Argentinensis hoc peculiare habet, quod ut aliæ civitates Imperiales homagium Imperatori non præstet.*
5. *Argentina inter alia hoc præcipui habet, quod eius vexillum Imperii vexillo sit proximius.*
6. *Argentina caput Ducatus Alsatiæ appellata à Dithmaro.*
7. *Ab Henrico II. Imperatore eadem civitas donata Episcopo Argentinensi.*
8. *Argentina in scamno Rhenano post Coloniam & Aquisgranum proximum*

ximum locum occupat.

9. *Inter Civitates Imperiales eminet Spira, penè ab omnibus Imperatoribus privilegiis dotata, eorumq; mausoleis tumulisq; clara, ac ob supremum Imperii tribunal sancta.*

10. *Quibus privilegiis Spira ornata ab Henrico V. Friderico I. aliisque Imperatoribus.*

11. *Spira unde nomen sortita? ex Davide Chytraeo proponitur.*

ARgentinam celeberrimam Imperii civitatem esse, nemini non 1
constat, quam propugnaculum quoddam, ac armamentarium universæ Germaniæ, appellat Reusner. *de Vrbib. Imperial. lib. 1. in Argentorato 3.* ac tutissimam omnium Germaniæ urbium, di- 2
cit Jo. Ant Magin *part. 2. Geograph. Rubr. Germania magnā descriptio 7. tit. Alsatia pag. 7. 8. 9. in fin. cum seqq.* quæ olim Episcopatu claruit,
qui inter cæteros tractus Rhenani nobilissimus dicitur, Lehman. *lib. 1.* 3
Chronic. Spirens. cap. 28. p. m. 47. ubi ex Bruschio refert, daß Costantz das gröseste Bistumb wehre (sintemahl eß 1800. Pfarren / unnd 400. Klöster zu begriff haben solle) Basel das lustigste / Straßburg das edelste / Speyer das heiligste oder andächtigste / Wormbß das ärmbste / Maynß das würdigste. (weil es nach Rom der heilige stuel zu Maynß vom Papst Gregorio dem dritten genandt) Trier das Elteste / Cöln das Rejchste. Habet verò hæc splendida civitas inter hoc peculiare, quòd, ut aliæ ci- 4
vitates Imperiales homagium Imperatori non præstet, die Statt Straßburg ist also frey / daß man in keinen Schrifften findet / daß von den zeiten Othonis des dritten / alß man zehlt von der geburt Christi 1001. Jahr / die Statt Straßburg einem Römischen Keyser oder Könige jemahls geschworen habe / sondern eines solchen durch ihre frombkeit / treue / und glauben bißhero gnädiglich erlassen / für allen anderen Stätten des Reichs / welche alle solche pflicht und huldigung gethan haben. Porró inter alia scamna 5
libertatis jura & privilegia hoc quoque præcipui, magnifica & splendida hæc civitas Argentina habet, quòd ejus vexillum Imperii vexillo sit proximius, nam dum quotannis ibidem potiora civitatis privilegia in memoriam prælegendo revocantur, inter alia hæc habentur: Daß sie (die Statt Straßburg) macht und gewalt habe / in allen des Römischen Reichs Romzugen und heerFahrthen auß und ein ihr offen Panier hart bey und neben des Reichs Adler zuführen: und besonders im zug wieder die Böhmen / ward der Statt Straßburg Panier im anzog das forderste / und

im

im abzug das letzt / und wie wol Keyser Friederich der dritte / alß er umb die Keyserliche Cron zu Rom einziehen wolte / alle Panier vor der Statt abzuthun gebothe / dessen sich die gesandten von Straßburg nicht dorfften wiedern / dieweil das Fähnlein der Ritterschafft S. Georgen Schilt auch abgethan ward ; damit des Reichs Panier den Romern zugefallen allein zu Rom eingeführt wurde : So bald man aber zu Rom wieder auffbrach / ward der Statt Panier / mit S. Georgen Fähnlein wiederumb auffgethan / und also durch Italiam und Lombardi wiedrumb außgeführet. Alß auch in des heyligen Reichs Heerzügen / deß Reichs Panier von des Reichs Hauptman den freyen Stätten zuführen befohlen ward / unnd nicht dem Adel / hat die Statt jeund je dasselbe zum ersten zuführen empfangen / darnach die andere Stätte / die einen Tag umb den andern das geführet / biß es wieder an die Straßburger kommmen ist. Silvester zum Arenthal in Iconismo Aquilæ *Rom. Collation. XII. p. 223. & seqq.* Eryc. Beringer *in Resp. Jur.* An Imperatoris electio ex gente saltem germanica fieri de-
6 beat ? *p. 60. & 61.* Ex hisce non obscurè de præeminentia civitatis Argentinensis dijudicare licet, quam & antiquis temporibus non in-
7 celebrem fuisse constat, eandem caput Ducatus Alsatiæ appellat Dithmarus *lib. 5.* idque sub Hermanno Duce paulò ante donationem Strasburgi ab Henrico II. Imperatore Episcopo Argentinensi factam, prout scribit Guillimannus *lib. de Episcopis Argentinens. cap. 2.* quamvis ex ta-
8 bulis istis, quas affert Guillimannus *d. l.* nihil aliud Episcopo datum probetur: quàm Monasterium S. Stephani, in cujus ditione oppidum fuisse, perperam disputat Idem *cap. 4.* Quod sessionem ejusdem attinet, constat, eandem in scamno Rhenano post Coloniam & Aquisgranum proximum locum occupare.

Porrò, inter civitates Imperiales eminet Spira, ad Rhenum fluvium sita, penè ab omnibus Impp. privilegiis dotata, eorumq; mau-
9 seolis tumulisque clara, ac ob supremum Imperii tribunal sancta. Nicol. Reusn. *de Urbib. Imp. lib. 1. Rub. Spira 6.* quæ Episcopo subdita per Othones, ab Henrico V. liberata est pluribus oneribus fiscalibus, ceu liquet ex tabulis, quas recitat Lehmannus *l. 4. c. 22.* confirmavit eadem
10 nonnullis adjectis Fridericus I. quas tabulas refert idem Lehmannus *lib. 5. c. 64.* Idem Henricus V concessit Spirensibus facultatem eligen-
11 di duodecim viros ex suo ordine Reipublicæ administrandæ, quæ omnia & singula privilegia legere licet apud Lehmannum *in Chron.*

Spirens.

Spirens. passim, adde Limnæum *de jur. publ. lib. 7. cap. 46. n. 1. & seqq.* non prætereundum hoc loco, quod à quibusdam notatum, Spiræ primum mentionem fecisse Guntherum & Ottonem Frisingensem *lib. 7. c. 16.* nam priscos Scriptores Spirenses Nemetos dixisse, ex Cæsare *lib. 1. de bell. Gallic.* Marcelli n. *lib. 16.* Plinio, Tacito, aliisve probare conatur Irenic *lib. 12. Germ. Exeg invoc. Spira pag. 418.* De nomine Spiræ hæc scribit David Chytræus in Oratione de Regione Greichgæa. Est urbis Spiræ nomen, *ait*, græcum. Nam σπεῖρα significat cohortem. Fuit enim locus castrorum, & sedes prætorii seu aulæ Constantii Imperatoris, cùm adversus Alemannos bella in iis locis gereret. Exstat etiam Spiræ vetus monumentum Constantii, insculptum in lapide portæ Wormatiensis: ex quo apparet, Constantium vel conditorem fuisse Spiræ, vel certè crebrò istic commoratum esse. *Hactenus Chytræus d. l.* Prætereo heic alias civitates Imperiales, quæ tractu temporis sese in libertatem vindicârunt, de quarum privilegiis, juribus & immunitatibus ut heic ageremus, paulò alienum ab instituto nostro esset, & labor procul dubio supervacaneus, cùm hoc ipsum argumenti genus à multis præclaris viris, magna cum laude & satis prolixè expositum sit, quò lectorem remitto.

CAPUT XVII.

De Sessione ac Dignitate Civitatis Imperialis Bremensis, nec non controversiis ratione Sessionis inter ipsam & civitatem Imperialem Northusium aliásque obortis.

SUMMARIA.

1. *Quænam præeminentia civitatis Imperialis Bremensis sit? exponitur.*
2. *Potentia Civitatis Bremensis olim maxima fuit, & quasnam expe-*

ditiones navales eadem feliciter susceperit.
3. *Riga urbs à Bremensibus condita, quæ velut Bremensis Colonia ejus*

Civitatis suscepit insignia.

4. *Brema ætate Adami Bremensis à negotiatoribus ex omni parte terrarum mercibus frequentata, & expeditionibus navalibus celebris fuit.*

5. *Refellitur opinio Marci Zuerii Boxhornii.*

6. *Notatus error ejusdem Boxhornii, insignem victoriam de Normannis partam Hollandis adscribentis, quæ potius Frisiis Orientalibus tribuenda.*

7. *Labitur idem Boxhornius, dum in expeditione Gothofredi Bullionii scribit ivisse Comites Hollandos.*

8. *Quibus privilegiis eadem civitas Bremensis ab Imperatoribus ornata. inter quæ antiquitate locum meretur privilegium Caroli Magni, à quo Episcopatus Bremensis fundatus.*

9. *Privilegium Caroli Magni à quibus postmodum Imperatoribus confirmatum fuerit? exponitur.*

10. *Hamburgum licèt ratione loci honoratioris Bremæ quondam controversiam moverit, attamen An. 1374. primas in cætu & conventu cæterarum urbium, quæ Lubecæ erant, Bremenses obtinuerunt.*

11. *Evincitur argumentis civitatē Bremensem liberam Imperii Civitatem, & jam olim variis Imperii matriculis inscriptam fuisse.*

12. *Quid ipsi Imperatori Ferdinando III. felicis recordationis de libertate urbis Bremensis visum fuerit, refertur.*

13. *An Civitas Bremensis jam ab antiquis temporibus libera Imperii Civitas fuerit? disquiritur.*

14. *An Homagium à civitate Bremensi præstitum quicquam præjudicii ejusdem libertati afferat.*

15. *Homagium simpliciter & absolutè non est fundamentum der Landes Fürstlichen Obrigkeit.*

16. *Exempla & præjudicia aliarum liberarū Imperii Civitatum adducuntur, quæ homagium Archiepiscopis & Episcopis præstant, & nihilominus immediatè Imperio subjectæ manent.*

17. *Quemnam locum & Sessionem hodie in Comitiis Imperii occupet Civitas Imperialis Bremensis, latè deducitur.*

LOcus postulat, ut hic nonnihil dicamus de præeminentia, dignitate, & sessione Imperialis civitatis Bremensis, quæ enim in hoc tractu inferioris Saxoniæ huic civitati conferri poterit? si ex veteris ævi monumentis paulò altiùs ejus originem & dignitatem arcessere animus est. V. d. *P. Cluver. in German. antiqu. lib. 3. cap. 18. fol. 74.* Munster. *lib. 3. Cosmograph. cap. 413.* Mercat. *in Athlant. tab. Westphal. 1* Bertius *in Comm. German. Magnæ p. 106.* Quod si potentiam veterem, expeditiones terra marive feliciter susceptas, fidelitatem Impe-

Imperio præstitam, aliásque prærogativas consideres, facilè apparebit, hanc civitatem longo intervallo reliquas post se relinquere. Equidem in Saxonibus Bremæ potentiam satis indicant tres navales expeditiones, ab eadem susceptæ, quarum altera in Palæstinam. Uti patet ex privilegio Henric. V. Imp. Bremens. concesso anno 1111. altera in Lusitaniam circa annum 1141. victoriâ ereptæ Saracenis Vlysiponæ nobi- 2
lis. Vid. Helmold. *lib. 1 Chron. Sclavon. cap. 62.* Crantzius *lib. 4. Vandal. cap. 2.* tertia iterum in Palæstinam circa Annum 1189. facta, quo tempore Bremensium laudabili exemplo, peregrinantium ægrorum suscepta cura, Teutonico Equitum, qui appellatur, ordini initium dedit. Vid. Abb. Stadens. *in Chron. Anno 1190* Crantz. *lib. 7. Metropol. cap. 13. & lib. 6 cap. 29.* Id. *lib. 6. Vandal. cap. 28.* Petersen *in Chron. Holsat. part. 2. fol. 58.* Munster. *lib. 3. Cosmograph. cap. 491.* Ab iisdem Bremensibus 3
navigatum tunc per Oresundam in Livoniam: quinimo & colonia ci- 4
vium Bremensium eò traductâ, pactâque cum Livonis amicitiâ, & Riga urbs condi, & Christiana religio barbaris coli cœpit circa Annum 1160, Vide Erpold. Lindenbruch *in histor. Archiepisc. Bremens.* de Hartwico II. in anno Domini 1197. *p. 65.* unde & urbs Riga velut Bremensis Colonia, ejusquoque civitatis suscepit insignia, Auctor *Chron. Bremens. p. 76.* Balthasar Rusouen *Chronicon Livon part. 1. fol. 3.* De ipsa Brema testatur Adamus Bremensis *c. 183.* eam à negotiatoribus ex omni parte terrarum mercibus frequentatam, idemq; eam expeditionibus navalibus celebrem fuisse tradit, etiam iis temporibus, quibus de Batavorum nauticis studiis ne quidquam legeris, memorat quidem Adamus Bremensis *cap. 247.* Henrici III. Cæsaris temporibus Frisios nonnullos instructo navigio Orcades Islandiamque lustrasse, ast de Hollandis idipsum accipi non poterit, nec præterit me, Marcum Zuerium Boxhornium in Apologia, quam pro navigationibus Hollandorum edidit, Frisiorum 5
nomine Hollandos ibidem intelligere. Verùm enimverò, rectiùs & probabiliùs ex ipso Adamo Bremensi *d. l.* contrarium colligi, non obscurè poterit, scribit enim Adamus Bremensis eosdem reduces statim Archiepiscopum Bremensem convenisse, & sancto Willehado reversionis & salutis suæ hostias, sunt verba Adami Bremensis, immolasse. Ast verosimile est Hollandos aut Westfrisios Trajectinum potiùs E- 6
piscopum petiisse. votis S Willebrordo solutis: utpote cum Willebrordus Westfrisiis, Willehadus Ostfrisiis patrocinari præcipuè creditum

ſit, malè Idem Boxhornius inſignem victoriam de Normannis partam
Hollandis adſcrib.t, quæ potiùs Friſiis Orientalibus tribuenda, ſcribit
enim Adamus *cap. 33* fide Bononis Corbeienſis appuliſſe Normannos
ad Friſiæ quendam pagum in remotis ac mari magno vicinis locis ſitum
Nordwide dictum, ibique præſente S. Remberto Epiſcopo Bremenſi
cæſa â Friſiis fuiſſe hoſtium decem millia trecentos ſeptuaginta ſeptem,
rectè verò incomparabilis H, Conringius obſervavit, minùs fideliter
contra fidem exemplarium pro Nordwide Boxhornium ſubſtituiſſe Nord-
wicum, ſignificari enim hic Nordam Friſiorum Orientalium oppidum
abundè apparet ex ſcriptore anonymo hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bre-
menſium, quem edidit clariſſimus Erpoldus Lindenbrogius, ubi in vita
S. Remberti diſertè legitur vox Norden, quem pagum Bremenſis diecæ-
ſeos jam olim fuiſſe patet ex Scholiis antiquis ad Adamũ Bremenſe, quod
7 expeditionem Gothofridi Bullionii in Palæſtinam attinet, labitur itidem
Boxhornius, dum ſcribit iviſſe Gothofredo comites Hollandos, etenim
conſtat illum terreſtri itinere in Palæſtinam iviſſe, non claſſe maritimâ.
Vt nihil nunc dicamus de Bremenſium expeditionibus terreſtribus, con-
ſtat hanc urbem fideliſſimam ſemper Imperio Rom Germanico fuiſſe,
unde inſignibus ejuſmodi privilegiis ab Imperatoribus Germanicis or-
8 nata, inter quæ primum antiquitate locum meretur privilegium Caroli
Magni, à quo Epiſcopatus Bremenſis fundatus, prout ipſum Caroli M.
diploma, quo Epiſcopatum Bremenſem inſtituit, abundè teſtatur, quod
Albertus Crantzius in Metropoli *lib. 1. cap 7.* ac Saxonia recitat, de-
dum autem hiſtoriæ ſuæ inſeruerat Adamus Bremenſis *cap. 9.* & poſt
hunc Albertus Stadenſis, vide Crantz *in Metropol. lib 1 cap. 7. & 8.*
Hoc Caroli M. privilegium Fridericum I. Imp. anno 1186. confirmâſſe
9 notisſimum eſt, auxit deinde Idem adjectus novis capitib s Henricus V.
cujus privilegii contenta poſtmodum confirmarunt Wilhelmus Impe-
rator Antwerpiæ 4. Cal. Octob. A. C. 1252. Wenceſlaus Pragæ 4.
Martii A. C. 1396 glorioſisſimus Jmpeaator Carolus V. Anno Chriſti
1541. 20. Julii & poſtremò felicis recordationis Imp. Ferdinandus III.
An. Ch. 1637. Ex prædictis de præeminentia & dignitate hujus civi-
tatis præ aliis, non obſcurè dijudicare licet. Et licet Hamburgum ra-
tione loci honoratioris Bremæ quondam controverſiam moverit, man-
10 ſit tamen civitati Bremenſi ſua dignitas. Sane Anno 1374. nata fuit
contentio inter Senatores Bremæ & Hamburgi civitatum de prioratu &

ordine

ordine in conventibus publicis asservando. Hamburgenses allegarunt pro se antiquitatem, & quod primi Archiepiscopatus honorem accepissent: Bremenses contra non quid olim fuissent, sed quid hodie essent, intuendum esse contendebant, ast memorat Crantzius *lib. 10. Metropol. cap. 16.* primas in cætu & conventu cæterarum urbium, quæ cum Lubecæ erant, Bremenses obtinuisse. Sanè civitatem Bremensem, hodie civitatem Imperialem esse, ac sessionem ac votum in Comitiis Imperii, prout reliquæ civitatés Imperiales, habere in confesso est, quinimo jam 10
olim variis Imperii matriculis, in quibus Status Imperii exprimuntur, inscripta reperitur, prout patet ex confectis Anno 1431. 1467. Lehm. *in Chron Spirens. lib. 4. c. 5. 291. 1471.* Lehm. *lib. 7. c. 112. p. 973.* & ante hac ad Comitia fuit vocata, & in senatu civitatum Imperii ibidem sessionem & votum habuit, prout etiam cum aliis Statibus Imperii An. 1532. Pacificationi Religionis Norimbergæ subscripsit Hortleder, von den Ursachen des Teutschen Kriegeß *lib. 1. cap. 10. p. 69.* Quid ipsi Imperatori Ferdinando III. felicis recordationis hac de re visum fuerit, cognoscere licet tam ex literis, quibus Anno 1645. die 9. Septembr Bre- 11
mam ad tractatus Pacis Monasterium & Osnabrugas, ut statum Imperii vocavit: quâm ex diplomate declaratorio & confirmatorio status civitatis Bremensis immediati & separati ab Archiepiscopatu, nunc Ducatu Bremensi, de dato Linß d. 1. Junii 1646. quod ipsum diploma heic subjicere operæ pretium esse ducimus, cujus verba sequentia sunt.

Wir Ferdinand der dritte von Gottes gnaden/ erwehlter Römischer Keyser/ zu allen zeiten mehrer des Reichs/ in Germanien/ zu Hungarn/ Böheimb/ Dalmatien/ Croatien/ und Schlavonien &c. König/ Ertzhertzog zu Oesterreich/ Hertzog zu Burgund/ zu Brabant/ zu Steyr/ zu Kärnten/ zu Crain/ zu Lützenburg/ zu Würtenberg/ Ober und Nieder Schlesien/ Fürst zu Schwaben/ Marggraff des Heil. Röm. Reichs/ zu Burgund/ zu Mähren/ Ober und Nieder Laußnitz gefürsteter Graff zu Habßburg/ zu Tyroll/ zu Pfiert/ zu Kyburg und zu Görtz/ und LandGraff in Elsaß/ Herr auf der Windischen Marck/ zu Portenau und zu Salintz &c. Bekennen hiemit für unß/ unsere Nachkommen am Reich unnd Männiglichen: alß unsere und des Heil. Röm. Reichs Statt Bremen/ eine zeithero wegen ihreß angezogenen und führenden ohnmittelbahren Standß allerhand anfechtung gehabt/ und für eine mittelbahre Municipal, und dem Ertzstifft Bremen untergehörige Land statt außgeben/ und daher/ daß Wir

Sie zum Reichstag beschrieben/ geahndet/ und wieder sie gebeten werden wollen/ darwieder aber Burgemeister und Rath derselben/ so wohl neben denenselben/ und pro interesse Imperii, unser Reichs Hof Fiscal, der Statt Gerechtsame/ unnd ohnmittelbahren Reichsstand behauptet/ auch folgends nach dem diese pro Brema eingebrachte Notturfft dem Inhaber deß Ertzstiffts communiciret, und Terminus zur gegenhandlung angesetzet/ aber nichts der gebühr darwieder eingebracht worden, zu verschiedenen mahlen contumaciam accusiret, die Sache für beschlossen/ anzunehmen/ und definitivè zuerkennen gebeten: daß wir dann darauff unß von unserm Reichshoff Rath/ nicht allein auß denen hinc inde übergegebenen Schrifften/ volkömlich referiren, sondern auch/ waß sonsten von der gemeldten Statt jure unnd statu, bey unser Keyserlichen Reichs Cantzley für Nachricht verhanden/ fleisigst nachsuchen/ und auch hiervon unß gehorsambst berichten lassen; Ab welchem allem ohnfehlbahr befunden/ daß die Statt Bremen/ von uhralten zeiten hero/ deß Heil. Röm. Reichs ohnmittelbare Freye Reichsstatt gewesen/ und also uns und dem Heil. Reich allein und ohnmittelbahr untergehörig ist; Gestalt wir sie dann hiermit dafür nochmahlß declariret, und erkand/ auch in solcher qualität in unsern Keyserl. Schutz und Schirm genommen/ auch krafft dieß Keyserl. erklärt haben wollen/ daß von Uns unnd unsern Nachkommen am Reich Bürgermeistere und Raht dieser unser und des Heiligen Reichsstatt Bremen/ allemahl zu künfftigen Reichstagen/ gleich andern Freyen Reichsstätten/ beschrieben/ in possessione Sessionis & voti in Imperio gelassen/ die Reichs-Anlagen und Gebühr (wo zu sie sich denen alten Reichs Matriculn und ferneren erfolgten determination nach/ gehorsambst erbotten) von ihrer Burgerschafft und Einwohnern/ und hergebrachten Statt Intraden/ auch auß andern ihrem district und Gebiet/ Aemptern/ Gerichten/ unnd Goh-Gräffschafften (als die/ und darin befindliche unterthanen unnd Güter billig allein der Statt/ als ohngezweifelter Obrigkeit/ folgen/ und darvon collectiret werden/ allermassen wie andere ohnmittelbahre Reichsstände auß ihren Einkunfften und von ihren Untersassen/ ihre Gebührnus ein- und abtragen) durch sie auffgebracht und abgestattet/ auch bey diesen und allen anderen Ihren herbrachten Recht/ und Gerechtigkeiten/ Privilegien/ und Freyheiten/ zu allen Zeiten Keyserlig und kräfftigst geschützet und gehandhabet werden sollen/ gebieten darauff allen und jeden Churfürsten/ Fürsten/ Geistlichen und Weltlichen/ Prælaten/ Graffen/ Freyen Herzen/

Rittern

Rittern/ Knechten/ Landvögten/ Hauptleuten/ Vitzdomyen/ Vogten/ Pflegern/ Verweesern/ Ambtleuten/ Land-Richtern/ Schultheissen/ Burgemeistern/ Richtern/ Rähten/ Bürgern/ Gemeinden/ und sonsten allen andern Unsern und des Reichs Unterthanen und getreuen/ was Würden/ Stands oder Wesens die sind/ ernstlich unnd festiglich/ mit diesem Brieff/ und wollen/ daß sie mehrermeldte unsere und deß Heil. Reichsstatt Bremen obgehörter masen/ nuhn hinführo ewiglich/ für eine deß Heil. Röm. Reichs ohnmittelbahre Freye Reichsstatt erkennen/ ehren/ achten/ unnd halten/ Sie gleich andern Freyen Reichsstätten/ aller ihrer herbrachten Recht und gerechtigkeiten/ Privilegien und Freyheiten; freuen/ geniesen/ und gebrauchen/ insonderheit aber auf künfftigen Reichstagen in possessione Sessionis & voti in Imperio geruhiglichen bleiben lassen/ unnd an solchem allen nicht hindern/ irren/ beschweren/ und anfechten/ noch das jemandts andern zuthun gestatten sollen/ in kein Weiß noch Wege/ alß lieb einem jeden seye Unsere und deß Reichs schwere Ungnad und straffe/ und dazu ein Poen/ nemblich ein hundert Marck lötigß Goldß/ zuvermeiden/ die ein jeder/ so offt er freventlich hiewieder thäte/ Unß halb in Unser und des Reichs Kammer/ und den andern halben theil/ offtgedachter unser und deß Heil. Reichs Statt Bremen/ uhnnachläßlich zubezahlen verfallen seyn sollen/ mit uhrkund dieses Brieffes/ besiegelt mit Unserm Keyserl. anhangendem Insiegel/ der gegeben ist auf unserm Schloß zu Lintz/ den ersten Monats Tag Junii; nach Christi unsers lieben Herrn und Seligmachers geburt/ Im Sechßzehenhundert/ Sechß und Viertzigsten/ unserer Reiche/ deß Römischen im Zehenden/ deß Hungarischen im Ein und Zwantzigsten/ und deß Boheimbschen im Neunzehenden Jahre.

Ferdinand Vt

Ferdinand Graff Kurtz
Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ
Majestatis proprium.

L. S. Johan Soldner

Hactenus verba Diplomatis Declaratorii Cæsarei. Postmodum insequenti Anno 648. Civitati Bremensi, ejusque territorio præsens suus

sta-

ſtatus, libertas, jura, & privilegia in Eccleſiaſticis & Politicis confirmata fuit in Inſtrumento Pacis Oſnabrug. de Anno 1648. artic. 10. verſic. Civitati verò Bremenſi. Et licèt ea, quæ in d. artic. 10. de immediatè & libertate Imperialis civitatis Bremenſis habentur ad petitionem Dn. Plenipotentiariorum Suecicorum paulò generalioribus verbis concepta,
12 attamen hæc ipſa nihil præjudicii afferre veritati, conſtat ex Copia Atteſtati Dominorum Plenipotentiariorum Cæſareorum de die 18. Februarii An. 1647. ſuper conventione cum Dominis Plenipotentiariis Suecicis, de non impugnando Statum civitatis Bremenſis immediatum, nec præjudicando modo adducto Diplomati Cæſareo, per formulam articuli de civitate Bremenſi, verbis generalioribus tunc temporis conceptam. Vtut verò Plenipotentiarius Suecicus Johannes Adlerus Salvius, cùm jam obſignandum eſſet Inſtrumentum Pacis Cæſareo Suedici d. 6. Septemb. Anno 1648. Declarationem quandam ſuper Legationis Suedicæ intellectu verborum articuli de civitate Bremenſi Inſtrumento inſerti in ſcriptis exhibuerit, & Atteſtatum quoddam relatæ talis Declarationis ad Protocolla in forma præſcripta & exhibita deſideraverit, attamen atteſtatum ejuſmodi citra præjudicium libertatis civitatis Imperialis Bremenſis, ejuſque jurium ratione territorii & ſubditorum in urbe, Pagis, Præfecturis, urbi vicinis aut remotis, datum fuiſſe patet ex Copia Atteſtati Cancellariæ Electoralis Moguntinæ, contra novam Declarationem Domini Plenipotentiarii Suecici, Johannis Adleri Salvii, eidem Atteſtato inſertam, de die 16. Octob. Anno 1648. quinimo & ipſa Declaratio verborum Articuli de civitate Bremenſi Inſtrumento pacis inſerti, tantum abeſt, ut libertatem civitatis Bremenſis, ac jus territoriale impugnet, ut confirmet potiùs ac aſſerat. Sanè fuit civitas Imperialis Bremenſis hactenus in poſſeſſione vel quaſi immediatis occupavit illa ſeſſionem ſuam in Collegio civitatum Imperii Anno 1641. interfuere quoque Legati civitatis Bremenſis tractatibus Pacis Monaſterii & Oſnabrugis, ac ſingulis conſultationibus ac deliberationibus publicis in conſpectu totius Imperii Romani, convocati quoque ſolenniter ad actum ſubſcriptionis Inſtrumenti pacis iidem fuerunt. Poſtmodum iterum civitas Imperialis Bremenſis in Comitiis Ratisbonenſibus An. 1644. ſeſſionem in Senatu Civitatum Imperii liberarum obtinuit, ac Receſſui Imperii d. Ann. 1654. ſubſcripſit, & licèt Anno præcedenti 1653 à parte Regiæ Majeſtatis Sueciæ Statibus Imperii Memoriale exhibitum, &

pe-

petitum, ac civitas Bremensis ad sessionem in Senatu civitatum liberarum Imperii admitteretur, attamen Decreto Cæsareo d. 18. Febr. Ann. 1654. immedietas ac libertas civitatis Bremensis confirmata, ac constitutum, ut in posterum Legati ipsius ad sessionem in senatu liberarum Imperii civitatum admitterentur, quod Decretum Cæsareum eodem mense d. 22. excepit Notificatio Electoris Moguntini ad ArchiMarschallum Imperii Comitem de Papenheim, ut scilicet civitas Bremensis, instar reliquarum Imperii civitatum ad Imperii consultationes convocaretur. Cæterùm, ipsa hoc loco Decreta Cæsarea subjicere operæ pretium esse ducimus, quò res ipsa eò magis manifesta fiat, ac quidem primò omnium locum meretur

Das Keyserl. Decretum, an das Chur Meynzische Reichs Directorium, und beforderung der Ständte gutachten in puncto admissionis der Statt Bremen in den Stätt Rath/ de 4. Novembr. Anno 1653.

Von der Römischen Keys. Mayest. unserm allergnädigsten herrn/ dem hochlöbl. Churf. Mayntzischen Reichs Directorio hiermit in gnaden anzuzeigen/ unnd erinneret sich dasselbe auß Ihrer Keys. Mayest. unter dato dem 5. negst abgewichenenen Monaths octobris ergangenem communications Decreto ohne daß mit mehrerem/ waß so wol die Königl. Schwedische alhie anwesende Gesandte/ gegen und wieder Ihrer Keyserl. May. unnd deß H. Reichs Statt Bremen/ damit deroselben gevolmächtigte in dem Stätt Rath/ zur Session stimm nicht zugelassen werden mochten/ aller unterthänigst gelangen lassen; Als erstgedachter Statt Bremen gevolmächtigte abgeordnete selbst/ unter dato den andern ejusdem, nach erfolgter absolution à Banno und restitution in vorigen stand / ihrer admission halber/ in besagtem StattRath/ gehorsambst gesucht und gebetten/ unnd welcher gestalt Ihre Keyserliche Mayestäth / solches alles wohlgedachtem Reichs Directorio zu dem ende einzuschliessen befohlen haben/ ob dasselbige sich gefallen lassen wolte/ denen löblichen Ständen deß Reichs hiervon ebenmessige communication zu thun / derselben gemüts Meinung darüber einzuholen/ unnd ihrer Keyserl. Mayest. zu dero ferneren Resolution fürsambst zueröfnen.

Nuhn hätten Ihre Keys. Mayest. in erwegung/ daß ermelte Statt Bremen nicht allein vor diesem alß eine Freye Reichs immediat Statt zum Reichstag beschrieben/ sondern auch Ihrer Keys. May. intention

bey denen Münster- und Oßnabruggischen Friedens Tractaten/ unnd überlassung deß Ertz-Stiffts Bremen/ für die Cron Schweden/ niemalen anders gewesen/ alß/ daß mehrbesagte Statt Bremen/ sambt ihrem Territorio und Unterthanen/ dem Reich immediatè reserviret und vorbehalten bleiben solte/ wohlbefügte Ursache gehabt/ deroselben Gevolmächtigte Abgeordnete/ also gleich nach der erfolgten absolution à Banno und Restitution in pristinum statum; zu ihrer gebührenden session unnd stimm im Stätt Rath kommen zulassen; Nach dem sie aber auch gleichwohl beyder/ so wol der Königl. Schwedischen/ alß der Statt Bremen Abgesandten eingebrachte Memorialia den Ständen deß Reichs ob verstandener massen umb ihr gutachten/ communiciren lassen/ solches aber biß dato nicht eingelangt; Alß haben sie bey mehr besagtem Chur-Mayntzischen Reichs Directorio die ferner Anmahnung zu thun befohlen/ ob dasselbe/ seines vielvermögenden Orts/ daran seyn wolte/ damit das begehrte gutachten von denen löblichen Ständen unverlängt erfolgen möge.

An dem beschiehet allerhöchstg. Ihrer Keys. Mayest. allergnädigst gefälliger Will und meinung/ die obgedachtem Reichs Directorio mit beharrlichen Keyserl. gnaden vorderist wolbeygethan verbleiben. Signatum zu Regenspurg unter Ihrer Keys. Mayest. hierunter gedrucktem Secret Insiegel den 4 Novembris Anno 1653.

Ve[illegible]

Ferdinand Graff Kurtz

L. S.

Wilhelm Schröder

Subjiciamus heic secundo loco

Ihrer Keys. Mayest. an Ihr Churfürstl. Gn. zu Mayntz &c. abgegebenes Decretum,

Der Keyserlichen Reichsstatt Bremen Admission und vocation in den Reichsstätte Rath betreffend de 18. Febr. An. 1654.

Von der Röm. Keyserl. Mayest. unserm allergnädigsten Herrn/ dem löbl. Churfürstl. Mayntzischem Reichs Directorio in gnaden anzuzeigen: Nachdeme Ihrer Keys. Mayest. und deß H. Reichs Statt Bremen abgeordnete/ seithero erlangter Absolution à Banno, unnd Restitutionem in priorem statum, umb admission zur session und voto im Stattrath zumehrmahlen allergehorsambst angehalten/ und nuhn Ihr. Keys. May. meinung/ auf eingelangtes der sambtlichen Stände gutachten/ nicht ist/ sie von dem

Reichs

Reichsstättischem Collegio außzuschliessen; Alß haben sie vorwohlermeltes Reichs Directorium dessen zu dem Ende zuerinneren gnädigst anbefohlen/ damit dasselbe ermelter Statt Bremen Abgeordneten hinführo/ zu gleich andern Reichsstättischen Abgeordneten/zu allen Sessionibus in dem Statt-Rath ansagen zulassen/wissen möge.

An dem beschicht Ihrer Keys. Mayest. gefälliger Will unnd meinung die mehrbesagtem Reichs Directorio mit beharlichen Keys. Gnaden fördererst wolbeygethan verbleiben. Signatum Regenspurg den 18. Febr. Anno 1654.

Hoc Decretum Cæsareum excepit eodem mense

J. Churfürstl. Gnaden zu Maynz &c.

NOTIFICATIO.

An deß H. Reichs Erb Marschalck/ Herrn Graffen von Pappenheim &c. Der Keyserl. Freyen Reichs Statt Bremen vocation in den Reichs Stätte Rath betreffend de 22. Febr. Anno 1654.

In krafft beykommenden/ an das Chur Meyntzische Directorium ergangenen Keyserlichen Decreti, solle deß H. Reichs Erb Marschalck der Statt Bremen/ gleich andern Reichs Stätten/ hinführo zu den Reichs consultationen ansagen. Regenspurg/ den 22. Februarii Anno 1654.

L. S.

Churfürstliche Mayntzische Cantzley.

Dignum quoque hoc loco, ut subjiciatur

ATTESTATUM

Deß Herrn Reichs Erb Marschalln von Pappenheim Hochgräfflicher Excellentz vom 2. (12.) Martii Anno 1654.

Demnach ein hochpreißliches Chur Mayntzisches Directorium, dem löblichen Reichs Marschalln Ambt/ ein Decretum sub sigillo Cancellariæ Moguntinæ benebenst der Copey eines allergnädigsten Keyserlichen Decreti nachfolgenden Inhaltß/ am 12. (22.) Monats Februarii, dieses 1654. Jahres/ hat intimiren lassen/ die Beruffung deß Heil. Reichs-Statt Bremen zum Reichs und Stätte Rath betreffend:

Der Inhalt oballegirter Decretorum verhält sich/ laut præmissorum vom 18. und 22. Februarii Anno 1654

Und dann deme folglich der H. Römischen Reichs Erb Marschall/ Herr Wolff Philipps/ Graff und Herr zu Pappenheimb &c. dem also

anwesendem/ unnd zu gegenwertigem Reichstagen Abgeordnetem Statt Bremischen Syndico, Herrn Johanni Wachmann/ &c. auf dessen/ beym Chur Mayntzischem Reichs Directorio vorbeschehene gewöhnliche Legitimation, gleich andern/ deß Heil. Römischen Reichs Chur: Fürsten unnd Ständte Abgesandten/ im Reichsrath gehöriger Orten zuerscheinen/ und die/ mehr beygesagter deß H. Reichs Freyer Statt Bremen/ gebührende Session und votum zu occupiren und zuvertretten/ nicht allein formlich hat ansagen/ sondern auch die löbliche Statt Bremen zu andern deß Heiligen Reichs Freyen Stätten/ in die ordinariè Ansags Rolle wiederumb referirn unnd verzeichnen lassen. So ist auch des Herrn Reichs ErbMarschallen Hochgräfl. Excell. befehl/ unnd des Statt Bremischen Abgeordneten gesuch und begehren/ demselben zu Vhrkund dessen/ wie auch zur versicherung fernerer unaußsetzlichen Ansage zu allen und jeden künfftigen Räthß gängen/ dieser schein und beweiß/ von dem Reichs Marschallen Ambt/ unterm gewöhnlichem Cantzley Secret darüber ertheilet worden/ dessen derselbige oder seine Herren Committenten und Successoren sich nach Notturfft und gelegenheit zugebrauchen und zu bedienen haben. So geschehen den 20. Febr. Alt 2. Mart. N. Cal. Anno 1654.

Reichs Marschall Ambt. L. S.

Atqui ex prædictis patet, Civitatem Bremensem hodie immediatè Imperio subjectam, sessionem suam inter reliquas Imperii civitates liberas occupare. Equidem an civitas Bremensis jam ab antiquis temporibus libera civitas Imperii fuerit? inter scriptores recentiores non parum controversiæ habet. Adamus Bremensis quidem de Adaldago Episcopo Bremensi, coævo Otthonis Magni c. 51. agens, tradit civitatem Bremensem libertate donatam. Adaldagus primus, inquit

22 Adamus Bremensis, ut ingressus est Episcopatum, Bremam longò primis tempore potestatibus ac judiciaria manu oppressam, præcepto Regis absolvi, & instar reliquarum urbium immunitate, simulque libertate fecit donari. Præcepta Regis hæc continentia præsto sunt, & alia. Ast veró, an ad libertatem ejusmodi hæc verba trahi possint, dubitant non pauci, existimantes libertatem tum temporis habitam fuisse, exemptum esse seculari, quod ajunt, judicio, & Episcopi administrationi subesse, ejusmodi verò libertatem ab Adaldago pactam fuisse, innuere videntur verba

verba Adami c. 122. de Adelberto. Et quoniam, *inquit*, magnus Pontifex vidit Ecclesiam, Episcopatumque suum, quem deprædecessoris sui Adaldagi prudentiâ liberaverat, iniquâ Ducum potentiâ iterum vexari, summo nisu reddere conatus est, eandem Ecclesiam pristinæ libertati, ita ut nec Dux, nec Comes, nec aliqua judicialis persona quampiam jurisdictionem aut potestatem in suo haberet Episcopatu. Hactenus Adamus Bremensis. Vide Assert. Libertatis Bremens. *p* 272. & adductos ibidem Alb. Abb. Stad ad Ann 936 & Crantz. *lib. 3. Metrop c. 16.* Sanè civitatem Bremensem Imperii civitatem esse, pluribus argumentis probare conatur Autor Prodromi oder vortrabß gründlichen warhafften berichtß und gegen Demonstration, von der Statt Bremen beruffung/ Session, und voto zu und bey dem Reichstage in Regenspurg/ wie dan von dero Statu, und daß dieselbe nicht dem Ertzstifft Bremen/ sondern der Römischen Keyserlichen Mayestäth/ dem heiligem Römischen Reich von undencklichen vielen hundert Jahren/ und biß gegenwertige Zeit/immediatè, wie eine Freye Reichsstatt und Stand unterworffen/ und zugethan gewesen/ und noch sey; adde Bartholomæi von Immenßdorff gegen Notturfft/ & Autorem incertum Scripti, cujus titulus Assertio Libertatis Reip. Bremensis, quod scriptum editum Bremæ Anno 1646. aliósque scriptores. Equidem non officit libertati Reipubl. Bremensis homagium, quod inprimis urgent contrariæ sententiæ authores, nam ut obiter id moneamus, id juramentum purum non est, sed conditionatum, atque tale, quod superioritatem non arguat, nec impediat, quò minùs civitas ejusmodi homagium præstans, Imperii civitas & status esse possit. 13
Vide Joh. Bruningium de Homagio *c. 1. conclus. 6.* Besoldum *discurs. Polit. 4. dissertat. 2. c. 2. §. 12. p. 44.* fatetur quoque Reinckingius *lib. 1. de R. S. & E. class. 5. cap. 3. n. 23.* homagium simpliciter & absolutè non esse fundamentum der Landes Fürstlichen Obrigkeit/ ita Carolus IV. 14
jussit Hamburgum oppidum Comitibus (hodie Ducibus) Holsatiæ pareret salvis libertatibus, quas ab imperiali culmine promeruerunt, & ita civitatem, quoad suas immunitates, libertates, privilegia, Imperio immediatè subjectam, & proinde statum imperii, in aliis verò eam Ducibus Holsatiæ subditam esse voluit, Crantz. *lib. 10. cap. 2.* quis præterea 15
ignorat, Spiram homagium præstare Episcopo loci, Coloniam Archiepiscopo, utramque tamen liberam Imperii civitatem audire. Annon circa Hagenawensem civitatem vigore der Landvogtey multa habet Re-

 galias

galia Serenissima Domus Austriaca? Non minùs tamen ea civitas Imperialis manet, ac plena in cæteris fruitur libertate, ac idem de oppido Friedberg probat multis in locis Lehmannus, ac Author Responsi hac de re singularis. Nec jus Advocatiæ, aliaque jura particularia superioritatem arguere possunt, cùm jus Advocatiæ oder Vogtey ex usu & consuetudine interpretationem recipiat, teste Wehnero *in obs. pract. lit. V. in voc. Voigtey, in fin.* nec inferat superioritatem, Bruning *de var. univer. concl. 37. n. 1* multòminus subjectionem totalem & veram important particularia quædam jura, cùm ab uno aliquo jure jurisdictionis ad universalem superioritatem argumentari non liceat, Joan. Gædd. *1. cons. Marp. 28. n. 163. & 164.* Thom. Michael *de jurisd. concl. 16. lit. d.* & alioquin in dubio pro libertate judicandum esse, tradunt Bartol. *consil. 59.* Alb. Brun. *cons. feud. 53. n. 2.* & Roland. à Valle *lib. 2. cons. 1. n. 45. 46. 47. 48.* Et licèt Senatus Bremensis in prima instantia judicii civilis vel criminalis Archiepiscopi Bremensis sententiam admisisset, inde haud accuratè ad jus superioritatis argumentari licebit, cùm in materia jurisdictionis argumentum à majori ad minus non procedat, multòminus à minori ad majus. Et quem præterit à sententiis Senatus civitatis Imperialis Wormatiensis hodienum appellari ad Episcopum Wormatiensem, simile quid de Moguntia memorat Lehman. *lib. 4. Chron. Spir. cap. 14. p. 320.* Vt alia nunc mittamus, cùm hoc argumentum latiùs heic tractare nostri non sit instituti, alioquin quæ modò de libertate Civitatis Bremensis, secuti solam veritatem historicam, ac Acta publica, paucis disseruimus, ea sine præjudicio cujusque partis dicta sunto, de quo solemniter protestor.

16 Cæterùm licèt constet, Civitati Imperiali Bremensi hodie sessionem & votum inter reliquas Imperii Civitates in Comitiis Imperii competere, exponendum tamen hoc loco est, quemnam locum ista occupet, vel quo ordine ejusdem Legati sedere debeant? & sanè Anno 1641 in Comitiis Imperii Ratisbonensibus constat, civitatem Bremensem Sessionem suam inter Dortmundum Dortmund / & Mulhausium occupâsse, testante Recessu Imperii d. Anno 1641. Postmodum Anno 1654. in Comitiis Ratisbonensibus civitas Bremensis sessionem suam obtinuit, post civitatem Selestadium, mota eidem civitati Bremensi in prædictis Comitiis d. Anno 1654. controversia sessionis à civitate Northusio aliisq;, sed non obstante harum civitatum protestatione, Decreto Cæsa-

reo

rio Civitati Bremensi sessio competens, & jus [illegible] præ Mulhausio, & sequentibus confirmata fuit. Verùm cùm hæc omnia lucem capiant ex ipsis Protestationibus prædictarum civitatum Imperialium, subsecuto Decreto Cæsareo, aliisque ad hanc controversiam spectantibus actis publicis, placuit ea ipsa hoc loco subjicere.

Anno 1641. hat die Statt Bremen auf dem Reichstage zu Regenspurg / Ihre sessionem im Reichsstättischem collegio zwischen Dortmund und Mulhausen gehabt / wie der damahlig gedruckte Reichs Abschied außweiset.

Anno 1654. hat die Statt Bremen auff dem Reichstage zu Regenspurg bey anwesenheit des Schlettstättischen Abgesandten Ihre sessionem sub protestatione A. negst demselben genommen / auch immediatè nach Schlettstatt Ihr votum ablegen lassen / und ist auff diesem Reichstage das Goslarische votum von Lübeck / das Mulhausische und Nordhausische von Regenspurg / das Dortmundische / Friedbergische / Wetzlarsche und Gelnhausische von Franckfurt / der übrigen Elsassischen Reichsstätte aber von Schlettstatt vertretten / und Ihren eigenen votis, absque præjudicio ordinis, ohn auffruffen / also fort annectiret worden / da eß dan in principio verschiedene protestationes pro & contra gegeben / so aber mehrentheils in generalibus bestanden / nuhr allein ist daß Nordhausische ad specialia magis gekommen / wie ex lit. B zuersehen.

Sub finem comitiorum, da eß zu der subscription des Reichs Abschiedes gestanden / hat der Statt Bremische Abgesandter an Ihr Keyserliche Mayest occasione des Nordhausischen memorialis supplicirt, wie lit. C anzeiget / und dabey ein Schema gelegt einhalts lit. D.

Darauff ist ein Keyserlich decretum erfolgt / laut lit. E. Warin die Statt Bremen in Ihrer Session für Mulhausen & seqq. civitates Imperiales, confirmiret worden / also daß da die Visantz negst Franckfurt am Mayn Ihre Session und votum gehabt / denen Stätten Hagenaw / Collmar / Schlettstatt und Goslar, das jus ascendendi gegönnet / und der locus vacans nach Goslar gesetzet / also Bremen daselbst inserirt, denen übrigen Stätten aber das jus ascendendi in locum vacantem von Keyserl. Mayest. vi antedicti decreti E. negiret worden.

Das mehr besagte decretum E. ist sambt dem memoriali C. unnd dessen beylage D. dem Chur Mayntzischen Reichs directorio insinuirt / und darüber ein attestatū ertheilet worden / laut der subscription sub lit. C. & D.

Lit. A.

Lit. A.

Der Erbahren deß Heyligen Römischen Reichs Freyer Stätte/ zu Jetzigem Reichs convent wolverordnete/ hochansehnliche und fürtreffliche Herren Rähte/ Pottschaffte und Abgesandte.

WolEdle/ Gestrenge/ Veste/ Hochgelährte und Hochweise/ Insonders großgünstige Hochgeehrte Herren.

Demnach vermüge deß von J. Keyserl. Mayet. am [illegible] Februarii dieses Jahrs ergangenen/ unnd dem Churfürstl. Mayntzischen Reichs Directorio am [illegible] ejusdem insinuirten, auch am [illegible] dito, auß der Chur-Mantzischer Cantzley/ deß heil. Römischen Reichs Erb Marschalcken/ laut der beylage/ hinwieder communicirten allergnädigsten decreti, Mir/ alß Statt Bremischen Abgeordneten/ nuhnmehr im Reichsstättrath zu erscheinen/ angesaget worden / so habe billig zu bekleidung meiner Herren Principalen stelle/ und führung derohabenden voti, mich darauff anhero verfügen/ auch dabey zuforderst andeuten sollen und wollen.

Gleich wie meiner Herren Principalen Wille und Meinung nicht ist/ bey redintegrirung Jetziger ihrer Session unnd voti, einigem andern membro des wohllöblichen Reichs-Stättischen Collegii zu præjuditz oder nachtheil etwas zubegehren oder zu unterfangen/ dan vielmehr das bißhero verspührte gute Vernehmen best müglich ihres Orts zu unterhalten/ daß also auch dieselbige hinwieder der zuversichtlichen Hoffnung geleben/ E. WolEdl. Herl. und gstl. werden ratione ordinis ebenmässig alhie sehen und trachten/ damit auch meinen Herren Principalen nichts verfang- oder præjudicirliches dießfalß begegnen und wiederfahren müge/ zwarn nachdemmahle so wohl in Anno 1640. und 41. alß auch sonst/ nicht alle Reichs-Stätte die Reichstage durch besondere Abgeordnete selbst beschicket/ dann offters dieselbige ohnbeschicket vorbeygehen lassen/ auch zu weiln ihre Abgeordnete ante finem Comitiorum (massen auch dießmahl geschehen) revocirt und etwan Ihr votum einer andern erscheinenden Reichs Statt auffgetragen/ so hat eß ratione loci atque ordinis in votando bey etlichen Stätten zimbliche ohnrichtigkeit abgeben/ also/ daß Ich/ ohngeachtet alles angewandten fleises und gehabter nachfrage/ noch keine recht völlige information weiter/ alß daß die Statt Bremen auff vorigem Reichs-Tage de Anno 1640. 41. den Vorsitz auff der Rheinischen Banck für Mulhausen/ Nordhausen und Hervorde gehabt / erlangen können / gestalt die subscription

ption des letzteren Reichs Abschiedes de Anno 1641. solches klar unnd deutlich anzeiget/ und außweiset.

Alldieweil aber bey itzigem Reichs convent mehr Stätte alß jener zeit durch dero hochansehenliche Herren Abgeordnete/oder andere Gevollmächtigte Räthe erscheinen/ und dero stelle und Stimme vertretten lassen haben/ auch der annoch vertretten lassen/ mit denen ratione ordinis sive loci meine Herren Principalen in güte sich zufinden verhoffen/ alß will krafft der Statt Bremischen possession de Anno 1640 und 41. wohin E. Wohl Edl. Herl. und gstl. in deren voto bey Jüngsthingewesener consultation super admissione civitatis Bremensis, selbst unter andern sich bezogen haben/ Ich diesmahl ad interim den obbedeuteten Vorsitz nahmens meiner Herren Principalen/ in so weit nochmahls utiliter wiederumb ergriffen und angenommen/ im übrigen aber/ massen auch damahls von denen Statt Bremischen abgeordneten beschehen/ hiemit quàm solemnissime protestiret und bedungen haben/ daß in ohnverhoffter entstehung anderweiten gütlichen Vergleichs/ durch jetzige negst der Statt Franckfurt auff der Rheinischen Banck etwan fürgehende Ordnung in sedendo & votando, und deren interims placidirung/ Ich meinen Herren Principalen an Ihrem etwan besseren Rechte für einer oder der anderen Statt/ nichts wolle begeben/ dann vielmehr alle competirende juris beneficia & remedia, citra quamcunque præscriptionem usurpanda, omni meliori modo, und darbenebenst auch dieses in specie reserviret und vorbehalten haben/ daß wann ins künfftig über kurtz oder lang/ noch einige oder mehr Stätte/ denen die Statt Bremen sonst bevor gehet/ zum Reichsstättischen Collegio wieder gelangen/ und etwan eine höhere stelle/ alß meine Herren Principalen ad interim acceptiret haben/ affectiren und erhalten wurden/ solches dann alß nuhn/ und nuhn alß dann/ meinen Herren Principalen und gemeiner Statt Bremen so wenig schaden oder hindern solle noch möge/ daß auch vielmehr juxta regulam, si vinco vincentem te, te quoque vinco, dieselbe benebenst sothaner Statt oder Stätten mit ascendiren, und vorher/ oder denenselbigen ihren Sitz unnd votum zu haben/ zunehmen unnd zubehalten/ jederzeit befügt und berechtigt seyn und verbleiben wollen.

Welches auß ohnumbgänglicher Notturfft unnd zu verwahrung meiner Herren Principalen rechtens/ E. WolEdl. Herl. und gstl. hiebenebenst also kürtzlich reservando simul & protestando habe fürstellen müssen/ dienstlich pittend/ dieß wenige zur nachricht und conservation Statt Bremi-

Bremischer competentz, nicht allein ad protocollum großgünstigst zu nehmen/ und wegen beschehener protestation, mir einen gebührenden schein durch das wolöbliche Reichsstättische directorium ertheilen zu lassen/ sondern auch/ wie vor erinneret/ deß Heil. Reichs Statt Bremen in sothaner großgünstigen consideration zu halten/ daß dero selben/ da müglich in güte und ohne dispute, auch unter denen Reichsstätten/ welche der Statt Mulhausen bevorgehen/ competens & condignus locus in sedendo & votando müge eingeraumbt und gelassen werden/ in dessen noch weiterer ohnverhofften verweilung/ Wir auch quoad casus in futurum emergentes, ich es sonsten hiemit bey obbeschehener protestation & reservation zuforderst beruhen lasse/ salvis.

Regenspurg den 18/28 Febr. Anno 16.4.

E. Wohl Edl. Gestrl. Vesten Hochgel. und Hochw. Herl. und günst.
dienstbereitwilligster
deß
Heil. Reichsstatt Bremen Abgeordneter
Joh. Wachman junior
U.J.D. & Syndicus.

An.
Der Erbahren des Heil. Reichs Freyer Stätten/ zu jetzigem allgemeinen Reichsconvent wolverordnete/ hochansehnliche und fürtreffliche Herren Räthe/ Pottschaffte und Abgesandte.

Dienstliches Memorial cum reservata protestatione & reservatione,
Deß
Heil. Reichs Statt Bremen Abgeordneten/
quoad ordinem sessionis & voti
im Reichsstättischen Collegio.

Lit. B.

Hochwürdigster/ Durchleuchtigster Churfürst und Herr.

E. Churfürstl. Gnd. seynd unsere unterthänigste hochgeflissenste dienste jederzeit bereit/ gnädiger Herr/

E. Churfürstl. Gnd. mögen wir unterthänigst nicht bergen/ waß massen Wir in erfahrung kommen/ wie daß auff der Röm. Keysrl. Mayest. unsers allergnädigsten Herren ergangene gnädigste mandata die löbl. Statt Bremen in der Stätte Rath bey annoch wehrender Comitiis ad votum &

sessionem admittirt worden/wie wir nuhn solche erlangte dignität wolerwehnten guten Statt gerne gönnen/ auch bewust in Anno 1649. zu Braunschweig in dem damahligen Niedersächsischen Kreyßtage pro recipienda hac civitate votiren lassen/und auch nochmahlß derselben alß einen Mitstand de consecuto hoc honore congratuliren, so hetten Wir unß auch dagegen nicht versehen/ daß obberührter Statt Bremen ad Comitia destinatus Legatus H. D. Wachman/ sich solte unterfangen haben/seinen H. principal weit für unsere Statt die session und votum zu begehren/ und also unß in hac prærogativa zu turbiren. Weil wir aber aus einem sub dato des 18/28 Febr. Jüngsthin von verwolbesagten H. Abgesandten dem Löbl. Städtischem collegio übergebenen Memorial ein anders und dieses ersehen/ daß er ratione Bremen den Vorsitz vor Mulhausen und Nordhausen zu affectiren keinen bedencken getragen/ so haben Wir auch nicht unbillig solchem newlichen beginnen/durch die Erbahre von Regenspurg alß unsere/ bey noch wehrenden Reichs Tage gevollmächtigte contradiciren lassen/unnd dabey nochmahlß vor nothwendig erachtet. Nachdeme unß solche turbation überschickt worden/ bey Ew. Churfürstl. Gnd. alß Reichs Directori und Ertz Cantzlern/ hiermit unterthänigst einzukommen/ unnd wollen/ krafft dieses der erwehntem Bremischen angemaßten turbation quoad voti & sessionis prærogativam bester formb rechtens contradicirt, dawieder solennissimè protestiret, eventualiter quævis jurium beneficia bedinget/ und daneben E. Churfürstl. Gnd. unterthänigst imploriret haben/ sie wollen gnädigst geruhen/ solche unsere Notturfft und contradiction nicht alleine dem Reichs protocollo beytragen/ ad publicam dictaturam übergeben und unß deßwegen Schein zuertheilen/ sondern auch bey dem Löbl. Städte collegio die Verordnung ergehen zu lassen/ daß wir die wir ohne ruhm zu melden/ in dem langwiriigem Kriege/ unserm Vermögen nach/ & in proportione nicht weniger/ alß etwa die Statt Bremen dem Reiche beygetragen/ und darüber enervirt worden bey unserer session und ordnung gelassen/ und der newerlichen turbation ungeachtet vor Bremen ad votandum auffgeruffen/ und also bey unserer Vorsitz gebührlich mainteniret werden möge/ wogegen unß dan nicht schaden mag/was vorerführter Bremischer Herr Abgesandter de sessione in Comitiis de Anno 1641. in obgedachten seinen Memorialibus vorbringen wollen/ da wie zur selben Zeit/ das wehrte Vatterland in voller Kriegs flammen gestanden/ und die wenigsten Stände erschienen und ihre stelle bekleiden können/ also

ist auch alles dergleichen geschehenes anmasen (deme noch dan eben gleichsfals contradicirt worden) in deme Reichsabschied de Anno 1641. gäntzlich auffgehoben/ unnd daß es keinem Stande zur consequentz oder præjuditz gereichen solte/ utilissimè exprimirt. und können wir derowegen nicht absehen/ wie excognita tali turbatione die Statt Bremen alß ein pura Novitia wiederumb/ die wir Gottlob sine omni contradictione etliche 100. Jahr und über Menschen gedencken & toties præscripta de jure temporis, eine unstreitige Keys. Reichsstatt æstimirt worden/ und in Reichs unnd Creyß Rahten/ unsere stelle und votum (ehe dan die Statt Bremen erschienen durffen) geführet unnd noch führen lassen/ einige posses oder prærogativam sessionis & voti vorzwingen können / zumahlen im Reiche zurgnuge bekand/ und so wohl auß Speyrischen Reichsabschiede de Anno 1570. §. Nachdeme auch noch etliche cir. fin. alß auß der doctrina oberwehnter politicor. und sonderlich

D. Reincking. de Regim. sec. l. 1. c. l. 4. c. 1. d. n. 35. & 36.

Zuvernehmen/ daß kein status noviter cooptatus befügt/ ihme selber Stelle zuerwehlen / oder sich über einen alten Stand proprio ausu zu setzen/ sondern hierinne Keys. Verordnung erwarten/ und mit einem loco vacante vel postremo verlieb nehmen mussen/ pro ut hoc pluribus firmat *prædict. D. Rein. alleg. loc.*

Und weil dieses alles beyzubringen/ unsere notturfft erfordert/ alsoleben wir der Unterthänigsten zuversicht/ E. Churfürstl. Gnd. werden uns in gnaden auff und annehmen/ und unserm billigem petito gnädigst deferiren, und E. Churfürstl. Gnd. hinwieder unterthänigste dienste zuleisten seynd wir geflissen/ dieselbe Gottes schutz zu aller Churfürstl. prosperität empfehlende. Datum unter unserm Statt secret den 8. Aprilis 1654.

An
J. Churfl. Gnad zu
Mayntz.

E. Churfürstl. Gnd.
Unterthänigste
Dienstgeflissene
Der Rath der Keysl. freyen Reichsstatt
Nordhausen.

Lit. C.

Allerdurchleuchtigster Großmechtigster.

Demnach bey jetzigem Reichskündigem bedruck E. Keysl. Mayt. und des Heil. Reichs Statt Bremen / deroselben die in subscriptione des

Reichs-

Reichs Abschieds de Anno 1641 auff der Reinischen Banck für Mulhausen und Nordhausen gehabte ordnung nicht nuhr allein von denenselben/ sondern auch etlichen andern Reichsstätten wil gestritten werden/ uns aber bekand/ daß nunmehr die Statt Bisantz aus dem Reichsstättischen Collegio von der Rheinischen Banck abgangen/ und Ihr Königl. Mayt. in Hispanien/ krafft Instr. Pacis transscribirt, also deroselben stelle negst Franckfurt am Mayn vollkomlich erlediget/ und noch nicht wiederumb besetzet werden.

Vide Nordhausisch memoriale vom 8. Aprilis Anno 1654. ibique allegatum Reineking. *d. regim secul. & eccles. lib. 1. c. l. 4. c. 1. n. 35. & 36.*

Alß gelanget an E. Keys. Mayst. meine allerunterthänigste demütigste bitt/ dieselbe geruhen zu abkürtz- und abhelffung dieses streits/ dero und des Heil. Reichs Statt Bremen/ zu erleichterung Ihrer so grosen unnd vielen wiederwertigkeiten/ sothanen von der Statt Bisantz vorhin eingehabten locum in sedendo & votando allergnädigst zu conferiren, auch darüber ein Nottürfftiges notification Decretum an das Churfl. Mayntz. Reichs Directorium, umb bey subscription des jetzigen Reichs Abschieds sich darnach zuachten/ noch für dero Keys. abreiß allergnädigst ergehen zu lassen/ dasselbe in tieffester demuth und gehorsamb umb E. Keys. Mayest. allerunterthänigst zu demeriren, bin benebenst meinen Herren principalen, Ich zeit meines lebens schuldwilligst und geflissen.

Alß

E. Keystl. Mayest.

Allerunterthänigst gehorsambst.
dero und des Heil. Reichs
Stat Bremen Abgeordneter
Johann Wachman D.

Lit. D.

Designatio der Erb Frey und Reichs Stätten von der Rheinischen Banck/ wie dieselbe im Reichs-Stättischen Collegio aufgeruffen werden.

Cölln/	Speyer
Aachen	Franckfurt
Straßburg	E. Hagenau
Lübeck } alterniren	E. Collmar
Wormbs } alterniren	E. Schlettstat

Albier

Allhier hat Bremen dißmahl seinen locum gehabt/ in absentia reliquarum Civitatum.

Goßlar	E. Keysersberg
Mullhausen/	E. Münster in S. Gregorien Thall
Nordhausen	E. Roßheim
E. Weisenburg am Rhein/	E. Turckheimb.
E. Landau	Friedberg F.
E. OberEhenheim.	Wetzlar F.
Dortmund F.	Gelnhausen. F.

E. Bedeutet die 10. Reichsstätte im Elsaß/ welche dißmahl von dem Schlettstättischen seynd vertretten worden.

F. Bedeutet die Stätte/ welche Franckfurt dißmahl vertretten hat/

Daß gegenwertige Abschrifft/ seinem wahren/ dem Chur Mayntz. Reichs Directorio eingelifferten original, von wort zu worten gleichlautend seye/ wird hiemit beurkundet/ Sign. Regenspurg den 20. Maij 1645.

L. S.

Churfürstl. Mayntz. Cantzley.

Lit. E.

Von der Röm. Keys. Mayest. unserm allergnädigsten Herrn/dem Löbl. Chur Mayntz Reichs Directorio in gnaden anzuzeigen/ auß dem Einschluß habe dasselbe zuvernehmen/ was dero und des Heil. Reichs Statt Bremen Abgeordneter D. Johan Wachman/ wegen der subscription des Reichs Abschieds gehorsambst gesucht und gebeten.

Wann nuhn Ihrer Keys. Mayest. gndster Will/daß ermelter Statt/ der Ort/welchen sie in anno Sechszehenhundert ein und Viertzig/bey damahligem Reichstag/ noch vor den Stätten Mullhausen und Nordhausen gehabt/ eingereumet/und solches in der unterschrifft des jetzigen Reichs Abschieds/ wie auch ins künfftig also in acht genommen werden möchte. Als haben sie dessen ein hochlöbl. Directorium gndst. erinneren wollen/ und bleyben Ihr Keys. Mayest. demselben benebenst mit freundschafft/ Keys. Gnaden/ und allem guten wolgewogen/ Signatum zu Regenspurg/unter mehrallerhochstgedl. J. Keys. Mayest. aufgedrucktem Secret Insigel/ den 18. Maii Anno 1654. Vt c L. S.

Ferdinand Graff Kurtz Jc. Walderode.

CAP-

Caput XXVIII.

De Præeminentia & Sessione Nobilium liberorum & immediatè S. R. Imperio subjectorum, eorumq; prærogativa.

SUMMARIA.

1. *Nobiles jure optimo in Sessione honoratiorem locum sibi vindicant.*
2. *Roma non eundem locum in scenis & theatris occupârunt Nobiles & plebeii.*
3. *Consentaneum juri naturæ est ut ii, qui virtute & meritis in rempublicam alios antecellunt, præ aliis honore & cultu afficiantur.*
4. *Omnes ferè moratiores gentes præstantes sibi familias delegerunt, quas colerent & venerarentur, quod exemplis Judæorum, Græcorum, Romanorum, Venetorum, & Francorum illustratur.*
5. *Nobiles non tantùm honoratiorem in consessu locum occupant, sed etiam iisdem primum votum relinquendum*
6. *Voces Nobilium data paritate in electionibus præponendæ.*
7. *Nobiles ad officia secularia magis, quàm plebeii assumuntur, quod generale in honoribus & magistratibus.*
8. *Nobiles in Sessione plebeiis præferendi, quod apud Athenienses observatum.*
9. *Idem obtinet in Nobilium uxoribus.*
10. *Dispositum in uno correlatorum, intelligitur etiam dispositum in altero.*
11. *Inter Nobiles Germaniæ eminent Nobiles immediati, qui immediatè Imperio subsunt, quales sunt Nobiles in Suevia, Franconia, & ad tractum Rheni.*
12. *Cur hi Nobiles immediati dicantur?*
13. *Probatur, constitutionem in l. 17. D. dè stat. homin. non esse Antonini Pii, ut Dd. vulgò putant.*
14. *An immediatæ Nobilium qualitati quicquam detrahat, quòd multi ejusmodi Nobiles Principum Imperii vasalli sint, & bona sua ab illis vel in totum, vel ex parte recognoscant? disquiritur.*
15. *Clarissimi ICti Everhardi junioris sententia hac de re refertur.*
16. *Nobiles immediati jurisdictionem territorialem habent.*
17. *Iisdem competunt Regalia, im cudendi monetam, constituendi fædera*

dera & Legatos mittendi.

18. *Nobiles immediati hodie votum & sessionem in Comitiis Imperii non habent.*

19. *Vt quis status Imperii dicatur, eidem ius Comitiorum competere debet.*

20. *Multi Imperio immediatè subjecti sunt, qui tamen status Imperii non sunt.*

21. *An Nobiles immediati olim Comitiis interfuerint? disquiritur.*

22. *Refertur ac approbatur hac de re opinio authoris* der Donawerischen Erinnerung.

23. *Nobiles immediatè Imperio subjecti, licèt hodie sessionem & votum in Comitiis Imperii non obtineant, attamen iidem in Principum conventu unà cum reliquis statibus comparent.*

24. *In conventu correspondentium Norico Anno 1619. mense octobri Legati Civitatum Imperialium, quoad sessionem prælati fuere ordini equestri Franconiæ.*

25. *Apud Germanos soli bellicositati & rebus præclarè gestis ortum debet Nobilitas.*

26. *Patricii Romani, à quo instituti, & quænam eorundem præeminentia, auctoritas, & dignitas?*

27. *Multis rationibus & testimoniis Oratorum, Poëtarum, & Scriptorum præclarè evincitur, veram Nobilitatem ex ipsa virtute originem trahere.*

28. *Ætate Taciti Germanicæ gentes in quatuor ordines divisæ fuerunt, inter quos nobilitas primũ obtinuit locũ.*

29. *Quænam antiquis temporibus Nobilium Germaniæ præeminentia fuerit? exponitur.*

30. *Nobiles Germaniæ, quoad sessionem iam olim in conventibus primum honoratiorem locum occupâsse, ex Athenæo probatur.*

31. *Quænam Nobilium Germaniæ prærogativa præ Nobilibus Reipublicæ Venetæ, & exterorum Regnorum.*

32. *Inter Nobiles Germaniæ, alii Civitates incoluerunt, alii ruri degerunt, quorum illi Patricii dicti.*

33. *De origine Transrhenanorum & Cisrhenanorum Patriciorum quædam afferuntur.*

34. *Probatur ex Witichindo, Dithmaro, Abbate Vrspergensi aliisq; historicis Germanicis, Henricum I Aucupem Imp. primum præ aliis struendis & muniendis Vrbibus in Germania operam dedisse.*

35. *An Patricii reverà Nobiles sint? disquiritur.*

36. *In Italia magna pars Nobilium in urbibus degit, & in Hispania utraque nobilitas in pari pretio habetur.*

37. *In Gallia Nobiles oppida fugiunt, id quod ex Chassanæo & Tiraquello probatur.*

38. *An Nobiles ruri degentes, quoad sessionem & jus* προεδρίας *Patriciis civitatum præferendi sint? disquiritur.*

39. *Inter Nobiles ii, qui non generis Nobi-*

Nobilitate tantùm præfulgent, sed & propria virtute sive togata, sive militari conspicui sunt, reliquis, qui tantùm majorum suorum rebus gestis illustres exsistunt, præferendi sunt.

40. *Nobiles, qui prius fuerunt nobilitati, præferendi ieli quis Nobilibus, qui posteriùs talem dignitatem consecuti fuerunt.*

41. *Veteres antiquum simpliciter pro Nobili dixisse probatur.*

42. *Adducuntur hac de re verba Nicolai Boerii.*

43. *Consuetudinem in præcedentia materia potissimùm considerandam, nec ab eadem recedendum esse, multis adductis Dd. authoritatibus confirmatur.*

44. *Exemplis hoc ipsum illustratur.*

45. *In præcedentia jure is tuendus est, qui tempore litis motæ reperitur in possessione.*

46. *Inter Nobiles Portugalliæ quis Ordo sessionis observetur?*

47. *Inter Nobiles in sessione præferendi seniores junioribus.*

48. *Idem etiam observatur inter Duces, necnon Equites Ordinis Aurei Velleris.*

49. *De origine ordinis Aurei Velleris quædam adducuntur.*

50. *Quisnam hunc ordinem instituerit, & quinam in hunc ordinem recipiantur? exponitur.*

CÆterùm, operis nostri requirit ordo, ut modò de Nobilium im-
mediatorum, aliorumque præeminentia & sessione quædam in
medium afferamus. Et verò Nobiles jure optimo in sessione 2
honoratiorem locum sibi vendicare præ cæteris inter eruditos
recepta, & usu approbata sententia est. Vide Andream Tiraquellum
in præclaro opere *de Nobilitate capite 20 n. 51.* Sanè, Romæ antiquitus
non eundem locum in scenis & theatris constitutum fuisse Nobilibus &
plebejis ex Tullio *in 2. Philip.* Valerio Maximo *lib. 2. cap. 1.* & Suetonio
in Augusto cap. 44. liquet. Hæc verò præeminentia & jus προεδρίας No-
bilibus præ ignobilibus & plebejis ipso naturæ, & moratiorum gentium
jure competit ac debetur, consentaneum quippe juri naturæ esse, ut ii, 3
qui virtute & meritis in rempublicam alios antecellunt, præ aliis hono-
re & cultu afficiantur, testatur universæ Philosophiæ parens Aristoteles
3. Polit. 8. Jure gentium quoque usu exigente, & quò magis incitaren-
tur homines ad patranda egregia facinora, posteris etiam honos exhibi-
tus fuit, hinc ferè omnes moratiores gentes præstantes sibi familias de- 4
legerunt, quas colerent & venerarentur. Hoc modo Judæi coluerunt
familias eorum, qui à Moyse in consilium Sanhedrin adsciti fuerunt,

Exod. 18. Cunæus *de Reb. Hebr. lib. 1. cap. 12.* & inprimis Aaronis posteros, Idem *lib. 2. cap. 1.* Græci progeniem Regum ac Heroum, Romani & Veneti patricias familias, Halic. *lib. 2.* Contar. *de republ. Venet. lib. 1.* Nicol. Machiavellus *lib. 1. disc. de republ. c. 6.* Franci Merovingam & Carolinam; alii alias; Existimaverunt scilicet, posteros non denegaturos esse à majorum virtutibus, quippe secundùm Horatium lib. 4. Carm. Od. 4.

Fortes creantur fortibus & bonis,
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquila columbam.

Equidem, Nobiles non solùm honoratiorem in consessu locum præ
5 nobilibus occupant, sed etiam iisdem primum votum relinquendum, cùm enim majorem dignitatem habeant, jure priorem quoque vocem habere debent, Fab. de Anna *consil. 40. n. 28.* Marzar. *consil. 26. num 9.* quinimo voces nobilium data paritate in electionibus præponendæ, Pe-
6 regrin. *lib. 1. consil. 33. n. 32. & seqq.* non tantùm in secularibus, sed etiam in electionibus beneficiorum & dignitatum ecclesiasticarum,
7 Marscard. *vol. 2. concl. 1002. n. 18.* quinimo iidē ad officia secularia magis, quàm plebeii assumuntur, Georg. de Cabedo *p. 1. decis. 2. n. 1.* Fr. Patrit. *de Repub. instit. lib. 6. tit. 1.* idq́ue generale esse in honoribus & magistratibus, ait Hipp. Rimin. *lib. 7. consil. 740. n. 24.* unde constitutum, daß die Weltlichen Churfürsten/ Assessores auß der Ritterschafft gebohren/ erneñen und præsentiren sollen R. A. zu Speyer de Anno 1557. §. weiter nachdem auch/ quòd si idonei Nobiles non exstabunt, ICtos in eorum
8 locum sufficere licet, Ordin. Camer. *part. 1. tit 3. §. 2.* deßgleichen sollen in fin. Sanè, Nobiles in sessione plebejis præferendos esse, rectè quoq; statuerunt Azevedo *consil. 28. n. 26.* & Chassanæ. *in Consu.* & Burg. *rubr. 6. §. 4. n. 7.* cùm dignioribus dignior locus debeatur, Hartman. *tit. 49. pract. observ. 4. n. 4.* quod Athenis olim singularis præmii loco confere-
9 batur, & à Romanis non modò in senatu, sed etiam in theatralibus spectaculorum circis observabatur, Lipsius *in Amphiteatr.* idq́; non tantùm obtinet in viris nobilibus, sed etiam in illorum uxoribus, Decian. *vol. 5. resp. 84. n. 6.* cùm dispositum in uno correlatorum intelligatur etiam
10 dispositum in altero, Curt. Jun. *part. 1. consil. 6. n. 14.*

Cæterùm, inter Nobiles Germaniæ, qui reliquis exterorum Re-

gnorum

gnotum nobilibus præferendi, ut paulò pòst dicemus, eminent Nobiles
immediati, qui immediatè Imperio subsunt, nullum statum pro Domi-
no & Magistratu agnoscunt, sed nobilia & libera sua prædia habent, 11
eóq; nomine Imperatori & Imperio serviunt, nec alibi, quàm in gemeine
der Ritterschafft Kasten aliquid contribuere solent, ut loquitur Gylman.
in symphor. part. 1. tit. 4. fol. 299. Tales in Imperio nostro Nobiles qui-
dem sunt in Suevia, Franconia, & ad tractum Rheni die Franckische/
Schwäbische/ und Rheinische Ritterschafft/ R. A. de Anno 1500. tit.
was man mit der Ritterschafft zu Francken/ Schwaben/ und Rheinländer
handelen solle/ R. A. zu Speyer de Anno 1542. §. demnach haben Wir.
Qui Nobiles inde dicuntur freye vom Adel/ die freye Adeliche Reichs Rit-
terschafft/ welche ohn mittel der Keyserlichen Mayestäth und dem Reich
unterworffen/ Recess. Imp. de Anno 1555. §. und in solchem friede Ord. 12
Cam. *part. 2. tit. 1.* Dicuntur verò hi Nobiles immediati & κατ' ἐξοχὴν, die
freye Ritterschafft/ non quòd ab omni jurisdictione & obedientia pror-
sus liberi sint, cùm nemo in Imperio Romano ἀκέφαλος sit, *per c. nulla ra-
tione dist. 93.* & quotquot in orbe Romano exsistant, cives & subditi Ro-
mani sint *l. in orbe 17. D. de stat. homin.* idq; ex constitutione Antonini 13
ind. l. 17. qui Divi Severi filius fuit, quo imperante scripsit Vlpianus,
prout rectè observat Samuel Petitus in Commentario ad Leges Atticas
lib. 2. tit. 3. non Antonini Pii, ut vulgò Dd. nostri putant, sed quia so-
lum Imperatorem vel Cameram Imperialem ob jurisdictionis concurren-
tiam pro supperiore recognoscunt, Gylman. *in symphor. part. 1. tit. 5.
n. 34.* und mit pflichten der Keyserlichen Mayestäth und dem Reich zuge-
than seyn/ R. A. de Anno 1542. zu Speyer §. dieweil aber etliche. Nec
immediatæ qualitati quidquam detrahit, quòd multi ejusmodi Nobiles 14
Principum Imperii vasalli sint, & bona sua ab illis vel in totum, vel ex
parte recognoscant, id enim majoris cautelæ gratiâ, & quò magis tueri
ista possint, ab iisdem fieri notant, Gylmannus *in Symphorem tom. 1. part.
1. tit. 4.* & Sixtinus *de Regalibus lib. 1. c. 4. n. 59.* adde Henricum Rosen-
thal. *in Synops. feudal. cap. 5. concl. 78. n. 9.* & Matthiam Stephan. *part.
1. de jurisdict. lib. 2. c. 7. n. 177.* præ cæteris verò legi hac de re meretur
Consilium numero 41. quod exstat inter Consilia clarissimi ICti Ever-
hardi junioris *vol. 1. consil. 41. n. 83. 87. & seq.* in quo Consilio evincitur, 15
posse hæc duo simul consistere, quòd Comitatus sit feudum Episcopa-
tûs, & tamen subsit Imperio & Imperatori, alioquin Nobiles ejusmo

ditantùm posse in suo, quantum Princeps in universo, asserit Decianus *vol. 1. Resp. 2. num. 165.* proinde Nobiles immediati jurisdictionem habent territorialem die Landes-Obrigkeit/ Hipp. Riminald. *lib. 1. consil. 9. n. 156.* Decian. *vol. 4. Resp. 34. n. 28.* & licèt Nobiles non possint habere jurisdictionem regalem, die Landesfürstliche Obrigkeit/ Sixtin. *lib. 1. de Regal. c. 4. n. 93.* attamen, uti loquitur Meischnerus *tom. 2. lib. 1. decis. 8. n. 2.* in suo genere eadem jura habent, quæ Princeps in suo. Porrò, Nobiles immediatè imperio subjecti habent Regalia, Sixtin. *lib. 1. de Regal. c. 4. n. 92.* Pruckman. *de Regal. c. 4. n. 34.* iisdem competit
27 jus cudendi monetam, Anth. Hansman. *de re monetar. concl. 11. lit. c.* jus collectandi subditos suos, H. Bocer. *de collect. c. 5. n. 7.* jus constituendi fœdera, Werner. Killing. *tr. de Ganerb. castr. dis. 15. n. 54. & seq.* uti in specie apparuit in fœdere Suevico, quo multi Nobiles continebantur, Sleidan. *lib. 4. hist. in fin.* jus mittendi Legatos, non quidem ad Imperatorem, H. Kirchner. *lib. 1. de legat. c. 3. n. 56.* quos enim mittunt nunciorum nomine veniunt & vulgò Abgesandte/ non Gesandte vocantur, Gondisalv. de Valladiego *de legat. quæst. 5. n. 16. part. 2.* sed ad cæteros Reges & Principes ac quosvis status, Nolden. *de Nobilit. cap. 17. n. 148. & seqq.* præterea Nobiles poterunt subditos suos ad præstandum juramentum fidelitatis cogere, Casp. Ziegler *in prax. aur. §. Nobiles concl. 1. n. 2.* modò tamen investiti sint cum homagiis & fidelitatibus, Surdus *lib. 1. consil. 172. n. 8.* nec non jus superioritatis in subditos teneant, H. Vult. *vol. 3. cons. 35. n. 27.*

Cæterùm, hi Nobiles immediatè Imperio subjecti, licèt eximiis
28 præ aliis decorati sint privilegiis, votum tamen & sessionem in Comitiis Imperii non habent, neque in matricula reperiuntur, & proinde ad status Imperii referri non possunt, ut enim aliquis status Imperii di-
29 catur, eidem jus Comitiorum competere debet, R. A. de Anno 1548. §. wan auch ein ausgezogener. ibi: Stimm und stand in Reichsversammlungen/ Gail. *1. observ. 21. n. 9.* unde neq; in subscriptionibus Recessuum Imperii eorundem mentio facta, nec obstat, quod modò diximus, No-
30 biles in Suevia, Franconia, & ad tractum Rheni imperio immediatè subjectos esse, etenim multi Imperio immediatè subjecti sunt, qui tamen Status Imperii non sunt, prout idipsum satis evincit textus expressus in Deputations Abschiedt de Anno 1564. §. unnd wollen Wir als Römischer Keyser gegen denen/ so nicht Stände des Hei-
ligen

ligen Reichs / jedoch dem Heiligen Reich immediatè unterworffen. Martinus Runclinus in *Dissertat. 1. ad Auream Bullam Caroli IV. Imp. th. 12.* nihilominus contendit, Nobiles liberos, & imperio immediatè subjectos inter Imperii status referendos esse. Gerlacus Buxtorffius in *Dissertat. ad A. B. Caroli IV. ad cap. 1. conclus. 5. lit. c.* asserit, Nobiles immediatos olim Comitiis interfuisse, idque probat ex ipso 21
proœmio Aureæ Bullæ, ubi Imperator Carolus IV. dicit, se Leges in Aurea Bulla comprehensas edidisse ac promulgâsse, auß vorgehabter zeitiger berathschlagung. At cum quibus deliberavit? Utique cum iis, qui assidebant. Tales autem erant præter electores aliósque Principes, Comites, & Barones, etiam Nobiles eorúmve Legati. Interfuisse igitur & ipsos huic deliberationi, per est verosimile, idem ex dict. proœmio A. B. collegerunt Lud Gremp. & Hier. zum Lamb *in consil. de sessione & voce Civitatibus in Imperii conventibus competente, q. 1.* §. zum 4. ist in der güldenen Bulle. & Advocati Brunsuicenses in Braunschweigischen Historischen Händeln. *part. 2. pag. 2177.* idem non obscurè constare poterit ex Bulla Sigismundi Imperatoris, quæ exstat apud Goldastum *tom. 1. Constitut. Imperial. fol. 143. §. 2. & fol. 144. §. 3.* ibi: Unde sanè, tam Ecclesiasticorum, quàm Secularium Principum Sacri Romani Imperii Electorum consilio & consensu accedente, non improvidè, neque per errorem, sed animo deliberato, aliorum etiam Principum plurimorum Ecclesiasticorum & Secularium, Baronum, Nobilium, & Procerum nostrorum ac Imperii sacri fidelium, maturè communicato consilio & paulò pòst: Prout hoc idem per præfatum Dominum Carolum Quartum, Romanorum Imperatorem, nostrum charissimum, omnium ac singulorum Principum Electorum, & multorum sacri Romani Imperii Principum, Comitum, Nobilium ac fidelium consilio & unanimi consensu accedente &c. adde Reformationem Imperatoris Friderici III. promulgatam Francofurti Anno 1442. *in princ.* quinimo Maximilianus I. Imp. Equestrem Ordinem statibus accensere videtur in dem Königlichen Landfrieden zu Wormbs Anno 1495. auffgericht *junct. princ. in versic.* darumb ibi: und Stände / cum fine §. hiebey ibi. Ritterschafft / nec non Ferdinandus Imp. in Recess. Imp. An. 1542. Spiræ promulgato. §. dergleichen wie jetzt in negsten Articul angezeigt versic. Es wolten dan dieselbe vom Adel / ibi: auch wie von andern Ständen. Nobis non displicet heic opinio 22

Authoris der Donawertischen Erinnerung *fol. 169. & 173.* (quam etiam amplexus fuit ac probavit Noldenius *de statu Nobilium civili cap. 17. n. 71.*) qui Nobilium in quibusdam Constitutionibus Imperii, non ut ἄρχοντες & status, sed ut Consiliariorum & adjutorum Imperii fieri mentionem tradit, & verò hæc sententia probabilis est, etenim in Recessibus Imperii ab Anno 1467 post factam matriculam Nobilium inter status nulla mentio facta fuit, werden auf der Weltlichen Fürsten/ oder dero Graffen Adjuncten-Banck nirgend unter den Grafen und Herren gefunden/ jam verò statuum appellatio fermè post factam matriculam primùm in usu esse cepit, de tempore quoque, quo status esse desierint, non constat, nec verosimile, Nobiles dignitatem illam in Comitiorum statuúmque jure consistentem adeò temerè fuisse jactaturos? cùm præcipuus olim honor fuerit, & etiamnum sit, esse statum Imperii, Auctor deß gründlichen Berichts von des H. Reichs Friedberg Standt Regalien *c. 2. n. 15.* Equidem hodie Nobiles immediatè Imperio subjectos, ad Comitia non vocari, nec suffragandi, vel sedendi jus in iis habere, post quotidianam experientiam testatur Sixtinus *de Regalibus lib. 1 cap. 4. n. 94.* unde nec in Imperii matricula reperiuntur. Quamvis verò Nobiles
23 immediatè Imperio subjecti hodie Sessionem & votum in Comitiis Imperii non obtineant, attamen iidem in Principum conventu auf den Fürstentagen unà cum reliquis statibus comparent, Civitates tamen Imperiales Nobilibus circa jus προεδρίας præferuntur. Quapropter, tametsi Anno 1619 mense Octobri in conventu Correspondentium
24 Norico, Ordo Equestris Franconiæ sessionem ante civitates Imperiales liberas peteret, Legati tamen Civitatum Imperialium ipsis cedere noluerunt, & obtinuerunt, secùs dicendum de Civitatibus municipalibus auf den Landtagen / quibus ordo equestris, die Ritterschafft desselben Landes præfertur.

Videamus nunc, quænam præeminentia Nobilitatis Germanicæ, sit præ reliquis Nobilibus exterarum provinciarum, & veró apud Germanos nobilitas ortum soli debet bellicositati & rebus præclarè gestis, quod ex Scriptoribus Germanicis facilé probari poterit. Apud
25 Romanos veró, ut de iis primò omnium dicamus, multi virtute ignobiles, desides, & degeneres, vel ob divitias & opes, vel auxilio & favore propinquorum & amicorum ad nobilitatis gradum aspirârunt. *Romulus* Romanæ conditor gentis, virtute & genere illustres opibúsque præstantes

stantes à plebe discrevit, & patres appellavit, ut essent, ex quibus tanquam seminario perpetuo, Senatores omni tempore legerentur, Dionys. 26
Halicarnass. *lib. 2. Antiquitat.* ex hisce Patribus prognatos Patricios πατρικίους dictos fuisse, Idem testatur, confer Suidam in voce πατρίκιος, qui & Nobiles dicti Livio *lib. 2. Histor.* ibi: occupant tribuni templum, postero die Coss. nobilitasque ad impediendam legem in concione consistunt, hinc *in l. 2. §. 43. D. de orig. jur.* turpe esse, dicitur Patricio & nobili, jus civitatis, in qua versatur, ignorare. Centum verò ex Patribus istis Senatores Idem Romulus constituit, postmodum, cùm Sabinorum & aliorum confluxu civium numerum auctus fuisset, placuit Romulo ejúsque consorti Tacio, ut patriciorum numerus duplicaretur, ex iisque centum rursus in Senatum cooptarentur. Tarquinius Priscus deinde centum ex plebejis spectatæ fortitudinis ac prudentiæ viros primò in Patriciorum, mox etiam senatorium ordinem allegit, Liv. *lib. 1.* Carolus Sigonius *de antiq. jur. civ. Rom. c. 7.* Exactis Regibus immunitas à Tarquinio Superbo, cæde atque exsiliis Patriciorum familias ac senatum Brutus & Poplicola Coss. ex plebe restiterunt; testis Dionys. Halicarnass. *lib. 5.* Magna verò tum temporis Patriciorum dignitas fuit, ex quibus solis ista ætate Senatores legebantur, augebat Patriciorum dignitatem, quòd soli haberent auspicia, Liv. *lib. 4. hist. c. 6.* ac privata sacra peculiaria, Hotom *in observ. ad vet. rit. nupt. c. 28.* præterea iidem Patricii vestitu peculiari utebantur, lunulas in pedibus deferentes, nobilitatis signum, ut scribit Plutarchus *in Problem. c. 101.* cujus rei rationem reddit Cælius Rhodiginus *Lectionum Antiquarum lib. 20. c. 28.* unde Statius *Sylvarum lib. 5.*

Genitum te curia sensit,
Primaq; Patricia clausa vestigia luna.

Et Juvenal. *Satyr. 7.*

Nobilis & generosus
Appositam nigræ lunam subtexit alutæ.

Patricii quoque apud eosdem Romanos purpurâ utebantur, non item cæteri, Plin. *lib. 9. N. H. c. 36.* quod abusu abolitum fuisse conqueritur Juvenal. *Sat. 3.*

Æquales habitus illic, similemq; videbis
Orchestram & populum.

Quamvis verò omnibus ex æquo Patriciis insignia competierint pri-

privilegia, maxima tamen præ cæteris autoritas eorum fuit, qui ex iis, quos Romulus binis vicibus legit, descendebant, ut hi majorum, reliqui minorum gentium dicerentur, testis Cornel. Tacitus *lib. 11. Ann.* ibi: paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum & L. Brutus minorum gentium appellârunt. Cæterùm, latis legibus Horatiâ ac Hortensiâ, cùm plebs in plerumque jurium communionem venire vellet, fœda nobilitatis confusio irrepsit in Rempublicam Romanam, ita ut ex plebe quoque majores magistratus crearentur, testante Festo. Quamvis verò C. Julius Cæsar, ejúsque successores Augustus & Claudius pristinæ dignitati Senatum & patriciorum ordinem restituere sint annisi, prout de Claudio expressè tradit Tacitus *lib. 11. Annalium*, attamen multos nulla virtute claros, vel gratia propinquorum, vel opibus, ad Senatorum ordinem, ac nobilitatis gradum isto tempore aspirâsse, ex scriptoribus Romanis constat. Hi ipsi quoque, qui ex nobilibus & præclaris parentibus orti, & institutis & virtute majorum paulatim degeneâ-
27 runt, ita ut quantò vita majorum præclarior, tantò posterorum socordia flagitiosior esset, ut verissimè Marius apud Salustium inquit. Ut enim turpitudo objectu lucis insignior, atq; conspectior fit: sic illa Parentum merita, & splendor degenerantium filiorum notas detegunt. Patet hoc in Scipionis Africani, Quinti Fabii, Maximi Allobrogici, & Marci Tullii Ciceronis; non filiis, sed teterrimis portentis, & (ut ille dicebat) bene natis asinis, quos heroum illorum parentum facta non illustrârunt; sed prodiderunt, & ridendos toti orbi propinârunt: ita, ut satiùs fuisset, illos latuisse; quàm in tam clara luce à parentibus suis collocatos esse, quia secundùm Juvenalem:

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò major, qui peccat, habetur.

Et verò incitamenta nobis esse debent faces; & gesta nostrorum parentum; non desidiæ tibicines, & (ut Diogenes dicebat) προκαλύμματα κακίας velamenta nequitiæ, ne sancti eorum manes nostro vitio, probrosùm illud dictum audire cogantur: *Fuere quondam strenui Millesii.*

Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus. Nemo in nostram gloriam vixit; nec, quod ante nos fuit, nostrum est. Animus facit Nobilem, cui ex quacunque conditione supra fortunam licet surgere, inquit Seneca *lib. 5. Ep. 44.*

Nam

Nam genus & proavos & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra puto.

Ut eleganter Ovidius *lib. 13. Metam.* canit. Quidni igitur de ejusmodi Nobilibus istud Boethii *lib. 3. de consolatione Philosophiæ* dicendum?

Quid genus & proavos strepitis?
Si primordia vestra,
Authoremq; Deum spectes,
Nullus degener exstat,
Ni vitiis pejora fovens,
Proprium deserat ortum.

Præclarè Seneca Tragædiographus *in Hercule furente:*

Nobiles non sunt mihi
Avi, nec altis inclytum titulis genus,
Sed clara virtus. Qui genus jactat suum,
Aliena laudat.

Cui concinens Juvenalis *Sat. 8.*

Tota licèt veteres exornent undique ceræ
Atria, Nobilitas sola est atque unica virtus.
Paulus, vel Cossus, vel Drusus moribus esto,
Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis,
Æacidæ similis, Vulcaniáque arma capessas,
Quàm te Thersitæ similem producat Achilles.

Eleganter Epicharmus apud Stobæum, *Serm. 84.*

Ἀπολεῖ με τὸ γένος, μὴ λέγ', εἰ φιλεῖς ἐμέ·
Μῆτερ, ἐφ' ἑκάστῳ τὸ γένος. Οἷς ἂν τῇ φύσει
Ἀγαθὸν ὑπάρχῃ μηδὲν οἰκεῖον προσὸν,
ἐκεῖσε καταφεύγουσιν εἰς τὰ μνήματα
Καὶ τὸ γένος, ἀριθμοῦσί τε τοὺς πάππους ὅσοι.
Οὐδ' ἕνα δ' ἔχοις ἰδεῖν ἂν οὐδ' εἰπεῖν ὅτῳ
Οὐκ εἰσὶ πάπποι, πῶς γὰρ ἐγένοντ' ἄν ποτε;
Εἰ μὴ λέγειν δ' ἔχουσι τούτους, διά τινα
Τόπου μεταβολὴν, ἢ φίλων ἐρημίαν,
Τί τῶν λεγόντων εἰσὶ δυσγενέστεροι;
Ὃς ἂν εὖ γεγονὼς ᾖ τῇ φύσει πρὸς τἀγαθὰ
Κἂν Αἰθίοψ ᾖ, μῆτερ, ἐστὶν εὐγενής.

Perdet me genus, ne nomines, si me amas
Mater, ad singula genus tuum. Quibus enim naturâ

Nnnnn Nul-

Nullum adfuerit bonum proprium,
Illi confugiunt ad monumenta,
Et genus suum, ac avos enumerant, quot habuerint,
Ac ne unum quidem videris, aut nominaveris, cui
Non sint avi: aliter enim quomodo nati essent?
Quod si tamen indicare id nequeunt, propter aliquam
Loci mutationem, aut amicorum penuriam,
Quid propter hoc ignobiliores habendi sunt
illis, qui avos suos numerant?
Quisquis suapte natura proclivis ad bona fuerit,
Nobilis est, quamvis matre genitus Æthiope.

Digna quoque sunt, ut heic legantur de vera nobilitate verba D. Basilii: οὐκ ἔχομεν πατέρας λέγειν, ait, καὶ προγόνους περιφανεῖς· ὁ γὰρ τῆς ἀληθείας νόμος, ἴδια ἑκάστου ἀπαιτεῖ τὰ ἐγκώμια, οὐδὲ γὰρ ἵππον ταχὺν ποιεῖ τὸ ἐκ ταχυτάτων φῦναι, ἀλλ' ὥσπερ τῶν ἄλλων ζώων ἡ ἀρετὴ ἐν ἑαυτῷ θεωρεῖται ἑκάστῳ, οὕτω καὶ ἀνδρὸς ὁ ἔπαινος ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ κατορθωμάτων ἐκμαρτυρεῖσθαι. Non possumus patres & majores claros prædicare, cùm veritatis lex proprias cujusque reposcat laudes. Non enim equus est celer, quòd ex celerrimis natus sit, sed quemadmodum cæterorum animalium in se quodque spectatur: sic viri laudes testatæ sunt ex suis cujusque præclaris factis. Bene monet Lysiteles apud Comicum;

Itane tandem Majores famam tibi tradiderunt tui,
Ut virtute eorum anteparta per flagitium perderes?
Atque honori posterorum tuorum ut vindex fieres?
Tibi Paterq; Avusq; facilem fecit, & planam viam
Ad quærendum honorem, tu fecisti, ut difficilis foret,
Culpâ maximè & desidiâ, tuisq; stultis moribus,
Praeoptavisti amorem tuum ut virtuti praeponeres,
Nunc te hoc pacto credis posse obtegere errata:
Cape sis virtutem animo, & corde expelle desidiam,
In foro operam amicis da, haud in lecto amicæ, ut solitus es:
Si istuc, ut conare, facis indicium, tuum incendes genus,
Tum igitur tibi aqua erit cupido, genus qui restinguat tuum,
Ne scintillam quidem relinques, genus quâ conglisciat tuum,
Is est honos homini pudico: meminisse officium suum.

Rex Athalaricus præfectum urbis quondam ita hortatus fuit; Redde laudes posteris tuis, quas tu à Majoribus acepisti. At proh inversi mores, quotusquisque est, qui id cogitet? Partæ quisque gloriæ potius securè indormit, quàm de amplificanda laboret. Satis beatos, satis illustres sese existimant, virtute patrum, non secùs ac si fama eorum legari posset & non quæri debeat, unde præclarè Marius apud Salustium *in Bell. Jugurthino*. Majores eorum, *inquit*, omnia, quæ licebat, reliquere, divitias, imagines, memoriam sui præclaram: virtutem non reliquere, neque poterant: ea sola neque datur dono, neque accipitur. Digna planè, ut legatur tota oratio Marii, in qua vera Nobilitas & virtus exponitur, simulque ex eo liquidò apparet, quænam nobilitatis conditio in Republica Romana tempore Marii fuerit, ac quomodo filii degenerârint à paternis institutis, qua de re conqueritur eloquentissimus Johannes Barclajus *in Satyrico suo*. Equidem, cùm abundarent opes in illustribus familiis & luxuriantes copias avita industria peperisset, obstupuerunt paulatim virtutis stimuli, & aliquid remiserunt nepotes de paterna contentione ad gloriam: donec vertentibus aliquot seculis vix aliud ad commendationem habuerunt, quàm inanem, propè fugitivam authorum suorum memoriam. Exstat hac de re elegans Epigramma gravissimi Gregorii Nazianzeni, in quo multis rationibus demonstrat, nobiles, malis moribus præditos, frustra gloriari de nobilitate sui generis.

Cæterùm, ut ad Germaniæ nostræ Nobiles redeamus, constat Nobilitatem in eadem pristinum decorem in hunc usque diem fere intaminatum servâsse, licèt posteri non parùm etiam à Majorum institutis ac virtute degenerârint. Ætate Taciti Germanicas gentes in quatuor Ordines divisas fuisse, ac inter illos Nobilitatem principem 28 locum obtinuisse, ipse Tacitus in elegantissimo *de Moribus Germanorum libello* testatur. Ordines Saxonum hi fuere.

NOBILES
LIBERI
LITI
SERVI

Qui ordines ad amussim Anglicis respondent, quibus etiam quatuor ordines fuere Adelingi, Liberi, [illegible] Sane. laudat Adelingos in Longobardis natione è Saxonia [illegible] Paulus Diaconus *lib 1. c. 14.*

Por-

Porrò, apud Germanos Nobilitas, uti supra diximus, soli bellicositati & rebus præclarè gestis ortum debebat, unde insignis Nobilium præeminentia & dignitas, inter ipsos Nobiles verò maxima eorum No-
29 bilium dignatio erat, qui ex Regiis & Principum familiis descendebant, Tacit. *de mor. Germ. c. 13.* Et verò Nobilium Germanicorum dignitas & præeminentia satis ex eo apparet, quòd ex iis Reges electi fuerint. Reges ex nobilitate, Duces ex virtute sumunt, inquit Tacitus *de moribus Germanorum cap. 7.* Principes quoque ac Graviones ex nobilitate assumptos fuisse, testatur C. Julius Cæsar *de bell. Gall. lib. 6.* Eosdem No-
30 biles Germaniæ quoad jus *προεδρίας* & sessionem, jam olim in conventibus primum ac honoratiorem locum occupâsse, docet Posidonius apud Athenæum *lib. IV. c. 13.* Convivæ, *ait,* ad cænam si complures conveniant, in orbem considunt: In medio autem præstantissimi est sedes, veluti totius cætus Principis, qui vel bellica dexteritate, vel nobilitate generis cæteros anteit. Adde, quòd Nobiles Germaniæ connubia cum plebejis non miscuerint, adeoque nobilitatem sine macula ad posteros transmiserint, tradit id ipsum Adamus Bremensis: Id legibus firmatum, *inquiens,* ut nulla pars in copulandis conjugiis propriæ sortis terminos transferat, sed nobilis nobilem ducat uxorem, & liber liberam, libertus conjungatur libertæ, & servus ancillæ. *Hactenus Adamus Bremensis,* eundem morem hodienum Nobiles Germaniæ diligentissimè observant, in Gallia verò Nobiles hujus rei rationem non habere, observavimus. Sanè, Nobiles Germaniæ, immediatè imperio subjectos, Galliæ, Hispaniæ, aliorumque regnorum Nobilibus postponendos non esse, rationibus evinci poterit. Audiamus verò heic Caspari à Lerch *in discurs. de ordine Equestri German. in fundam. 1. n. 61. fol. 31. §.* Nuhn kan dieß Orts
31 ubi, de præcedentia Germanicæ Equestris dignitatis præ Venetorum nobilitate agens, sequentia in medium affert: Ob schon in gantz Europa, *ait,* der Venetorum legibus langem glück und Vorsichtigkeit gemessenem eigner regiminis status, Nobilium secularium, also mächtig unnd hoch wie dieser gestiegen und hergeführt ist/zuvergleichen hiemit, daß jedoch in rechter ansehung unsers teutschen ordinis Equestris, und desselben weitberümbten virtutis, valorisque, nec non Cæsareæ authoritatis, darunter dieser Reichs Adel hergebracht worden ist/ aliarumque circumstantiarum causa & intuitu, der Teutsch und Keyserliche Reichs Adel weit vorzuziehen/

so

so dann die gemeine macht oder privat Stattehr der Venediger/neben ihrer bekanten kaufmanschafft/ gegen unsers Teutschen Ritterlichen Adelß Personal/ und gemeinen Reichs/auch vieler provincien merita, freyheit/ würdigung und excellentiam sanguinis familiarum/ wie auch durchs H. Reich herbrachten Equestrem laudem, respectivè nicht zu compariren ist. Dan obwol ihres Adels maritimæ oder terrestres expeditiones vorgestelt werden wolten: seynd jedoch dieselbige particular geschichte/ mit so viel tausende Keyserlichen und des Reichs Heerzügen nicht zuvergleichen. Zugeschweigen/ alß durch Teutschland, Italien, und Europa von Römischen Keysern und Königen/ mit dero Reichs Ritterstandt und Adel/ die höchste/ grausambste/ mächtigste Feinde bekrieget/ und niedergeleget und das Christliche Reich verthätigt worden/ nicht weniger gemelte Venetianische Adeliche Respublica und Lande/ ihr ruhe jedesmahls per consequens oder accidens dabey erlangt/ und also der Teutschen vorgehenden valor nützlich empfunden hat/ deren einsahme Wehr oder Wiederstand allein zu gering sonst gehalten wehre. *Hæc Casp. à Lerch d. l.* 32

Cæterùm, inter Nobiles Germaniæ alii ruri degunt, alii Civitates incoluerunt. Qui ruri degunt in prædiis avitis antiqui moris Germanorum observantes esse videntur, qui oppida & circumdata retibus claustra declinârunt Amm. Marcell, *lib. 16. hist.* ac ægrè tandem irrumpentibus barbaris, mæniis se valloque cingi passi sunt, Cluver. *lib. 1. Antiq. Germ. c. 15.* De suo ævo, hoc est, ætate Trajani disertè Tacitus, cui res Germanicæ fuerunt compertissimæ: Nullas, *inquit*, Germanorum populis urbes habitari satis notum est: ne pati quidem inter se junctas sedes. Colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Et verò hæc est caussa, quare pleræque urbes Germaniæ vel à fluviis, vel campis, vel etiam silvis nomen post acceperint: ceu latè deduxit Philippus Cluverius *lib. 1, Germania Antiqua cap. 13.* Qui Nobiles civitates incoluerunt Patricii vocati fuere, à Romanis, ut credibile est Patriciis, quippe qui etiam Romæ domiciliũ & sedẽ suã fixerunt, & verò de origine Patriciorũ TransRhenanorum legendus Lehm. *in Chron. Spir. c. 19.* Cisrhenani, ac præsertim Franconiæ & Saxoniæ Patricii originẽ suã Henrico I. Imperatori, quẽ Aucupem nuncupant, debent, hic enim exstirpatis 33 bellis Hunnicis multis Nobilibus familiis, alias surrogavit, Georg. Fa- 34 bric. *lib. 2. Orig. Sax.* & primus præ aliis struendis & muniendis urbibus operam dedit, urgentibus scilicet institutum Vngarorum immanibus ir-

nuptionibus, quò tutus daretur miseris receptus. Exponit hoc ipsum Witichindus Monachus Corbeiensis *lib. 1. Ann.* cujus verba digna, ut subjiciantur: Henricus Rex recepta pace, ab Vngaris ad novem annos, quantâ prudentiâ vigilaverit in munienda patria & in expugnando barbaras nationes, supra nostram est virtutem edicere. Et primum quidem ex agrariis militibus nonum quemq; eligens in urbibus habitare fecit, ut cæteris consamiliaribus suis octo habitacula exstrueret, frugum omnium tertiam partem exciperet servaretque, cæteri verò octo seminarent & meterent, frugésque colligerent nono, & suis eas locis reconderent. Concilia & omnes conventus atque convivia in urbibus voluit celebrari. In quibus exstruendis die noctúque operam dabant, quatenus in pace discerent, quod contra hostes in necessitate facere debuissent. Vilia aut nulla extra urbes fuere mænia. Idem tradit Sigebertus Gemblacensis *ad Annum 925*. Rex Henricus, *ait*, agrarios milites recensens, ut octo eorum in agris; nonus verò in urbe moraretur: & octo in agris & nono laborarent: nonus verò in urbe tertiam partem omnium frugum illorum reservaret in ædibus, à se ad hoc exstructis, ut in bello nihil aliarum rerum deesset, urbesque rebus & vini plenæ essent. Idem memorant Dithmarus Mersburgensis & Conradus à Lichtenaw Abbas Vrspergensis. Sanè, Dithmarus *lib. 1.* multas urbes nominatim recenset ab Henrico Imp. exstructas interque eas Misnam, Quedelenburgum, & Mersburgum. Henricus Imp. igitur eos, qui ex civibus militari scientia præstabant, nobilibus exæquavit, unde Crantz. *lib. 3 Sax. cap. 18.* Cives ille militares, *ait*, inter aulicos nullo discrimine habebat. Nunc, si Diis placet, militaribus nostri temporis æquari nullâ arte possunt. Henricus autem Dux, inde Rex, non illa faciebat discrimina inter militantes, sed quemque pro sua virtute anteferebat. Cæterùm, ut propiùs ad rem accedamus, dubitari posset; *Vtri præferendi, an illi, qui ruri degunt, an verò, qui Civitates incolunt?* Et verò primò omnium dicendum; *An Patricii revera Nobiles sint?* Quod ipsum, licèt vulgò in dubium vocetur, contraria tamen affirmativa sententia rationibus suis non destituitur. (*1.*) *Enim* Patricii ejusmodi à majestate, cui potestas nobilitandi competit, Nobilibus, sunt exæquati, ob virtutem scilicet militarem, fortitudinem insignem & res bello præclarè gestas, quibus nobilitas Germanica suam debet originem, & verò fecisse hoc ipsum Henricum Aucupem Imp. modò diximus. (*2.*) *Adde*, quod hodienum plurimæ supersint Nobiles familiæ

circa

circa Wormatiam & in Franconia, quæ originem à Patriciis Wormatiensibus & Norimbergensibus repetunt, Munster. *lib. 3. Cosmog c. 173.* Accedit prædictis (3.) *quòd* effectus Nobilium participent; quippe cùm major ipsis præ plebejis exhibeatur reverentia, dignitatem in posteros transmittant, & ad torneamenta admittantur, ita Albertus Marchio Brandeburgensis Norimbergæ circa annum Christi 1451. cum aliquot ejus loci Patriciis sociis hastiludium peregit, & Henrici IV. Imperatoris tempore in torneamento Norimbergæ tres Patricios Haller/ Tucher/ & [illegible] palmam reportasse tradit Crusius *lib. 7. Ann. Suevic. p. 3.* idq; privilegium, Patriciis postea ademptum, restituit iisdem Carolus V. in diplomate quodam, nec officit, si reponas, non omnes indistinctè Patricios admitti, cùm enim diversæ dignitatis Patricii sint, mirum videri non debet, si non omnes ex æquo omnium nobilitatis privilegiorum participes fiant. Quòd si nobilitatem iis solis adscribamus, qui extra civitates ruri degunt, frustra nobilitatem in Romana & Atheniensium Rebus publ. quærimus, quinimo olim nostrorum Nobilium majores civitates incoluisse, ex prædictis constat, quomodo hodienum in Italia magna pars Nobilium in urbibus degit, Machiav. *discurs. de Re-* 36
publ. c. 55. Apud Hispanos quoq; utramque nobilitatem in pari pretio fuisse, testatur Chassanæus *in Catalogo Gloriæ Mundi parte 8. Consideratione 49. p. m. 548.* Hispania, *inquit*, duplici nobilitate utitur. Nam &, qui in suis civitatibus antiquo genere orti, cæteris præsunt divitiis prædıti, & qui in campis commorantes nutriuntur ex prædiorum censu; cum ornatiore quodam vivendi ritu, quæ cæteris præstat, nobilium nomen tenent. Inter omnes illos Equester ordo primum Nobilitatis locum habet. *Hæc Chassanæus d. l.* In Gallia tamen Nobiles oppida fugiunt, attestante eodem Chassanæo *d. Considerat. 49.* Galliæ omnis, *ait* 37
una est nobilium norma. Nam rura & prædia sua incolentes urbes fugiunt, in quibus habitare Nobilem, turpe ducitur: qui in illis degunt ignobiles habentur à nobilibus. Idem tradit ICtus suo tempore incomparabilis Andreas Tiraquellus Curiæ Parisiensis Senator in præclaro opere *de Nobilitate cap. 2. n. 61. p. m. 16.* Apud Gallos, *ait*, atq; Britannos Nobiles de industria urbes fugiunt, easque habitare ignominiæ loco ducunt, Idem pauló pòst: Sanè, apud Gallos, Nobiles ut plurimùm ruri habitant in suis villis suspectáque est propemodum eorum nobilitas, qui in urbibus & oppidis habitant. *Hactenus Tiraquellus*, qui

ibidem

ibidem etiam rationes hujus rei adduxit, quò lectorem remitto. Porrò, apud Hebræos fuisse observatum, ut Nobiles in urbibus, ignobiles ruri habitarent, ostendit D. Hieronymus *in prologo Esaiæ*. Quicquid sit, ex prædictis constare puto, Nobilitati non repugnare, quominus Nobiles in urbibus habitare possint, adeoque nec Patricios magnarum & illustrium civitatum à Nobilium ordine jure excludi posse. Cæterùm, quod præmissam quæstionem attinet, existimamus nihilominus Nobiles ruri
38 degentes quoad sessionem & jus προεδρίας Patriciis Civitatum præferendos esse, (in thesi heic loquimur, non in hypothesi) (1.) *enim* Nobiles in civitatibus ob numerum mercatorum aliorumque opulentorum, nec non plebis insolentiam minores æstimantur, quàm Nobiles in pagis degentes, ubià suis villicis, & aliis id genus rusticis ferè adorantur, ut Tiraquellus suprà à nobis laudato loco loquitur, ac iis pro lubitu imperitant. Accedit (2.) *& illud*, quòd ruri degentes à muneribus civilibus immunes majore gaudeant libertate. (3.) *quin quòd* Veteres Germaniæ Nobiles in villis potiùs quàm in oppidis degere consueverint, ita de Sueviæ Nobilibus scribit Nauclerus *generat. 43. fol. 231.* quòd profanari suam dignitatem arbitrati fuerint, si in urbibus habitarent. (4.) *Adde, quòd* longè convenientior sit militari dignitati vita ruri, quàm in urbibus degentium, unde Vegetius asserit, ex agris supplendum esse robur exercitus, & Cato *lib. 1. de Re rust. cap. 1.* Ex agricolis, *ait*, & viri fortissimi, & milites strenuissimi gignuntur, talibus viris non labor insolitus, non locus ullus asper aut arduus erit, non armatus hostis formidolosus. Saluft. *in Catil.*

Cæterùm, quod ordinem & sessionem inter ipsos Nobiles attinet,
39 observandum (1.) *eos*, qui non generis Nobilitate tantùm præfulgent, sed & propria virtute sive militari, sive togatâ conspicui sunt, reliquis, qui tantùm majorum suorum rebus gestis illustres existunt, præferendos esse, id quod *suprà hoc capite* ostensum. Sanè, Nobilitas est quasi splendor quidam ex virtute progrediens; qui suos possessores illustrat, ex quacunque conditione emergentes. Nam virtus majorum, principatus, gloria certaminum & rerum gestarum illorum bona sunt: illos ornant & insignes reddunt, qui ea sibi suo labore, suâ industriâ peperere. Nos verò veram laudem & nobilitatem meremur nostris meritis, non alienis: & his actionibus, quæ ex nostra prodeunt voluntate. Quid enim ad nos attinet, quæ multis seculis ante nos nostro, neq; consilio,

neq

neque opere acta sunt? Illa suis auctoribus lumen & gloriam præbuerunt: nobis ad imitandum tantùm patefecerunt viam. Vt pullo aquilino ad aquilinam nobilitatem probandam non satis est, ab aquilis generosis progeneratum esse, sed hoc etiam in eodem necessarium est, ut virtutem aquilis dignam habeat, sine qua à parentibus pro legitima sobole non agnosceretur: Ita in genere humano, si quis pro verè nobili habere velit, ei non satis est, jactare nobilitatem generis majorum suorum, quod nobilitatis argumentum est levissimum: sed maximè hoc necessarium, ut Majorum suorum eximiam virtutem referat, ac possideat: sine qua ne suorum quidem parentum judicio ullus verè nobilis est, nec pro nobili habendus. Sanè, aspera est & acclivis ad gloriam via, ut nemo ad eam absque multo sudore pervenire possit. Quis enim unquam dormiens trophæum statuit? quis indulgens deliciis & tibiarum concentui, continentiæ coronis redimitus est? nullus sine cursu meruit brabeium. Labores gignunt gloriam, & certamina coronas acquirunt.

Porrò, inter Nobiles (2) ii, qui priùs fuerunt nobilitati, & quorum 40
cum Virgiliana Didone, *lib. 1. Æneid:*

Fortia facta patrum, series longissima rerum
Per tot ducta viros, antiquæ ab origine gentis.

Præferendi reliquis Nobilibus, qui posteriùs talem dignitatem consecuti fuerunt *text. in l. 1. & 2. C. de consul. l. 1. & 2. C. de præf. prætor. lib. 1. C. de prox. sacr. scrin.* in honoribus enim & dignitatibus maximè præcedit Regula, qui prior tempore, potior jure, Cothman, *vol. 2. consil. 95. n. 18.* Vnde graviter Theodosius & Valentin. *in l. 1. C. de Consulib.* Quis, *ajunt*, in uno eodemque genere dignitatis prior esse debuerat, nisi qui priùs meruerat dignitatem? cùm posterior, etiamsi ejusdem honoris prætendat auspicia, cedere tamen illius temporis consuli debeat, quo ipse non fuerit. Sanè, Nobilitas quò antiquior est, eò quoque major est, & illustrior, uti loquitur Andreas Tiraquellus *de Nobilitate capite 19. in princ.* idque non obscurè contendit Agamemnon apud Homerum *lib. 9. Iliados*, confer Aristot. *4. Pol. 8.* Tacit. *lib. 4. &* 41
13. Annal. quinimo veteres antiquum simpliciter pro Nobili dixerunt, prout exposuit Servius ad istud Virgilii *lib. 1. Æneid.*

Nos Troja antiqua, vestras si forte per aures.

& *lib. 2. Æneid:*

Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.

Ooooo Vide

Vide Nicolaum Boerium ad consuetudines civitatis Bituricensis in tit *des coustumes & usaiges des droicts de lestat des Personnes* §. 6. ubi agens de sessione Nobilium eorúmque uxorum tradit, quòd in hisce controversiis Nobiles recurrere soleant ad eorundem genealogiam &
42 antiquitatem generis & Nobilitatis, idem jam ante Nicolaum Boerium placuit Johanni de Platea *in l. 1. & 2. C. ut dign. ord. servetur lib. 12.* qui consuetudinem cujusque loci inspiciendam esse, adserit, quod etiam observat Paulus de Castro *consil. 126.* qui tradit fieri posse secundùm consuetudinem loci, ut, qui in uno loco pro nobili habetur, in alio non habeatur pro eodem. Placet hac de re subjicere verba Nicolai Boerii *d. l.* Venetiis, *ait*, omnes qui sunt de officiis publicis, seu de consilio, sunt Nobiles, & idem est Tolosæ in Capitolinis seu Consulibus ejusdem Civitatis, quod non sunt in aliis civitatibus, pro cujus decisione faciunt *not. à Pet. de Anch in c. ult. in prin. de consuet. lib. 6. & l. generaliter §. quis ergo. D. de fideicomm. libert.* consuetudo enim assignat loca sedendi & standi, & non debet præposterari secundùm Bal. ibi: *in 1. notab.* & Angel. *consil. 111.* Et ideò nobilior & potentior debet præferri & altiori loco sedere. *Hactenus Boerius d. l.* Sanè, consuetudinem in hac præce-
43 dentiæ materia potissimùm considerandam, nec ab eadem recedendum esse, communi Doctorum calculo approbata sententia est, quomodo statuunt Bald. *in cap. cum olim n. 1. & sequ. de consuet.* Felin. *in cap. statuimus in princ. de majorit. & obed.* Rim. Jun. *lib. 1. consil. 95. n. 22.* Natt. *consil. 62. in fine.* Menoch. *consil 51. n. 49. & consil. 126. n. 2. & 3.* Valenz. *tom. 2. consil. 201. n. 42. cum seqq* Stephan. Gratian. *discept. forens tom. 1. cap. 106. n. 8 & tom. 2. cap. 298. n. 8. & tom. 3. cap. 590. n 93.*
44 Michael Ferrus *de præcedent. Ecclsiast. quæst. 18. n. 7.* aliique Dd confer Anthonium Coler. *de jur. Imper. Germ. sect. 67.* & Augustinũ Barbosam in *Collectaneis Dd. in Concil. Tridentinum Sess. 25. cap 13. n. 11.* quæ conclusio amplificatur á Menochio *consil. 51. n. 51.* & Seraph. *decis. 964. n. 1.* ut procedat, etiamsi consuetudo juri repugnet, & hujus quidem consuetudinis in controversiis sessionum inter Principes & Magnates ut plurimum habitam esse rationem, Scriptores passim testantur. Factum id in controversia sessionis inter Electorem Coloniensem & Abbatem Fuldensem, Crantz. *lib. 6. Saxon. cap. 46.* Naucler. *gener. 36.* necnon famosâ præcedentiæ lite inter Florentinum & Ferrariensem Duces, qua de re Cravetta *consil. 982.* Modestinus Pistor. *vol. 1. consil. 18.* Natta *consil. 637.*

Decian.

Decian. *vol. 3. consil. 19.* Consuetudinis igitur & possessionis in hac sessionum controversia rationem præ primis habendam esse, constat. Vide Ricc. *part. 8. decis. 132. per tot.* & Navarr. *decis. 123.* ubi inter alia huc spectantia, tradunt in præcedentiæ jure eum tuendum esse, qui tempore litis motæ, reperitur in possessione, adde eundem Aloysium Riccium *decis. 674.* ubi Regulas præcedentiæ adduxit, & *decis. 1446.* ubi generales aliquot Regulas tradit, quid in præcedentiæ materia considerandum, quó benevolum lectorem remitto, confer ejusdem Riccii *decis. 1069. decis. 134. decis. 2596. & decis. 2999.* ubi disquirit: An Capitulum Cathedrale præcedat Capitulum Collegiatæ? Porrò in Portugallia, inter Nobiles præcedentia assignatur gradui & qualitati nobilitatis, & secundùm eundem gradum qualitatem alter alteri præfertur, prout quisque á Rege majus vel minus stipendium habet. Usus enim Portugalliæ fert, ut omnes Nobiles stipendia à Rege habeant (quæ res Moravia appellatur) secundúm gradum & qualitatem sanguinis, ex quo prognati, lubet hac de re subjicere verba, quæ habentur in trattato parenetico à Rè, Principi, Potentati, *e Republiche dell' Europa lit. F.* quæ adduxit Limnæus *lib. 4. de jure publico cap. 9. n. 60.* La Nobilta in Portogallo ha la precedenza secondo il grado, & la qualità della Nobiltà, & secondo l' istesso grado & qualitá præcedono l' un l' altro secondo che hanno minore ò maggiore provisione dal Rè. Euso fra Portoghesi, che tutti gentillinomini siano provisionali dal Re (laqual cosa si chiama Moravia) secondo i gradi & qualità del sangue loro (la qual nobiltà di sangue chiamano propriamen fuero) da esser rollati ne libri della casa Reale ch' essi dicono libri della Cusinanza, ò libri della Matricula. 45 46

Porrò (3.) inter Nobiles in sessione præferendi Seniores junioribus, *l. 5 D. de jure immunit.* Decian. *vol. 1. Resp. 21. n. 69.* Riminald. Jun *consil. 740. n. 9. & seqq.* Vide præ cæteris egregiè hoc exponentem Andream Tiraquellum *in præfatione tractatus de jure primigeniorum n. 115. & 118* adde Cothmannum *vol. 5. consil. 25. n. 9.* Peregrinum *lib. 1. consil. 84. n. 33.* Simonem Pistor. *vol. 1. consil. 18. n. 3. vers. præcedentia*, & Jacobum Alemannum *in Palæstra consultat. juris Consult. 7.* qui id cum primis inter Duces & Nobiles præcedere asserit. Idem inter Equites Ordinis Aurei Velleris obtinere constat ex *Articulo 17 d. Ordinis Aurei Velleris* apud Guicciardinum *in descript. Belgii germ. vers. fol. 77.* verba ipsa subjicere placet, quæ hæc sunt: in idioma germanicum 47 48

 tran-

tranſlata: Unruhe zuvermeiden/ ſoll ein jeder Ritter/ im reiten/ gehen/
in der Kirchen/ in Räthen/ zu Tagen/ in Banqueten/ in Wahlen/ Reden/
Schreiben/ und in allen ſachen/ ſo den Orden antreffen/ ſonſt nicht wei-
ter/ ſoll jeder der vor dem andern in Orden kommen/ fürgeſetzt werden/
und wo mehr dann einer zu einer Zeit oder Tag in Orden kommen/ ſoll der
Elter den Vorzug haben. Doch Keyſer/ König und Hertzogen/ ſollen des
Stands halber/ ſo Ihre Mayeſtäth führen/ außgenommen ſeyn/ und
unter denſelben auch der älter im Orden den Vorſitz haben. Unter den
andern Rittern ſoll da nich acht gegeben werden/ weder auf Adel/ noch auf
hohe Herſchafft und Reichthumb/ allein wel che zum erſten in den Orden
kommen. De origine aurei Velleris, vide Simon. Maiol. *tom. 3. dier.*
49 *canicular. colloq. de dignit. different. fol. 1177.* Equidem in memoriam
Jaſonis, fortiſſimi Ducis & ſociorum ejus præſtantiſſimorum heroum,
hoc Equeſtre ſodalitium Philippus Burgundus inſtituit, ut eorum exem-
pla, ad ſimilem virtutem excitarentur, quotquot ordinis membra eſſe
cuperent. Ideóque nulli ferè in hoc Collegium recipiuntur, quàm Im-
peratores, Reges, Principes, Comites, & Barones; (ut pateſcit ex Ca-
talogo Equitum, jam inde à primis temporibus uſque ad Annum 1559.
allectorum, quem refert Guicciardin. *in deſcript. Belgii fol. 52. & ſeqq.*)
inque rei ſymbolum datur cuique, cùm adoptatur, torques aureus, in
quo oſtenduntur igniarii multiplicati in tota torque, & ſilices, vellúſque
aureum, hoc eſt, figura velleris arietini aurea, torqui appendens, & in
pectus excurrens. Hanc torquem, ſi moritur Eques ſodalitii hujus,
cognati ejus Principi ordinis reſtituere tenentur, quem ille alteri, qui in
locum demortui eligitur, tradit. *Hæc Maiolus d. l.* Notandum obiter
hoc loco, quòd idem Philippus Borgundiæ Brabantiæque Dux, ſingulos
Societatis hujus togâ coccineâ, ſive purpureâ laneâ in Comitiis publicis
uti voluerit, quam filius Carolus audax Comitiis clↄ CDLXXIII. in ur-
be Valentiana celebratis, in holoſericam commutavit. Idem porrò
Philippus [cognomento Bonus] quatuor ut vocant Officiarios, Can-
50 cellarium, Theſaurarium, Heraldum, ſive Regem Armorum, & Secre-
tarium huic Equeſtri Collegio ſubminiſtrare voluit. Cæterúm, initio
non niſi 25. Equitibus Collegium conſtitit, ipſo Philippo Duce cæteris
annumerato; idem tamen Diplomate A, 1431. Inſulis Flandrorum da-
to, cætum 31. Equitum deinceps futurum pronunciavit. Aſt Carolus
V. Cæſar poſtea, anno ſui ſeculi 16. [aliàs A, 1516.] Bruxellis conven-

tum agens, sodalitium unius & quinquaginta Equitum statuit. Diploma ipsius Philippi, ex quo, quando & quibus conditionibus Ordo hicce institutus fuerit, constare poterit, exstat apud Authorem Chronici Chronicorum *part. 2. fol. 31.* Atqui pauca hæc pro instituti ratione de Nobilitatis Germanicæ præeminentia, necnon Nobilium immediatè Imperio subjectorum sessione dicta sunto.

CAPUT. XXIX.

De Præeminentia & Sessione Rectorum Academiarum.

SUMMARIA.

1. *In Italia inter Academias hodienum primum meretur locum Academia Paduana.*
2. *Bononiensis Academia quando instituta? eadem studiorum mater & parens appellata.*
3. *De aliis Italiæ Academiis quædam in medium afferuntur.*
4. *In Academiis summa dignitas Rectorum Academiarum, vel qui eorundem vices sustinent, qui in processionibus primum occupant locum.*
5. *Quid hac in re receptum sit in Academia Aurelianensi? proponitur.*
6. *Andegavensis Academia à quo fundata? exponitur.*
7. *Parisiensis Academia à quo & quibus temporibus fundata.*
8. *Rectori Academiæ Pariensis in ædibus publicis præcipuus locus præ nuncio Apostolico, Cardinalibus, Episcopis, Paribus Franciæ, & exterarum nationum legatis conceditur.*
9. *In nuptiis Regum Galliæ Rector Universitatis Parisiensis occupat locum Delphini.*
10. *Universitas Lutetiana in Principum classem adoptata est.*
11. *Advocatus, qui in Parlamento causarum Universitatis patrocinium suscipit, locum suum tenet in scamno Principum.*
12. *Probatur vixisse aliquando Lutetiæ Parisiorum triginta studiosorum millia.*
13. *Ex Cambdeno refertur, quod Eduardo I. Rege Oxoniæ vixerint millia triginta studiosorum.*
14. *In Academia Parisiensi magna studiosis cõpetere privilegia, exponitur*

15. Ser-

15. *Sorbonistarum Collegium quando & quibus temporibus fundatum?*
16. *Navarraei Collegii quænā dignitas?*
17. *Quanam praeminentia & auctoritas Rectoris magnifici Academia Lovaniensis? proponitur.*
18. *Quanto honore Ferdinandus Hispania Rex affecerit Rectorem Academia Complutensis? exponitur.*
19. *Memorabile Ludovici XII. Gallia Regis factum refertur.*
20. *Academia Vpsalensis & Hafniensis quando, & á quibus fundata?*
21. *Fridericus secundus primam scholam universalem sive Academiam in Germania instituit Viennia ad Danubium.*
22. *Heidelbergensis Academia quando & á quibus erecta; & quanam hujus Academia dignitas?*
23. *Wittebergensis Academia quando fundata, & quanam Rectoris Academia ibidem dignitas?*
24. *Illustris Academia Julia quando fundata?*
25. *Rector Academia Julia, Comes sacri Palatii habetur, eoq; jure utitur, ex privilegio Maximiliani II. Imperatoris.*
26. *Rectores Academia Julia Notarios creare possunt.*
27. *Eadem potestas competit Decano Facultatis juridica in Academia Rostochiensi.*
28. *Vienna Austria ex singulari Imperatoris Maximiliani I. gratia Rector Palatini Comitis potestate fruitur, & laureâ Poëtas exornare potest.*
29. *Conradus Celtes primus in Germania Poëta laureatus fuit.*
30. *Quanam insignia Rectorum in Academiis?*
31. *Post Rectores Academicos proximam dignitatem obtinent Cancellarii Academiarum.*
32. *Cancellarii Academiarum olim ut plurimum Episcopi fuerunt.*

Quamvis propositum erat, unà cum præcedenti Capite operi huic colophonem imponere, attamen cùm jucundum fore existimarem, nec ingratum Lectori, cognoscere istas de sessione controversias, quæ etiam inter alias egregias & dignitate præfulgentes personas ventilatæ, pretium operæ me facturum existimavi, si summo digito, & quasi per indicem hac de causa in subsequentibus agerem capitibus. Nec verò animus est, omnes in universum ejusmodi controversias heic tangere, peculiarem enim requirerent tractationem, sed potissimùm de iisdem disquisiturus sum, quæ inter literatos & Doctores agitatæ. Primò omnium hoc Capite de præeminentia Rectorum in Academiis agemus, quippe quòd hi ipsi in omnibus solennibus

bus processionibus præcedant omnes omnino Doctores, etiam Cancellarium Academiæ, teste Besoldo *lib. 1. Pol. c. 12. n. 47.* quinimo Nobiles, Barones, & Comites, uti experientia quotidiana satis confirmat, quæ prærogativa vel dignitas à primo ortu Academiarum Rectoribus competiit, quamvis in Germania seriùs Academiæ erectæ, cúm jam antè in Italia, Gallia, & Hispania florentissimæ essent Academiæ, quæ & hodie pristinam servant laudem. In Italia quidem hodienum primum meretur locum Academia Paduana, de qua non ineleganter Poëta canit:

Salve urbs doctiloquis sedes amplissima Musis,
Magna loco, spaciosa foris, placidissima cæli
Temperie, muroq; triplex, latissima fossis,
Et magnis celebrata viris. Hac Livius ille,
Historiæ pater est genitus, servantur eodem
Illius ossa loco, statuis, tituloq; superbo,
Hic ubi juncta foro, nullis fulcita columnis
Plumbea marmorei pulchrè stant tecta Palatii.
Hic etiam Paulus Juris legumq; peritus,
Et statuas alii meruerunt urbis alumni,
Hæc quoque Valerio patria est, qui Jasona laudat:
Hæc patria Asconio & Stellæ: Prætoris in arce
Effigies quorum & titulos spectare licebit,
Atria Romanum referunt ubi picta Senatum.
Hic quoque supremâ, Longoli, conderis urnâ,
Inscripsitq; tuæ Bembus tria carmina tumbæ.
Te juvenem rapuêre Deæ fatalia nentes
Stamina, cùm scirent moriturum tempore nullo,
Longoli, tibi si canos seniumq; dedissent.

Proximam laudem in Italia meretur Academia Bononiensis vetustissima sanè & celeberrima, à Theodosio Imp. primùm instituta, deinde à Romanis Impp. & Pontificibus privilegiis indies ita aucta, ut hinc Bononia studiorum mater, & parens appellari meruerit. Vt nihil dicamus de Academiis Papiensi, Pisana, & Senensi, quæ posterior Academia ob puritatem linguæ Hetruscæ, reliquis omnibus Italiæ anteferturs; qua de causa nationes exteræ, quæ studiorum & linguæ purioris Italicæ addiscendæ gratiâ in Italia peregrinantur, hunc locum præ cæteris, ubi aliquandiu commorentur, eligunt, moti quoque fortassis opti-

ma victus ratione & salubri aëris temperie, quâ gaudet, præter eo Academiam Perusinam, celebrem sepulturâ magni illius Bartoli, de Saxoferrato Ictorum quondam facilè Principis. Vt de Hispaniæ Academiis, inter quas celebriores Salmantica, Complutensis, & Conimbricensis, nunc
4 nihil dicamus. In hisce verò Academiis summa dignitas Rectorum Academiarum, vel qui eorundem vices sustinent, qui in processionibus primum occupant locum. Porrò, in Galliæ Academiis qui vices Rectorum Academiarum sustinent aliis passim nominibus indigitantur. Ita Academia Aurelianensis à Philippo Pulchro Galliæ Rege anno Christi
5 1312. fundata, in nationes quatuor Francicam, Normandicam, Picardicam, & Germanicam distinguitur, quarum omnium florentissima Germanica est, multis privilegiis & immunitatibus à Galliæ Regibus donata. Primas in natione tenent Procurator, Quæstor, Assessor, & Bibliothecarius. Procuratoris officium idem ferè est, quod Rectoris in Academiis Germaniæ: Penes quæstorem Fiscus est, Assessor ea proponit, de quibus ex re nationis videtur, deliberationem suscipere: Bibliothecarius blibliothecam custodit, eique singulis diebus per horam unam ac alteram adesse, & studiosis Germanis libros præstare tenetur. Vt nihil nunc dicamus de Academiis Bituricensi, Montis pessulana, Pictaviensi,
6 quæ de antiquioribus Regni Gallici Academiis est, necnon Andegavensi, quam fundavit Ludovicus II. Dux Andegavensis & Siciliæ Rex anno 1398. multis à Pontifice & Rege Galliarum impetratis eo nomine privilegiis & immunitatibus. Verùm, ne hisce immoremur, accedimus ad celeberrimam totius Galliæ Academiam, Parisiensem scilicet, quæ authoritate insigni, privilegiis eximiis, viris preclaris, & multitudine studiosorum, nulli Academiæ Italiæ aut Hispaniæ cedit, dicturi, quænam præeminentia ibidem Rectoris Academiæ, quamve is ipse occu-
7 pet sessionem. Et quidem hanc ipsam Academiam fundâsse dicitur Anno Christi 795. Carolus Magnus suasu & instinctu Alcoini Angli, qui & primam Lutetiæ scholam aperuit. Eam subsequentes postea Reges, inprimis verò Ludovicus junior, Augustus, Philippus pulcher, & Philippus Valesius, multis subinde privilegiis & immunitatibus do-
8 nârunt. Rector Academiæ, nonnisi ex facultate Philosophica, cum singulari quapiam solennitate eligi solet, cujus præclara admodum magnificentia est, adeò ut in Actibus publicis præcipuus ei locus præ nuncio Apostolico, Cardinalibus, Episcopis, Paribus Franciæ, extera-
rum

rum nationum Legatis, principibus &c. concedatur, quinimo in nuptiis Regum Galliæ, Rector Universitatis Parisiensis occupat locum Delphini, 9
& in honore repræsentat primogenitum Franciæ, prout testatur Pierre Bonfons *in tr. des antiquitez de Paris livr. 2. c. 1. fol. 110.* adductus Noldenio *in Synops. tract. de statu Nobilium civili cap. 10. n. 413.* Porrò
testatur Coquille sur les coustumes de Nivernois *ch. 1. de justice & droit* 10
d'icelle artic. 9. p. 33. Vniversitatem Lutetianam in Principum classem 11
adoptatam, atque Advocatum, qui in Parlamento causarum Vniversitatis patrocinium suscipit, locum suum tenere in scamno Principum, ibi: de faict l'Advocat en Parlament, qui plaide les causes de l'Vniversité prend place au banc des Princes.

Cæterùm, in hac ipsa Parisiensi Academia magna semper olim, & 12
hodienum frequentia studiosorum reperitur, testantur planè Annales, vixisse aliquando Lutetiæ Parisiorum triginta studiosorum millia, quod eo minùs miremur, olim contigisse, facit Theodorus Gothofredus scriptor Gallicus referens, Rectorem Vniversitatis Parisiensis promisisse ad exsequias Regis Caroli IIX sese ducturum omnem studiosorum ejus loci cætum, hunc autem creditum excedere numerum viginti quinque millium. Ita etiam Eduardo I. Rege Oxoniæ vixisse millia triginta stu-
diosorum, testatur Guilielmus Cambdenus *in descript. Britanniæ,* & ex 13
eodem idem refert clarissimus Conringius *de Antiquitat. Acad. dissert. 5.*
Sanè, magna in Academia Parisiensi præ reliquis privilegia competere
studiosis in confesso est, hinc cùm Anno 1408. Guilelmus de Tignon- 14
ville, Parisiensis Præpositus, præcipiti nimis judicio duos studiosos Leodegarium du Moussel de Normannia, & Oliverium de Burgeois de Britannia ob cædem, cujus accusabantur, furcæ ut exponerentur, damnâsset, ipsamque exsecutionem non obstante crebra, quam ii interposuerant, provocatione, ut ad judicem scholasticum remitterentur, maturari curârat; arresto posteà ad Vniversitatis querelam edictum fuit, ut dictus Præpositus ipse cadavera eorum de furca tolleret, ea oscularetur, & ad templum Monasterii Jacobitarum sive Dominicanorum honestè sepelienda deduceret. Horum studiosorum monumentum vidimus Lutetiæ Parisiorum in templo Monasterii Jacobitarum seu Dominicanorum, cum hac inscriptione:

Hic subtus jacent Leodegarius du Moussel de Normannia & Oliverius Burgeois de Britannia oriundi, clerici scholares, quondam dicti

P p p p ad

ad justitiam secularem, ubi obierunt: restituti honorificè & hic sepulti anno Domini 1408 die 16. mensis Maji.

15 Porrò, inter Collegia Universitatis Parisiensis antiqua fama & authoritate præ reliquis celebre Sorbonistarum est, de cujus prima fundatione sequentia habentur: Tempore Ludovici IX qui sancto quodam, pro illius seculi more zelo commotus, totus ferè templorum, collegiorum aliorúmque sacrorum locorum exstructioni incumbebat, exstitit quidam Robertus de Sorbona, â prædicto Rege Ludovico IX. multis auctus beneficiis, qui ut ad pios usus exinde nonnihil conferret, emit aream quandam, quæ tum locus thermarum Cæsaris vocabatur, fama enim erat Julianum Apostatam, Constantini Imper. nepotem, Celtarum tum gubernatorem, & postmodum Imperatorem *R*omanum balnea sua ibidem habuisse, hoc in loco Anno 1264. Collegium ædificatum, ac fundatum, eiq; â prædicti Roberti de Sorbona nomine, Sorbonæ nomen inditum fuit, quod ipsum Collegium Christianissimi Galliæ Reges liberali munificentiâ multis reditibus dotarunt, sanè, ipsum Collegium magnificum planè & visu dignum, ob structuras & ædificia â Cardinale Richelieu ibidem posita, cujus etiam ibidem Bibliotheca asservatur. A

16 Sorbonistarum Collegio proximum auctoritate Navarræum est, quod Joanna Philippi Pulchri uxor Anno 1304. fundavit, in quo thesaurus, privilegia, aliaq; Universitatis instrumenta asservantur.

Cæterùm, ut ad alias Academias accedamus, primò se offert Lo-

17 vaniensis, celeberrima sanè Academia, in qua Rectorem magnificum primum in processionibus occupare locum, præ reliquis omnibus literatis, constat, quin imò ajunt, quòd Imperator Carolus V. cùm forte Lovanii esset, loco cesserit, & latus Rectori texerit, testes hujus rei Just. Lipsius *in Lovanio lib. 3. c. 3.* & Abrah. Golnitz. *in Itinerar. Belg. Gallic. Rub. Lovanium pag. 106* qui ibidem scribit, Rectorem Lovaniensem unum grande sceptrum argenteum præcedere & ducere, famulis sequentibus, imò & octo famulos cum suis quemque sceptris præire in solemni processione, aut die festo. Justus Lipsius *d. l.* de Rectore Lovaniensi hæc memorat: Rectoris etsi nomen magnum, tamen potentiâ ferè, ut Venetorum Ducem, esse, & â senatu suo pendere. Memorabile planè est, nec

18 hoc loco prætereundum Ferdinandi Hispaniarum Regis avi Imperatoris Caroli V. factum. Venit is Complutum in Ildephonse Collegium, Ximenio latus claudente. Sed Rectore cum Patribus Academiæ collegio

in

in Regis occursum progrediente, cùm ministri Regii, qui & ipsi sceptra
gerebant, præeuntes ejus sceptrigeros conspicarentur, & voce intentiori,
ut illi sceptra Academica submitterent aut deponerent, inclamarent:
tunc verò Rex, nihil ea re majestatem suam imminui sentiens, Acade-
micos solito more procedere jubet, Musarum, *inquiens*, illas ædes esse,
in quibus meritò Musarum sacris initiati regnarent, Alv. Gomecius *de*
reb. gest. Fr. Ximen. lib. 4. De Ludovico XII. Galliæ Rege legitur, quòd,
cùm subactâ Genuâ de Liguribus triumphâsset, quinque Cardinalibus & 19
centum proceribus subsellia implentibus Academiam Ticinensem hono-
ris causâ adiverit, ac fama est, ipsum Regem, cùm ad Collegium per-
venisset, Jasoni sinistrum adequitâsse, cum his verbis: Nunc Jason in-
cipit regnum tuum, Mich. Piccard. *decad. 9. observ. histor. polit. c. 1.* Nol-
den. *de Nobil. cap. 10. n. 410.* Ut nihil nunc de aliis Academiis dicamus,
puta, de Upsalensi Suecorum, quæ cœpit Sixto IV. Pontifice Anno 1476. 20
Conring. *diss. 1. de Antiquit. Acad. Hafniensi*, cujus Academiæ privile-
gia Ericus Rex Daniæ à Martino V. P. R. impetravit, quæ auxerunt dein-
de Christianus III. & Fridericus II. Daniæ Reges, de celeberrima Oxo-
niensi Academia præstat potiùs nihil dicere, quàm pauca. Vide, quæ
de fundatione Collegiorum hujus celebris Universitatis annotavit M.
Sebastian. Schroterus *in historica totius terrarum Orbis descriptione cap.*
1. in descript. Magnæ Britanniæ p. m. 610. & seqq.

Ad Germaniæ nostræ Academias transeuntes, constat, Frideri-
cum Secundum excelsi providique animi principem primam scholam 21
universalem, sive Academiam in Germania instituisse Viennæ ad Da-
nubium: & quidem exemplo Caroli Magni: qui in Galliis Parisiensem:
in Italia Ticinensem condidit Academiam; Bononiensem collapsam
instauravit. Existimavit prudentissimus Imperator, perinde ut nec
mundum sine sole: ita Ecclesiam sine scholis [cùm alterius altera res
opem poscat, adeóque inter se amicè conspirent] consistere, nedum
vigere & florere posse. Et verò de Religione quid dicam maximo hu-
mani generis bono? Quæ, licèt innixa opibus propriis, externis præsi-
diis nihil indigeat; sic delectata semper est tamen comitatu Musarum
ac ministerio, ut destituta his satellitibus, pulsa regno; nec tantùm ho-
norem ac decus, sed ingenuitatem ipsam propè, captivi mancipii instar,
perdidisse Domina rerum videretur. Relegamus memorias veteres,

 quan-

quando aut ſtetit veritas, niſi cum literis; aut concidit quoque, niſi iisdem prolapſis?

Cæterùm, Viennenſem ſcholam exceperunt Pragenſis in antiqua Boiorum patria: Colonienſis in Vbiis ad Rhenum: Erphordienſis in Thuringia, & celeberrima Heidelbergenſis Academia ad Neccrum, de qua ſequentia memorat David Chytræus *in deſcriptione Greichgea ad*
21 *Neccarum fl. ſita.* Hanc omnium ferè in Germania antiquisſimam, laudatisſimus Princeps Rupertus, pater Ruperti Imperatoris in urbe Heidelberga condidit: & ante annos aliquot inclyti Electores, Fridericus, & Ottho Henricus, ampliſſimis reditibus, & eruditiſſimis in omni doctrinarum genere Profeſſoribus locupletarunt, quibus conferre fortasſis nonnullos, qui ſuperioribus annis, in ea Academia, eruditionis gloriâ floruerunt, anteponere autem ferè neminem posſimus. Magnam ætate ſua doctrinæ laudem conſecutus eſt is, qui primus Academiæ Rector anno Chriſti 1387. die 17. Novembris creatus eſt, & prima ſtudii literarum fundamenta jecit, Marſilius de Inghen Pariſienſis, cujus adhuc libri aliquot dialectici & phyſici in veteribus Bibliothecis inveniuntur. *Hactenus Chytræus d.l.* Confer, quæ de fundatione hujus Academiæ tradunt Trithemius *in Chronico Hirſaugienſi fol. 286. & in Genealog. Bavar. p. 26.* Idem *in Catalog. Scriptor. Eccleſiaſt.* Wimphelingus *in Epit. rer. Germanicar. cap. 52. & cap. 56.* Irenicus *lib. 11. Exegeſ. in Heidelberga,* Munſterus *lib. 3 Coſmograph. cap. 352.* Marquardus Freherus *Origin. Palatin. cap. 10. p. m. 82.* & Hubertus Thomas Leodius, quondam Friderico II. Palatino Electori à Secretis *in Commentat. de Palatinorum origine, & Heidelberga antiquitatibus.* Wittebergenſis Acade-
23 mia fundata eſt Anno Chriſtiano cIↄ Iↄ II. ipſo die Evangeliſtæ Lucæ ſacro, ſive XVIII. Octobr, â Friderico III. cognomento Sapiente, Saxoniæ Duce Electore feliciſſimæ memoriæ, imperante tunc Maximiliano I. Cæſare, Rectore ejus Academiæ primo, Martino Polichio Mellerſtadio, cujus effigies ad vivum habetur in Collegio Auguſti, feſtivitatibus Academicis deſtinato, cum hac, quam legimus, inſcriptione:

Martino Polichio. Mellerſtad. Francon. divinarum humanarumque ſcientiarum, eruditisſimo, Electoris Friderici, Sapientis, optimarum literarum morúmque domi, doctori foris, terra mari ductori ubique, Conſultori fido, Felici, conſtitutæ hic Academiæ authori, Rectori primo, & in cathedra medica Anteceſſori, viro ſuo ſeculo claro, caróque poni

poni curavit. Doct. Joh. Jessenius à Jessen Rectore Friderico Taubmanno.

Privilegium ipsius Maximiliani I. aliáque documenta fundationem, privilegia, & statuta Academiæ Wittebergensis concernentia, exhibet Andreas Sennertus Professor prædictæ Academiæ *in Athenis & Inscriptionibus Wittebergensibus lib. 1. cap. 3. per tot. p. m. 21.* In hac verò Academia in publicis actibus & processionibus Rectorem Magnificum primum occupare locum, utpote qui ipsius Potentissimi Electoris vices sustinet, notissimum est, quisnam ordo quoad reliquos Professores servetur, exponit idem Sennertus *lib. 1. cap. 4.* Sané, hæc ipsa Academia, in qua per triennium ante septem annos juri discendo operam dedimus, viros in omnibus disciplinis eruditissimos & ferè incomparabiles orbi Christiano dedit. Vt nihil nunc de Lipsiensi, Jenensi, Marpurgensi, aliisque florentissimis Germaniæ Academiis quicquam dicamus. Inter inferioris Saxoniæ Academias eminet præ cæteris illustris Academia Julia, quam Divus Julius, Brunsuicensium & Lunæburgensium Dux serenissimus [impetratis priùs à Cæsarea Majestate, Maximiliano II. privilegiis amplissimis : ab ordinibus Ducatus ad alendos Professores censu dotali peramplo] fundavit & erexit. 24 Et verò Imperator Maximilianus ea novæ huic Academiæ dedit privilegia, quæ nobilissimæ habent in tota Europa scholæ : quibus hoc peculiare addidit, quòd Rectorem Academiæ, qui est in magistratu, Comitem sacri Palatii haberi, eoque jure uti voluerit. Vide clarissimum Henricum Meibomium *in Oratione de Academiæ Juliæ primordiis & incrementis,* quæ exstat inter ipsius varia 25 opuscula superiori anno edita ab ipsius Nepote eruditissimo summæque exspectationis juvene Henrico Meibomio amico meo fraterno, & studiorum commilitone in prædicta illustri Julia. Porrò, in Academia Julia Rectoribus quoque eam potestatem concessam esse, ut Notarios creare possint, notissimum est, quod ipsum præeminentiam quandam haud 26 obscurè arguit, idem jus in Academia Rostochiensi Facultatis juridicæ 27 Decano competere, testatur Cothman. *Resp. Acad. 28. n. 13.* & refert Herm. Kirchnerus *de fatal. Acad. dissipat. & ruin.* quod Viennæ Austriæ ex singulari Imperatoris Maximiliani I gratia Rector Palatini Comitis potestate fruatur, & laurea Poëtas, si quos digniot studiorum præmiis 28 putaverit, exornare possit, patet idipsum expressè ex Constitutione Maximiliani I. Imperatoris apud Goldastum *tom. 2. Constit. Imper. p. m. 438.* ibi: Vt quicunque in præfata nostra Vniversitate Viennensi in Oratoria

& Poëtica studuerit, lauream que concupiverit, is in prænominato Poëtarum Collegio diligenter examinatus, si idoneus ad id munus suscipiendum habitus & inventus fuerit, per honorabilem fidelem nobis dilectum Conradum Celtem, per genitorem nostrum Fridericum Tertium, divæ memoriæ, primum inter Germanos laureatum Poëtam & modò in Universitate nostra Viennensi Poëtices & Oratoriæ Lectorem ordinarium, ac deinde per successores ejus, qui pro tempore Collegio præfuerint, laureâ coronari possit. Ex hac ipsa Constitutione Maximilia-
29 ni I. Imperatoris notari meretur, quòd Conradus Celtes primus in Germania Poëta laureatus fuerit, quod ipsum etiam tradit Continuator Vspergensis. Porrò, Rectorum Academicorum præeminentiam satis arguunt eorundem insignia, unde ipsorum dignitas, jurisdictio, & auctoritas cognoscitur, Middend. *lib. 4. de Acad. pag. 32.* qualia sunt
30 sceptra. Ern. Cothm. *Resp. singul. sive Acad. n. 108. & 204.* M. Steph. *lib. 3. de jurisdict. cap. 11. n. 11.* Bocer. *in Orat. de dignit. Academ.* epomis sive paludamentum purpureum, Joach. Mysinger *in Orat. inaugur. Acad. Juliæ part. 2.* aliaque præeminentiæ insignia, de quibus Theodorus Hœpingius *de jure Insignium cap. 2. Sect. 6. memb. 1. n. 556. & seqq. p. m. 108. 109. & seqq.*

31 Porrò, proximam post Rectores Academicos dignitatem obtinent Cancellarii Academiarum. Verùmenimverò, cùm munus hoc Academicum esset perarduum invidiæque obnoxium, Pontifice Romano, cujus tum absoluta erat potestas, sanciente, commendatum est personis Ecclesiasticis, iisque in aliquo eminentiori magnoque conspicuo dignitatis ac honoris fastigio constitutis. Sic Coloniensi Academiæ, inquit
32 Henricus Meibomius *in Oratione de origine & officio Cancellariorum Academicorum*, datus est Cancellarius Episcopus Cyrenensis, suffraganeus sive Vicarius Ecclesiasticus Vbiorum archiantistitis: Heidelbergensis accepit Cancellarium Præpositum Wormatiensem: Tubingensis itidem Præpositum Collegii ejus loci: Wittebergensis Præceptorem domus Pretinensis S. Antonii propè Lichtenbergam ad albim. Reliquæ ut plurimum Episcopos habuere Cancellarios: Lipsensis Mersepurgensem: Rostochiana Suerinensem: Griphswaldensis Caminensem: Francofordiana Lebusiensem: Ingelstadiana Eichstadensem: Basileensis ejus loci Antistitem. *Hactenus Meibomius d. l.* Idem tradit Matthias Stephani *in tractatu de Nobilitate lib. 2. cap. 1. n. 12.* ubi addit, Academiam Rostochien-

ftochiensem illud præcipuum habere ex privilegio Pontificis Martini Quinti, annô 1427. eidem concessô, quòd Rector Academiæ possit duos vel tres Magistros aut Doctores ex Concilio eligere, & unà cum illis Cancellarii munus expedire, potestatémque Decanis creandi Doctores vel Magistros facere, si forsan ejusmodi licentiam Episcopus Suerinensis, ob id rogatus, petentibus protervitet vel dare recuset; vel etiam absens sit.

CAPUT. XXX.

De præeminentia, præcedentia & Sessione Doctorum Theologiæ, præ reliquis aliarum Facultatum Doctoribus.

SUMMARIA.

1. *Theologiæ Doctores primum inter Doctores aliarum Facultatum occupant locum.*
2. *Scientia Theologiæ nobilior & dignior est omnibus aliis scientiis, ratione nobilioris subjecti.*
3. *Quantò subjectum alicujus scientiæ est nobilius, tantò scientia illa est dignior.*
4. *Aristotelis encomium proponitur ex Averroe.*
5. *Subjectum Theologiæ est ipse Deus.*
6. *Probatur argumentis, solum Deum ab omni parte infinitum esse, quod veteres quoque Philosophi statuerunt.*
7. *Quænam veterum Philosophorum de Deo sententiæ fuerint? exponitur.*
8. *Deus sensu persequendus non est, sed adorandus, ex sententia Hilarii.*
9. *Quænam dignitas scripturæ sacræ exponitur.*
10. *Theologia dignior est aliis scientiis ratione certioris veritatis.*
11. *Quantò una scientia certiori demonstratione procedit, tantò est dignior.*
12. *Demonstrationes mathematici digniores sunt reliquis.*
13. *Theologia quoque aliis scientiis dignior ratione materiæ, & nobilioris, potioris, & salubrioris finis, qui est beatitudo ac felicitas æterna.*
14. *Scribarum ac Pharisæorum proprium erat, amare primos recubitus in conviviis, & primas cathedras in Synagogis.*

15. Ordo

15. *Ordo in Ecclesia & Politia non competentem usurpat & tuetur, ex-piam in Scriptura sacra improbatus tra superbia crimen est.*
fuit. 17. *Nemo videtur vim aut injuriam*
16. *Qui locum & sessionem sibi jure cuipiam facere, qui jure suo utitur.*

1 THeologiæ Doctores primum meritò inter Doctores aliarum Facultatum occupare locum, communis Dd. omnium sententia est, Reinckingk *de* R. *S & E. lib. 1. Class. 5. cap. 11. n. 41.* quam usus approbavit, & longæva consuetudo, quippe in omnibus Galliæ, Hispaniæ, Italiæ, & Germaniæ Academiis in processionibus, & conventibus publicis Doctores Theologiæ aliis Doctoribus Juris & Medicinæ prælati olim & hodienum præferuntur, & jure quidem
2 hæc prærogativa iisdem competit, scientia enim Theologiæ nobilior &
3 dignior est omnibus aliis scientiis ratione nobilioris subjecti. Equidem quantò subjectum alicujus scientiæ est nobilius, tantò scientia illa est dignior. Atqui Theologiæ subjectum est nobilius omnibus aliis subjectis cæterarum scientiarum. Ergo illa ipsa scientia Theologiæ est dignior. Major propositio exstat apud Principem Philosophorum Aristo-
4 telem (quem Averroes *lib. 3. de anima Com. 14.* appellat Regulam & exemplar, quod natura invenit, ad demonstrandam perfectionem humanam, cujus dicta, tanquam fontem intellectus leges nostræ civiles sequuntur, prout loquitur Baldus *in l. ult. C de fideicommiss. libert.* Ego *in lucubrationibus histor. Philolog. jurid. de Nocte & nocturnis officiis cap.*
5 *4. n. 24. p. 121.*) *I. de Anima & I. de Metaphys.* Porphyr. *in universalib.* Minor patet, quia subjectum Theologiæ est ipse Deus, secundùm Theologos *in Prologo sententiarum*, Raymundum Lullium *in introduct. art general. in princ.* & S. Thomam *1. part. sum. art. 7. quæst. 1.* ubi etiam probat, Theologiam esse aliis scientiis digniorem, & secundùm Lullium *d. l.* Deus subjectum Theologiæ dicitur, quòd omnia, quæ tractat ipsa Theologia, dirigantur ad percipiendam notitiam de Deo, unde Jo. de Turrec. *in proœm. decret.* dicit subjectum Theologiæ esse infinitum, ipsum
6 scilicet Deum, qui infinitus est. Equidem solus Deus ab omni parte infinitus dicitur, quia solus æternus est; solus enim est, ut loquitur Plato, *αὐτοφυής*, & ut Scaliger *ἀγέννητος*. Ergo à nullo cœpit, & nunquam cœpit, & proinde, & initii, & finis respectu infinitus est. Sanè, quod æternum, id infinitum est: deinde, quod à nullo, sed à se exsistit, id per

se

ſe exſiſtit, & ſummè & abſolutè in ſe perfectum eſt, eique nihil detrahi poteſt. Sed Deus à ſemetipſo exſiſtit. Eſt enim primus. Ergo. Cui porrò nihil per naturam additur, nihil detrahitur, id infinitum ſit, neceſſe eſt, cùm omni finito per naturam ita aliquid addi poſſit, ut ſui augmentationem ſentiat: ſic etiam adimi aliquid, ut diminutionem & mutationem experiatur. Hoc intellexiſſe Platonem & Ariſtotelem, teſtatur vir ſummus & incomparabilis Eugubinus *lib. 4. de Perenn Philoſophia cap. 1. & 2.* idémque tradit Ficinus *lib. 2. de immort. animæ cap. 6.* Hanc virtutem Dei infinitam agnovit Ovidius:

Nil tam ſublime eſt, ſupraq; pericula tendit,
Non ſit ut inferius ſuppoſitumq; Deo.

& Tacitus *5. Hiſtor.* Deum numen ſummum & æternum, neque muta- 7
bile, neque interiturum appellat; Cicero. *1. Tuſcul.* mentem ſolutam quandam, & l.beram, ſegregatam ab omni concretione mortali, omnia ſentientem & moventem, ipſámque præditam motu ſempiterno, accuratiùs Hermes ille veré maximus in his divinis: *ὕλης μὲν τὸ λεπτομερέστερον ἀὴρ, ἀέρος δὲ ψυχὴ, ψυχῆς δὲ νοῦς, νοῦ δὲ ὁ Θεός.* Et cùm Deus infinitus ſit, utique
eundem mirari, non rimari oportet, ut Cyprianus loquitur. Præclarè 8
Hilarius de Trinit. Deus religione intelligendus eſt, pietate profitendus eſt, ſenſu verò perſequendus non eſt, ſed adorandus. De Deo non humano, ſed divino ore loquendum eſt, ait *Spec. de ſum. Trinit. per c. in Chriſto diſt. 2. de conſ.* De Deo optimè exiſtimare, pietatis eſt exordium,
inquit Auguſtinus *lib. 1. de lib. arbitrio* Equidem, ut Auguſtinus *lib. 11.* 9
de Civit. Dei cap. 1. ait, omnium gentilium literas, omnium genera ingeniorum humanorum divina ſcriptura excellit & authoritate ſubigit, Omnibus enim imperat, quaſi principalis, inquit S. Thomas *in Prolog.*
12. c. 1. Theologia quoque dignior aliis ſcientiis ratione certioris veri- 10
tatis. Sanè, prout Philoſophus *1. Comment. de Anima* teſtatur: Quantò 11
una ſcientia certiori demonſtratione procedit; tantó eſt dignior, unde 12
demonſtrationes mathematicæ digniores reliquis, Averr. *in 2. Metaphyſ.* Atqui Theologia hac ratione omnes alias ſcientias excedit, omnes enim aliæ ſcientiæ habent certitudinem ex naturali lumine rationis humanæ: ipſa veró ex ſuperno lumine ſapientiæ increatæ, quæ errare non poteſt, *1. Petri 1.* non poteſt illa errare circa principia, nec circa concluſiones, quia Deus veritas eſt, Joann. *14.* nihil autem verius eſſe po-
teſt, quàm quod á veritate ipſa profertur. Porrò, Theologia aliis ſcien- 13

 tiis

tiis dignior est; ratione dignitatis materiæ, & nobilioris, potioris & salubrioris finis, qui est beatitudo, ac felicitas æterna, authoritas quoque Theologiæ insignis est: quia à Deo ipso revelata. Vide latè hac de re disquirentem Bartholomæum Chassanæum *in Catalogo Gloriæ Mundi parte 10. consideratione 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16.* Et verò Theologiæ Doctores reliquis aliarum Facultatum Doctoribus præferendos esse, ex
14 prædictis constat. Nec obstat, quòd Scribarum, atque Pharisæorum proprium esse videatur, amare primos recubitus in conviviis & primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro, teste salvatore, ipsa veritate Matth. *cap. 23. v. 6* Marc. *c. 12. v. 39.* Luc. *c. 11. v. 43.* & Christiani regnum cælorum intrare cupientis sit, seipsum humiliare, Matth. *c. 18. v. 3. & 4.* & ministrum fieri, licèt major sit, Matth. *c. 23. v. 11.* idque exemplo Christi, qui mitis est & humilis corde, Matth. *11. v. 29.* insuper jubemur nos invicem honore prævenire, idemque sentire in nobis, quod & in Christo, qui se ipsum humiliavit S. Paul. in Epist. ad Roman. *c. 12. v. 10.* Verùm hisce non obstantibus, nihilominus Theologicæ facultatis Professores jure primum sibi vendicant locum absque ambitione & fastu, est enim eorum scientia, ut modò diximus, tum subjecti, tum & veritatis, tum & finis ratione, dignior nobiliorque cæteris, Besold. *lib. 1. Politic. cap. 12. n. 35.* Nec rejicit aut damnat Restau-
15 rator generis humani adductis in locis ordinem in Ecclesia vel politia, nec improbat gradus & honores, qui cujusquam personam deceut, sed superbiam & ambitionem eorum detestatur, qui quovis honore dignos se præ aliis existimant, Andreas Osiander *in Annotat. ad cap. 12. Marc. lit. f. & g. & cap. 11. Luc. lit. h.* Martin. Rumelinus *in Dissertat. ad Au-*
16 *ream Bullam Caroli IV. Rom. Imperatoris part. 3. dissertat. 1. th. 16.* Et verò, qui locum & sessionem sibi jure competentem usurpat & tuetur, extra superbiæ crimen est, D. Ernest. Cothmann. *Respons. Academ. 28.*
17 *n. 18.* nec enim videtur vim aut injuriam cuipiam facere, qui jure suo utitur, *l. Factum 155. §. D. de R. I.* Ut proinde rectè Doctores Theologiæ primum sibi vendicent locum, præ reliquis aliarum Facultatum Doctoribus, qua de re latiùs egerunt, præter supra laudatum Chassanæum *d. l.* Peregrinus *lib. 1. consil. 84. n. 36.* & Modestinus Pistor *vol. 1. consil. 31. n. 40.* Idémque obtinere etiam in Licentiatis Theologiæ, si graduati sint, ut vulgò loqui amant, tradit Nolden. *de stat. Nobil. cap. 9. n. 389.*

CAP.

Caput. XXXI.

De præeminentia Togatæ, & armatæ militiæ, & an Doctores Juris præferendi viris in militari dignitate constitutis?

SUMMARIA.

1. *Non minus armis, quàm literis in Republ. opus esse demonstratur.*
2. *Eos, qui rebus bello præclarè gestis inclaruerunt, literis instructos fuisse, exemplis probatur.*
3. *Quanta literarum & doctrinæ dignitas? exponitur.*
4. *Adducuntur exempla Constantini Magni, Theodosii II. Caroli Magni, Ludovici Pii, Maximiliani I. aliorúmque Impp. qui eruditione insigni præditi fuere.*
5. *Quid consilia in bellis possint?*
6. *Carthaginenses, Duces bella prave consilio gerentes, etiamsi prospera fortuna subsecuta esset, cruci suffigebant.*
7. *Præliorum delicta emendationem non recipiunt.*
8. *Temeritas præterquam, quod stulta est, etiam infelix est.*
9. *Remotâ justitiâ regna nihil aliud sunt, nisi magna latrocinia.*
10. *Jurisprudentia quo ordine tradi debeat?*
11. *Justitia quid sit? ex Aristotele aliisve probatur.*
12. *Justitiam originem suam à Deo habere, Philosophi agnoverunt.*
13. *Nulla Respublica & communitas sine jure & justitia conservari potest, & adducta hac de re loca Aristotelis & Chrysostomi.*
14. *Nulla virtus magis Regi aut Principi necessaria, quàm justitia, id quod adductis Historicorum & Poëtarum testimoniis probatur.*
15. *Quàm laboriosissimè Impp Romani jus dixerint, ex scriptoribus Romanis probatur.*
16. *Exposita l. 1. §. 1. D. de justit. & jur.*
17. *Duo divina lumina cuncta gubernant, præmia scilicet & pœna, & ratio hujus rei ex Aristotele adducta.*
18. *Dolus, asperitas, injustitia, propria negotia præliorum.*
19. *Leges in ipsa arma imperium habent.*
20. *Quibus competat potestas inter-*

50. *Index*

50. *Judex pecuniam accipiens, ut in bona causa justè pronunciet, turpiter facit, ita ut locus sit condictioni ob turpem causam.*

51. *Judices, qui vendunt sententias, infamiâ notantur.*

52. *Hoc malum ut evitetur, constituenda sunt judicibus honesta stipendia, unde decenter vivere possint.*

53. *Principes salaria officialium amputantes, neque publicæ honestati, neque justitiæ consulunt.*

54. *Adducta hac de re elegans & jucunda historia ex Annalibus Turcicis.*

55. *Tribonianus pro pecunia author Justiniano fuit, ut leges bene latas retractaret, & adductus hac de re Suidæ locus.*

56. *Omnes Leges universales esse oportet.*

57. *In universum aliquid, quod quasi certam formam habeat, constitui non potest.*

58. *Nulla Lex est tam universalis, quæ non ob circumstantias, hinc inde se offerentes, aliquam patiatur exceptionem.*

59. *Si casus in Legibus & Statutis decisi, Judices ne latum quidem unguem ab iisdem discedere debent.*

60. *Singulorum hominum judicio, periculosè judicando, causarum decisiones relinquendæ non sunt.*

61. *Rejicitur error Justi Lipsii, existimantis, Justiniano Imp. ob compositos Juris libros nullam deberi gratiam.*

62. *Quomodo intelligendum, quod vulgò dicitur, multas leges ægræ civitatis argumentum esse.*

63. *Nulla societas tuta vel diuturna esse potest absque legibus.*

64. *Melior tutiorq; est certa pax, quàm sperata victoria.*

65. *Quænam belli incommoda sint? exponitur.*

66. *Adducuntur hac de re verba Augustini.*

67. *Doctores legum, quibus elogiis in jure nostro ornati.*

68. *Doctores Juris Nobiles sunt & privilegiis Nobilium gaudent.*

69. *Doctores Juris sine speciali Imperatoris concessione Nobilium insignia cum apertis galeis gerere & usurpare possunt.*

70. *Iidem statuarum jus habent.*

71. *Doctores Juris, qui viginti annos in publicis Vuniversitatibus publicè docuerunt, illustres efficiuntur.*

72. *Iisdem beneficia & privilegia, illustribus personis competentia, meritò tribuuntur.*

73. *Doctor non potest dici persona indigna, cui etiam Comitissa possit nubere.*

74. *Doctores Legum à personalibus & extraordinariis oneribus immunes sunt.*

75. *An hisce exemptionibus Legum Doctores, tantum Romæ legentes, à jure donati sint? disquiritur.*

100. *Virtutis ea majestas ac pulchritudo est, ut facilè unumquemque in sui amorem ascendere, & propter se expeti possit.*
101. *Gloria umbra virtutis est, & invitos etiam comitatur.*
102. *Qui pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur.*
103. *Mors viris praeclaris Dux in caelum esse solet.*
104. *Apud Graecos Viri militares qui in bello occumbebant, publicè pro concione laudabantur.*
105. *Athenienses Ducum & Virorum militarium, qui pro patria occubuerant, nomina intexebant Peplo Minervae.*
106. *Expositum proverbium istud antiquum* ἄξιος ἐστὶ τοῦ πέπλου.
107. *Apud Romanos religioso Carmini, quod Saliare ipsis dicebatur, nomina virorum benemeritorum inserebantur.*
108. *Ducibus apud Graecos jus* προεδρίας *concessum fuit.*
109. *Apud Romanos Ducibus, qui res bello praeclarè gesserant, honoris causâ permittebatur, ut cum aliqua insolita pompa in publico adparerent, quod exemplis illustratum.*
110. *Leges sine armis salvae esse non possunt.*
111. *Adducitur elegantissimus locus Ciceronis, qui armatam militiam togatae praeferre videtur.*
112. *Doctores Iuris praeferendi viris in militari dignitate constitutis in actibus Doctoreis.*
113. *In actibus militaribus miles praeferendus est Doctori.*
114. *An Doctores viris in militari dignitate constitutis praeferendi? discutitur.*
115. *Notatur Lancellottus.*
116. *Referuntur Doctores, qui quaestionem istam, an Doctores Iuris praeferendi viris in militari dignitate constitutis, latè tractârunt.*
117. *Adducuntur hac de quaestione elegantissima verba Caroli Paschalis, Regis Galliae quondam in sacro Consistorio Consiliarii.*
118. *Summa totius Reipublicae tuitio de stirpe duarum rerum venit, armorum videlicet atque Legum.*
119. *ICtis & viris eruditione doctrinaque praestantibus apud Romanos, nonminus, quam ipsis Ducibus & militaribus viris statuae positae fuerunt.*
120. *Proaeresio statua ex aere erecta & consecrata, & quaenam hujus inscriptio?*
121. *Desiderio Erasmo Roterodamo in ejusdem honorem & memoriam statua posita.*
122. *Quaenam eruditionis & literarum dignitas?*
123. *Cur Lacedaemonii, priusquam irent in praelium, Musis immolarint.*
124. *Quantum Ducibus cognitio literarum prosit in bellis.*

Post Theologos licét jure proximum obtineant locum Jurisconsulti, prout communis eruditorum opinio, & usu approbata sententia est, attamen non nova, sed jam à veteribus juris interpretibus & Politicis acriter discussa controversia est: *Majórne honos & reverentia armis, an literis debeatur? vel: utrum Doctores juris Militibus aut dignitate militari coruscantibus in eundo & sedendo præferendi?* Quam quæstionem illustrem ac nobilem heic præterire religio nobis erit, quin potiús pauca quædam hac de re in medium afferemus. Ac primò quidem omnium pro Doctoribus eorumque præeminentia asse-
1 renda non levia militare videntur argumenta. Constat (1.) *non* minus armis, quàm literis in Republica opus esse, ut utrumque tempus & bellorum, & Pacis à Principe rectè gubernari queat, uti ipse sacratissimus Imperator Justinianus *in proœm. Institut. loquitur*. Hinc Strabo *lib. 17. de Augusto* scribit. Καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης κατέστη κύριος διὰ βίου. Fallor autem, an literis plus debeat Respublica? Incidunt enim in bellis negotia, quæ doctrinam & prudentiam magis requirunt, quàm vim armatam, proinde istud Ciceronis *1. Officiorum*:

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

Præclarè Cassiodorus *Var. lib. X. Ep. III.* Desiderabilis eruditio literarum, *inquit*, quæ naturam laudabilem eximié reddit ornatam. Ibi prudens invenit, unde sapientior fiat, ibi bellator reperit, unde animi virtute roboretur, inde Princeps accipit, quemadmodum populos sub æqualitate componat. Nec aliqua in mundo potest esse fortuna, quam
2 literarum non augeat gloriosa notitia. Equidem qui rebus præclarè bello gestis inclaruerunt, literis utplurimum instructi fuere, quales fuere Alexander M., Pericles, & apud Romanos Cæsar, Lucullus & cæteri, qui armis & literis simul excelluerunt, ut alios nunc omittamus, rectè Aristoteles dicere solitus: teste Diogene Laertio, *in Arist.* ἡ μὲν ὄψις ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ἀέρος λαμβάνει τὸ φῶς· ἡ δὲ ψυχὴ ἀπὸ τῶν μαθημάτων: Aspectus à circumfuso aëre lumen accipit, mens à doctrina. Et verò, quis non videt, tantum differre hominem doctum ab indocto, quantum differt dies à nocte, lux à tenebris, visus à cæcitate? Rectè Plato, eas demùm
3 Respublicas fore beatas, pronunciat, in quibus aut Reges Philosopharentur, aut Philosophi regnarent, & verò summi Imperatores literarum studia summo honore prosecuti fuere, necnon ipsi eruditione insigni conspicui fuere, Augustus Cæsar & literarum, & literatorum hominum

minum maximus exstitit fautor. De M. Antonino Philosopho Romanorum Imperatore expresse scribit Dion, multum eum doctrinâ adjutum fuisse ad exercendam virtutem, & res præclarè gerendas, qui Imperator egressus annum quadragesimum accessit ad auditoria Philosophorum. Constantinus Magnus tanta eruditione præditus fuit, ut ipse potuerit regere Synodum Nicænam, ac in eadem de summis fidei articulis inter alios Episcopos & eruditissimos viros sententiam suam exponere, testibus Eusebio *in vita Constantini*, Theodoreto *lib. 1. cap. 20. 25. 27.* Sozomen. *lib. 1. c. 14.* de Theodosio II. nunc nihil dicam, vide Socrat. *lib. 7 cap. 22.* Inter Imperatores Germanicos, primò nominari meretur Carolus Magnus, græcarum & latinarum literarum peritissimus. De eo Eginhardus: Nec patrio tantum sermone, *ait*, contentus, sed & peregrinis linguis ediscendis operam impendit. In quibus Latinam ita didicit, ut æquè illâ, ac patriâ linguâ orare sit solitus: Græcam verò meliùs intelligere, quàm pronunciare poterat. De Ludovico ejus filio Theganus: Linguâ Græcâ & latinâ valde eruditus: sed Græcam magis intelligere poterat, quâm loqui. Latinam verò sicut naturalem æqualiter loqui poterat. Fridericus Secundus Imperator earundem literarum & aliarum maximè callens, Mathematicorum, Physicorum & Medicorum studiorum Instaurator felicissimus exstitit, qui excellentem in omni genere doctrinarum eruditionem, cum virtute & gloria bellica conjunxit, exstat ejusdem liber de arte venandi cum avibus, cui præscripta ab ipso verba sunt memorabilia, & Lectori, ut spero, non ingrata futura, ut hoc loco subjiciantur: Nos profectò, *ait*, qui divina largitione populis præsidemus, generali, qua omnes homines naturaliter scire desiderant, & specie aliqua gaudent, aliquâ utilitate proficere, ante suscepta regiminis nostri onera semper à juventute nostra quæsivimus scientiam, formam ejus indesinenter amavimus, & in odore unguentorum suorum semper aspiravimus indefesse. Post regni verò nostri curas assumptas, quanquam operosa frequenter negotiorum turba nos distrahat, & civilis sibi ratio vendicet solicitudinis nostræ partes, quicquid tamen temporis de rerum familiarium occupatione decerpimus, transire non patimur otiosum, sed totum in lectione exercitatione gratuitè libenter expendimus, ut animæ clariùs vigeat instrumentum in acquisitione scientiæ, sine qua mortalium vita non regitur liberaliter. Satisne magnum videtur cognitionis & scientiæ studium in Imperatore? Ut nihil nunc dicamus de

 Ma-

Maximiliano, Carolo Quinto, Ferdinando, & Maximiliano secundo. qui Imperatores omnes & ipsi excellenti bonarum artium cognitione exculti fuerunt, & viros doctos in magno precio habuerunt: Quidam etiam libros scripserunt: Vt Maximilianus primus, cujus sylvam experientiariarum citat alicubi *Jac.* Spiegelius. Et verò in bellis quid apparatus bellici sine consiliis? fumus, quid viri? funus. Scivit hoc Ver-
5 sipellis ille Vlysses, cùm contra Ajacem hæc afferret apud Ovid. *lib. 13.* Metamorph.

Tibi dextera bello
Vtilis, ingenium est quod eget moderamine nostro,
Tu vires sine mente geris, mihi cura futuri est,
Tu pugnare potes, pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides, tu tantùm corpore prodes,
Nos animo:

Equidem videmus magnos Duces plura consilio, quàm vi perfecisse, Tacit. *2. Annal.* hinc Cæsar *1. Comm. Bell. Civ.* definiit: Non minus
6 esse Imperatoris consilio superare, quàm gladio. Et Carthaginenses apud Val. Max. *lib. 2. cap. 7.* Duces bella pravo consilio gerentes, etiamsi prospera fortuna subsecuta esset, cruci tamen suffigebant, quod bene gesserant, Deorum immortalium adjutorio; quod malè commiserant, ipsorum culpæ imputantes, enimverò præliorum delicta emendatio-
7 nem non recipiunt, prout Cato apud Vegetium *lib. 1. cap. 13.* loquitur. & ut ille apud Plutarchum *in Apopht.* loquitur: Οὐκ ἔξεστιν ἐν πολέμῳ δὶς ἁμαρτεῖν: Non licet in bello bis peccare. Sanè, temeritas, præterquam quod stulta
8 est, etiam infelix est, ut ait Livius *lib. 22. Hist.* hinc apud Euripidem *in Phœnis.*

Ἀσφαλὴς μὲν ἐστ' ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης;
Melior est Dux circumspectus, quàm projectò audaculus.

Porrò (2.) cui non notum, ipsos Doctores juris circa administratio-
9 nem justitiæ, [quâ remotâ, quid sunt regna, nisi magna latrocinia, prout exclamat sincerioris pietatis diligentissimus propugnator S. Augustinus *lib. 4. de Civitate Dei cap. 4. in pr. p. m. 214.*) versari, & quis quæso alius Jurisprudentiæ nostræ finis, quàm justitia, de qua statim in princ. Institutionum & Pandectarum agunt juris nostri interpretes, idq;
10 rectè & Philosophicè, Jurisprudentia enim nostra omnino tradi debet ordine analytico seu resolutivo, cùm sit disciplina practica, & expetat scire,

scire, non propter τὸ scire, sed propter τὸ agere, cùm ideò velit scire jus, quod cujusque est, ut tribuere idem aliis possit, ast verò ejusmodi disciplinæ tradi debent ordine analytico, secundùm Aristotelem, 2. *Eudem. 10.* Quæ verò virtus magis necessaria ad conservationem generis humani & Rerumpublicarum, quàm justitia, quæ à Ictis nostris definitur, quòd sit voluntas perpetua suum cuique tribuendi, *l. 1. D, de just. & jur. §. 1. Inst. eod* Aristoteli verò *5. Ethic. 1. in pr.* est habitus, quo 11
justa volumus, & Porphyrio *de non esu animantium tertio:* ἡ δὲ δικαιοσύνη ἐν τῷ ἀφεκτικῷ καὶ ἀβλαβεῖ κεῖται παντὸς ὅτι οὖν τοῦ μὴ βλάπτοντος. Justitia in eo sita est, ut abstineatur alienis, neq; noceatur non nocentibus. Ipsa Justitia 12
unde originem suam, nisi à Deo habet? Agnovit hoc ipsum Chrysippus III. de Diis: οὐ γάρ ἐστιν εὑρεῖν τῆς δικαιοσύνης ἄλλην ἀρχὴν οὐδ' ἄλλην γένεσιν, ἢ τὴν ἐκ τοῦ Διὸς καὶ τὴν ἐκ τῆς κοινῆς φύσεως, ἐντεῦθεν γὰρ δεῖ πᾶν τὸ τοιοῦτον τὴν ἀρχὴν ἔχειν, εἰ μέλλομέν τι ἐρεῖν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν. Non potest inveniri principium aliud, aut origo justitiæ, quàm à jove & communi natura, inde enim initium duci debet, ubi de bonis malisque differendum est, eodem sensu & Stoici dicebant Juris originem non aliunde petendam, quàm ab ipso Jove, ipsa quoque justitia securitatem affert conscientiæ, injustitia tormenta ac laniatus, quales in tyrannorum pectoribus describit Plato: justitiam probat, injustitia damnat proborum consensus: quod verò maximum est, hæc Deum inimicum, illa faventem habet, qui judicia sua ita post hanc vitam reservat, ut sæpe eorum vim etiam in hac 13
vita repræsentet; præterea verissimum istud Ciceronis est *in Epistolis*, omnia incerta esse, simul à jure recessum est, nulla enim Respublica & communitas sine jure & justitia conservari potest, quod memorabili latronum exemplo probavit Aristoteles, & Polybius *lib. IV.* ibi: καὶ γὰρ κατ' ἰδίαν τὸ τῶν ῥᾳδιουργῶν καὶ κλεπτῶν φῦλον τούτῳ μάλιστα τῷ τρόπῳ σφάλλεται, τῷ μὴ ποιεῖν ἀλλήλοις τὰ δίκαια, καὶ συλλήβδην διὰ τὴν εἰς αὑτοὺς ἀθεσίαν. Nam & privatæ coitiones facinerosorum ac furum hoc maximè modo everti solent, uti inter se jus non præstant, & in summa, ubi fides inter ipsos periit, Præclarè idem tradit Chrysostomus, *in cap. IV. ad Ephesios*: πῶς ἂν λῃσταὶ εἰρηνεύσειν, φησὶ, πότε; εἰπέ μοι. πάντως ὅταν μὴ λῃστρικῷ τρόπῳ χρήσωνται. ἂν γὰρ ἐν αὐτοῖς οἷς ἂν διανέμονται, μὴ τοὺς νόμους φυλάξωσι τοὺς τοῦ δικαίου καὶ ἑκάστῳ ἀπονείμωσι τὸ δίκαιον, εὑρήσεις ἂν κἀκείνους ἐν πολέμοις καὶ μάχαις. At, qui fit ergo, dicet aliquis, ut in pace vivant latrones. Quando verò? dic quæso. Nempe, cúm non, ut latrones, agunt, nam si in dividendis rebus præscripta justitiæ non servent, neque partitionem ex æquo faciant, videbis & ipsos inter se bellis

ac præliis implicari. Verè igitur sapiens ille pronunciavit, beatam Rempublicam esse, quæ justitiam pro finibus haberet, quò etiam spectat istud Spartani Regis, qui militari fortitudini justitiam anteposuit, & Agesilaus apud Plutarchum, cùm Persarum Regem, magnum audiret appellari, quomodo, *inquit*, major me est: nisi sit justior.

24 Nulla planè virtus magis Regi aut Principi necessaria, & quæ nomen & famam ejus posteritati commendet, quàm justitia, hinc Hesiodus *in Theogonia*:

Τοὔνεκα γὰρ βασιλῆες ἐχέφρονες, οὕνεκα λαοῖς
Βλαπτομένοις ἀγορῆφι μετάτροπα ἔργα τελεῦσι:
Hoc uno Reges olim sunt fine creati,
Dicere jus læsis, injustaque tollere facta.

Præclarè perfidi Gubazæ interfectores apud Agathiam *lib. IV. Hist. Justin.* χρὴ δὲ οὐ τῇ ῥοπῇ καὶ τῇ χλαμύδι καὶ τοῖς ἐκτὸς φαινομένοις ἐγκαλλωπισάμενον τινὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἐπωνυμίαν, ἀλλ᾽ ἔνθα τὸ δίκαιον ἐνεργεῖν, καὶ τῶν ἐπιθυμιῶν κρατοῦντα μὴ ὑπὲρ φρονεῖν τὸ ἐφιέμενον, καὶ μόνοις τοῖς καθήκουσι τὸ φρόνημα τῆς ψυχῆς ἀναμίσγοιτο. Oportet enim non sceptro & chlamydi, exterioribusque ornamentis hanc Regis appellationem tribuere, sed ei, qui justitiam exercet, & cupiditatibus suis modum non excedit, cogitationesque suas solo honesto metitur. Non abludit ab hisce Chrysostomus apud Stobæum *Serm. CXIX.* Hinc Διοτρεφεῖς nuncupati Reges, quasi justitiâ Jovis enutriti, qui per sceptra sua jurabant olim, tanquam ad justitiæ vindicis monumentum, prout ex Homero, Pausania, Philone, ac Clemente Alexandrino constat, proinde Diotogenes Pythagoreus *in libro de Regno*: ἔργα δὲ βασιλέως τρία, τό, τε στραταγέν, καὶ δικασπολέν, καὶ θεραπεύεν θεώς. καὶ μὰν τὸ, τε δικασπολέν καὶ διανέμεν τὸ δίκαιον ξυνᾷ μὲν καθ᾽ ὅλω, ἰδίᾳ δὲ κατ᾽ ἕκαστον, οἰκήιον βασιλέως. Sunt autem officia Regis tria, imperare, judicare, Deos colere. Judicare autem & jus suum singulis distribuere, proprium opus est Regis. Causam adduxit idem Diotogenes: ὅδε γὰρ ὥσπερ θεὸς ἐν τῷ κόσμῳ ἁγέμων τε καὶ προστάτας ἐντί. Hic enim ceu Deus in mundo, Dux atque Præses est. Quinimo Regem & judicem eundem esse contendit Philo *in lib. de Mutatione Nominum.* Non vacantibus verò juridicundo Regibus respondeat odiosa illa Philippo muliercula apud Plutarchum *in Apophtegm.* καὶ μὴ βασίλευε. Noli ergo regnare.

25 Quod ne sibi objiceretur, cum cura aliquoties se jus dixisse sacratissimus Imperator noster Justinianus testatur in Novella 82. *in pr.* ibi: litem nuper audientibus nobis (hoc quod in Imperio publicè sedentes multotiens agimus) nec audiendus heic Procopius in arca-

na.

na historia, qui ad barbaros Justiniani mores promptitudinem illam judicandi interpretatur. Julium Cæsarem laboriosissimè ac severissimè jus dixisse, téstatur Suetonius *in Jul. Cæsar. cap. 43.* Successor ejus Augustus jus dixit assiduè. & in Noctem nonnunquam, si parùm corpore valeret, lectica pro tribunali collocatá, vel etiam domi cubans. Equidem bene agitur de Republica, si ipse Princeps suo & sapientum munitus consilio, juridicundo vacet, tum enim verum istud Maximi Tyrii dissertat. 11. Ἀπρόσβατος ἡ δίκη χρήμασιν ... ὥσπερ τοῖς Ἀλωιδαις ὁ νεώς. Planè inaccessa fraudi justitia est, non secus, quàm Aloidis templum. Rectè Cato apud Stobæum *Sermon. 149.* τὸν ἄρχοντα ... δεῖ, *ait*, μήτε ὑπὲρ τῶν δικαίων λιπαρεῖσθαι, μήτε ὑπὲρ τῶν ἀδίκων ἐκλιπαρεῖσθαι. Princeps aut judex, neq; pro justis orari, neq; pro injustis exorari debet, ejusmodi justitiæ judiciive Regii exemplum, in Alcinois suo exhibet Areta apud Apollonium Rhodium *in Argonaut. lib. 4.* Cæterùm, quem præterit Ictos nostros justitiæ sacerdotes esse, prout audiunt Vlpiano *in l. 1. D. de justit. & jur.*
§. 1. Justitiam, ait idem Vlp. ibidem, namque colimus: & boni & æqui notitiam profitemur: æquum abiniquo separantes: licitum ab illicito discernentes: bonos non solùm metu pænarum, verùm etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes: veram (id est, solidam & realem) nisi fallor, philosophiam non simulatam affectantes, id est, apparentem & fucatam, qualem multi Philosophi habitu ipso, pallio, barba ad pubem usque porrecta, vultu sonitúq; vocis objurgatorio mentiebantur: in quibus barbam & pallium tantùm quis intueri poterat, non Philosophum ἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν, Agell. *lib. 9. N. A. c. 2.* Rectè veró Vlpianus præadducto loco asserit, homines bonos efficiendos metu pænarum & præmiorum exhortatione. Vt enim Solon & Democritus ajebant, duo divina lumina cuncta gubernant, præmia scilicet & pænæ. Ratio á Philosopho peti potest, quòd nimirum homines duobus maximè afficiantur, voluptate & dolore, ex una igitur parte alliciendi sunt præmiis, ex altera suppliciis terrendi. Equidem quantò justitia nobilior & eminentior reliquis virtutibus, quantò melior pax bello, tantò togata virtus excellentior militari. Sanè in bello ac inter milites quis justitiæ locus? Dolus, asperitas, injustitia, propria negotia præliorum, Tertulliani dictum est. Marius negabat præ armorum strepitu leges à se posse exaudiri. Antigonus senex irridebat hominem, qui sibi urbes alienas oppugnanti commentarium de justitia adferebat.

16 (right margin, beside "§. 1. Justitiam")

17 (right margin, beside "licet & pænæ")

18 (right margin, beside "ac inter milites")

rebat. Pompejus quoque ausus est dicere: Armatus leges ut cogitem?

Porrò (3.) quem præterit, leges in ipsa arma imperium habere. Novell. *25. cap. 5. in fine.* ibi: admistis legibus, quas etiam in ipsa arma
19 imperium habere voluimus, ast imperans præstantius est eo, cui imperatur. Icti verò nostri quin circa leges eorúmve interpretationem, [quæ nihil aliud est, quàm juris scripti ad singulares casus quotidie obvenientes dextra accommodatio]potissimùm versentur, dubium non est *l. 2. §. 5. D. de orig. jur. l. 23. D. de Legib.* quamvis hæc ipsa interpretatio
20 Ictorum longè minorem vim obtineat, quàm illa, quæ ab ipsa Majestate vel Principe proficiscitur, cui propriè Interpretatio legis latæ competit, *text. notabilis in l. ult. §. 1. C. de legib. l. 11. D. eod.* & Novell. *143.* ibi: Legis interpretationem culmini tantùm principali competere, nemini venit in dubium, vel ab eo, qui jurisdictioni præest, *l. 12. 13. & l. 37.*
21 *D. de Legib.* & verò interpretatio doctrinalis triplex est. (1.) explicativa [2.] extensiva & (3.) Restrictiva, quarum prima verborum significationi, reliquæ duæ voluntati legislatoris & sententiæ inserviunt exponendæ, de quibus interpretationum speciebus nervosè egit excellentissimus Dn. D. Hahn. Præceptor & hospes quondam meus, dum in Academia Julia literis operam darem *in observat. theor. Pract. ad Paratitl, Wesembec. D. de Legib. n. 8.* Alii Dd. quinque interpretationis genera constituerunt [1.] Interpretationem declarativam. (2.) Intellectivam [3.] Restrictivam (4.) extensivam & [5.] correctivam, Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib. 1. tit. 16. n. 6. & seqq.* Et verò primo omnium in interpretandis legibus ratio habenda explicativæ interpretationis, quæ mentem legislatoris ex verbis velut signis conceptuum eruit, tollendo obscurita-
22 tem, quam homonymiæ, metaphoræ, amphiboliæ, &c. pariunt. Obscuritatis causæ verò in legislatoris duæ sunt; studium elegantiæ, & ne-
23 gligentia in definitionibus nominalibus præmittendis, planè, dum elato sermonis genere, quod in monarchiis fieri solet, utuntur legislatores, obscura fit oratio, Aristot. *lib. 3. Rhetoric. cap. 2.* & cùm obscuritas in omni oratione vitanda sit, multomagis id erit observandum à legisla-
24 tore, cujus oratio, ut perspicua sit, totius Reipublicæ interest. Extensiva interpretatio est, quando legem de certo casu aliquid decidentem extendimus ad alium casum, qui in lege expressus non est, interim tamen ex ratione legis dependet, ubi verò eadem ratio, ibi idem jus ut sit, necesse est, quæ interpretatio vocatur processus ad similia *in l. 12. D. de legib.*

similis

similia enim dicuntur, quæ eandem rationem habent. Restrictiva Inter- 25
pretatio nascitur ex quadam legum imbecillitate, leges enim, licèt sint
propositiones universales, attamen non omnes leges necessariæ propo- 26
sitiones esse possunt, ob materiæ, circa quam versantur, incertitudinem,
Aristot. *lib. 5. Ethic. cap. 14.* hinc Theophrastus *in l. 3. D. de LL.* asserit,
jura constitui oportere in his, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, non quæ ἐκ παραλόγου
accidunt; Legislator enim non tales propositiones præscribere debet,
in quibus deprehendit prædicatum rarò subjecto accidere, sed in quibus
ut plurimum inest. Cæterùm, cùm Leges sint propositiones universa-
les, & omnes obligare cives in Republica debeant, Aristot. *5. Ethic. 10.* 27
& 11. l. 3. 4. 5. 6. 8. 10. & 11. D. de Legib. quis dubitat & ipsos Milites
iisdem subjectos esse? præprimis, cùm lex communis Reipublicæ spon-
sio sit, prout eandem definivit Demosthenes *in Oratione 1. adversus Ari-
stogitonẽ*, cujus verba adducũtur à Marciano Icto *in l. 2. D. dè Legib.* cum qua
definitione coincidit ista Philosophi sum̃æ Stoicæ sapiẽtiæ Chrysippi in ea
dem *l. 2. D. de leg.* Vide hasce leges exponentes Franc. de Amaya *l. 1. obs. jur. c.
3.* & Grotium *in flor. spars. ad l. 1. D. de Leg.* quàvis hæ definitiones Statui illi
Monarchico, qui tempore congestorum Digestorum in Republica Ro-
mana obtinebat, non conveniant, tum enim temporis Leges erant ar- 28
bitria Principum, ast istæ definitiones *in l. 1. & 2. D. de LL.* potiùs sibi
locum vendicant in statu populari, sive democratico, & verò adducti
Demosthenes & Chrysippus fuerunt Rectores, qui de ejusmodi accura-
tis definitionibus adeò soliciti non fuere, quinimo ea ipsa dixerunt in
statu Democratico sive populari, qui Athenis tum maximè vigebat, ast
verò fulcrum status Democratici est, ut leges observentur. Aristoteles ita 29
definit legem *10. Ethic. ult.* ὁ νόμος ἀναγκαστικὴν ἔχει δύναμιν, λόγος ὢν ἀπό τινος
φρονήσεως καὶ νοῦ: Lex cogendi vim habet, cùm ex prudentia quadam &
mente profecta sit: *& 1. Rhet. ad Alex. 1.* Νόμος ἐστὶ λόγος ὡρισμένος κατ' ὁμο-
λογίαν κοινὴν πόλεως μηνύων πῶς δεῖ πράττειν ἕκαστα: Lex est oratio definita juxta
consensum communem civitatis, Indicans quomodo singula oportet a-
gere. Verùm non deest, quod in his definitionibus desiderari possit,
prima enim ab effectu petita & posteriori, altera particularis & de statu
populari. Nec lex per orationem definiri potest, cùm aliud sit lex, aliud
sermo, seu per quod Lex declaratur. Lex actio est seu actus [ejus pe-
nes quem τὸ κύριον] cujus proprium facienda jubere, præscribere, impe-
rare, vide Arist. *1. magn. moral. 34. in pr.* unde eidem Aristoteli *in Rhet.*

Al Alex. cap. 2. Lex definitur non oratio, sed civitatis præcipiens consensus. Taceo, quód consuetudo sit etiam lex, Aristot. *1. Rhetor. 9. & 10. Ethic. 9 l. 32. §. 1, D. de Legib.* quomodo autem illa oratio dicenda, cùm non verbis, sed rebus ipsis inducatur, prout rectè observat supra laudatus Dn. Henricus Hahn. *in Observat. Theor. pract. ad Paratitl. Wesembecii in tit. D. de Legibus.*

Porrò (4.) licèt armis regna & imperia acquirantur, attamen le-
30 gibus eadem conservantur, ut rectè Æneas Sylvius *in fin. histor. Boem.*
loquitur, quod & unanimis prudentium consensus probat, & historia
ipsa, quæ lux veritatis, & magistra vitæ à Cicerone *II. de Oratore* dicitur,
testatur, nec enim arma sine legibus tuta *l. 3. & ibi Dd. D. de Re milit.*
N. A. de Anno 1500. in pr. Viderunt hoc Romani terrarum Domini, qui
31 armis & legibus illustres, orbem terrarum suum fecerunt, armis quidem
constrinxerunt: legibus autem conservarunt, Don. Garf. Mastrill. *lib. 3.*
de magistrat. 2. 3. n. 26. Sané, cùm animadverterent, animam Civitatis
& Reipublicæ esse leges, legatos suos in libera Republica Athènas legum
32 petendarum causâ miserunt. Malè verò, ut id obiter notemus, Dd. cohors, & quod miramur, ipse Wesembecius *in paratitl. de origine juris n. 2.* existimant, Decemviros à Romanis legum petendarũ causâ ablegatos, quamvis id ipsum etiam tradat Pomponius Ictus *in l. 2 §. postea de orig. jur.* & Pontifex *in c. Moyses in fine distinct. 7.* etenim contradicunt meliora ejus ævi monumenta, & historici probatissimi, ex quibus constat, tres tantùm viros legum petendarum causâ Athenas missos fuisse, scilicet Spurium Posthumium, Album Manlium, & Sulpitium Camerinum, qui triennio perlustrârunt maximam Græciæ partem. Vide Livium *lib. 3.* Dionys. Halicarnass. *lib. 10.* Fenestell. *de magistrat. Roman. cap. 14.* post illos tres viros demum alii, & quidem 10 sunt creati legum allatarum promulgandarum causâ, qui itidem apud Livium *lib. 3.* enumerantur, quos cum illis, qui Athenas ablegati fuerunt, malè confundunt Doctores, Hahn. *in Obs. ad Paratitl. Wesembec. de orig. jur. n. 2.* De hisce legibus XII. Tabularum Cicero *in libris de orat.* sub persona Crassi disputans, ita loquitur: Fremant omnes licèt, dicam, quod sentio, bibliothecas me hercule omnium Philosophorum unus mihi videtur XII. Tabul. libellus, si quis legum fontes & capita viderit, & authoritatis pondere, & utilitatis ubertate superare. Tandem hæ ipsæ Leges, evaserunt in carmen solenne, sicut foro olim destinati, â pueris hoc velut carmen addi-

ferent. Dolendum verò, tantum thesaurum jam amissum, & nihil nisi
fragmenta quædam superesse, hinc inde in variis scriptoribus dispersa, in
quibus tamen colligendis, emendandis, & illustrandis multi viri doctis-
simi operam suam posuerunt: alii quidem aliis felicius. Primus, ni fal-
lor, in illis colligendis operam suam communi utilitati collocavit Ay-
marius Rivallius Allobroy, easque *libro secundo Historiæ juris Civilis* est 34
interpretatus. Hunc secuti Oldendorpius & Franciscus Balduinus. Sed
ut nostra ætas ferax est doctorum virorum, ita etiam plures in his legi-
bus emendandis, quia plurimæ depravatæ fuerunt: & explicandis, quia
obscuræ, elaborârunt. Inter eos fuerunt Franciscus Hotomannus, Ja-
cobus Cujacius, Jacobus Rævardus, Pandulphus Prateius, Antonius Au-
gustinus, Franciscus Pithæus, Valentinus Forsterus, Adrianus Turnebus,
Josephus Scaliger, Justus Lipsius, Dionysius Gothofredus, ex recentio-
ribus reliquis in interpretatione harum Legum palmam præripuit Jaco-
bus Gothofredus. Ad has sanè Leges 12. Tabularum, veteres subinde
Icti interpretationes seu Commentarios, & explanationes scripserunt:
quales fuerunt Sex. Ælius, L. Acilius, Lælius, Valerius Messala, Q. An-
tistitis Labeo, postremus omnium sub Marco Imperatore Gaius. Equi- 35
dem Romani, licèt armis imperium pararent, nihilominus tamen statim
etiam ab initio Reipublicæ suæ legibus carere non potuerunt, nam Ro-
mulus, Romanæ conditor gentis. Romanis suis leges dedit, idem fe-
cit ejusdem successor Numa Pompilius, necnon Servius Tullius, cujus
50. leges fuisse de contractibus & delictis συναλλακτικοὺς καὶ περὶ τῶν ἀδικημάτων
disertè scribit Dionysius Halicarnassensis *lib. 4.* & verò horum nonnisi 36
trium Regum Romanorum, leges occurrunt, quarum legum fragmenta
à Sexto Papirio olim unum in corpus collecta fuerunt: *l. 2. §. 2. D. de
O. I.* ad quæ postea Granium Flaccum IC. librum Commentarium scri-
psisse Paulus noster author est, *in l. 144. D. de V. S.* Granius, *inquit* Flaccus
in libro de jure Papiriano: quem ipsum Granium Flaccum Licinianum
allegant Festus, Arnobius: quin & Macrobius *lib. 3. Satur. cap. 11.* lo-
cum integrum ex hoc jure Papiriano apponit. Verùm utrumque opus
cum ipsis legibus intercidit. Supersunt tamen ipsarum Legum fragmen- 37
ta nonnulla, quæ Antonius Augustinus, Cantius, Balduinus, Fulvius
Vrsinus, Pandulphus Prateius, Manutius, Lipsius collegerunt, partim
ipsis Legum Regiarum verbis consignatis; partim earum tantùm, senten-
tia expressa. Franciscus Balduinus Ictus celeberrimus, in eo, quem ad

 leges

leges Romuli scripsit libro, octodecim Romuli leges recenset, quas asserit, sese habere ex columna quadam, antea Romæ in Capitolio erecta, ex quibus multas etiam Paulus Manutius in Legum libello commemorat. Verùm tamen eruditis Viris istæ non probantur, Cujacius certè non dubitavit affirmare, easdem confictas esse. Porrò, ut de aliis Romanorum Legibus, quæ post Leges 12. Tabularum ab Imperatoribus la-
38 tæ, necnon jure Justineaneo nunc nihil dicamus, constat Leges à Romanis latas, tàm sanctas, justas ac venerandas esse, ut si universas Leges Longobardorum, Alamannorum, Boiariorum, Ripuariorum, & aliorum cum hisce conferamus, jura Romana meritò apicem dignitatis præ his obtineant. Vide ea, quæ hac de re adduxi *in tractatu de Jure Offerendi cap. 3 n. 2. 3. & seqq.* Nec veró Leges Germanorum veteres, quoad æquitatem & justitiam earundem, ullo modo cum Romanis conferri
39 possunt, crudeles enim fuerunt leges veterum Saxonum. Testatur hoc ipsum Wippo de Conrado II Salico, cujus vitam descripsit *cap. 6.* verba faciens: Reversus, *ait ille*, Rex de Ripuariis ad Saxoniam, ibi legem crudelissimam Saxonum, secundùm voluntatem eorum constanti auctoritate roboravit. Crudelissimam, vocat sine dubio, inquit Meibomius *in Notis ad Annales Witichindi lib. 1. ad verba: Lex Saxonica diligenter descripta*, quód in ea usitata & crebra capitis pæna. Apparet autem scriptam Saxonibus, jam ad fidem conversis: nam de præcipuis anni festis ibi mentio, & irrogatur capitis pæna sacrilegis & perjuris. De juris Saxonici
40 recentioris, quod Speculi titulo circumfertur, compilatoribus, disputat Crancius *libro secundo Saxoniæ capite vigesimo primo*, negans Carolum Magnum Speculi auspicem esse, & id quidem rectè. Adamus Bremensis *libro secundo capite decimo nono*, affirmat Haroldum Danorum Regem,
41 miraculis clarum, leges Saxonibus tradidisse, verba ejus hæc sunt: Certissimum verò est, cùm tam nostro populo, quàm Transalpianis & Fresonum genti, leges & jura constituisse, quæ adhuc pro tanti auctoritate viri servare contendunt. Tempore Friderici Barbarossæ in veteri Sa-
42 xonia jus Susatense viguit, quod Henricus Leo novæ urbi Lubecæ, in suam potestatem redactæ, usurpandum tradidit, & testatur Arnoldus Lubecensis *lib. 2. cap. 40.* Leone exauctorato & Lubecensibus ad deditionem coactis, cives ab eodem Imperatore jura Sosatiæ sibi relinqui humiliter petiisse.

Cæterùm, nulli non constat tantam dignitatem, utilitatem, ac denique

deniq; necessitatem Legum esse, ut sine illis Respublica nulla constitui, nedum consistere possit: sed mera sit barbaries, prout omnium temporum & gentium historiæ satis superque testantur, hinc præcipua fuit statum solidum fundaturis ratio, ut à legumlatione exordia desumerent, rectè enim Aristoteles *Rhet. 1. cap. 3.* asseruit, in legibus salutem civitatis sitam esse; ἐν τοῖς νόμοις, *ait*, ἐστὶν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως. Lex enim mens est sine cupiditate, sine perturbatione & affectu. Petr. Roytzius *decis. Lituan. 4. n. 133. & seqq.* Aristot. *lib. 3. Polit.* proinde rectè idem Aristoteles existimavit in bene constituta Republica, quoad fieri potest, omnia legibus definienda, & quàm paucissima judicis arbitrio relinquenda esse. Leges enim certæ sunt, quæ æquabili fronte omnes aspiciunt, & omnibus unà eâdemque voce loquuntur, Don. Garſ. Mastrill. *de Magistrat. lib. 3. c. 3. n. 19.* Ast verò Judices sæpius affectibus subjecti, quandoquidem etiam omnes affectibus sæpe vincimur; neque gratiam aut odium, nisi cum vita ponimus. Quamvis Judices, quantum possibile, sepositis affectibus solam justitiam, æquitatem, & veritatem causæ inspicere debeant. Hinc Thebani, ut incorruptam justitiam signarent, nec variari gratia, Judicum imagines sine manibus: Principis verò sine oculis in foro proposuere: ut signis ostenderent, Judices affectibus capi non oportere, inquit Alexander ab Alexandro *lib. 3. cap. 5. genial. dier.* Plutarchus *in lib. de Iside;* Ἐν δὲ Θήβαις, ait, εἰκόνες εἰσὶν ἀνακείμεναι δικαστῶν ἄχειρες· ἡ δὲ τοῦ ἀρχιδικαστοῦ μύουσα τοῖς ὄμμασιν, ὡς ἄδωρον ἅμα τὴν δικαιοσύνην καὶ ἀνέντευκτον οὖσαν. id est, apud Thebas Judicum imagines visuntur sine oculis, & Principis occuli connivent, ob id, quod justitia nec muneribus capiatur, nec hominum vultu flectatur. Ante hunc Diodorus Siculus loquens de Thebis Ægyptiis *lib. 2. cap. 1.* In ea statuæ, *inquit*, ligneæ positæ haud parvo numero repræsentantes, tum eos, qui de re dubia disceptarent, tum respicientes eos, qui in judiciis sententias ferunt. Hi ab una muri parte sculpti, triginta numero erant, & in medio judicandi Princeps, cujus à collo suspensa veritas penderet, & oculis esset subclausis, librorum cumulo circumstante. Hæ imagines præ sese ferebant, Judices integros esse debere, Prætorem solam inspicere veritatem. Isocrates dum modum judicii regii præscribit, Nicolai: τὰς κρίσεις ποιοῦ, ait, περὶ ὧν ἂν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι, μὴ πρὸς χάριν, μηδ' ἐναντίας ἀλλήλαις, ἀλλ' ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν ταὐτὰ γίγνωσκε. De controversiis eorum, sententias neq; ad gratiam ferto, neq; inter se contrarias, sed de iisdem quidem rebus semper ea-

(Margin numbers, right: 43 beside "tis sitam esse"; 44 beside "stoteles existimavit"; 45 beside "nec variari gratia"; 46 beside "πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι")

dem decernito. Sanè, prout rectè Cæsar apud Saluſtium *in Conjur. Catilin* loquitur, omnes homines, qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, amicitia, ira atque miſericordia vacuos eſſe decet. Haud facilè animus verum providet, ubi illa efficiunt; neque hominum quisquam libidini ſimul & uſui paret. Præclarè Cicero *4. de offic. cap. 10.* Neque contra Rempublicam, *ait*, neque contra jusjurandum ac fidem, amici causâ vir bonus faciet; ne ſi judex quidem erit de ipſo amico. Ponit enim perſonam amici, cùm induit judicis. Tantum dabit amicitiæ, ut veram amici cauſſam eſſe malit, ut orandæ liti tempus, quoad per leges liceat, accommodet. Cùm verò jurato ſententia dicenda ſit, meminerit, Deum ſe adhibere teſtem, id eſt, ut arbitror mentem ſuam, quâ nihil homini dedit Deus ipſe divinius. Judex quo pluribus onuſtus precibus, inquit Johan. de Pineda *tom. 2. in Job. cap. 18. verſ. 18. in fine*, eò conſtantior & erectior ſit, & imitetur Narvienſem illum agrum, qui imbribus ſiccior redditur, non ſecus ille ad injuſtas preces aridior & ſeverior, & verò Judices inſtar Venetorum ante veſtibulum Curiæ privatos affectus deponere debent, Dur. de Paſcol. *in aulic. polit. monit. 39.* Iohan. à Chokier *lib.*
47 *2. polit. Aphoriſm. c. 4. p. 58.* Apud Areopagitas, ut tradit Lucianus *in Hermotimo p. m. 266.* morem fuiſſe legimus, noctu & in tenebris, cognoſcendis cauſis operam dare, ut non in dicentes, ſed in ea, quæ dicerentur oculos ſuos defigerent judices; οἱ ἐν νυκτὶ, ait, καὶ σκότῳ δικάζουσιν, ὡς μὴ ἐς τοὺς λέγοντας, ἀλλ' εἰς τὰ λεγόμενα ἀποβλέποιεν. Idem affirmat Vbbo Emmius *in deſcript. Reſpubl. Athenienſ. p. m. 35.* ibi: addunt quidam, noctu & ſubſidio, hæc acta, & quidem actor & reus nocte ſilenti dicere cogebantur ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν, teſtantur id Apuleius *lib. 10. Metamorph.* & Quintilian. *lib. 2. cap. 17. & lib. 6. cap. 1.* Vide plura hac de re in Lucubrationibus meis hiſtorico Philologico Iuridicis de Nocte, & nocturni officii *cap. 13. n. 1. 2. 3. pag. 266. & ſeqq.* Refert. Petr. Rebuffus in nobiliſſ. ſuo tractatu *de Concord. Leonis 10. & Franc. reg. Gall. in proœm.*
48 *pag. 1.* in Francia quendam, dum agrum foderet, inveniſſe humanam linguam, loquentem, interrogatam, cjusnam eſſet? reſpondiſſe eam, ſe linguam hominis Pagani, olim judicis fuiſſe, quæ quia nunquam protuliſſet ſententiam injuſtam, Deum reſervaſſe, animam judicis in illa lingua, quouſque baptiſmum reciperet, & fuit (ait Author) baptizata lingua, & in terram recondita. Vide parentem meum *part. 1. de indiciis delictorum cap. 1. n. 7. & ſeqq.* Equidem nihil magis juſtitiam læ-

dit.

dit, quàm avaritia Judicum, qui munera ac pecuniam ob rem judicatam accipiunt, & pretio habent addictam fidem & religionem, ut Cicero *in Verrem* loquitur, munera enim excæcant sapientes, & subvertunt verba justorū Exod. 23. Psalm. 25. 1. Eccles. 20. hinc Ovid. *de Arte amandi* v. 623. 49

Munera (crede mihi) placant homines q́; Deos q́;
Placatur donis Juppiter ipse datis.
Quid sapiens faciat? stultus quoque munere gaudet,
Ipse quoque accepto munere mitis erit.

Nullum quippe officium, ut Cicero *pro Publ. Quintil.* ait, est tam sanctum, atque solenne, quod non avaritia comminuere atque violare soleat, & juxta Poëtam:

Deviat à vero corruptus munere Judex,
Falsidicum q́; facit impia Gaza virum.

Sanè, Judex pecuniam accipiens, ut etiam in bona causa justè pronunciet, turpiter facit, ita ut locus sit condictioni ob turpem causam *arg. lib. ult. C. de condit. ob turpem causam.* Jason. 50
in l. 1. n. 2. & in l. 2. n. 8. D. de Cond. ob. turp. caus. Capic. *decis. 95. n. 1. in fin.* Vide affinem meum p. m. Antonium Bullæum *in Annotat. pract. in Constitution. Criminalem Caroli V. art. 3. p. 19.* Dissentire videtur Ilic. Vmm. *disp. ad proc. Judic. dir. 2. th. 5. num. 15.* Nihil planè injustius est, quàm injustitiæ præmium quærere, & qui mercede bonus est, is quoque mercede fieri potest malus, Johan. Kirchm. *in Oratione funebri Iacobo Bordingo Icto scripta p. 29. & p. 50.* hinc Judices, qui vendunt sen- 50
tentias, infamiâ notantur, *l. 12. C. de dignit.* ipsorum sententiæ ipso jure nullæ sunt, *l. venales 7. C. quando prov. non est necnon pœnæ L. Iuliæ repetundarum* subjiciuntur, Marq. Freher. *l. 3. de infam. cap. 14. n. 1. 2. 3.*
Hoc malum, ut eò meliùs evitetur, constituenda sunt judicibus honesta 52
stipendia, unde decenter vivere possunt. vid, R. I. August. de Anno 1530.
§. und damit die Assessores, & planè Principes salaria officialium ampu- 53
tantes, neque publicæ honestati, neque justitiæ consulunt, Frid. Balduin. *lib. 4. de cas. conscient. cas. 9.* Quò mirè facit, quod Iustus Lipsius ex Turcicis Annalibus *in Monitis Politicis* refert: Cum Baiasetes Imperator 54
fraudes & injurias Cadiorum suorum, (ita judices vocant) sæpius jam audiret; iratus, omnes in domum quandam includi igne comburi jussit. Sed Halis Purpuratus rationem invenit molliendæ indignationis. Habebat Bajasetes Æthiopem puerum in deliciis, lepidum, & ipsa garru-

litate amabilem; quem instructum, quid diceret ad ipsum mittit. Venit igitur, quasi accinctus ad iter; quærentiq; Imperatori, quid præter morem hic vestitus? respondit, ut peregrè eam, & ableger à te ad Imperatorem Constantinopolitanum, Caligeros aliquot [hi Græci monachi sunt) accersiturus, ut nobis jus dicant, quoniam omnes tuos Judices vis occisos. Cui Imperator, ô mi Æthiopille, *inquit*, nunquid illi sunt periti legum nostrarum? & non sunt, oportunè respondet Halis Purpuratus, ô Domine, cur igitur peritos tollis? nam refert Baiasetes, cur malè iudicant? Iterum Halis, ego, Domine, causam edam. Hi nostri stipendium è publico nullum percipiunt: capiunt igitur mercedulas à privatis. Hoc corrige, & illi corrigentur. Placuit consilium Baiasethi, & decrevit, ut, cui hereditas tot millium asprorum [id genus monetæ Turcicæ est] venisset, is in singula millena Cadio suo daret vicenos; in matrimoniorum & ejusmodi contractibus item vicenos. Ita justitiæ subventum. Equidem, licèt sacra auri fames ubique perniciosa sit, omnium tamen malorum cumprimis radix est, si judicum animis inhæreat, quod tamen aliquando fieri videmus, ut, ubi bos in lingua est, ibi consilia corrumpantur, lucroq; sapientia etiam irretiatur. Probos non tango. In quorum numero mihi Alcamenes ille; qui quodam rogante, cur à Messeniis oblata munera recusâsset: Quoniam, si recipissem, *inquit*, cum legibus pacem habere non poteram: O mentem regno dignam, quæ magno obvioque lucro, legum auctoritatem anteposuit. Quid ille egregius Vir apud Senecam, cui cúm Cæsar ducenta donaret, id est, quinq; millia Philippicorum, annon ridens rejecit? ingenti ore offerens; Si tentare me constituerat, toto illi fui experiendus imperio. Quàm malè
65 econtra apud posteros audit Tribonianus noster, ob avaritiam, & quod pro pecunia author Justiniano fuerit, ut leges bene latas retractaret, non possum, quin subjiciam heic testimonium, quod de Triboniano perhibet Suidas in voce Tribonianus: οὗτος ὁ Τριβωνιανὸς, *ait*, ἕλλην ὑπῆρχε καὶ ἄθεος, ἀλλότριος κατὰ πάντα τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως. Κόλαξ δὲ καὶ ἀπατεών. Καὶ πείθων Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα, ὡς οὐκ ἀποθανεῖται, ἀλλ' εἰς τοὺς οὐρανοὺς μετὰ σαρκὸς ἀναληφθήσεται [illegible] ὃν δὲ κολάσας ἐκπληροῦ. Verè Tibullus:

Auro pulsa fides, auro venalia jura,
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Veteres paucissimis verbis Judicis officium concludebant, cùm dicerent; Legem esse mutum Judicem, Judicem autem legem loquentem.

tem. A bono enim Judice ita prorſus omnia judicari oportet, ut lex ipſa, ſi loqui poſſet, judicaret; atque ita legem & Judicem inter ſe conſpirare, ut ſit lex, quaſi anima judicis, & judex quaſi vox Legis; Et quemadmodum Ariſtoles ait, Legem eſſe mentem cupiditatis expertem, ita oportet judices, omni cupiditate ſpoliatos, mente tantùm ac ratione, in diſceptandis controverſiis uti, nec tamen omnia ad rigorem juris examinanda ſunt, ſed interdum ſecundùm æquum & bonum aget judex.
Omnes enim Leges univerſales eſſe oportet, Ariſtot. *5. Ethic. 10. & 11.* 56
ſiquidem omnes in Republica cives obligare debeant, in univerſum verò 57
aliquid, quod quaſi certam formam habeat, conſtitui non poteſt, ſcribit veriſſimè Imperator Trajanus ad Plinium ſuum *lib. 10. Epiſt. 98.* hoc eſt, nulla lex eſt tam univerſalis, quæ non ob caſum incidentium varietatem,
& circumſtantias hinc inde ſe offerentes, aliquam patiatur exce- 58
ptionem, adeóque ſecundùm æquum & bonum ſit explicanda. Quod 59
ſi tamen caſus in Legibus & ſtatutis deciſi, judices ne latum quidem unguem ab iisdem diſcedere debent, Nov. *82. cap. 2. & 13.* Nov. *18. cap. 5. c. judicet. 3. q. 7* Ordin. Camer. *part. 1. tit. 13. in princ.* nec enim ſin-
gulorum hominum judicio periculosè judicando cauſarum deciſiones 60
relinquendæ, Thom. de Aquin. *part. 2. quæſt. 95. artic. 1.* Iniquus verò & ingratus mihi Juſtus Lipſius videtur, qui Iuſtiniano ob compoſitos
juris libros, nullam deberi gratiam exiſtimat. Nec enim verum eſt, 61
quod ipſe ait, ex multis legibus orta eſſe tot litigia, tot patronorum fraudes juriſque civillationes. Hominum ea improbitas eſt: haut minor, imò major futura, ſi paucioribus uteremur legibus. Quippe leges pleræq; ideo latæ ſunt, ut darent formam finemq; controverſiis. Nunc, quod introductum eſt ad finiendas lites, ad ſtatuendum jus certum, ad præcidendas juriſperitorum diſputationes, quomodo dici poteſt diſputationi litibusq; cauſam dare? & annon majores ſemper patronorum, advocatorúmq; futuræ fraudes, ſi pauciores forent leges, quàm quæ negociis ſufficerent? ſi omne jus in incerto eſſet, & patronorum diſpu-
tationem exigeret. Quod deinde adduci ſolet, multas leges ægræ civi- 62
tatis argumentum eſſe: verum quidem eſt. Sed non ægra civitas aut corrupta eſt, quia multas habet leges: ſed multæ ſunt leges, quia ægra civitas eſt, prout rectè ait Chriſtophorus Forſterus *in Notis Politicis ad librum. 3. Annalium* Cornelii *Taciti.*

Cæterùm, ut ad priora revertamur, Togata militia armatâ ſupe-

tior

rior esse videtur multis modis, quid enim Arma sine legibus Rebus-
63 publicis proficiunt? Nulla planè societas tuta vel diuturna esse potest absque legibus, Plat. *lib. 3. de Legib.* Aristot. *4. Politic. c. 4.* arma verò sine legibus Rempublicam conservare non possunt, Novell. *Leon. 36. in pr.* hinc præclarè dicitur in Recessu Imperii de An. 1500. in pr. daß außländische Kriege gantz unverfenglich/ wo nit vorhin redlich gut Regiment/ Recht/ Gericht und handhabung wehre/ auff denen als grundvesten/ alle Reich und gewalt ruhen. Sicut autem aurea pacis serenitas optabilior belli calamitate, *l. un C. de Caduc. tollend.* ita legum exercitium salubrius armorum præsidio, & secundùm Silium Italicum *lib. 11. Pun.*

Pax una triumphis
Innumeris potior, pax custodire salutem,
Et cives æquare potens.

Melior tutiorque est certa pax, ait Livius *lib. 30.* quàm sperata
64 victoria: hæc in tua, illa in Deorum manu est. & Cic. *lib. 7. Epist. ad Attic. 14.* asserit, etiam injustam pacem utiliorem esse, quàm justissimum bellum. & Virgil. *11. Æneid.*:

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

Et verò bellum quid aliud? quàm omnium immunitatum epitome, & calamitatum cunctorum farrago, Hering, *de fidejussor. cap. 20. §. 22. n. 5.* Bello enim vastantur omnia: squalent municipia, affli-
65 ctantur Coloniæ, agri quasi senio confecti marcent:

non ullus aratro
Dignus honos, marent abductis arva colonis.

canit Virgilius *2. Georg.* Et quod caput est, quæ sanguinis effusio & quæ cæde?

Stat cruor in templis, multaq; tabentia cæde
Lubrica Saxa madent, nulli sua profuit ætas.

Vbi tantùm armorum (sunt verba Theodorici Gothorum Regis apud Æmilium *lib. 1. de reb. Franc.*) corporumque sub signis stabit, quis cruori legem dabit, unde & quantus fluat? Quemadmodum caloris vi, non modò sicca, verùm etiam, quæ in propinquo sunt, humida, absumuntur: ita bella etiam, quæ justà causà suscipiuntur, nefanda quæque opera, cædes, stupra, sacrilegia secum trahunt, Nemo Martem ita in potestate habet, ut nusquam exorbitet. Nulla

Du-

Ducis prudentia, nulla industria, nulla severitas tanta unquam fuit, quæ hoc potuerit efficere, ut, quod naturâ noxium est, fieret innoxium. Et 66 sapienter Augustinus *lib. 19. de Civitate Dei c. 7.* Quorum, *ait*, malorum (de his loquitur, quæ ex bello nascuntur) multas & multiplices clades, diras & duras necessitates, si, ut dignum est, eloqui velim, quanquam nequaquam, sicut res postulat, possum, quis erit prolixæ disputationis modus? Sed sapiens, *inquiunt*, bella gesturus est: quasi non, si se hominem meminit, multò magis dolebit justorum necessitates sibi extitisse bellorum: quia nisi justa essent, gerenda non essent: ac per hoc sapienti nulla bella essent, iniquitas enim partis adversæ justa bella ingerit gerenda sapienti, imò & necessaria: quæ iniquitas homini utique dolenda, quia hominum est, & si nulla ex eo bellandi necessitas nascatur. Hæc itaq; tam magna, tam horrenda, tam sæva, quisquis cum dolore considerat, miseriam, necesse est, fateatur, quisquis autem vel patitur ea sine animi dolore, vel cogitat, multò utiq; miseriùs ideo se putat beatum, quod & humanum perdidit sensum. *Hactenus Augustinus.* Sæva res bellum est, inquit Plutarchus, cumulúmq; secum trahit injuriarum & insolentiæ. *Inferre* bella finitimis, ait Augustinus *lib. 4. de Civit. Dei cap. 6.* & inde in cætera procedere, ac populos sibi non molestos sola regni cupiditate conterere, quid aliud, quàm grande latrocinium nominandum est?

Porrò (5.) cui non notum, Doctores Legum, qui justitiæ sacrum ministerium profitentur, præ cæteris majori dignitate fulgere, multis quoq; privilegiis ab Imperatoribus ac Principibus virtutis amantibus 67 fuisse insignitos, nec immeritò iidem juris sacerdotes dicuntur *in l. 1. §. 1. D. de instit. & jur.* Professores divinarum atq; sacrarum legum. Auth. Habita. *C. ne fil. pro patr.* Antecessores, *Const. omnem rubr. & §. 2. proam. Inst. §. 3. l. 2. §. 9. C. de veter. jur. enucl.* Legum interpretes, *l. 21. pr. C. de furt.* Nobiles *in l. providendum C. de postuland.* Nobilissimi *l. 4. D. eod.* quinimo Domini appellantur *l. 2. C. de offic. div. judic.* & amici Principis & ejus patres, *Alphons. de Azevedo in Constit. Reg. Hisp. lib. 6. tit. 2. n. 76.* judiciorum athletæ atque gubernatores, *§. discipuli in proam. Digest.* celsiores viri, *l. 2. C. de offic. diverf. jud.*, & sacri Romani Imperii milites, humanarúque fortunarum, rerum, spei, vitæ, posteritatisque defensores, *l. Advocati 14. C. de advocat. div. judic.* Dauth. *de testament. in explicat. l. omnium 19. n. 5. fol. 572.* ubi adducit hac de

re, *l. unic. C. de praeposit. labor.* Et cùm in Republica Romana, pauló post Augusti Imperatoris tempora triplex ordo dignitatum esset, primus illustrium, quâ in classe fuêre Praefecti Praetorio & Praesides Augustales: Alter spectabilium: & tertius Clarissimorum, cujusmodi erant Senatores Romani: sub titulo & ordine spectabilium & clarissimorum JureConsulti sive Professores juris continebantur, & quis ignorat hodie Doctores juris Nobiles & in dignitate constitutos esse, Decian. *vol. 4. Resp. 71. n. 13.* Thom. Milles *in tr. de Nobilit. civil. tit. Nobiles minores pag. 148.* privilegiisque Nobilium gaudere, Bart. *in l. medicos C. de Profess. & medic.* Joan. Gutierretz. *lib. 4 pract. quaest. 17. n. 8.* Joan. Lauterbach. *in tract. de Armis & literis n. 90.* unde etiam iisdem permissum, quod sine speciali Imperatoris concessio-
69 ne, nobilium insignia cum apertis galeis, Wapen mit offnem helm und Schild / gerere & usurpare possint, Hœping. *de jur. insignium cap. 6 part. 8 §. 5. n. 1435.* cúm etiam cognitum sit, eos statuarum
70 jus habere, Thom. Dempster. *ad Rosini lib. 9. Antiq. Roman.* praeterea notissimum, quòd Doctores, qui viginti annos in publicis Universitatibus sive Academiis publicis docuerunt, illustres efficiantur, *arg.*
71 *l. unica C. de profess. qui in urbe* &c. cui consequens est, iisdem etiam
72 beneficia & privilegia, illustribus personis competentia merito jure tribui, prout contendit Matthias Stephani *in tractat. de Nobilitate*
73 *lib. 2. n. 59.* hinc etiam placuit, Doctorem non posse dici personam indignam, cui etiam Comitissa possit nubere, post Salicet. & Joan Lupum. Menoch. *lib. 4. praesumpt. 189. n. 86.* Vt nihil nunc dicam de privilegiis Doctorum insignibus, inter quae haut postremum,
74 quòd Legum Doctores à personalibus & extraordinariis oneribus immunes sint *per text. in l. Medicos 6. ubi Bart. & Dd. C. de Professor. & Medic. lib. 10.* Roland. á Valle *lib. 1. consil. 66. n 36. & seqq.* Natta *consil. 66. n. 2.* Jacob. Benius *in tract de privileg. Iurisconsult part. 3. n. 98. fol. 190.* latè Menoch. *de arb. jud. quaest. lib. 2. cent. 4. cas. 379. n. 2.* quamvis verò hisce exemptionibus Legum Doctores tantùm
75 Romae legentes, sive docentes publicè videantur á jure donati, text. *in l. si duas 6. §. Roma Philosophantem 11 & §. seq. D. de. Excusat. tut. Gl. in rubr. C. de Profess. & Medic.* attamen nihilominus communiter Dd. & Gloss. hoc ipsum extendunt ad legentes publicè, in quacunq; alia regia civitate, in qua Imperatoris & summi Pontificis auctoritate

ordi-

ordinata & erecta sunt studia, quod ipsum etiam statuit Casp. Klock. *de Contribution, cap, 15, n, 9, 10, & seqq*, Idem Klock. *d, l, n, 104*, contendit Doctores indistinctè etiam à patrimonialium onerum, tam ordinariorum, quàm extraordinariorum præstationibus immunes & exemptos esse, idque *per l, Medicos 6, C, de Profess, & Medic, necnon l, 11.* ibi: sint ab omni functione, omnibúsque muneribus immunes. 76
C, eod. tit, idem statuerunt Bart. & Bald. *ad d. l, 6, C, de Professor, Medic*, Guid. Pap. *quæst, 88*, Bursat. *vol, 2, consil, 16, n, 3*, & Matth. Stephani *de iurisdict, lib, 3, part, 2, cap, 10, n, 14*, Contrariam negativam sententiam propugnant Wesemb, *in parat, D, de vacat, & excusat, mun, in fin. & consil, 4, n, 32, p, 1*, Petr, Heig, *p. 1, quæst, 17, n, 18. 19, & seqq*, Thoming, *decis, 55, per tot*, & Bocer, *de collect, cap, 11, n, 44.* adducentes *l, 10, pr, D, de vacat, & excusat. muner, l, 5, & 10. C, de annon. & tribut, l, 2, 3, 6. 7, & 10. C, de muner, patrimon, l, un, C, de un, C, de vacat, publ, mun*, vid, Mynsing, *Cent, 4, Obs, 70*, & Gail, *lib, 2, observat, 53, n. 8.*

Cæterùm, à prima Reipublicæ Romanæ origine Ictis summos honos habitus, nec in pari veneratione milites tum temporis fuisse constat. Sub Regibus in ipsa adhuc infantia Reipublicæ, magnam juris, legum, & eruditionis habitam rationem fuisse, argumento est, 77
vel ipse Numa Pompilius Rex Romanorum, qui urbem novam, conditam vi & armis, *ut Livius ait*, jure legibúsque, ac moribus de integro paravit. De quo Dionysius Halicarnass. tradit, eum nullam expeditionem fecisse, sed pietati ac justitiæ vacantem, in pace totum imperii tempus transegisse, & civitatem optimis legibus & institutis ornâsse. Hic ipse est, qui duos menses anno Rumuleo addidit, testibus Plutarcho *in Numa Pompilio*, Cajo Julio Solino *cap, 3, Polyhistoris*, Macrobio *Saturnal. lib, 1. cap, 12*, Aurelio Cassiodoro, 79
Patricio quondam Romano *in Chronico suo*, quod Cuspinianus eruditissimis scholiis illustravit, Censorino *libro de die natali cap, 20*, Ovidio *1, & 3, Fastor*, quamvis tum è veteribus Fenestella & Licinius Macer, tum é recentioribus Cl. Josephus Scaliger *lib. 2, de emendat, tempor, p, 162*, Albericus Gentilis *lib, de diversis tempor, appellat, p, 21*, Bodinus, aliiq; statim ab initio à Romulo, quòd annus duodecim menses haberet, constitutum asserant, quos refutavit vir maximæ eruditionis Dionysius Petavius *lib, 2, de doctrina temporum cap, 72*

 Sub

Sub libera Republica maximus Ictis habitus honos, & quanta, quæ so, veneratione prosecutus fuit populus Romanus Tiberium Coruncanium, Publium Papirium, Appium Claudium, unum è Decemviris, qui floruit circa A.V.C. 300. & de Pyrrho in urbe non recipiendo sententiam tulit, ut Pomponius noster loquitur *in l. 2. D. de O. I. §. 36.* Sempronium maximæ scientiæ Ictum populus Romanus σοφὸν id est, sapientem appellavit: nec quisquam ante hunc aut post hunc nomine cognominatus est, inquit idem Pomponius, de Cajo Scipione Nasica memorat idem Pomponius *in §. 37. d. l. 2. D. de O. I.* quòd eidem publicè domus in sacra via data fuerit, quó faciliùs consuli posset, ut nihil nunc dicam de Q. Mucio Augure, Sexto Ælio, Porcio Catone, Q. Tuberone, Q. Mucio Scævola, Servio Sulpitio & infinitis aliis Ictis summis, quos recenset Pomponius *in d.* l. *2. D. de O. I.* qui sub libera Republica floruerunt.

Porrò, istorum Jureconsultorum, qui sub Imperatoribus floruerunt, scientiam, eloquentiam, & prudentiam, scripta ipsorum, quæ in Pandectis nostris exstant, satis indicant, quorum plerique ad summos honores evecti fuerunt, quos ad consilia & ad summam rerum suarum administrationem Imperatores adhibuerunt. Tales fuere sub Augusto Trebatius, sub Vespasiano Cassius, sub Trajano Nerotius, sub Adriano Iulianus, sub Antonino Scævola, sub Septimio Severo Papinianus, sub Alexandro Severo Vlpianus. De Alexandro Severo memorat Lampridius *in Alex. Sever.* eum in omnibus consiliis suis præter Vlpianum vocâsse Julium Paulum, Alphenum, Africanum, Callistratum, Celsum, Modestinum, alióśque, è quibus Papinianus & Vlpianus erant Præfecti Prætorio, qui summus fuit in Imperio Romano dignitatis gradus, teste Zosimo *lib. 2.* ἡ τῶν ὑπάρχων ἀρχὴ, *ait*, δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα νομιζομένη, hoc est, Præfectorum magistratus secundus ab Imperatore existimatus: quam dignitatem potentia parum cedere imperatoriæ majestati affirmat Opilius Macrinus Imperator *in Oratione ad Senatum missâ*, quam refert Herodianus *historiâ quintâ*. De unico Papiniano, (quem Ælius Spartianus *in Severo* juris asylum vocat, doctrinæque legalis thesaurum,) illud
80 singulare est, quòd ejus tanta authoritas in jure fit, ut, si discrepantes sententiæ Jureconsultorum inveniantur, ea verior existimetur, in quam Papinianus inclinat, ut Theodosius sancivit, quæ sanctio exstat in Codice Theodosiano, dignam eam existimamus, ut heic subjiciatur:

Impp.

Impp. Theodosius & Valentinianus A A. ad Senatum Vrbis Romæ. post alia.

Papiniani, Pauli, Caji, Vlpiani, atque Modestini scripta universa firmamus: ita ut Cajum atq; Paulum, Vlpianum & cæteros comitetur authoritas lectionis, quæ ex omni ejus opere recitentur. Eorum quoque scientia, quorum tractatus atq; sententias prædicti omnes suis operibus miscuerunt, ratam esse censemus: ut Scævolæ, Sabini, Juliani, atq; Marcelli, omniumq; quos illi celebrârunt: si tamen eorum libri propter antiquitatis incertum, Codicum collatione firmentur. Vbi autem diversæ sententiæ proferuntur, potiùs numerus vincat authorum: vel si numerus æqualis sit, ejus partis præcedat authoritas, in qua excellentis ingenii vir Papinianus emineat: qui ut singulos vincit, ita cedit duobus. Notas enim Pauli atque Vlpiani in Papiniani corpus factas, sicut dudum statutum est, præcipimus infirmari. Vbi autem pares eorum sententiæ recitantur, quorum par censetur authoritas, quod sequi debeat, eligat moderatio judicantis. Pauli quoque sententias semper valere præcipimus. &c. Dat. 6. Idus Novembris Theod. August. 7. & Valentiniano 2. Coss.

Hujus Papiniani, ut id obiter addamus, duplex circumfertur Epitaphium, nam Socinus filius scribit (ut annotatum à Valentino Forstero *Histor. Jur. Civil. Rom. lib. 2. cap 76.*) ætate sua [ut ex patre audierit] urnam argenteam à quodam rustico Romæ inventam, ossaque in Tyberim projecta, ubi hic titulus fuerit. Æmilii Papiniani & Præfecti Prætorio, requiescunt hic ossa: cui infelix pater & mater sacrum fecerunt, mortuo anno suæ ætatis 38. Alterum ex marmoribus,

D. M.

Æmilio. Paulo. Papiniano. Præfecto. Prætorio. Jurisconsulto, qui vixit annis 36. diebus 10. Menses 4. Papinianus Hostilius, Eugenia Gracilis, turbato ordine, in senio heu, parentes fecerunt, filio adoptivo. Eadem inscriptio exstat apud Hieronymum Magium *lib. 2. Miscell. cap. 11.* & Johannem Kirchmannum *de Funeribus Romanorum lib. 3. cap. 20. p. m. 483.*

Vt nihil nunc dicamus de Callistrato, Paulo aliisque præclaris Ictis, qui isto tempore etiam floruerunt. De Tertulliano Icto, notari meretur, malè Valentinum Forsterum *Historia Juris Civilis libro 2. cap. 72. p. m.* necnon Calvisium, Helvicium, &

Ttttt 3 Alste-

82 A[illegible] in libris suis Chronologicis affirmare ac statuere, Sctum Tertullianum, quod matrem ad successionem liberorum vocabat, t. t. Instit. de Scto Tertulliano, factum fuisse á Tertulliano Consule Romano, & Scriptore Ecclesiastico. Etenim Tertullianus ille, (quem presbyterum Romanum hominem Christianum, & primitivæ Ecclesiæ patrem fuisse constat, patriá Carthaginensem, natum centurione proconsulari, testibus, D. Hieronymo & Eusebio in ejus vita) sub Septimio Severo & Antonino Caracalla maximè floruit, circa quintam illam persecutionem, quà Victor tum temporis Papa, Philippus Præfectus Ægypti, atque alii trucidati sunt. Qui verò homo Christianus sine capitis periculo potuerit consul Romanus esse? quin quòd Fasti Consulares repugnent, qui heic Q. Septimium Florentem Tertullianum istum Latinorum Ecclesiæ Scriptorum vetustissimum non agnoscunt, & verò is ipse non Tertullianum, sed Tertullianeum Sctum facere potuisset, cujus in toto jure nulla mentio facta. Labitur quoq; idem Forsterus, dum existimat, sanctissimum hunc Ecclesiæ Doctorem de Castrensi peculio librum unum scripsisse & quatuor libros quæstionum posteritati reliquisse, nec enim horum librorum ullam mentionem facit D. Hieronymus, accuratissimus alioquin in hisce annotandis scriptor, quod si conjecturis locus, verosimile est, hunc ipsum Tertullianum, qui de castrensi peculio scripsit, seculo Christiano primo aut paulò pòst vixisse. Verùm hac de re prolixiùs agere ab instituto nostro paulò alienum est. Ex hisce verò constat, magnam in Romano Imperio Ictorum venerationem fuisse, ac summum iisdem exhibitum honorem, quæ authoritas & dignitas iisdem etiam illæsa in Imperio nostro Germanico hucusque mansit, postquam Irnerius ad petitionem Mathildæ libros legum, qui ignoti tunc prorsus erant facti, in lucem reproduxit, licèt vulgus
83 Dd. id Lothario, quem & Luderum vocant, Helmoldus & Albertus Stadensis adscribant, quasi ejus jussu & auctoritate Justinianeum jus in scholas & forum revocatum fuerit, cujus rei tamen nullam mentionem fecit Ottho Frisingensis, qui ea ipsa ætate vixit, nihil quoq; ea de re tradunt Helmoldus, Albertus Stadensis, Nauclerus, Cardinalis Baronius aliiq; rem tantam & adeò memorabilem non prætermissuri, si ita, ut creditur, sese haberet. Ego *in tract. de Jure Offerendi cap. 3. n. 3. 4.* Ex schola verò Irnerii multi doctissimi viri prodierunt,

runt, & quales quæso ICti fuere Placentinus, Azo, Accursius, Odofredus, Henricus Archiepiscopus Ebredunensis atque indè Cardinalis Hostiensis factus, Guilielmus Duranti, Provincialis ordinis Prædicatorum, Bartholomæus Brixiensis, Dynus Mugellanus, Petrus de Bella pertica, Jacobus de Arena Parmensis, & ipse Ivo, qui floruit sub Philippo Pulchro Galliarum Rege circa annum Christi MCCLXXXV. & non tantùm vulgi judicio, sed Pontificis quoque authoritate inter divos relatus: & ipsius memoriæ festus dies 6. Kalend. Septemb. decretus est. Quid memorem juris nostri lumina Baldum, de cujus authoritate multa testimonia Dd. collegit Joannes Nevizanus *in Sylva Nuptiali lib. 5. p. m. 411.* Bartolum (cujus dicta in Hispania pro legibus observantur, si credimus Carocio *in tract. de Comm. opin. lib. 1. tit. 5. n. 73.*) aliósq; ICtos præclarissimos, tum veteres, cùm recentiores, quibus summus honor exhibitus ab ipsis Principibus & Rebuspublicis. Maximilianus I. Imperator regiè pronunciavit; se nullos homines plùs amare, nullis majorem charitatem & reverentiam debere, quàm viris doctis, eosque non subesse, sed præesse aliis oportere, Cuspinian. *in vita Maximiliani I. pag. 486. n. 16.* De Carolo V. gloriosissimo Imperatore memorat Chytræus *p. 3. Chronic. Saxon. lib. 19.* quòd Seldio J.U.D. Ferdinandi Fratris Romanorum Regis Legato cubitum ituro, vehementissimè illud recusanti, lychnum invito etiam ad cubitum usque prætulerit; id se officii, *inquiens*, virtutis & eruditionis nomini ejusque honori ac venerationi ad omnem posteritatis memoriam præstitisse. Nec prætereundum hoc loco memorabile Sigismundi Imperatoris factum, qui, cùm ex Legum Doctoribus, quos in usum Reipublicæ majorum more non paucos in aula liberaliter fovebat, Georgium Fiscellum Equitem Auratum creâsset, eique Equestris militiæ insignia in Synodo Basileensi (alii Constantiensi) contulisset, & is hæsitabundus dubitaret, an *Doctoribus* congregatis in uno loco, aut Equitibus in alio se adjungeret, tandem verò relicto ordine suo novus Eques ad Equites intraret, Imperator hoc ipsum videns, eum ita allocutus fuit: Stultè agis, qui literis militiam præferas. Nam ego milites unâ die mille fecerim, Doctorum mille annis unum non fecerim. referunt hanc historiam Dubravius Olumuzensis Episcopus *lib. 25. hist. Bohem. pag. 209.* Freherus *in Not. ad Petr. de Andlo lib. 2. de Imp. Rom.*

Margin numbers: 84 (beside "Hostiensis factus…"), 85 (beside "ritatem & reverentiam…"), 86 (beside "træus p. 3. Chronic…"), 87 (beside "Equitem Auratum…").

Roman. cap. 13. in fin. post Æneam Sylvium, Michael Piccart. *decad. 7. obs. hist. cap. 1. pag. 7.* Dresser. *Isag. hist. mill. 7. part. 1. pag. 417.* & infiniti alii, quos adducere opus non est.

Atqui hactenus rationes pro asserenda præeminentia & præcedentia LL. Doctorum præ militibus in medium attulimus, plura argumenta adduxit Signorolus *de Homedeis consil. 23. per tot.* ubi hac de quæstione disserit, sed ea ipsa parùm stringere videntur: in medio etiam relinquo, quod idem Signorolus *de Homedeis de insignibus Doctoralibus* affert, quòd ipsa tribuant præeminentiam quandam, de quibus Dd. insignibus, eorúmque sensu hieroglyphico videri possunt Franc. Marcus *in Decis. Delph. quæst. 690* Alciatus *lib. 8. Parerg. 10.* Mascardus *de probat. vol. 1. Concl. 527. n. 16. & 18.* Camill. Borell. *lib. 1. de Magistr. Edict. cap. 8. n. 102. & seqq. usque ad finem*, eleganter quoque hæc Insignia explicat Cothmannus *Resp. Acad. 44. n. 28. & seqq.* adde Iacob. Middend. *lib. 4. de Academ. p. m. 37. edit. prior.* ubi tradit pileum Theologis imponi nigrum, ideo quòd mundo mortui cælestia consectentur: Jureconsultorum verò rubeum esse, qui color aureus & regius appellatur, quód Icti regibus assideant, ac propriè Doctores & Domini vocentur.

Videamus modò argumenta, quæ pro Militibus, sive dignitate militari coruscantibus eorúmque præeminentia & præcedentia contra Dd. Legum, in medium afferri possunt.

Et quidem *primò* omnium à contrariæ sententiæ Auctoribus movetur,
89 tur, quòd in omnibus ferè locis, ubi fit mentio armorum & legum, arma præferantur, prout patet *ex princ. proœm. Instit.* ibi: non solùm armis decoratam, sed & legibus armatam ex *Justin. Constit. de Codic. Justin.* confirmand ibi: armorum videlicet atque legum, *l. ab his oneribus 10. §. angariorum 2.* ibi: & militi & liberalium artium Professoribus, *D. de vacat. & excusat. muner.* omitto sexcenta alia exempla, quæ ex legibus nostris adduci possunt. Ast verò *suprà libro primo* sat superque ostensum fuit, præeminentiæ & prærogativæ signum illativum esse, si quis in scriptura præferatur alteri, cùm ordo scripturæ designet excellentiam &
90 gradum personarum, & digniora sint præponenda, ac digniores priùs scribendi, *l 1. & ibi Dd. D. de alb scrib.* Anton. Quetta. *Consil. 1. n. 3.* sanè ordinem scripturæ in prælationibus vel maximè attendendum esse, statuunt Felin. *in c cum dilecta 22. n. 4. de Rescript.* Franc. de Ponte *consil. 14 n. 57. & seqq.* & Modestinus Pistor *vol. 1. consil 51. n. 34.* & argumen-

mentum ab ordine scripturæ valere ad cognoscendum, qualis persona sit præferenda, asserunt, Boerius *in tr. de ord grad. utriusque so. part. 2. n.* 91
24. Menoch. *lib. 1. consil. 51. n. 35.*

Adde (*2.*) *Quòd* milites pro aris & focis, pro ipsa libertate, religione, vita, & bonis pugnare necesse habeant, & vitam variis mortis periculis exponere, cùm Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignorari soleat, ut Cicero loquitur *14. Philipp.* Bella verò jure gentium introducta fuisse, quis negat? *l. 5. D. de justit. & jur.* Inter prima naturæ, 92
inquit Hugo Grotius *de jure Belli ac Pacis lib. 1. cap. 2. § 1.* nihil est, quod bello repugnet, imò omnia potiùs ei favent, nam & finis belli, vitæ membrorumque conservatio & rerum ad vitam utilium, aut retentio, aut acquisitio illis primis naturæ maximè convenit; & vi ad eam rem, si opus sit, uti, nihil habet à primis naturæ dissentaneum, cùm animantibus singulis vires ipsi sint à natura attributæ, ut sibi tuendis juvandisque sufficiant. *Hactenus Grotius.* Nec milites à veteribus primitivæ ecclesiæ Christianis damnati, multominus malè iidem audierunt, Tertullianus 93
in Apologetico ex persona loquens Christianorum; Navigamus, *inquit,* & nos vobiscum & militamus. Eodem libro Tertullianus narraverat, Christianorum militum precationibus imbrem impetratum. Quin quòd etiam milites nonnulli pro Christo tormenta mortémque perpessi eundem cum cæteris martyribus honorem ab Ecclesia acceperunt, quos inter memorantur tres Pauli Comites; sub Decio Cerialis, sub Valeriano Marinus, quinquaginta sub Aureliano, Victor, Maurus, & Valentinus magister militum sub Maximiano, circa idem tempus Marcellus Centurio, Severianus sub Licinio, unde apparet, quid de militia senserit com- 94
munitas Christianorum, etiam priusquam Imperatores Christiani essent. Basilius de antiquioribus Christianis sic loquitur: τοὺς ἐν πολέμοις φόνους οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τοῖς φόνοις οὐκ ἐλογίσαντο, ἐμοὶ δοκεῖν, συγγνώμην δόντες τοῖς ὑπὲρ σωφροσύνης καὶ εὐσεβείας ἀμυνομένοις. Eas, quæ in bello perpetrantur cædes, majores nostri pro cædibus non habuere, excusatos habentes eos, qui pro pudicitia ac pietate decertant. Sanè, ut Livius ait, justum bellum est, quibus necessarium, & pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes, optat hunc statum Ovidius *Fastorum 1.*

Sola gerat miles, quibus arma coerceat, arma.

Equidem sanctissimus Ecclesiæ Doctor Aurelius Augustinus Hipponensis Episcopus asserere non dubitavit, bella divinâ providentiâ im- 95

 mitti

mitti placet verba ipsius subjicere, quæ exstant, *libro primo de Civitate Dei cap. 1.* Sic evaserunt multi, *ait*, qui nunc Christianis temporibus detrahunt: & mala, quæ illa civitas pertulit, Christo imputant: bona verò, quæ in eos, ut viverent propter Christi honorem, facta sunt, non imputant Christo nostro, sed Fato suo; cùm potiùs deberent, si quid rectè saperent, illa quæ ab hostibus aspera & dura perpessi sunt, illi divinæ providentiæ tribuere, quæ solet corruptos hominum mores bellis emendare atque conterere. *Hactenus Augustinus d. l.*

Quod *si jam (3.)* insignia ista privilegia, quibus milites præ LL. Doctoribus ornati, heic referre vellem, tempus me citiùs, quàm oratio deficeret, consulendi hac de re ii, qui magna cum laude de privilegiis militum ex professo scripserunt, quales sunt Martinus Laudensis, Marcus Mantua & Georg. Acacius Eneckel Baro, qui *lib. 1. de privil. mil. c. 10. n. 7. & sequ.* de hac ipsa quæstione disquirit, & pro m[illegible]ibus decidere videtur.. Et verò quem præterit, quantus honor & cultus à Romanis, iis, qui adversus hostes pro patria, pro aris & focis pugnârant, ob res præ-
96 clarè gestas exhibitus fuerit, nec vivis modò iste honor habitus, sed & defunctis, qui fortiter pugnando pro Republica occubuerant, quorum egregia facta Romani veteres in conviviis ad tibias canebant, quò ad ea imitanda juventutem alacriorem redderent, ex qua domestica disciplina scribit Valerius Maximus *lib. 2. cap. 1.* Camillos, Scipiones, Fabricios, Marcellos, Fabios & alia Imperii Romani lumina exorta fuisse, quinimo Ducibus & militaribus viris à Romanis statuæ, quasi virtutum præmia
97 quædam, positæ fuerunt: quarum recordatione posterorum animi parem ad virtutem inflammarentur, ? testantur hoc ipsum, & pluribus probant Stewech. *in Epist. dedicat. Comm. in Veget* & Gryphiander *de Weichbild. cap. 69. n. 5.* hasce Ducum statuas ut plurimum laureatas fuisse, tra-
98 dit Mich. Virdung *in Com. in Tacit. de vita Jul. Agricol. pag. 213.* quarum statuarum militarium, quas Amm. *lib. 19.* armatas vocat, apud eosdem Romanos longè alius habitus fuit, quàm togatarum, in illis enim
99 enses gestabantur, qui bellicos labores habitúsq; referebant, & apud Persas demissi & femori aptati ostendebantur, Jul. Pollux *lib. 1. c. 10. § 7.* Gothis contrà cum Græcis (de quibus Homerus *lib. 2. Iliad. v. 45.* ibi: Circum humeros jecit gladium argenteis clavis distinctum) mos erat ex humeris pendulos habere gladios. Sidon. Apollin. *lib. 4. Epist. 40.*

Romanis

Romanis statuis equestribus enses ad latera inserti cingulis gestabantur, Stat. *lib. 1. Sylv. 1.*

Latus ense quieto
Securum.

Equidem, licèt ea virtutis majestas ac pulchritudo sit, ut facilè unumquemque in sui amorem accendere, & propter se experi possit & debeat, Aristot. *1. Eth.* unde Claudianus eleganter: 100

Ipsa quidem Virtus pretium sibi, solaq; latè
Fortunæ secura nitet, nec fascibus ullis
Erigitur, plausúve petit clarescere vulgi;
Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis.

ita tamen comparatum est, ut mortales gloriâ, quæ umbra virtutis est, & invitos etiam comitatur, dicente Seneca *in Epistolis suis.* ac præmiis, quæ vitam honestati conformem subsequi solent, fortiùs ad virtutis studium moveantur ac incitentur. 101

Cæterùm de Ducibus & viris militaribus, qui pro Republica occubuerunt, sufficiat adduxisse illustre testimonium sacratissimi Imperatoris Justinian *in §. 1. Instit. de Excusation. Tutor.* Hi, qui pro Republica ceciderunt, *inquit*, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur. Vide Aristot *2. Polit. 10.* Neque enim mors est interitus omnia tollens atque delens: sed quædam quasi migratio commutatióqne vitæ, quæ claris viris dux in cælum esse solet. Quemadmodum chorus apud Senecam *de Hercule Oeteo* eleganter canit: 102

Nunquam Stygias fertur ad umbras
Inclyta virtus. Vivite fortes
Nec Letheos sæva per amnes
Vos fata trahent: sed cúm summas
Exiget horas consumpta dies,
Iter ad superos gloria pandet.

Apud Græcos viri militares, qui in bello occumbebant, publicè pro concione laudabantur, qui honos in bello interfectis quotannis instaurabatur, quod ipsum cùm præclarè ex græcis scriptoribus ostensum ac probatum sit, ab eminentissimæ eruditionis Icto & Critico Samuele Petito in aureo isto *Commentario suo ad Leges Atticas lib. 6. tit. 8.* non opus, ut quicquam ea de re moneamus. Athenienses Ducum & virorum militarium, qui res bello præclarè gesserant, aut pro patria occubue-

ant, nomina intexebant Peplo Minervæ, prout testantur Suidas, & Arenius, quorum scriptorum verba adduxit Michael Piccartus *observat. Historic. Politic. Decad. 1. cap. 6.* Vide etiam Lutatium Statii veterem & doctum interpretem. Ex hoc more intexendi nomina magnorum viro-

106 rum peplo, natum est proverbium: ἄξιοι τοῦ πέπλου. Vsurpavit Aristophanes *in Equitibus*, cujus verba sunt:

Εὐλογῆσαι βουλόμεσθα τοὺς πατέρας ἡμῶν, ὅτι
Ἄνδρες ἦσαν τῆσδε τῆς γῆς ἄξιοι, καὶ τοῦ πέπλου.

Hinc Aristoteles librum suum, quem de Heroum tumulis confecerat, Peplum appellavit. Diodorus Siculus *lib. 20.* in honoribus Antigono Demetrióque etiam hunc recenset, ut uterque Minervæ Peplo inte-

107 xatur. Æmulati hæc quoque fuerunt Romani. Nam religioso Carmini, quod Saliare ipsis dicebatur, nomina virorum benemeritorum inserebantur. Quem morem, ut ad Athenæum Casaubonus notavit, æmulari sunt Christiani. Martyrum enim nomina, Imperatorum Pontificúmque Dysthichis sacris inserta inter hymnodias recitari fecerunt.

108 Porrò. (4) *ipsis* Ducibus & viris militaribus honoratiorem in consessu locum, & jus προεδρίας concessum fuisse apud Græcos aliosvè populos jam suprà probatum dedimus *l. 1. c. 2.* ut alia omittamus non obscura præeminentiæ indicia & argumenta. Sanè, apud Romanos iis, qui bello res præclarè gesserant, non modó summus cultus exhibitus fuit, ac

109 insignia concessa privilegia, sed & honoris causâ permissum, ut cum aliqua inusitata pompa in publico adparerent. Sic Cneo Duillio concessum legimus, ut prælucente funali & præcinente tubicine, quoties foris cænasset, domum rediret, testibus Cicerone *de Senectute*, Valerio Maximo *lib. 3. cap. 6.* & Silio Italico *lib. 6.* ibi:

Exuvias Marti donúmque Duillius alto
Ante omnes mersa Pœnorum classe dicabat,
Cui nocturnus honos, funalia clara sacérque
Post epulas tibicen adest, castósque Penates
Insignis leti repetebat murmure cantus

Cornificio, quòd periculosissimè bello Siculo circumventus, exercitum tamen hostibus eripuisset, hic honos permissus, ut quoties domi non cœnaret, elephanto vectus domum rediret, ut author est Dio *lib. 49.* Cæterùm, ut ad priora revertamur, licèt sine legibus Respublicæ florere, aut consistere non possint, attamen quem præterit Leges

sine

sine armis salvas esse non posse, *l. qui restituere D. de rei vindicat. l. si quis* 110
in hoc. C. de Episc. & Cler. l. cum Vir. C. ad l. Jul. de adult. R. A. de Anno 1522. in pr. ibi. dieweil aber die Gesetze der Rechten nicht nütz oder fruchtbahr / woferne sie mit stattlicher billicher und ernstlicher Handhabung und Execution, &c. Reineking. *de R. S. & E. lib. 2. Class. 2. cap. 1. n. 4.* Audiamus heic præclarè disserentem Ciceronem *in Orat. pro L. Muræna*, ubi ar- 111
matam militiam cum togata conferens, illam huic togatæ præferre videtur: Qui potest dubitari, *inquit*, quin ad consulatum adipiscendum multò plus afferat dignitatis rei militaris, quàm Juris Civilis gloria? Vigilas tu de nocte, ut tuis Consultoribus respondeas: ille, ut eò, quò intendit maturè cum exercitu perveniat. Te gallorum, illum buccinarum cantus exsuscitat: Tu actionem instituis, ille aciem instruit, tu caves, ne tui consultores: ille ne urbes, aut castra capiantur. Ille tenet & scit, ut hostium copiæ, tu ut aquæ pluviæ arceantur. Ille exercitatus est in propagandis finibus; tu in regendis. Ac nimirum rei militaris Virtus præstat cæteris omnibus, Hæc nomen populo Romano, hæc huic Vrbi æternam gloriam peperit: hæc orbem terrarum parere huic Imperio coëgit: omnes urbanæ res, omnia hæc nostra præclara studia, & hæc forensis laus, & industria, latent in tutela, ac præsidio bellicæ virtutis: simul atque increpuit, suscipio tumultus artes, illico nostræ conticescunt. *Hactenus Cicero.* Omitto hoc loco, alia argumenta & rationes, quæ pro viris militaribus, eorumque precedentia asserenda contra Doctores Legum in medium afferri possent, quibus non obstantibus, nihilominus existimamus ac statuimus Doctores Juris præferendos esse viris in militari dignitate constitutis, 112
in actibus doctoreis, ut Dd. loquuntur, *arg. l. 1. C. de offic. Vic.* Mart. Laud. *in tr. de dig. quæst. 17.* Signo. *de Hom. in tr. de praced. Doct. & Mil. n. 71.* Peregrin. *l. 1. cons. 84. 32.* vide Andr. Gail. *lib. 2. obs. 118. n. 5.* & ex veteribus Alex. *in l. centurio n. 24. D. de vulgar. & Pupillar. substitut.* ubi militiam armatam togatæ comparat, & de præeminentia Doctoris & militis præclarè disputat, concludendo, quòd in actibus militaribus miles præferendus sit doctori, & vice versa, in actibus facultatis Doctor anteponendus sit militi, 113
quod prolixè ibidem prosecutus fuit. Quidam etiam Doctores viris in militari dignitate constitutis præferendos esse contendunt in actibus promiscuis & indifferentibus. Lanfranchin. *de privileg. Doctor. n. 61.* Gratian. *lib. 1. disceptat. c. 3. n. 84.* Bursat. *lib. 4. consil. 343. n. 31.* Lauterbach. *in tr. de liter. & arm. n. 38.* quam sententiam meam non facio, nec 114

enim generaliter pro togata dignitate hic quæstionem decidi posse exi-stimo: quis enim ferat supremam dignitatem bellicam cuilibet togatæ aut comparari aut postponi? Sanè minùs accuratè generaliter instituitur & deciditur quæstio à Dd. & Lancellotto *lib.1.templ.omn.jud c.1.* An Doctor juris militi præferatur? Quis enim militiam simplicem, quæ dignitas non est, *l. 5. & fin. C qui mil. non poss.* cum Doctoris gradu jure conferat? Sed illud in quæstionem venit, quæ dignitates togatæ isti vel illi militari respondeant, puta, an Doctor Centurioni? an tribunus militum Doctori præferatur; quod à Majestatis determinatione, consuetudine locorum, & temporum ratione dependet. Ita Bononienses egregiis Doctoribus præcedentiam tribuere, præ quibuscunque viris militaribus, tradit Baldus *ad proœm. Pandect. super Rubric.* ibi: *antecessoribus.* Cæterùm, istud extra controversiam est, viros in militari dignitate constitutos, in actibus militaribus, aut ut plurimum vel merè bellicis præferendos esse Doctoribus, *d.l.1.ibique Dd. C.de off Vicar.* Chassan. *in Catalog. glor. mund p. 9. consid. 1.* Cravett. *part. 5. consil. 855.* Hanc quæstionem

116 pluribus in utramque partem eruditè & latè ventilârunt. Alexand. *in l. centurio n. 24. & seqq. D. de vulgar. & pupill. substitut.* Signorolus *de Homodeis Consil. 23. per tot.* Gomezins *ad leg Tauri leg. 83. n. 18.* Gratianus *lib. 1. discept. c.111,n.84.& seq.* Bartholomæus Chassanæus *in Catal.glor.mundi part 9.Considerat. 1.* ubi distinctè de hac quæstione agit Acacius Enenokel *lib 1.cap 10.de privil.milit.* ubi pro militibus decidit Faranacius *lib.1 consil.crim 94.n.4.* Lauterb. *in tr. de armis & lit.n.11.* Majolus *tom. 2.dier.canicul.c.6.p.507.* Æneas Sylvius *in Paralip. Alphonsi lib.4.c.19.* Noldenius *de Stat. Nobil. cap. 9.n.396.* Vngebaur. *Exercit. Instit. th. 3.* Dominicus Arumæus *Exercitat. 7. ad Institut. Justin. th. 9.* quò Lectorem remitto.

Porrò, ut in hac Doctores inter & militaris dignitatis viros, agitatâ

117 lite, pateat decisio, Caroli Paschalii, Regis Galliæ in sacro Consistorio Consiliarii & apud Rhætos Legati absque dubio omni exceptione majoris arbitri sincerum advoco judicium. Is *lib.10 Coronarum cap.15 circa finem pag.712.& seq.* pro literatis togatam militiam profitentibus, ita perorat: Cæterùm fastidiosè quidam ac renidentes aspiciunt Insignia togatæ militiæ, aut etiam municipalis nobilitatis, cumulata hisce galeis, tanquam hæc militia & nobilitas, quæ inde est, sit infra dignitatem illius, quæ brachiis & ferro rem cernit. Denique ita agunt & loquuntur, ut si

in-

indigna rei sit, eam, qui non castra, non exercitum frequentat, non suam personam casibus & periculis objectat, tamen insigniri decore armorum proprióque armatæ militiæ documento. Quid, *inquiunt*, galeæ cum pileo? quid ferro cum papyro? quid hastæ cum stylo? Ego, qui ad alia propero, hos jubeo adire antiquitatem, priscam dico sapientiam, quæ eloquentiæ, ac proinde iis omnibus artibus per quas itur ad eloquentiam tribuit Insignia militiæ, nempe clypeos; Hi enim in eloquentium hominum honorem, templorum parietibus affigebantur. Ergo & isti similiter interrogari possunt? Quid facundiæ cum clypeis? Quid sonoræ Oratoris voci cum ferrea præduri militis lancea? Quid capiti aut brachio clypeato cum professione sapientiæ? Cur illa ipsa, quæ Pallas est, dicitur Minerva? Cur nunc pingitur galeata? Cur Romani Imperatores superatis hostibus, optimè Republ. gesta, scribas suos annulis aureis in concione donârunt? Cur antiquitas ante periculum sacrificabat Musis? Cur ipsis & Herculi una eadem ara statuta? Cur Plato gymnasticam & musicam in uno eodem homine, hoc est, custode civitatis conjungi vult? Annon, ut per hæc fides fiat, in Republ. non minoris esse decernendi rationem, quàm decertandi fortitudinem? Ac proinde non castra esse potiora foro, non arma togâ, non stylo gladium? *Hactenus Carolus Paschalius.* In cujus summi viri sententia meritò acquiescimus, & cum sacratissimo Imperatore Justiniano *in Constit. ad Cod. Justin. confirm.* ingenuè fatemur, summam totius Reipublicæ tuitionem de stirpe duarum rerum venire, armorum videlicet atque Legum, non minùs enim Icti & Advocati industrii provident humano generi, quàm si præliis atque vulneribus patriam parentésque salvarent, prout graviter loquuntur Impp. Leo & Anthemius *in l. 14. C. de Advocat. diversor. judicior.* Nec enim solos, (subjiciunt iidem) nostro imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur, sed etiam Advocati militant, namque causarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt. Hinc JCtis & viris eruditione doctrináque præstantibus apud Romanos non minùs, quàm ipsis ducibus & militaribus viris statuæ positæ fuerunt, Lazius *lib. 9. Com. Reip. Rom. cap. 19* & Demsterus *in addit. ad. Ros. lib. 9. Antiq. Rom. c. 6. p. 386.* Statuas, inquit Sidon Apollin. *lib. 5. Epist. 5.* literæ dederant si trabeæ non dedissent, & patronis quoque á Clientibus suis statuæ erectæ, Plin. *lib. 34. cap. 4. in fin.* quæ etiam positæ fuerunt Historicis, Euseb. *lib. Eccl. histor. c. 9.* 118

Medicis.

Medicis, Suetonin Octa.v. cap.59. Oratoribus, quomodo Romani cùm varias ob dotes commendare Proæresium & honorare decrevissent, statuam illi ex ære pari magnitudine consecraverunt, cum isthac inscriptione: REGINA RERUM ROMA, REGI ELOQUENTIÆ. Eunap. *in ejus vita pag.157.* de Philosophis idem testatur Tertulianus *in Apolog.* Philosophi, *ait*, statuis & salariis remunerantur; illis statuas & diffunditis, imagines inscribitis, titulos inciditis in æternitatem, quan-
121 tum de monumentis potestis. Idem nec nostro ævo inusitatum, quomodo Belgæ Roterodami, Viro incomparabili, qui suo tempore nec eruditione, ingenio, atque accurato judicio parem habuit Desiderio Erasmo, statuam ejus personam repræsentantem in foro, quam ibidem Anno 1660. vidi, erexerunt. Ædibus quoque, in quibus ibidem natus & educatus Erasmus hunc versiculum inscriptum legi:

Fatalis series nobis invidit Erasmum,
At desiderium tollere non potuit,

122 Verum enimvero, imagines. quæ marmore aut ære finguntur, statuæ & simulacra imbecillia ac mortalia sunt, forma mentis ac eruditio æterna. Quis de antiquorum ducum & virorum militarium rebus præclarè gestis nostro seculo quicquan sciret, nisi viri eruditi easdem scriptis posteritati commendasset. Negari certè non potest; quin etiam memoria eorū penitus ex animis deleta fuisset, si per scripta, humanarum actionum, & omnium seculorum conservatricia, licuisset. Illa ipsa terrarum Dea gentiumq; Roma, & falsò æterna urbs, ubi est? obruta, diruta, incensa; & ambitiosè hodie quæritur, nec invenitur in suo solo, solum autem nomen & majestatem suam in solis scriptis tuetur, Literæ Themistoclem, qui de brevitate vitæ conquerebatur, literæ Alexandrum immortalitate donârunt, aliquando alioqui perituros, nisi istæ famæ & æ-
123 ternitatis artes obstitissent. Quamobrem Eudamidas rogatus à quodam, quam ob causam Lacedæmonii, priusquam irent in prælium, Musis immolarent, cùm Musis nihil videretur cum Marte esse commercii; ut rebus, *inquit*, fortiter gestis contingat honesta commemoratio. Enimverò secundùm Poëtam:

Non incisa notis marmora publicis,
Per quæ spiritus & vita redit bonis
Post mortem Ducibus: non celeres fugæ
Rejectæq; retrorsum Hannibalis minæ

Non

Non incendia Carthaginis impiæ
Ejus qui domita nomen ab Africa
Lucratus rediit, clarius indicant
Laudes, quam Calabræ Pierides; neque
Si chartæ sileant, quod bene feceris,
Mercedem tuleris! Quid foret Iliæ
Mavortisque puer, si taciturnitas
Obstaret meritis invida Romuli.
Ereptum stygiis fluctibus Æacum
Virtus, & favor, & lingua potentium
Vatum divitibus consecrat insulis.
Dignum laude virum Musa vetat mori,
Cælo Musa beat.

Adde, quòd cognitio literarum sæpius in bellis ipsis Ducibus non parum prosit. A libris enim oportet, petamus primum multarum rerum cognitionem, denique consilium, etiam sæpe ordinem, magna quoque ex parte prudentiam, oculum illum mentis. A scientia verò rei bellicæ exsequendi facultatem, ut si cætus legitimè sociatis injuriis lacessatur, & tranquillitas á tyrannis violetur, otium armis restituatur. Ex hac istorum duorum conjunctione facilè perspiciemus, iis in nationibus, quæ bellicâ gloriâ claruerunt, etiam viguisse studia doctrinæ, quemadmodum de Græcis & Romanis Historici testantur. Macedonum tot victoriæ primùm ab Alexandro Duce fluxerunt. Is enim Asiam perdomuit universam, & ad intimos etiam Oceani recessus penetravit. Deindè à Phalange quoque, quæ fuit acies in exercitu firmissima. Ast verò hæc laus ad libros & consilium magnam partem etiam pertinet. Nam Alexandrum à primis annis disciplinâ erudiit Aristoteles, Phalangem verò ejusque artem instruendæ, ab uno primum Homeri Poëtæ versu manasse doctissimi homines affirmare non dubitarunt. Ergo his duobus ita nititur Orbis, ut à literis adjuventur arma, & ab armis literæ sustineantur. 124

Caput. XXXII.

De ordine Sessionis Ictorum, quoad Nobiles, & utrum hi illis præferendi?

SUMMARIA.

1. *Omne pulchrum sequitur Momus.*
2. *Nobilibus inest contemptor animus & superbia adversus hos, quos propria virtus nobilitat, commune Nobilitatis malum.*
3. *Salustium quonam elogio ornârit Augustinus?*
4. *Nobiles, qui propria etiam virtute conspicui, præferendi Ictis genere ignobilibus.*
5. *Duplici dignitate cohonestatus, præferendus est ei, qui alteram habet.*
6. *Duo vincula fortiùs ligant, quâm unum.*
7. *Icti, Nobilibus, qui propria virtute destituti sunt, præferendi sunt.*
8. *Quanta Ictorum veterum dignitas fuerit? exponitur.*
9. *Doctores juris utuntur fruuntur privilegiis Nobilium in genere, quinimo iisdem præferuntur.*
10. *Fortior habetur dignitas, quam quis habet per se, præ illa, quam quis habet per alium.*
11. *Doctor dicitur Nobilis duplici Nobilitate, animi scilicet & politicâ, sive civili.*
12. *Authentica habita. (Ne filius pro patre) an Friderico II. Imp. adscribenda.*
13. *Ab Imperatore tanquam â rivulo & fonte omnes dignitates proficiscuntur.*
14. *In Curia Elect. Heidelbergensi eum ab antiquo tempore morem servatum fuisse inter Adsessores probatur, ut Nobiles sinistro, Doctores dextro, & sic digniori scammo insidere teneantur.*
15. *Doctores Juris Nobiles dici ex jure civili probatur.*
16. *In quibusdam Cathedralibus Ecclesiis æquo iure ad Canonicatus admittuntur Nobiles & Doctores.*
17. *Nihil est, quod magis ornet & extollat Nobilitatem, quàm juris peritia.*
18. *Per Jurisperitiam Principem in Civitate Romana locum acquisitum fuisse ex Tacito probatur.*

19. *In*

19. *In Gallia, qui per jurisprudentiam, dignitatem Senatoris & Consiliarii Regii adipiscuntur, eo ipso Nobiles fiunt, & posteris suis Nobilitatem parant, quod Arrestis Parlamentorum sancitum est.*

20. *Cæsaream Majestatem Baldus Oceano comparavit, cùm ab ea omnes dignitates & priviligia fluant, ac veluti rivi à fonte in alios derivantur.*

21. *Probatur argumentis literarum & juris scientiam non afferre dedecus Nobilitati, quam in rem adducta verbá Budæi.*

22. *Vivos licèt interdum fortunæ, sæpè invidia fati fatiget, ubi anima naturæ cessit, demptis obtrectationibus, ipsa se virtus magis magisq; extollit.*

23. *Scipio Africanus, cùm moreretur, ne funus sibi in ingrata patria fieret, edixit.*

24. *Commune est vitium in magnis civitatibus, ut invidia gloriæ comes sit, quod ipsum exemplo Cardinalis Richelii illustratum.*

25. *Multi non modò ex Nobilibus, sed & ipsi Principes & Episcopi Imperii, titulum Doctoris assumere non dedignati fuerunt.*

26. *Primus utriusque juris in Germania Doctor fuit Leopoldus à Bebenburg, Princeps & Episcopus Papebergensis.*

27. *Recensentur Electores, Episcopi, & Principes Imperii, qui gradu Doctoris vel Magistri ornati.*

28. *Romani, licèt nobili genere nati, summam tamen sibi gloriam paràsse existimârunt, si ipsi ICtorum titulo salutarentur.*

29. *Referuntur plurimi Nobilium Romanorum, quinimo & Imperatorum, qui ICti fuerunt.*

30. *Trajanus primus Imp. ex Senatus decreto meruit titulum, ut optimus appellaretur.*

31. *Imperante Trajano quanta Imperii Romani magnitudo?*

32. *Nobilissimi in Republ. Romana cives juris scientiæ præfuerunt.*

33. *Vera Nobilitatis origo deducenda est ab ipsa virtute.*

34. *Evincitur argumentis, solam virtutem nobilitare.*

35. *Poëtarum hac de re sententiæ quædam referuntur.*

36. *Adducuntur hac de re verba Petri de Andlo.*

37. *Qui ex genere tantùm Nobilis est, is præsumtione tantùm talis est, qui verò sciētia, virtute, & animi moribus fulget clariorem sibi nobilitatem adeptus est.*

38. *Fortior est dignitas, quam quis habet per se, illâ, quam quis habet per alium.*

39. *Nobilis qui propria virtute caret, & genus jactat suum, instar Cenotaphii est, quod nomen & genus foris ostendit, intus est vacuum.*

40. *Virtus Nobilitatem generans duplex est, vel militaris, vel Civilis.*

41. *ICti nostri in jure nostro Nobi-*

 lissimi

lissimi & illustres dicuntur.

42. *Doctoratus nobilis & egregia dignitas dicitur.*

43. *Doctores singulari quadam vestiendi libertate ac prærogativâ præ Nobilibus gaudent.*

44. *Affertur hujus rei præjudicium.*

45. *Injuria commissa contra Doctorem efficitur gravior, & punitur lege Julia de vi publica.*

46. *Invectiva in Rabulas & vultures togatos.*

47. *Ludovici XII. Galliæ Regis dictum de Rabulis forensibus refertur.*

48. *Gallia mirificè litibus delectatur.*

49 *Rabulæ forenses magno numero in Gallia reperiuntur.*

50. *Nullibi majores fraudes & expilationes Advocatorum sunt, quàm in Galliis, teste Philippo Cominæo.*

51. *Ferdinandus Hispanorum Rex, cùm Proregem in Indiam orientalē mitteret, ei in mandatis dedit, ne causidicos eò deduceret.*

52 *Matthias Corvinus Rex Ungariæ causidicos ex Ungaria ejecit.*

53. *Augustini verba de ejusmodi Rabulis forensibus adducuntur.*

54. *Imperitia in Iudice periculosior ipsâ malitiâ, cùm malitiosus nonnunquam benè judicet, ignorans nunquam.*

55. *Pauci rectè attingunt apicem Doctoratus.*

56. *In Academiis Galliæ Candidati non in scientia, sed in marsupio, quid possint, examinantur.*

57. *In Italia professores Fisci, locupletandi studio Doctores creare solent.*

58. *Gradus Doctoratus per se non facit doctos, sed testatur doctos, & more dato, ad magis studendum incitat.*

59. *Cathedra non facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram.*

60. *Theoria sine praxi nihil efficere poterit, & praxis sine theoria periculosa evadit.*

61. *Nihil tam profectui adversarium, quàm profectionis opinio.*

62. *Miserum est judicium, quod ex abusu rei in ipsam divam Themin & ejus sacerdotes injustè debacchatur.*

63. *Reformatio Friderici III. Imp. Anno 1441, Moguntiæ proposita, de usu non est recepta.*

64. *Adducuntur verba Francisci de Rosieres de malis causidicis.*

65. *Scientia non debet esse, tanquam scortum ad voluptatem, aut tanquam ancilla ad quæstum, sed tanquam sponsa ad generationem, fructum, atque solatium.*

66. *Quantum Reipublicæ prosint pii, industrii, ac egregii ICti? exponitur.*

PRæcedente capite præeminentiam Doctorum juris argumentis quamplurimis asseruimus, & ostendimus, eosdem viris militaribus postponendos non esse, cùm togatæ militiæ idem, si non major honos, quàm armatæ debeatur militiæ, & possemus quidem in istis acquiescere:

acquiescere, si heic livor & invidia subsisteret. Sed cùm omne pulchrum
Momus sequi soleat, ita JCtorum præeminentiam & dignitatem, in 1
dubium vocare, opprimere, & calumniis prosequi olim & hodie, non
non dubitarunt, Nobiles, ii præsertim, qui nihil aliud ad commendatio-
nem habent, quàm inanem, propè fugitivam authorum suorum memo-
riam. Hisce enim inest contemptor animus & superbia adversus hos, quos 2
propria virtus nobilitat, commune Nobilitatis malum, ut loquitur Salu-
stius nobilitatæ veritatis historicus, prout eundem hoc elogio ornavit S.
Augustinus *lib. 1. de Civitate Dei ad Marcellinum cap 5.* Quam iniqui 3
veró sunt, dum quod ex alienâ virtute sibi arrogant, id viris præclaris ex
sua non concedunt, scilicet quia ipsis nova nobilitas est, quam certè pe-
perisse melius est, quàm acceptam corrupisse, præclarè loquitur Marius
apud Salustium. De iis nobilibus, qui propriâ etiam virtute inclaruerunt, 4
non loquor, merito enim hisce debetur præeminentia & jus προεδρίας præ
JCtis, tralatitium quippe est, quod duplici dignitate cohonestatus præfe- 5
rendus sit ei, qui alteram habet, *lib. 1 C. de Silentiariis lib. 12. l. 1. C. de*
primicer. lib. 12. l. major dignitas. 3. C de dignitatibus lib 12. cùm ut vulgò di-
citur, duo vincula fortiùs ligent, quàm unum *§. 6. Inst. de Nupt. §. 2. Inst.*
de adopt. vers. quia autem concurrunt. De hisce igitur quæstio est Nobili- 6
bus, qui propria virtute destituti, majorum tantùm suorum factis & fa-
mæ incubunt, ab eruditione & literis ab humanioribus abhorrentes, qui-
bus virtus statim obolet, ut suibus amaricinum. Hisce Nobilibus asseri-
mus Juris doctores, sive in Academiis Professores agant, sive Consiliarii 7
sint, sive etiam scriptis inclaruerint, aut ambigua fata causarum dirimant,
præferendos esse, quod ipsum argumentis stringentibus probatum dabimus,

Et *primo quidem* omnium, animus non est, Juris Consultorum
præeminentiam ex veteris ævi monumentis & historia Romana hoc lo-
co arcessere, constat enim ex capite præcedenti, quantus apud Roma-
nos cultus ac honos JCtis exhibitus fuerit, quibus statuæ positæ, ac do- 8
mus publicè datæ fuerunt, quò eò faciliùs consuli possent, quorum rescri-
pta seu Responsa, ad consultationes videlicet Judicum & aliorum tanti
visa, ut ab his vix Judices recederent. *§. 8. Inst. de jur. natural. gent. civili*
& licèt vim legis ipso jure obtinerent, ipsa tamen æquitate & necessitate
commendabilia passim ostentarentur. Cæterùm, ut ad Germaniam no-
stram sermonem dirigamus, cui ignotum, quòd Doctores Juris non tan-
tùm utantur fruantur privilegiis Nobilium in genere Policey Ordnung

de Anno 1577 Reformation Guter Policey zu Augspurg de Anno 1530. tit. vom Adel. Sed etiam præferantur, ut modò diximus iis, qui genere nobiles tantùm sunt, patet hoc ipsum ex recessu Imperii de Anno 1500. Augustæ habito §. Item sollen jederman in verbis; und sonderlich sollen die vom Adel/ die nicht Ritter oder Doctores seind: nec immeritò, qui enim propria virtute, & moribus animi fulget, ipse sibi nobilitatem adscivit absque majorum suorum meritis, ex genere verò nobilis nobilitatem suam à majoribus deducit, ast fortior habetur dignitas, quam quis habet per
10 se, præ illa, quam quis habet per alium *arg. l 1. & 2. D. de offic. Proconsul.* vide Matthiam Stephani JC. & quondam Antecessorem Academiæ Gryphiswaldensis *lib. 2. de Nobilitate n. 27.* & Bon. de Curtili *de Nobilit.*
11 *pag. 3. n. 102.* qui concludit: Doctorem dici nobilem duplici Nobilitate, animi scilicet & politica seu civili, Alex *vol. 1. consil. 94.* & Cyn. *in l providendum C. de postul.* asserunt: Doctorem dici magis nobilem, quàm illum, qui Nobilis est genere, Boer *ad Consuet Burgundiæ Rub. 4. §. 19. n. 1.* quod ipsum communi suffragio receptum esse scribit Panciról. *cons. 59. n. 61.* & verò Doctorum scientià totum illustrari orbem terrarum agnovit *in*
12 *Authent habita. C. ne filius pro patre* prudentissimus Imperator Fridericus II. huic enim Authenticam istam adscribendam esse existimamus. Hic ipse Imperator Neapolitanam Academiam instituens, expressis verbis ita sanciit. Omnes Scholares in civilibus sub iisdem Doctoribus & Magistris debent conveniri. Quæ sanctio habetur apud Petrum de Vineis Cancellarium istius Cæsaris *libro Epistolarum tertio,* Conring *de Antiquitat. Academic. Dissertat. 5.* præterea dignitatis Doctoralis præeminentia ex eo vel maximè elucet, quòd solus Imperator insignia & dignitatem
13 Doctorum conferre possit: à quo tanquam à rivulo & fonte omnes dignitates proficiscuntur, Bolog *in d. Auth. Habita. C Ne fil. pro patre* Riminald. *cons. 5. n 93.* Vide eleganter Matthiam Colerum *de Processib. exsecut. p. 1. cap. 6. num. 130. & seqq.*

Porrò, constat ex Divalibus & novissimis Imp Constitutionibus, Doctores, illis, qui de gentilitate sunt, per omnia ferè exæquatos esse, eorúmque juribus & privilegiis gaudere, prout usus Imperii, præsertim in Cæsareis Palatiis, & Camera augustali satis evincit, quinimo Doctores Juris, maximè si in digniori quodam officio constituti sint, per easdem Imp. Constitutiones & Mores etiam in multis partibus antecellere Nobilibus
14 genere videntur. Quem enim præterit, illis Nobilibus, qui equites non

sunt,

sunt, nec Doctores, ut uniones & aurum horum more publicè portent, ne
habere quidem. Clarissimus Vir Guilhelmus Anthonius Freudenbergi-
eus *in Epistol. gratulat. ad Theodor. Hoepingium*, quæ ejusdem tractatui de
Jure Insignium præmissa, refert ac testatur, in Curia Elect. Heidelbergen-
si eum ab antiquo tempore morem servatum fuisse inter Adsessores, ut
Nobiles sinistro, Doctores dextro, & sic digniori scamno insidere so-
leant & teneantur. Equidem verissimum sine dubio est, quod ipsa We-
stonia haud minùs nobilissima natu Poëtria quondam cecinit:

Fortunas & opes jactásse, & nomina avorum,
Est desperatæ conditionis opus;
Clariùs æternâ mihi nobilitate coruscat,
Quem celebrem pietas ingeniúmque facit.

Sanè, ipsos Doctores Juris Nobiles esse & dici ex jure nostro civi- 15
li satis perspicuè probari potest, vide *l. 7. C, de Postul. l. diximus in fin.* ubi
Ulpianus nobilissimus vocatur, *D. de Excusat. Tutor.* qui duo textus (inquit
Joann. Lauterb. *in tract. suo de arm. & lit. n. 90.*) refutant incautas voces
audaculorum quorundam contendentium, nobilitatem Jurisconsulto-
rum nulla lege probari posse. Alexand. *vol. 1. cons 94.* tradit, quòd statu-
ta de Nobilibus disponentia Dd. comprehendant. Vide Glossam singu-
larem *in l. 5. D. pro Socio & Clem. 1. in verb, Necessitas de Baptismo*, ideóque 16
in quibusdam Cathedralibus Ecclesiis æquo jure ad Canonicatus admitti
Nobiles & Doctores annotavit Marquardus Freherus *in Notis ad Petrum
de Andlo lib. 2. cap. 11. p. m. 207.* Equidem Nobilitatem, nihil est, quod
magis exornet & extollat, quàm juris peritia, Spartianus *in Did. Juliano:* 17
Proavus ei fuit Salvius Julianus, bis Consul, Præfectus urbi, & Juriscon-
sultus, quod magis eum nobilem fecit. Itaque Principes civitatis fuisse
Jurisperitos M. Tullius scribit, & per jurisperitiam Principem in civitate
locum adquiri, testatur Tacitus *in fin. 3. Annal.* adde eundem *lib. 12.* quæ 18
loca Cujacius notavit *ad l. 2. in princ. D. de orig. jur.* In Gallia, qui per
Jurisprudentiam, dignitatem Senatoris & Consiliarii Regii adipiscun- 19
tur, eo ipso Nobiles fieri, & posteris suis Nobilitatem parare, Arrestis
Parlamentorum sancitum legimus, idque hodienum in Gallia observa-
ri compertum habemus. In Imperio nostro Romano-Germanico Ictos
Nobilibus postponendos non esse, modò diximus, id quod ex Recessibus
& Constitutionibus Imperii nostri constat, in quibus Icti ferè in omnibus
Nobilibus exæquati ab ipsa Cæsarea majestate, quam Baldus Oceano com- 20

parat

jurat; à quo omnes liberalitates, dignitates, jurisdictiones, feuda, nobilitates, privilegia, fluunt ac refluunt, ac veluti rivi à fonte in alios derivantur, *per l. 1. D. ad l. Jul. de ambitu l. sacrilegium C. de divers. rescript. l. 1. C. de constit. Princ. l. 1. §. cum urbem D. de offic. Praef. urb.* Quae cùm ita sint, facilè apparet, quàm iniquo animo in lctos & ipsam adeò Iurisprudentiam sint ii Nobiles, qui probrosum existimant, filios suos literis, jurisprudentia, scientiae & virtutum exercitio imbui, maluntque illos somno, ocio, vino, epulis, libidini atque impudibitiis vacare, in quos meritò invehit Petrus de Andlo *lib. 2. de Imperio Romano cap. 11. p. m. 90.* Hanc perniciosam pervasionem Nobilium gravissimè etiam refellit Budaeus *lib. 1. de asse p. m. 3. & seqq.* Hujus mali causa est, *inquit*, nobilium institutum, qui res consentaneas & mutua ope mixtas generis claritatem literarumque peritiam, collidi inter se & dissidere putant: quo errore factum est, ut disciplinae olìm ingenuae appellatae ad plebem, jam diu transierint, non tantùm à nobilibus, sed etiam (ò mores perditos) à sacrificulis repudiatae, ne non satis generosus esse & lautus antistitum Ordo Praesulumque putaretur &c. *Hactenus Budeus.* Verùm enimvero eludunt ignavissimi homines, utcunque ipsi volunt gloriam, literarum: illi & suis voluptatibus sopiti vivunt & cum eos interitus occupat, etiam nomen &
22 fama moriuntur, & totos tumulus accipit. Alumni literarum nesciunt fatorum legem, & tum maximè vigent, cùm exstinctorum desiderium perennis memoria illustrat, ac licet vivos interdum, fortuna, saepè invidia fati fatiget, ubi anima naturae cessit, demptis obtrectationibus, ipsa se virtus magis magisque extollit, uti Cicero inquit, sanè, quemadmodum umbra aliquando antecedit, aliquando sequitur; ita Gloria aliquando ante nos est, visendamque se praebet, aliquando in adverso est, majorique, quò serior, ubi invidia secessit, ait Seneca Philosophus *in Epistolis suis.* Quamdiu videbatur furere Democritus? Vix recepit Socratem fama. Quamdiu Catonem civitas ignoravit, respuit, nec intellexit, nisi cùm perdidit. Enimvero sic sunt homines, praesentia invidiâ, praeterita veneratione prosequuntur. Quod & Lyricus testatur:

Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quaerimus invidi.

Sic odio ingratae civitatis generosum Romanae gentis Ducem Sci-
23 pionem Africanum coactum Linternum concessisse & cum moreretur, ne funus sibi in ingrata patria fieret, edixisse, sed monumento suo haec ver-

ba in-

ba inscribi voluisse: INGRATA PATRIA NE OSSA QUIDEM MEA HABES, apud Livium *lib. 38. c. 50.* & Valerium Maximum *lib 5. c. 3. §. 2.* aliósque legimus. Est planè commune vitium in magnis liberisque civitatibus, ut invidia gloriæ comes sit, & libenter de iis detrahant, quos emergere vident altiús, ait Cornelius Nepos *in vita Chabriæ*, 24
hinc Cardinalis Richelius, quòd tantâ apud Ludovicum XIII. Galliæ Regem potentià & auctoritate polleret, invidiam & odium implacabile Procerum regni in se concitavit, unde Anno hujus seculi 26 aulæ valedicere voluit. Vide Ministerium Cardinalis Richelii & Mazarini l. 3. c. 13. *cum observat. Politicis*, eandem fortunam multi præclari & eruditi viri experti fuere, uti historici passim testantur. Videantur Michael Piccartus *Observation. Historic. Politicarum Decad. 12. cap. 8. per tot.* Scipio Amiratus *Dissertat. Politic. in Tac. l. 3. Discurs. 4.* Janus Gruterus *Discurs. in Tacitum cap. 33. & 34.* ac Forstnerus *in Not. Polit. ad Tacitum* 25
passim. Et quam ob causam Nobiles ii, qui majores tantùm famæ incumbunt, studia hæc literarum & ipsam jurisprudentiam ejusq; cultores aversantur, cùm non modò ex ipsorum ordine multi, sed & ipsi Principes & Episcopi Imperii, titulum Doctoris assumere non dedignati fuere, multò minùs eo ipso minui dignitatem suam existimarint. Primus utriusque juris in Germania Doctor fuit Leopoldus à Bebenburg, Princeps 26
& Episcopus Papebergensis, qui non solúm generis sui fastigio gloriosum Doctoris titulum cohonestavit, sed & multorum insignium librorum editionibus celebratissimus evasit. Doctores fuerunt Vlricus de Gemmingen & Sebastianus de Rotenhan, Electores Moguntini Philippus de 27
Flersheim & Philippus de Rosenberg Episcopi Spirenses. Johannes Dux Megapolitanus Lutetiæ titulum Doctoris in Theologia assumsit, Landgravius Hassiæ Hermannus Ludovici filius similiter titulo ac gradu Magistri in Academia Pragensi se ornari voluit, eundémque secutus est in eodem gradu Richovinus Dux Lotharingiæ, & Wilhelmi Ducis Geldriæ filius, & ferè infiniti alii Duces, Episcopi, Comites, Barones, Equites ac Nobiles, quos laté referunt, & complures ex his cum titulo Doct. Licent. & Magistri ad summas dignitates & honores pervenisse probant Bernhardus Hertzog *lib. 6. Chron. Alsatiæ*, & Christophorus vom Hagen JCtus & Consiliarius Megapolitanus *in præfat. tract. de usu Usurarum, & annuorum redituum ac interesse &c.* Et quid dicam modó de Nobilibus Romanis veteribus? qui licèt nobili genere nati, tamen summam laudem 28

& gloriam sibi parasse existimarunt, si ipsi jurisperitiam adepti fuissent, & JCtorum titulo salutarentur. Sic Sext. Aelium Juris Consultum, ex nobili & pervetusta Aeliorum familia prognatum, maximè in profitendo juris Civilis scientiam, claruisse Pomponius noster scriptum reliquit: eundèmque juris Civilis peritissimum fuisse, testis est Cicero *in libro de Oratore & in Topicis*: Quid dicam de ejus fratre Publio Aelio, nobili quoque juris consulto, & in Reip. administratione, omnibus feré honoribus feliciter perfuncto? Salvius Julianus Severus nobilissimæ familiæ, le-
29 gum Romanarum peritissimus per Adriani, Antonini Pii, & Divorum fratrum tempora habitus fuit. Hisce enim omnibus in consiliis assedit, duos consulatus eum gessisse, Antonino Pio imperante Spartianus auctor est, quamvis minimè in Catalogo Coss. reperiatur. Hic ipse anno post natum Christum 134. Perpetuum edictum composuit Prætorum, omnia edicta vagè dispersa collegit, & in ordinem certósque titulos digessit: ex quibus Edictum perpetuum composuit, quod centum & nonaginta libris est interpretatus, quod Digestorum nomine appellavit. Fertur hujus Viri memorabilis vox, quæ exstat *in l. 20. D. de Fidei comissar. libertat.* Etsi unum pedem in sepulchro haberem, adhuc tamen addiscere vellem. Ex hoc Juliano Severo prognatum fuisse Didium Julianum Imperatorem, ac JCtum celeberrimum, qui Helio Pertinace, optimo Principe obtruncato Romanum Imperium usurpavit, Spartianus & Eutropius, testantur. Porró, Nobiles fuere Sextus Papirius, Gallus Aquilius, Sempronius Longus, & M. Sempronius Tuditanus ex nobilissima ac vetusta Semproniorum gente, qui omnes JCti clarissimi fuerunt. Sic Cajus Longinus, celeberrimi nominis jurisconsultus ex illustri & antiqua Cassiorum familia prodiit, qui sub Tiberio Cæsare, anno Imperii ejusdem 17. anno Vrbis veró 782. Christi 32. consulatum gessit, biennio post ejus consulatum Restaurator generis humani JESUS CHRISTUS pro peccatis nostris mortuus est, hunc ipsum Cajum Longinum ea, tempestate celeberrimum Virum & peritiâ legum, & militaribus artibus fuisse, testatur Tacitus *lib. 12. & libro. 14.* Quid memorem Cocceiun Nervam, equestris & senatorii ordinis Virum, qui omnis divini atque humani juris sciens, eâque cognitione illustris, familiarissimus atque assiduus Tiberio Cæsari fuit, ceu testantur Dion & Tacitus. Hic ipse reliquit filium juris peritiâ similiter clarum, de quo Vlpianus *in l. 1. § 3. D. de postulando*, memorat, eum decimoseptimo ætatis anno, aut pauló majore publicè de jure responsi-

tasse, Ex hoc deinde natum esse Nervam, qui Romanum imperium o-
mnium optimè gessit, plerique tradunt, Valentin. Forster. *lib 2. Histor. jur.
civil. c. 57.* M. Antoninum Pium Imper. August. non solùm Philosophiæ
studiis, sed etiam juri civili addiscendo operam dedisse, accepimus. De 30
Trajano (qui primus Impp. ex Senatus decreto, meruit titulum, ut opti-
mus appellaretur, quo imperante longitudo Imperii Romani fuit 90. gra-
duum, latitudo veró ejus ab æquinoctiali septentrionem versus 45. gra- 31
duum, Kirchner. *de Repub. disput. 3. Coroll. 7. lit. A.*) legimus, eundem Ne-
ratium nobilem, & equestris ordinis JCtum clarissimum pro successore
destinasse. Cæterúm, de hac ipsa quæstione: *An dignitas Doctoralis officiat
nobilitati, vel, num tituli, graduúq; Doctoralis adsumptio nobilitatem decoret?*
latiùs egit nobilissimus JCtus Ioachimus Mynsingerus à Frundek. *in Ora-
tione peculiari de hac quæstione* in Illustri Iulia habita, quam integram E-
berhardus Speckhan JCtus & Professor Academiæ Iuliæ *Centur. Quæstion.
jur. Quæst. 100.* inseruit, ac publici juris fecit. Quandoquidem igitur a-
pud Romanos viri nobiles & illustres JCti fuere, & apud Germanos pluri-
mi Nobilium itidem non alienum à dignate sua existimarunt, Doctoris
titulum assumere, quin imò tam multi Imperatores Romani operam
juri dederunt, & ipsi Electores, Episcopi, & Principes imperii dignitate
Doctorali se ornari passi fuere, quâ fronte quidam Germaniæ Nobiles no-
stri temporis dignitatem hanc aspernantur, ac contemnunt? Apud Cic. 32
Antonius fatetur semper, Nobilissimos in Rep. Romana cives huic ju-
risscientiæ præfuisse, honestissimùmque JCti titulum affectasse.

Ex prædictis apparet JCtos iis Nobilibus, quibus Nobilitas &
sanguinis prærogativa, pro solido perfectoque bono est: etiamsi nihil in
se habeat virtutis, nihil solidæ felicitatis, postponendos non esse, sed præ
illis jus προεδρίας non immeritó sibi vindicare, & ut eó melius constare pos-
sit, ita jure statuendum esse, paucis ostensuri sumus, majorem honorem
ac cultum iis deberi, qui propria virtute conspicui, quám qui majorum
suorum rebus gestis fulgent. Et quidem primò omnium extra contro-
versiam est, veræ Nobilitatis originem deducendam esse ab ipsa virtute, 33
in eo enim omnes prudentes conveniunt: VIRTUTEM NOBILI-
TARE, Stobeus *serm. 84. & seqq.* Hieron. Oros. *lib. 2. de Nobil. civil. p.
310. & seqq.* Kirchn. *de off. Cancell cap. 3. n. 72.* Pasch. *in Legat. c. 7 p. 32.* 34
& seqq. Antiquitus enim honor, & cultus, & nobilitas in virtute præ-
cellentes delatus ab iis, qui ad tàm sanctum splendorem obstupescebant.

Hoc priscis temporibus unum erat remedium emergendi è latebris vulgi,
cùm omnes initio pares natura esse jussisset. Idem deinde honos No-
bilium filiis delatus; quòd homines paternæ virtutis semina iisdem in-
esse arbitrarentur. Virtus igitur erat, quæ Nobiles faciebat. Nunc qui
propria destituti virtute, inquit Forstnerus *ad 3. Anal. Tacit. ad verba Do-
mitius Corbulo pratura functus p.m. 326.* nihil aliud ad sui commendatio-
nem habent, quàm inanem majorum memoriam, quem honorem, quem
cultum merentur? Rectè Ovidius *lib. 3. Metam.*

35 *Et genus, & proavos, & quæ non fecimus ipsi,*
Vix ea nostra puto.

Genus, ait ille, qui laudant suum, aliena laudant. Cl. Minoes *ad
Alciat. Embl. 126.* Vetæ enim & antiquæ nobilitatis originem præclara
gesta pepererunt, Claud Parat. *in symb. heroic Rub. Tu decus esse tuis p.
160.* omnes pari sorte nascimur, virtute distinguimur, inquit Minutius
Felix;

Nam quid imaginibus, quid avitis fulta triumphis
Atria? quid pleni numeroso Consule fasti
Profuerint, cui vita labat? perit omnis in illo
Nobilitas, cujus laus est in origine sola.

Canit Lucanus Poëta. Rectè Petrus de Andlo *lib. 2 de Imperio*
36 *Romano cap. 11 p.m. 89* Est juxta Stoicos, *ait*, propria sedes Nobilitatis a-
nimus: cùm enim Nobilitas sit accidens quoddam, aut inhæret corpori
aut animæ. Corpori quidem inherere non potest. Tolle enim jactanti-
am, inquit *in 5. de Civit. Dei* Augustin. & omnis caro, quid est, nisi caro?
Ergo est accidens, animæ quod per generationem non transfunditur.
37 *Hactenus Petrus de Andlo d. l.* Sanè, qui ex genere tantùm Nobilis est, is
præsumptione tantùm talis est, Alexand. *vol. 6. consil. 209 n. 8* Cephal. *l. 4.
cons. 566. n. 29.* sed qui scientia, virtute, & animi moribus, fulget, clario-
rem sibi nobilitatem adeptus est, Azevedo *ad Const. Hisp. lib. 6 tit. 2. in
rubr. n. 52. & seqq.* Thoming *vol. 1. consil. 52 n. 41.* Fr. Pfeil *consil.*
38 *197. n. 4. cent. 2.* fortior autem est dignitas, quam quis habet per se illâ,
quam quis habet per alium, Steph. Gratian. *tom. 1. discept. for. c. 111. n. 38.
& seqq.* Natta *tom. 1. consil. 179. n. 8.* Nobilis enim, qui propria virtute
39 caret, & genus jactat suum, instar Cenotaphii est, quod nomen & genus
foris ostendit, intus est vacuum, Erasm. *Epist. 47. ad Henr. VIII. Reg. An-*
40 *gliæ.* Cæterùm, virtus nobilitatem generans, duplex est, vel militaris,

quæ

quæ legionibus, vel Civilis, quæ legibus paratur. Hinc duas alas & scalas Nobilitatis esse, unam quæ sagatam; alteram quæ togatam vitam insequitur, ait Nic.Betl *de pact.famil.illustr.c 10.p.721.*

Non igitur genus est, non auri copia, quæ te
Nobilitat: virtus, virtus: hâc nobilis Hector
Alcidésque fuit, fuit hâc quoque nobilis ille,
Ilias æternum cui præbuit inclita nomen &c.

Uti cecinit Panlingenius *in Zod.vitæ lib.10.* Ex quibus apparet, solam virtutem nobilitare, & ICtos, qui propria virtute conspicui, iis qui generis sui nobilitatem tantùm jactant, præferendos esse, quin quod ipsi ICti dicantur Nobiles *inst. 2.§.fin.D. de excusat. tutor.* Nobilissimi 41
in lib.7.C.de postul. Egregii & illustres *in lib.2.§.fin D.qui pet.tut.l.2.§.9.* 42
C.de vet jur. enucl. & Doctoratus nobilis & egregia dignitas dicatur, Guido Papæ *decis.88.n.3.* Cavalcan *lib.1. decis. 41.n.5.* Farinac. *lib.1. cons. crim.94.n.5.* Ipsi etiam Doctores singulari quadam vestiendi libertate ac prærogativa præ nobilibus gaudent per Recessum Imperii de Anno 1500.tit. von überflüssigkeit der Kleider/ ibi die vom Adel so nicht Ritter oder Doctores seindt / sollen kein Gold noch Perlen offentlich tragen 43
confer. text. in Pollicey Ordnung Anno 1577. Francof. gebessert tit. 12. ibi: desgleichen (sc. wie die vom Adel tit.11.) sollen und mögen die Doctores und ihre Weiber/ auch Kleider/ Geschmück / Ketten/ güldene Ringe/ und anders ihrem Standt und Freyheit gemeß tragen/ cujus textus vigore pro Doctoris cujuspiam uxore, contra C, & S. Civitatis H. qui sub prætextu Statuti sui vestiarii, adversus privilegiatam illam vestibus gestandi 44
potestatem mulctando & pignora capiendo processerant, in Camera Imp. pronunciatum fuisse, testatur Georg. Becht *de securit. & salva conduct.class.3.n.226.* quod ipsum decretum Anno 1609. 27. Junii latum fuisse, existimat Nolden *in Synopt. tract. de Stat. Nobil. Civili cap.5. n.138.*
qui etiam ibidem *n.150.* tradit injuriam commissam contra Doctorem 45
effici graviorem, & puniri lege Julia de vi publica, idem tradunt Guido Papæ *decis. 88.n.5.* & Hier à Laurent. *decis. Avenion, 58.n.4.* Cæterùm, ut heic occurramus quorundam calumniis, objectionibus, & sarcasmis, dicimus, prædicta omnia, quæ ad asserendam Doctorum Juris præeminentiam hactenus in medium attulimus, nos exaudire de iis ICtis & Doctoribus, qui præclaris ingenii ac judicii dotibus conspicui, ac eruditione insigni præditi, condignè tantam dignitatem gerere ac tueri possunt, sive

Illi ipsi sint Consiliarii Imperatoris & Principum, sive Professores in Aca-
demiis, sive industrii causarum Patroni. Quis igitur non videt exclude-
46 re nos heic Rabulas forenses, quos Apulejus non ineleganter Vultures to-
gatos dixit, homines illos, non modò insulsos & à Minerva alienos, ve-
rùm à rabie non malè dictos Rabulas, quorum studium Columella *lib. 1.*
Caninum vocat, unde & Tertulianus *de Pallio*: Jura non conturbo, caus-
sas non elatro. Hinc quoque canina facundia Prudentio, & Canina con-
tentio Firmico *lib. 4.* hoc forense Rabularum litigium dicitur. Horum na-
ribus si afflaverit aura marsupii cujusdam, confestim illos videbis perjuria
Laomedontis, Vlyssis argutias, & Simonis fallacias adhibere, cumque non
adest medulla sensuum, audies illos abundare spumâ verborum. Hinc
Ludovicum XII. Galliæ Regem dixisse, ferunt, quòd ejusmodi *R*abulæ
47 impudenter sutoris artificium sibi vindicent. Vt enim hi corium denti-
um morsibus fricant, stringunt, & distendunt: sic & malevolos Advoca-
tos leges distrahere, fingere, & contorquere, donec proposito iniquo red-
dant accommodas, Arnold. Ferron. *de reb. gest. Ludovici 12. p. m. 76.* & rectè
48 de Advocatis Galliæ id dicere potuit Ludovicus XII. Gallia enim uti mi-
rificè litibus delectatur, Bodin. *lib. 5. de Republ. c. 1. p. 797. & lib. 6. c. 2. pag.
1036.* ita Rabulæ ejusmodi forenses magno numero ibidem reperiuntur,
testantibus Louys Guyon *tom 1. des diverses lecons, livre. 5. c. 7. pag. 805.*
49 & Francois. Marchant *en ses considerations politiques livr. 3. ch. 1. p. 44.*
unde Galliam Regnum rabularium vocare ausus fuit Herm Later. *de cens.*
50 *lib. 2. cap. 7. n. 65.* Sanè, Philippus Cominæus *de rebus gestis à Ludovico XI.
& Carolo VIII, Francorum Regibus Comment. 9. p. m. 641.* testatur, frau-
des & expilationes Advocatorum majores esse in Galliis, quàm in
51 quavis alia regione. Johannes Bodinus scribit, quòd Ferdinandus Rex
Hispanorum, cùm Proregem in Indiam Orientalem mitteret, in
mandatis ei dederit, ne causidicos eò deduceret, ne litium semina, quæ
in regionibus illis nulla erant, importarentur, hinc ut Idem refert, Mat-
52 thias Corvinus Rex Vngariæ causidicos ex Italia magna quidem merce-
de accersivit; sed litibus crescentibus, populo rogante, iterum ejecit.
De ejusmodi Causidicis loquitur S Augustinus, dum scribit: Callidi ar-
gumentatores, & Iurisperiti fallaces dum cupiunt ditari; vix prævari-
cationis periculum fugiunt; controversias actionesque causarum con-
53 tra ipsa jura vertunt: & ut adversarios coërceant jussionibus legum;
ad illudendos judices, exquisitis exemplis, multiplices intellectus, &
cavillo-

cavillosas à Legibus eliciunt conjecturas. Quid igitur in eis laudem, non facilè invenio? vendunt enim linguam suam, quæ Spiritus sancti donum est.

Plura ejusmodi Scriptorum testimonia ac invectivæ in imperitos & malevolos jurisperitos & rabulas forenses exstant apud Joannem Wolffium ICtum *tom. 2. Lectionum Memorabil. & reconditarum Centenar. 16. ad Ann. 1597. p. m. 1035. usque ad pag. 1040.* inclusivè. Fatendum equidem, ejusmodi Rabulas forenses magnis efficere damnis Rempublicam & ipsam adeò justitiam, partim malitiâ suâ, partim imperitia, quæ periculosior 54 ipsâ malitiâ, cùm malitiosus nonnunquam bene judicet, ignorans nunquam, Vent. de Valent. *in Part. litig. lib. 1. cap. 9.* Zâs. *1. sing. c. 220.* & utinam hac imperitiâ non laborarent sæpius etiam ii, qui Doctores audiunt & ad tribunalia admoventur, in Academiis planè paucos rectè attingere apicem Doctoratus, ex Cyno refert Fr. Marci *decis. Delph. 636. n 7. tom. 1.* 55 quòd in Galliæ Academiis frequentissimum, in quibus Candidatos non 56 in scientia, sed in marsupio quid possint, examinari scribit Damhoud. *in tract. de patroc. pupill c. 2. n. 17.* ita etiam in Italia Professores fisci locupletandi studio Doctores creare, memorat Sim. Majol. *tom. 2. dier. canicul. colloq. 6. p. 362.* Sanè, multos nostro seculo videas, qui cùm nedum 57 primoribus labris jura attigerunt, aut fortè Institutiones perfunctoriè perlegerunt, ac unum ac alterum scriptorem, qui illustres juris quæstiones, vel observationes Practicas scripsit, evolverunt, statim affectare dignitatem Doctoralem, quemadmodum hodie, qui Synopsin fortè Politicam perlegerunt, Politici, qui Sleidanum, vel Crantzium, obiter inspexerunt, Historici audire volunt. Non considerant hi ipsi, quód gradus Doctoratus per se non faciat doctos, sed testetur doctos, & more da- 58 to ad magis studendum incitet & viam struat, Gregor. Tholos *lib. 18 de Republ. c. 9. n. 9.* nec enim Cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos Ca- 59 thedram *c. multi. 40. dist.* Hi ipsi deinde cruda studia in forum protrudunt, ut Petronius *in Satyrico* ait, quinimo, si in forum venerint, prout Idem loquitur, putant se in alium terrarum orbem delatos, quod si demum in praxi nonnihil proficiant, id fit cum periculo & damno Clientum, & quomodo hi ipsi bene consulere Clientibus suis vel feliciter causas agere possunt? qui sacratissimas leges & jura, ut olim de Nilo canes feruntur bibere, transeundo delibârunt, quibus si casus, qui tamen in Legibus expressè decisus, offeratur, hi ipsi subsistunt, & coguntur ad Indices,

dices, & Repertoria Doctorum semper recurrere. Rectè nobilissimus
60 ICtus Arius Pinellus *in l. 2. C. de rescind. empt & vendit* pronunciavit, theo-
riam sine praxi nihil efficere, praximq; sine theoria periculosam maximè
evadere. Quid dicam de perversa ratione studiorum? applicant hodie mul-
ti animum ad jura addiscenda, qui primis vix literis initiati, græca enim &
latina eruditione quotusquisq; paulò uberiùs se impiet. Quæ tamen cla-
ves ipsæ sunt, quibus humanæ, juxta, atque divinæ sapientiæ adyta rese-
rantur. Hi ipsi deinde, cùm vix limen libarint, præclaræ hujus scientiæ
domus, jam se penetrâsse putant, quæ causa est, cur nunquam ad
61 eam perveniant; siquidem nihil tam profectui adversarium, quàm pro-
fectionis opinio. Vidit hoc sapientiæ oculus, cùm diceret, multos ad
sapientiam perventuros fuisse, nisi se jam pervenisse putassent. Verùm
enim verò, uti ejusmodi homunciones ac Rabulas forenses meritò ex-
cludimus à privilegiis, præeminentia & prærogativis quæ præclaris ICtis
& legum Doctoribus concessæ, ita ineptè agunt, qui horum vitia, sordes,
imperitiam, & malitiam, ac sexcenta alia, quæ objicere solent, in cor-
datos & egregios ICtos detorquere conantur, produnt hi malevoli po-
tiùs affectus furentis tyrañidem, quàm dedecus jurisprudentiæ, aut quod
aliquam maculam aut culpam germanis ICtis inurant. Miserum est ju-
62 dicium, quod ex abusu rei, quem nemo non damnat, in ipsam divam
Themin & ejus sacerdotes, quibus nulla bene constituta Respublica ca-
ruit unquam, aut carere potest, sic injustè debacchatur; Vide D. Lansium
in dis. urs. de Academiis fol. 21. ubi scommatibus ab Ænea Sylvio & Fran-
cisco Ximenio in ICtos effusis respondet. Quod reformationem Fride-
rici III. Imp. Anno. 1441. Moguntiæ propositam, in quâ art. 5. de Docto-
ribus juris non tolerandis in judiciis & tribunalibus dispositum, attinet,
scimus hunc Imp. Fridericum nec ICtis, Oratoribus, & Poetis satis æ-
63 quum, Cuspinian. *in Frideric.* 3. nec quoque ejus reformationem in Im-
perio Romano receptam aut acceptam fuisse. Sanè, miseri meritò cen-
sentur ii, qui propter quorundam in jurisprudentia abusum, omnes reli-
quos, quotquot sunt, eam qui sectantur, unâ damnant; atque ad Ga-
ramantas & Indos relegendos censent:

Usus habet laudem, crimen abusus habet.

Annon multa contra Theologos evomuntur, multaque Medicis
objiciuntur? quis tamen sanæ mentis S. Scripturam causam hæresium,
& Medicinam causam morborum esse, affirmabit? Certè nullus, nisi qui

& ipse hæreseos labe commaculatus sit, aut talis, qui helleboro opus habeat, Rectè Franciscus de Rosieres *in lib. Stem. Lotharing.* Non contemnimus, *inquit*, juris prudentiæ religionẽ, sine qua civilis nexus, communisque societas subsistere nequeunt: sed rabularum forensium ineptitudinem, eloquentiam fastuosam; sordidum quæstum, & ut plurimum barbarismum. quo tumidiores cæteris vel negotium facessere, vel legem conantur imponere. Prædâ victitant ut accipitres. Si consulantur, vel adeuntes suspiciunt, adulantur, in aures insusurrant falsa; vera negligunt, dum plerumq; superbiâ, quæ est ignorantiæ Magistra, efferuntur. *Hactenus Francisc. de Rosiers d. l.* Sanè scientia non debet esse, tanquam scortum 64
ad voluptatem; aut tanquam ancilla ad quæstum: sed tanquam sponsa ad generationem, fructum atq; solatium, inquit Fr. Baco de Verulamio *de dignit. & augm. scient lib. 1. p. 43.* Vide Joannem Wolffium *tom 2. lect. memorabil. & reconditar. Centenar. 16. p m 1040. & 1041.* Cæterùm interea egregiis JCtis & piis ac industriis Causarum Patronis meritò suus honos manet iique reverendi & suscipiendi, quippe quòd hi ipsi Rebus publicis maximè necessarii, cùm periclitantem innocentiam præsidio suo sublevent, & ambigua causarum fata dirimant, nec minus humano generi pro- 65
sint, quàm si manu militari patriam defenderent, nam uti Philosophus, *in Reth. ad Alex. ait.* τὸ βουλεύεσθαι, τῶν περὶ τῶν ἀνθρώπων θειότατον ἐστι. Non igitur nos ab officii nostri cursu aliorum improbitas dimovere debet, quin amplissimos honores, tributos arti nostræ, honestissimo totius vetustatis judicio, summâ diligentiâ conservemus: neque peritiæ tantùm, sed actæ & honestè, & laudabiliter vitæ exempla de veteribus Jure Consultis, imitatione in nos transferamus, inquit supralaudatus Joannes Wolffius *d. l. p. m. 1041.*

CAPUT. XXXIII.

De Ordine Sessionis & Præcedentiæ inter ipsos Juris Doctores.

SUMMARIA.

1. *Nobilis & Doctor simul in sessione regulariter preferendus est ei, qui Doctor tantùm est, ejùsque ratio indicata.*

 2. Hæc

2. Hac conclusio limitatur (1.) ut non procedat, si ille, qui Doctor tantùm est, nec nobilis, in honoratiori & digniori loco & munere à Principe sit constitutus, fortè quòd esset Cancellarius, vel Director judicii.
3. Limitatur (2.) ut non obtineat in Collegiis Doctorum, ubi observari solet ordo in sedendo, respectu temporis ingressus.
4. Limitatur (3) Conclusio, ut non procedat, si ille, qui Doctor tantum est, & ex genere ignobili, Doctorem nobilem Doctrinâ præcedat.
5. Doctor utriusque juris præferendus est ei, qui tantum vel juris civilis vel Canonici Doctor est.
6. Conclusio hac à Dd. ampliatur, ut procedat, etiamsi is, qui juris tantùm Civilis vel Canonici Doctor est, prius Dignitate Doctorali cohonestatus sit.
7. Doctores juris Canonici præferendi Doctoribus Legum Civilium, quæ Conclusio ibidem limitatur, ut procedat in terris Ecclesiæ, non imperii.
8. Si Doctores juris in pari dignitate constituti sint, seniores in sessione semper præferendi sunt junioribus.
9. Si eodem tempore duo Doctoratus insignia ac Dignitatem consecuti sint, ex sententia Bartoli, is debet præcedere, qui ætate est grandior.
10. Ægyptii se primos omnium mortalium asserebant.
11. Apud Ægyptios senectuti hic honos habitus, ut majoribus natu juniores, obvii facti, cederent de via, advenientibúsque è sedili assurgerent.
12. Apud Gades templum Senectuti dicatum fuit, quòd eam ætatem, tanquam rerum magistram, venerarentur.
13. Quantus cultus Senibus exhibitus apud Athenienses, Lacedamonios, & Spartanos? exponitur.
14. Apud Romanos majores natu à minoribus colebantur, ad Deorum propè & parentum vicem.
15. Scriptor ille noctium Atticarum an Agellius vel Aulus Gellius dicendus?
16. Pharisai apud Judæos quem honorem Senectuti exhibuerint.
17. Evincitur argumentis, senes magis idoneos ad Regendam Rempublicam & consilia danda esse, quám juvenes.
18. Profunditates juris vix quadragenarius assequitur.
19. Juvenum tamen conatus & scripta non prorsus rejicienda esse, rationibus probatur.
20. Senectus vitæ anima dicta.
21. Experientiæ non minùs, quám demonstrationibus tribuendum.
22. Ampliatur supra proposita Conclusio (1) ut in qualibet facultate & arte Senior in sessione juniori præferatur.
23. Ampliatur (2.) ut Seniores etiam in dicendis sententiis junioribus præferantur.
24. Ampliatur (3.) quòd Seniores ante alios debeant subscribere instrumentis.

mentû & consiliû.

25. *Limitatur hac conclusio (1) ut procedat cateris paribus.*

26. *Limitatur (2.) ut non obtineat in Doctoribus actu docentibus in Academiis vel Professoribus, qui etiam Senioribus Doctoribus, non Professoribus præferendi.*

27. *Ratio hujus rei indicata.*

28. *Qui prius insignibus & privilegiis Doctoralibus cohonestati sunt, præferendi sunt illis in sessione, qui post ipsos Doctorati sunt.*

29. *Ampliatur hac conclusio, ut obtineat in omnibus omnino dignitatibus & officiis tam ecclesiasticis, quàm secularibus, quod præclare prajudiciis confirmatur.*

30. *Limitatur conclusio (1.) ut non procedat, si recentior & posterior dignitas sit amplior, id quod itidem adductis prajudiciis egregiè illustratum.*

31. *Resolvitur quæstio: Vtrum recentior adscitus in aliquod Collegium antiquioribus in illo Collegio præferendus sit, si majorem aliquam dignitatem â Collegio separatam præ reliquis obtineat.*

32. *Limitatur (2) præmissa conclusio, ut non obtineat, si prior dignita non esset in administratione & exercitio, quod ipsum prajudiciis confirmatum.*

33. *Limitatur conclusio prædicta tribus modis.*

34. *Licentiatus prius graduatus, preferendus est Doctori, quando ipse Licentiatus ex post facto laureâ Doctoris fuerit insignitus.*

35. *Doctor natus ex Doctore Doctori ex cive non Doctore nato preferendus, ejúsque rationes adducta.*

36. *In comitiis Electoralibus Ratispona Anno 1636. á Collegio Electorali constitutum fuit, ut Principes ex Electorali domo reliquis Principibus in sessione praferrerentur.*

37. *Inter Doctores præferendi ii, qui scriptis égregiis inclaruerunt.*

38. *Doctores creati cum rigore examinis præferendi iis, qui nullo vel levi examine creati sunt.*

39. *Doctores promoti in Academiis præferendi Bullatis Doctoribus,*

40. *An privilegia Doctorum competant Doctoribus Bullatis?*

41. *Doctores, qui gradu Doctoratus ab ipso Imperatore ornati sunt, in sessione præferendi sunt aliis Doctoribus.*

42. *Ampliatur hac Conclusio, ut procedat, licet ab Imperatore Doctor creatus sit posterior tempore.*

43. *Quæ Conclusio duobus modis limitatur.*

44. *Imperator solo verbo Doctoralem dignitatem impartiri potest.*

45. *An ejusmodi Doctoribus competat vacatio â muneribus personalibus, mixtis, & realibus.*

47. *An comes Palatinus præcedere possit Doctorem?*

Postulat

POstulat locus, ut modò dicamus, quisnam ordo ratione Sessionis inter ipsos Juris Doctores observandus? quod ipsum paucis propositis conclusionibus expositurí sumus.

Primò omnium Dd. & interpretes juris nostri tradunt, Nobi-
1 lem & Doctorem simul in sessione regulariter præferendum esse ei, qui Doctor tantùm est, ut utar verbis Matthiæ Stephani modó adducendi, ita statuunt Bon. de Curtili *in tr nobil part. 3 n. 31. & seqq.* Decian *vol. 5. resp 84. n 35.* & Matthias Stephani *in tract. de Nobilitate lib. 2. n. 28. p. m. 299.* Ratio ab iisdem adducitur hæc, quód duplici dignitate cohonestatus præferatur ei, qui alteram habet *l 1. C. de silentiariis lib. 12. l. 1 versic. sed compendium. C de primicerio d lib. 12. & l. major dignitas 3. C. de dignitat. lib 12.* cùm duo vincula magis ligent, quám unum *§. sed hodie 2. versic. quia autem concurrunt Inst. de adopt* & ibi Commentatores.

Hæc conclusio limitatur, ut non procedat *(1.) si ille*, qui Doctor tan-
2 tùm est, nec Nobilis in honoratiori & digniori loco & munere â Principe ob insignem virtutem suam constitutus: forté quód esset Cancellarius, vel Director judicii, & econtra ille, qui Nobilis & Doctor simul, inferiori munere fungeretur, quo casu illum huic præferendum esse, asserit Matth. Stephani *d. l. n 29.* ubi adducit hanc in rem die Reformation guter Policey
3 zu Augspurg de Anno 1530. auffgerichtet *tit.* vom Adel §. 1. *(2.)* Limitatur hæc conclusio, ut non obtineat in Collegiis Doctorum, ubi solet esse ac observari ordo in sedendo, respectu temporis ingressus, ibi enim Doctor pòst aggregatus, quamvis Nobilis sit, non præfertur reliquis, aut sedet supra anteriores, Peregrin *lib. 2, consil. 3. n. 31.* Cephal. *consil. 615. n. 45.* Decian *vol. 3. Resp. 29. n. 3.* confer Chassan. *in Catalog. glor. Mundi p. 10. Considerat. 35, per tot. (3.) Præmissa* conclusio perdit officium, uti in
4 parili loquitur Paulus *in l. 1. D. de R. I.* si ille qui Doctor tantùm est, & ex genere ignobili Doctorem Nobilem doctrinâ præcedat, ita conclusio supra dicta limitatur à Menochio *tom. 2 consil. 126. n. 19.*

Secundò communis & recepta Dd. sententia est, Doctorem utriusq; juris præferendum esse ei, qui tantùm vel juris civilis, vel Canonici Do-
5 ctor est, Abb. & Canonistæ *in cap. clerici de judic.* Chassan. *in Catalog. Glor. Mund. d. p. 10. considerat. 33. per tot.* Decius *consil. 161. n. 2.* Quæ conclusio à
6 Dd ampliatur, ut procedat, etiamsi is, qui juris tantùm civilis vel Canonici Doctor est, prius dignitate Doctorali cohonestatus, vel ut vulgò loquuntur graduatus, quàm ille, qui utriusque juris Doctor exsistit, Natta *tom. 3. consil. 638. n. 19.* Menoch. *tom. 2. consil. 126, n. 11.* aliique Dd. ad-
7 ducti

ducti

ducti Noldenio *de stat. Nobil. civil. cap. 9. n. 385.* confer Chassan. *d. l.*

Porrò (3.) Doctores juris Canonici præferuntur Doctoribus legum civiliū, ita statuunt Hier. de Cævallos *pract. q. 676. n. 36.* Peregrin. *lib. 1. consil. 84. n. 36.* Cephal. *lib. 5. consil. 615. n. 45.* cujus conclusionis plurimæ ac speciosæ rationes assignari possent, sed cùm jam antea ex parte easdem adduxerit Chassanæus *d. p. 10. considerat. 17.* nos in istis acquiescimus & eò lectorē benevolū remittimus. Porrò, limitat hanc conclusionē Menochi9 *de A. I. Q. cas. 425. n. 29. & seq.* ut procedat in terris Ecclesiæ, non imperii. 7

Sed: *quid si Doctores Juris in pari dignitate constituti sint?* (4.) Seniores semper præferendos esse junioribus in sessione. Ita cōmuniter & rectè statuunt Dd. nostri, Bartol. & Lucas Pen. *in l. ult. C. de tyro. lib. 12. & in l. unicuiq; C. de Prox. sacro scri. lib. 12.* Innoc. & Host. *in c. 1, de major. & obed.* Augustin. Barbosa *ad d. c. 1 de major. & obed.* Franc. Aret. *consil. 23. incip. in præsenti.* Matth. Afflict. *Decis. Neapol. 1. in fin.* Andr. Tiraquel. *in præfatione* præclari istius operis *de jure primogeniorū n. 115* cōfer Glossā *in c. statuimus. dist. 61*, ibi: seniores in sessione debent junioribus præferri, & appositè Bartolus tradit *in l. 1 D de obseq. à liber. præst.* quòd si eodē tempore duo Doctoratus insignia ac dignitatē sint cōsecuti, is debeat præcedere, qui ætate est grandior. Probatur hæc sententia à Dd. *per l. 2* ibi sit igitur sedes prior ante provectis *C. de Præfe. Prat. l. 12. & l. 1. C. de præp. sacr. cub. eod. lib. 12. ac c. statuimus de major. & obed.* quò spectat istud Gen. *43. ad fin.* Sederūt coram eo primogenitus juxta promogenita sua, & minimus juxta ætatē suā, & verò hæc sentētia cōmuni moratiorū gentiū consensu approbata est. Vt ab Ægyptiis, qui se primos omniū mortaliū asserebāt, testibus Luciano *de Dea Syria.* & Justino *lib. 2.* inchoemus, legimus apud eos, senectuti hunc honorē habitū, ut majoribus natu juniores obvii facti cederēt de via, ac deflecterēt, advenientibusq; è sedili assurgerēt, ut tradit Herodotus *in Euterp.* Apud Gades scribit Philostratus, in vita Apollonii *lib. 5. post princ.* templū senectuti dicatū fuisse, quòd eam ætatē, tanquā rerū magistrā venerarētur. Atheniēses, ex veteris Solonis lege hunc honorē senectuti habuerunt, ut natu maximus civiū primus concionē haberet ad populū, deinde cæteri cives pro cujusq; ætate. Nam ut ait Aeschines *contra Ctesiphon.* putabant, ... ἐξ' ... τὰ βέλτιστα τῇ πόλει συμβουλεύειν. Seniores ob experientiā optima civitati consulere. De Lacedæmoniis permulta & egregia refert Cato apud Ciceronem *in lib. de senectute*, dum ait: nusquam tantùm tribui ætati, quantum Lacedæmone; & nusquam Senectutem esse honoratiorem, quod ipsum pluribus præclarè exposuerunt, Va-

(Margin numbers, in order beside the lines: 9 at "dist. 61", 10 at "primogenitus juxta", 11 at "honorē habitū", 12 at "Atheniēses", 13 at "Seniores ob experientiā".)

Valerius Maximus *lib. 4. c. 5. in fin.* Justin. *lib. 3.* Plutarch *in apophteg. Lacon. p. 209.* Aul. Gell. *lib. 2. cap. 15. N. A.* Xenephon. *de Repub. Lacedæm. p. 347.* Vnde proverbium apud Græcos:

Ἐν Σπάρτῃ μόνῃ λυσιτελεῖ γηράσκειν.

In Sparta sola expedit senescere.

In quadam Arabiæ parte, seu in Insula, quæ illi proxima est versus meridiem, ait Diodorus Sicul. *lib. 3. cap. 13.* morem fuisse, ut in quolibet cætu Senior, aliis tanquam Rex, cui parent omnes, imperaret, ac post eum
14 Senior acciperet Principatum. Apud Romanos terrarum Dominos novimus olim neq; generi, neq; pecuniæ præstantiorem honorem, quàm ætati tributum fuisse, ita ut majores natu à minoribus colerentur, ad Deorum propè & parentum vicem; atque omni in loco, in omnique specie honoris priores potioresque haberentur. Vide Aulum Gellium (Lipsius hunc scriptorem Agellium appellat *lib. 1. antiquar. lect. cap 10. & 5. epist. quæst. c. 8.* secutus fidem manuscriptorum, & authoritatem Prisciani *lib. 4.*
15 an veró hæ mutandi illius nominis rationes sufficientes, dubitari posset, præsertim cùm & Fulvius Vrsinus *de famil. pop. Rom.* & Onuphrius *de antiq. nomin.* Gelliæ gentis mentionem faciant, & in inscriptionibus antiquis idem haberi compertum habemus) *lib. 2. N. A. c. 15.* Hinc juvenes Senatus die, inquit præclarè Valerius Maximus *lib. 2. cap. 1. n. 6.* aliquem ex P. C. aut propinquum, aut paternum amicum ad Curiam deducebant; affixique valvis exspectabant, donec reducendi etiam officio fungerentur. Invitati ad cænam, diligenter quærebant, quinam ei convivio essent interfuturi, ne Senioris adventum discubitu præcurrerent: sublataque mensa priores consurgere, & abire patiebantur, proinde Juvenal. *Satyr. 13.* de antiquis Romanis:

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si juvenis vetulo non assurrexerat, & si
Barbato cuicunque puer: licèt ipse videret
Plura domi farra, & majores glandis acervos;
Tam venerabile erat præcedere quattuor annis,
Primaq; par adeò sacra lanugo Senectæ.

16 De Pharisæis proditum est à Philone & Josepho *lib. 17. Antiq.* tanto in honore majores natu habitos fuisse, ut ne contrarium quidem aliquando minores alicui responderent, & hanc generalem apud Judæos legem exstitisse, ut juvenes Senioribus omnibus honorem exhiberent, quia cun-

ctorum

ctorum Senior Deus esset, tradit idem Josephus *contra Appionem cap. 7.* Omittimus hoc loco alia testimonia bonorum authorum & scriptorum, qui uno quasi ore testantur, moratiores gentes jus προεδρίας & honoratiorem in consessu locum Senioribus præ junioribus tribuisse, remittimus Lectorem benevolum ad eminentissimum S.R.E. Cardinalem Gabrielem Palæotum *in tract. egregio, de Bono Senectutis part. 3.* & Tiraquellum *in præfat. tr. de jure primogenior.* Ratio veró, quòd Senioribus Doctoribus præ junioribus jus προεδρίας competat, hæc assignatur à Dd. quód Senioribus major prudentia, eruditio, & rerum experientia inesse videatur, unde hos ipsos magis idoneos & aptos ad regendam Rempublicam, & salutaria consilia danda esse, quàm juniores, Politicorum schola probat, Iustus Lipsius *lib, 3. Politicor. cap. 4.* hinc Pindari dictum est, consilia se- 17
num, hastas juvenum esse, uti ex Plutarchi Lycurgo patet, unde & Aristoteles *7. Polit. cap. 9.* ἡ μὲν δύναμις ἐν νεωτέροις, ἡ δὲ φρόνησις ἐν πρεσβυτέροις ἐστί: Vires in juvenibus, Prudentia est in senibus: quinimo juvenes non solùm à consiliis, sed omnino à Republica amovendos esse, asserit Idem Lipsius *in Notis ad d. lib. 3. Politic. cap. 4.* idque duplici ex causa & ratione, primò, quia temeritas & calor in iis. *Atqui cùm* ad gubernacula Reipub. temerarii atque audaces homines accedunt, maxima ac miserrima naufragia fiunt, inquit Cicero *de Senectute.* Deinde quia non cadit in juvenilem ætatem auctoritas: quæ tamen ad jubendum, suadendúmque plurimum valet. Solon igitur jure vetuit τὸν σφόδρα νέον μήτε ἄρχειν, μήτε συμβουλεύειν, εἰ καὶ ἄριστα δοκοίη γνώμης ἔχειν: id est, juvenem neque magistratum gerere, neque consúlere, etiamsi optima mente constitutus esse videretur. Adde, quod indefesso & improbo labore, & longo tempore demum solidam quis sibi in jure scientiam comparare possit, unde Jason *in l. quidam cum filium in fin D. de V. O.* asserit, profunditates juris vix quadragenarium assequi, hinc etiam Fred Scot. *Resp. 14. n. 4. & 5. lib 5. tom. 2.* scribit: juvenem in scientia nostra tanquam leporem supernatare. Verùm
18 hæc ipsa accipienda esse putam is secundùm communiter accidentia, vegeta enim ingenia, & natura annorum numero minimé metimur, hinc seniores & clarissimi JCti Iulius Paulus & Iulianus non verentur sequi sententiam Celsi adolescentis in *l. si servum §. sequitur. D. de V. O.* etenim, uti Claudianus alicubi:

Nullas recipit prudentia metas.

Nullas etiam Sapienia: & sunt, quanquam rariores, qui sibi illud

Corne-

Cornelianum accommodare possunt:

Mento canescant alii, nos mente; capillo,
Nos animo; facie, nos pectore; tempora certè
Virtutem non prima negant, non ultima donant.

Si quis igitur austerior illud Sophoclis objiciat:

Οἱ τηλικοίδε καὶ διδαξόμεσθα δὴ
19 Φρονεῖν πρὸς ἀνδρὰς τηλικῶδε τὴν φύσιν;

Ei ex eodem Sophocle reponere poterit Juvenis:

Μηδὲν τὸ μὴ δίκαιον· εἰ δ' ἐγὼ νέος
Οὐ τὸν χρόνον χρὴ μᾶλλον ἢ τἄργα σκοπεῖν.

aut ne νεωτερικώτερον videatur illud Minandri:

Μὴ τοῦτο βλέψῃς, εἰ νεώτερος λέγω,
Ἀλλ' εἰ φρονούντως τοὺς λόγους ἀνδρὸς ἐρῶ.

Nec verò ita arcenda est adolescentia, quasi non possit aliqua rectiùs senioribus percipere, ut ait Philostratus *lib, 6, de vita Apollonii c, 8,* ibi; αὕτη γὰρ ἡ νεότης ἀπλατεῖα οὖσα καὶ αὐτὴ βέλτιον ἐνθυμηθῆναι ἐν τῷ γήρει. Non detrahitur quidquam, inquit Galenus *1, Aphorism, Comm, 1.* Veterum gloriæ, si & juniores aliquod sui profectus edant specimen. Et licèt juvenes Assessores aliàs sæpissimè in praxi errent, nominenturque litium confusores, uti ex Jasone Ang. & Neviz. refert Cavalc. *decis, 13, n, 62,* attamen, si exercitatis adjungantur, illorum prudentià imbui possunt, Tessau. *in præfat, decis, n, 25* Alioquin communiter majori eruditione, prudentia, & experientia præditi censentur Senes, quàm juvenes. Senex, inquit S. Hieronymus *in Epist, ad Nepotian.* crescente sapientia, ætate fit doctior, hinc apud sanctum Job. legitur Job *c. 32.* Annorum multitudo docet sapientiam, vide S, Thom, *a, 2, q, 1, ar, 1.* Et cùm homo in senili
20 ætate pleniùs ex rationis præscripto vivere incipiat, fuit ab aliquibus senectus vitæ anima appellata, eo quòd, ut ait S. Hieronymus modò adductus, in senibus crescat sapientia, ac refert idem Themistoclem, cùm expletis centum & septem annis se mori cerneret, dixisse; Se dolere, quòd tunc egrederetur è vita, quando sapere cœpisset. Quod & Veteres Poëtæ tradiderunt, dicentes:

Sapientia ætas condimentum est, sapiens ætati cibus est.

Quemadmodum novellæ vites, ut alibi Homerus scribit, vinum quidem copiosum, ast insuave gignunt, vetulæ verò & copiosum & bene coctum fundunt: ita Seniorum judicia longè præstant juvenum cogitationibus, quia hæ nondum ad maturitatem suam pervenerunt. Et licèt

magni

magni æstimanda eruditio, & plurimum conducat rerum maximarum scientia, nescio tamen, quonam modo in qualibet arte & rebus politicis scientia ipsa experientiæ primas concedat, atq; velut lucernæ lumen, si cum lumine solis conferatur, hinc rectè quidam tanti esse experientiam asseverant, ut non minùs ipsi, quàm demonstrationibus tribuendum 20
censeant, cùm hæc rerum principia intueatur, Aristot. *6. Eth. c. 11.* Et quis nescit, vulgó dici experientiã esse rerum magistram *c. quam sit de Elect. in 6.*

Ampliatur præmissa conclusio *(1.) ut procedat* in qualibet facultate, arte, vel scientia, ubi semper Seniores junioribus præferendi in sessione, 21
prout modò rationibus evictum fuit.

Ampliatur (2.) hæc conclusio, ut non modó in sessione Seniores junioribus præferendi, sed etiam in dicendis sententiis iisdem præferantur, & ante cæteros loquantur & respondeant, *text. in l. 1. §. in sententiis D. de alb. scrib. l. 2. ibi decernendi loquendiq; facultas antiquior* C. *de Præfect. Præt. lib. 12. c. 1, in prin* & ibi Bald Pan. & ali. *de major. & obed.* Bald *l. observare § antequam verò D de offic. Proc.* qui adducit illud Eccl. 32. Loquere, major natu, decet enim te primum verbum, proinde Homerus *lib. 2. Odyss.* Ægyptium illum Heroem senem, primo loco loquentem facit: 23

Τοῖσι δ' ἔπειθ' ἥρως Αἰγύπτιος ἦρχ' ἀγορεύειν,
Ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην, καὶ μυρία ᾔδη.

Dionysius Halicarnassæus *lib 7. & lib. 11. Antiquitatum Romanarum*, tradit, morem Romanis fuisse, ut Senatores ævo maximi primo loco sententiam dicerent: Deinde qui media ætate erant, postremó juvenes. Demostenes *in Oratione* [illegible] tradit Alphesioni ὡς πρεσβυτέρῳ, ut seniori concessam fuisse πρωτολογίαν, id est, primas loquendi partes, quod & Interpres illius annotavit. *Ampliatur (3.)* quòd seniores ante alios debeant subscribere instrumentis, consiliis & aliis hujusmodi, *gloss. c. statuimus 61. dist.* Innoc. Hostien. & alii *in c. 1. de major. & obed. Rom. in repet. l. si verò §. de viro D. solut. matrimo.* est, quòd digniores priùs subscribere debeant, *Gloss. in c. cum olim extra de consuetud.* Seniores verò junioribus digniores effeisq; præferri, modó probatum dedimus. Vide hac de re Andream Tiraquellum *in præfat. tr. de jure primogeniorum* passim, quò Lectorem remitto. 24

Limitatur præmissa conclusio. *Quòd Senior* juniori in sessione præferendus, ut procedat cæteris paribus, secús autem, si major subsit administratio, ita limitatur hæc conclusio à consultissimo Icto Iacobo Philippo Portio *Consilio 167. n. 50.* proinde junior Cardinalis Seniori Episcopo præfertur, Port. *d. l.* 25

(2.) *Limitatur* prædicta conclusio, ut non obtineat, in Doctoribus actu docentibus in Academiis vel Professoribus, hi enim quantúmvis juniores, Doctoribus non Professoribus, etiam Senioribus anteferendi. Ita statuunt Cothman. *Respons. jur. Academ. 14. n. 73.* & Reinckingk. *de regim secul. & Eccles. lib. 1. class 5. cap. 11. n. 53. & 54.* ratio ab iisdem hæc adducitur, quòd maxima pro illis militet præsumptio singularis peritiæ,
27 cùm docendi peritiâ, facundiâ dicendi, interpretandi subtilitate, copiaque differendi præditi, *l. un. C. de profess. qui in urb. Constant.* juris ac legum voluntatem pandant, *l. un in fin. C. de stud. liberal.* ac in justitia, cujus se sacerdotes profitentur, *l. 1. § 1. D. de justit. & jur.* multos instituant, *l. 6. in fin. C de Professor.* discipulósque suos omnibus legitimis arcanis reseratis, & Oratores maximos, & justitiæ satellites, & judiciorum optimos, tam athletas, quàm gubernatores in omni loco ævóque felices efficiunt, *Const. omnem in proam. Digest. §. 6.* eósque sic eruditos reddunt, ut possit Resp. in partibus ejus illis credendis gubernari, ut dicitur *in proam Instit.*

Porrò (5.) qui priùs insignibus & privilegiis Doctoralibus merito suo cohonestati sunt, sive, ut vulgò loquuntur, Doctorati, præferendi in
28 sessione sunt illis, qui post ipsos, ut vulgò loquuntur, Doctorati sunt, Ita statuunt Calvalcan. *decis. 20. n. 26.* Azavedo *ad Const. Hisp. lib. 6. tit. 2. in rubr. n. 114.* Jason. *vol. 2. cons. 192. n. 2. & 15.* Natta *tom. 3. consil. 638. n. 17.* Menoch. *tom. 3. cons. 257. n. 13.* Cephal. *consil. 615. n. 27. & 142. lib. 5.* Graviter planè Impp. Theod. & Valent. AA. ad Senatum urbis Constantinopolitanæ *in l. 1. C. de consulibus & non spargend. ab his pecun. lib. 12.* Quis in uno eodémque genere dignitatis, *ajunt*, prior esse debuerat, nisi qui prior meruit dignitatem? cùm posterior, etiamsi ejusdem honoris prætendat auspicia, cedere tamen illius temporis consuli debeat, quo ipse non fuerit: hoc observando etsi iterata vice fastigia consulatus aliquis adscenderit. Repetite enim fasces, virtutes sæpè meriti comprobant, non augent: quia nihil est altiús dignitate. Quod si quis prior Consul posteriori Consuli eidémque patricio posthabitus, patriciatum postea consequatur: vinci eum oportet: qui prior meruerit patriciatum, postquam iste honore patriciæ dignitatis decoratus est, confer *l. 2. C. ut dignitatum ordo servetur lib. 12.* ex qua simul patet, quidnam circa sessioné Magistratuum Romanorum & ordinem dignitatum observandum. Vide Petrum Fabrum *1. semestr. 2. circa finem*, & Anthonium Perezium *in Prælectionibus ad Codicem, ad tit. Ut dignitatum ordo servetur.*

Am-

Ampliatur hæc conclusio, *ut obtineat*, in omnibus omnino dignitatibus & officiis tam ecclesiasticis, quàm secularibus, hinc placuit Episcopum prius promotum seu electum ad Episcopatum, ratione præcedentiæ præferendum esse alteri Episcopo post ipsum promoto vel electo, ita 29
tradit Sellius *in selectis Canon. cap. 3. n. 77.* adducens sacram Congr. Rit. in Segobricen. 21. Martii An. 1609. & in Conciliis provincialibus quo ad præcedentiam Episcoporum attendendum esse tempus ordinationis, non autem dignitatem Ecclesiarum, vel earum ordinem & præeminentiam, tradit idem Sellius *in select. Canon. cap. 13. n. 28.* ubi attestatur, ita decisum fuisse die 19. Aprilis Anno 1596. alioquin quis modus in controversiis præcedentiarum componendis, servandus sit, declaravit Gregorius XIII. *in Constit sua incip. Exposcit. 15. Julii A. 1583.* quam referunt Marc. Anton. Genuens. *in praxi ArchiEpisc. Neapolit. cap. 52. in fine.* & Salgado *de Protect. Regiâ. tom. 1. part. 2. cap. 9.* & illius meminit Michael Ferrus *in præced. Ecclesiast. q. 16. n. 3.* confer Tamburin. *in suo. tom. 3. de Jure Abbatum decis. 110.*

Limitatur hoc ipsum (*1.*) *ut non* procedat, si recentior & posterior dignitas sit amplior, Mastrillus *decis. 130. n. 13.* & de Magistr. *lib. 4. c. 14. n. 29.* Anthon Perez *d. l.* unde apparet, primò receptum ad officium non semper præferendum esse, præjudicia hujus rei affert Lucius *lib. 4. tit. 6. Arrest. 4.* & ex eo Paponius *lib. 6 Tit. 2. Arrest. 5.* ibi: D. Jacobus Brulardus Præses, Dominus Wilhelmus Guido Consiliarius in Camera Inquisitionum admissi fuerunt: nempe prædictus Guido, primus prædictus verò Brulardus postea, Consiliarii in majori Camera: Dubitatum fuit, quisnam in sede præferendus esset? Guido dicebat, se primò fuisse receptum: Brulardus dicebat, se ipsius Præsidem esse, neque honestum fore, si ipse primus sederet sibique præferretur, Arresto Curiæ 28. Junii Anno 1323. Brulardus prælatus fuit, Luc. *d. lib. 4. tit. Arrest.* 31
4. Hoc loco non incommodè quæritur: *Utrum recentior adscitus in aliquod Collegium antiquioribus in illo Collegio præferendus sit, si majorem aliquam dignitatem à Collegio separatam præ cæteris obtineat?* Et licèt pro affirmativa sententia rationes speciosæ afferri possint, nobis tamen Negativa arridet sententia, eundem, qui majorem dignitatem obtinet, non præferendum reliquis, in actibus Collegialibus, dum modo dignitas illa separata sit à Collegio, nec ad actum, qui geritur, pertineat, *l. 1. C. de consul. lib. 12. l. 2. ibi labor. prolixior fecerat anteire. C. de offic.*

 magi-

magistr, offic, l, 1, C, *de offic, Vicar, l, 1, & 2*, C, *de Praefect, praetor, lib. 12, c. 1. extra de maiorit, & obed, can, Episcoporum distinct- 74, & can, ult, Distinct, 75*. nec officit, quòd majorem obtineat dignitatem, etenim hæc dignitas, cùm non pertineat ad actum, qui geritur, non consideratur, nec aliquam tribuit prærogativam, Felin. *in c. ex literis extra de probat, n, 1*, Andr Barbat. *vol, 2, consil, 5, n. 10*, nec absurdum, aliquem diversis respectibus & majorem, & minorem esse altero, *can, quaeritur & ibi Gloss, cau, 2, q, 7*, & licét vulgó dicatur, unam & eandem personam non debere censeri diversi juris, *l, eum qui ades 23, D, de Usucap.* Wesembec. *part, 1, cons, 40, n, 18*, attamen hæc Regula fallit in actibus, qui diversa tempora respiciunt, *l, centurio*, & ibi Socin, Jun, *n, 263. D, de vulg, & pupill, substit*, Fachinæ. *lib 10. Controv, c, 23, circa finem*, ob diversos etiam respectus admittitur consideratio duplicis juris, etiam in eadem persona, cùm uno casu possit esse major & dignior, & in alio minor, & minùs digna, Gratian. *tom, 1, discept, for, c. 111, n, 13*, Marzar. *consil, 26, n, 54*. Peregrin *lib. 1, consil, 3, n, 31*. Vide de hac quæstione Martinum Rumelinum *Differtat, ad Auream Bullam Caroli IV. Imp, part, 3, differt, 1, Thesi 19, p, m, 20, & 21*.

31 (2.) *Limitatur* præmissa conclusio, ut non obtineat, si prior illa dignitas non esset in administratione & exercitio, quod enim Lex dicit, oportere illum subsequi, quem recentiùs probaverit examen, *l, 1, in fin*, C. *de praepos, sac, cubicul, lib, 12*, id Legum auctores, rectissimè ita interpretati sunt, ubi prior dignitas jam esset, ut modó dixi, in administratione & exercitio, *l, fin, §, viros* C, *ubi senat, vel clariss, l. 2, in fin*, C, *de primicer, lib, 12*. Primo enim loco meritò habendi sunt, qui in actu positi administrant, deinde vacantes, & qui codicillos honorariæ dignitatis sunt adepti, prout dicitur *in l, 2, in pr*, C, *ut dignit, ord, lib, 12*. Et alibi Imperator scribit, administrantes omnibus vacantibus etiam tempore prioribus præponendos esse: ne graduum series convertatur, si Tyrones dudum militantibus anteferantur *d, l, 1*, C, *de primicer, lib, 12*, præterea constat dignitatis, officii, vel artis privilegia eum non habere, nisi qui re ipsa gesserit, & etiamnum functionem exercet, *l, fin, D, de Excus, tut, l, neminem* C, *de cons, lib, 12*. Ita Senatui Tholosano & Curiæ Parensi visum fuisse, scribit Joannes Corasius *in Centuria 1 Crorum memorabilium cap, 12*. Sanè, officiarium, qui superstite officiario designatus est ad officium, post ejus obitum, nec id exercuit, non posse eum præcedere, qui etsi postea receptus fuit, antea tamen exercere cæpit, tradit

tradit Paponius, qui testatur, ita judicatum fuisse Arresto II. Julii An. 1551. contra Dn. Archerium Consiliarium in Curia Subsidiorum. Vide Maynard *lib, 4, Quæst, Notabil, cap, 27.*

Cæterùm, quod diximus modò, eum, qui priùs honore, & privilegii Doctoralibus cohonestatus est, præferendum esse illi, qui postmodum eodem honore & gradu merito suo decoratus est, limitatur à Dd. ut non procedat. (1.) *si junior* Doctor actu legat, ac Professor in Academiis exsistat, Jason. *vol, consil, 192, n, 17,* (2.) *si junior* utriusq; juris Doctor sit, ille verò, qui priùs doctoratus, non sit, Natta *tom, 3, consil, 637, n, 18,* 33
Quidam Dd. etiam (3.) *hanc* conclusionem limitant, ut non procedat, si junior Doctor seniorem doctrinâ præcellat, Fr. Vivius *lib, 1, decis, 162, n, 1,* Portius *vol, 4, consil, 167, n, 51.* Vide Nolden, *de Stat, Nobil, Civil, cap, 9, n, 402,* ubi *num, seq, 403,* addit, Licentiatum priùs graduatum, ut vulgò loquuntur, præferendum esse Doctori, quando ipse Licentiatus ex post facto laureâ Doctoris fuerit insignitus. Idem statuunt Iason. *vol, 2 consil, 192, n, 2,* Cephal. *lib, 4, cons, 591, n, 18,* aliique Dd. quos adducit Nolden. *d. l.* contrarium non pauci Dd. statuerunt, quos adducit Ant. Gabriel *lib, 6, com, opin, tit, de major, & obed, concl, 1.* 34

Porrò [6,] *non* prætereundum hoc loco, Doctorem natum ex Doctore, Doctori, ex cive non Doctore, nato præferendum esse. Ita statuunt communiter Dd. Martinus Laudensis *in tract, de dignitatibus, Quæst. 17,* Cephalus *lib. 5, consil. 615. n. 51.* Cravettus *p, 6, consil, 982, n, 7,* Tiberius Decianus *volum, 3, Resp, 19, incip,* quanquam *n, 229,* & Jacobus Alemannus *in Palestra Consultationum Juris illustrium Consultatione 7, p, m, 362, Text, in l, jubemus 3, §, 5,* ibi: alios advocatorum, extraneis, ad idem officium accedentibus, anteponi *C, de Advocat, diversorum Judicum,* confer *l, Nemini licere, 11, §, 1, C, de Advocatis diversorum judiciorum.* 35
Ratio à Dd, hæc adducitur, quòd duo vincula plus ligent, quàm unum, *§, 2, Inst, de Adopt, Auth.* Itaq; versic. *ex utroq; latere C, cōmun, de successhion,* ac duæ rationes vincant unam, *Auth. cessante C. de legit, hered, cap. si igitur defunctus 3,* Novell, 118, hinc illud Propertii *lib, 2.*

NÆ melius duo defendunt Retinacula navem.

Equidem præeminentiam quandam & honorem non obscurè tribuit, si quis præclaris parentibus, & majoribus rebus præclarè gestis, illustribus ortus, simul etiam vitam virtuti conformem agat. Inter Magnates etiam quoad præcedentiam, non parùm refert, ex qua familia illustri ac percelebri quis descendat, ita

Limnæus *in Addit, ad lib, 4, cap, 9, Juris publici,* relatum sibi esse memorat, in Comitiis Electoralibus Ratisponæ Anno 1636. â Collegio Electorali constitutum fuisse, ut Principes ex Electorali domo, reliquis Principibus in sessione & præcedentia præferrerentur; daß die auß einem ChurFürstlichem Hause geborne Fürsten/ für anderen Fürstlichen Häuseren die præcedentz und Vorsitz haben solten.

36

Cæterùm (7.) inter Doctores præferendos eos esse existimat Chassanæus *in Catalog, Glor, Mundi part, 10, Considerat, 28,* qui editis variis ingenii monumentis ac scriptis egregiis seculum erudiunt, & res præclaré gestas posteritati commendant, cùm sint velut stellæ in firmamento cæli, Daniel. 13. Vide Joann. Gerson. *in lib. de laude scriptorum,* etenim ut Ovidius quodam in loco inquit:

37

Tabida consumit ferrum lapidesq; vetustas,
Nullaq; res majus tempore robur habet.
Scripta ferunt annos, scriptis Agamemnona nosti,
Et quisquis contrà, vel simul arma tulit.
Fit vivax scriptis virtus expersq; sepulchri,
Notitiam sera posteritatis habet.

Quid attinet gessisse magna, belliq; ac pacis illustrem exstitisse artibus; ni sit, qui monumentis victuris enarret, & fide annalium vigere perpetuò atque in fama rerum manere jubeat? Marmora quippe ac statuarum honores, vultus & facies; non facta ipsa atque virtutes eorum, quibus tributi, custodiunt: & fixi uno in loco, nec diutissimè manent, & post injurias alias, & tempori ipsi obnoxii sunt. Quidquid eruditorum industria felix elaboraverit semel statueritque in publico, id angulo uno claudi haut potest, emicat laté per populos: quamvis remotas gentes adit: atque per universum terrarum orbem adeò & ipsas animorum nostrorum imagines vulgat: eóque adversus casus & tempestates tutius atque securius est, quod quia ubique legitur colitúrque, nullibi totum exstingui potest, & in æternitate temporum durat, prout quodam in loco clarissimus Buchnerus loquitur, unde præclaré etiam Horatius *Od. ult. libri 3.*

Exegi monimentum ære perennius,
Regaliq; situ Pyramidum altius,
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis

Annorum series, & fuga temporum.
Non omnis moriar : multaq; pars mei
Vitabit Libitinam, usque ego postera
Crescam laude recens : dum Capitolium
Scandet cum tacita virgine Pontifex.

Sanè, per editionem egregiorum scriptorum multi præstantissimi viri celebrati immortale nomen sunt consecuti, ut non minùs per bonam famam apud posteros vivere videantur, quàm olim suis ipsorum temporibus vixerunt, & licèt præclarissimorum virorum scripta, dum iidem superstites sunt, contemni ferè soleant, attamen mortuis iisdem scripta rectioribus oculis considerantur, & ex suis meritis celebrari solent. Vivos enim, *ut inquit Salustius*, interdum fortuna, sæpiùs invidia fatigat: ubi anima naturæ cessit, demptis obtrectatoribus ipsa se virtus magis magisque extollit, hinc Ovid. *Eleg. ult. lib. 1. Amor.*

Pascitur in vivis livor: post fata quiescit,
Tunc suus ex merito quemque tuetur honos.

& Horatius *lib. 2. Ep. 1.*

Urit enim fulgore suo, qui pragravat arteis,
Infra se positas, exstinctus amabitur idem.

necnon Propert. *lib. 3. Eleg. 1.*

At mihi, quod vivo, detraxerit invida turba,
Post obitum duplici fœnore reddet honos.

Nec minùs Martialis initio libellorum suorum præfatur:

Vos tamen ô nostri ne festinate libelli,
Si post fata venit gloria, non pereo.

Atque si maximè fuerit vivorum aliqua gloria, ea ipsa tamen post mortem fit illustrior & veluti magis conspicua, quod animadversum est Plinio *lib. 2. Ep. 1. de Virginio Rufo:* Vivit, *inquit*, vivetque semper, atque etiam latiùs memoriâ hominum & sermone versabitur, postquam ab oculis recessit. Vide Ciceronem *in Orat. post reditum ad Quirites*, ubi copiosè hoc argumentum persecutus est, & verum comprobavit Demetrius Epicus apud Diogenem Laertium eleganti versu:

Ζῶντ' ἀτιμάζοντες, ἀποφθίμενον ποθέουσι.

Oderunt vivum, quem mox post funera quærent.

Porrò (8.) Doctores creati cum rigore examinis ob scientiam & merita digniores habentur, & præferendi iis, qui nullo vel levi examine 36

creati

creati sunt, Rota Rom. *decis.845.n.1 part.3. lib 3.* Felin. *in c. per tuas n. 3. de major. & obed.* Decian. *vol.3.Resp. 7. n.64.* & Menoch. *tom.2.con-*
39 *sil.126.n.18.* Doctores promoti in Academiis *(9.) jure* etiam præferendi Bullatis Doctoribus, ut vocantur, Nolden. *de Nobil. c. 9. n. 379.* nec enim dignior tantùm est, qui dignitatem accepit à digniori, Menoch. *lib. 1.consil 51. n. 29. text. in l. 6. C de advoc. div. jud.* sed etiam, qui coram
40 nobilioribus & in loco nobiliori eodem honore decoratus, Decian. *vol. 5. Resp. 84. n. 25.* alioquin privilegia Doctorum etiam Doctoribus bul-
41 latis competere, utut non pauci dissentiant, arbitramur, cum Dominico Arumæo *Discurs. Academic. ad Aur. Bull. Caroli IV. discurs.1.th.5.* & Johanne Limnæo *de jur. publ. lib 8. c. 8. n. 14.* modò tamen iidem Doctores Bullati, à Comitibus Palatinis, juxta tenorem literarum Comitivarum, ab Imperatoria majestate impetratarum, prævio examine, eique adjunctis ad minimum duobus vel tribus eximiis Doctoribus, quoad eruditionem insignem, & excellentiam morum idonei reperti, & sufficientes ac digni comprobati, adhibitis consuetis solemnibus, insignibus, & privilegiis Doctoralibus, ornati fuerint. Vide luculenter pluribus argumentis hoc ipsum probantem, modò laudatum Arumæum *d. l.* ubi etiam argumentis dissentientium Rutgerii Rulandi *lib. 1. c.14. n. 8. de Commiss.* & Jacobi Benii *p 2.n.6. de Privilegiis ICtorum* satisfecit, confer Matth Colerum *p.2. de Processibus exsecutivis c. 3. n.135.* Excludimus verò hoc loco meritò indignos & indoctos, qui precio & nummis, non professione vel eruditione solennia Doctorum & Licentiatorum acquisiverunt, de quibus argutè Fridericus Taubmannus:

Doctor palmare est; Sed depalmandus uterque est,
Qui Doctorem auro vendit, emitq́, suum.
Doctrina & virtus pretium est, quo Doctor ematur,
Si res argenti est, morio Doctor erit.

Hisce jure privilegia Doctorum denegamus, cum Petro Gregorio Tholosano *lib. 18. de Republic. c. 9. n 9.* eósque propter apparentem insufficientiam Doctoratus insigniis spoliarii posse, existimamus, cum Arumæo *d. l. argum. l. 1,* & ibid Bart. *C. de Prof. & Med.* Jacob. Ben. *de Privileg ICtorum p. 2. in proem.* ii enim demum, qui moribus, eruditione, & facundia excellent, ex Juliani Imperatoris constitutione ad gradum Doctoris admitti debent *l 7. C. de Prof. & Med.*

42 *Porrò (10.) Doctores,* qui gradu Doctoratus ab ipso Imperatore ornati

rati sunt, dum modò præcedente rigore examinis lauream fuerint adepti, in sessione præferendos esse aliis Doctoribus in quibuscunque Collegiis graduatis statuunt, Stephanus Gratianus *discept. forens. lib. 1. cap. 186. n. 75.* Jacobus Benius *de privileg. Ictorum p. 3.* Marc. Mutius *super Consuetud.* Panormitan. *c. 68. n. 26.* Martinus Laudensis *de dignit. §. 20.* Boerius *de auctoritate magni Consil.* Decius *consil. 565.* Arnoldus de Reyger *in Thesauro Juris tom. 1. in voce Doctor n. 142.* Gomez. *in comm. ad LL. Taur. leg. 83 n. 17. in fin.* Azevedo *consil, 12, n, 26,* Cephalus *lib, 4, consil. 566, n, 26,* Portius *vol, 4, consil, 167, n, 77,* & infiniti alii, quos omnes adducere non opus. Ratio est, quòd eó major habeatur dignitas, quò major concedens est, *l, 2, ibiq; Gloss, D, de alb, scrib.* Cravett *p. 6, cons. 982, n, 6,* Natta *tom, 3, cons, 638, n, 21.* in terminis Farinac. *lib. 1, cons, crim, 94, n, 9,* hac ratione Eques ab Imperatore creatus dignior est eo, qui militiam accepit à minori, Acac. Enenckel *de privil, mil. lib, 1, c, 10, n, 3.*

Ampliatur hac conclusio, ut Doctor creatus per Imperatorem præferatur Doctori ab inferiori creato, ut procedat, licèt hic ipse posterior tempore sit, Peregrin *lib, 1, Cons, 84, n, 21,* Ant. Trigon. *singul. 117. n. 2.* Rom. *in l, si vero. §. de viro D, solut, matrim,* Alexan. *in l, 2, §, si prius D, de vulgar. & pupillar, substitut,* Barbat. *in c, quod clericis extra de for, competent, arg, cap, per tuas ext, de major, & obediend.* 42

Limitatur hac Conclusio, ut tum demum obtineat (1.) si termini sunt pares, Menoch. *lib, 2, consil, 126, n, 34,* nec ab inferioribus Doctor creatus qualitates digniores habeat, Idem Menoch. *d l.* quomodo alio quin ritè examinatus præsumitur doctior, quám ille, qui à Principe gradum Doctoratus consecutus est, & ideò huic præferendus, Sim. Pistor. *vol, 1, consil, 18, n, 9.*

(2.) *Limitatur Conclusio,* ut non obtineat, si aliquis sine rigore examinis, simplici verbo ab Imperatoria Majestate lauream & gradum Doctoratus fuerit adeptus, Gratian. *tom. 1. discept c. 186. n. 77.* censetur enim modicæ esse scientiæ, qui sine examine creatur ab Imperatore, Bart. *in l, Professores C, de Profess, & Med,* Maximilianus I. dicere solitus ad eos, quibus ex privilegio Doctoris insignia conferebat: esto Doctor sine literis, refert Alban, *ad Bartol, in l, 1, n, 10, C, de nov, Cod, faciend.* 43

Sanè, Imperatorem solo verbo Doctoralem dignitatem impertiri posse scribunt, Martin. Laudens. *de Princip, q, 207.* Castald *de Imperat q. 110,* 44

 privil,

privil, 41, Cacheran. *consil*, 1, *n*, 30, Fab. de Anna *consil*, 44, *n*, 13, Peregrin. *l*, 1, *consil*, 84. *n*, 13, & Ohem. *de jur. Episc. Conclus*, 17, *lit*, T, ubi asserit, reservatum Imperatotium esse unico verbo creare Doctorem. Hisce Doctoribus immunitatem seu vacationem à muneribus personalibus mixtis, & realibus, non competere statuunt, Guid. Pap. *decis*, 88, *n*, 3 Benius *in tract, de privileg, ICtor, p*, 2, *privil*, 1, *n*, 5, Coler. *de process, Exsecutiv, p*, 2. *c*, 3, *n*, 179, & post hosce Henricus Klock. *de Contribut, cap*, 15, *n*, 71. Cæterùm, *An Comes Palatinus præcedere possit Doctorem*? Vide affirmantem Peregrin, *lib*, 1, *consil*, 48, *per tot*, quò Lectorem remitto.

Atqui pauca hæc de ordine Sessionis inter ipsos Doctores præsertim juris nostri dicta sufficiant, qui pleniorem hujus rei cognitionem desiderat, eum remittimus ad ipsos scriptores & juris interpretes hoc in capite passim adducto.

Caput. XXXIV.

Vtra artium, Medicinæ, an juris Civilis præstet, & an Doctores Juris indistinctè Doctoribus Medicinæ in sessione præferendi?

SUMMARIA.

1. *Doctores Iuris tempore ferè immemoriali in possessione vel quasi sessionis præ Doctoribus Medicinæ hucusq; exstiterunt.*
2. *Hanc sententiam usum omnium Academiarum approbâsse, scribit Modestinus Pistor.*
3. *Ioannes Nevizanus hanc rem adeò esse claram facetè scribit; ut histriones quoque dare sciant hoc judicium.*
4. *In deferendis honoribus eorúmque prærogativâ in tantum observantiæ & consuetudini deferendum est, ut, licèt aliter de jure censeatur, nihilominus illa obtineat, quam usus longævus firmavit.*
5. *Hac ratione decidendi usus fuit Imperator in controversia Sessionis inter Electorem Coloniensem, & Abbatem Fuldensem in Conventu Moguntiæ A. 1184.*

Eandem decidendi rationem pro Florentinis contra Ferrariensem adduxerunt.

verunt Dd.

7. *Actus possessionis vel quasi, quod quis in loco stetit vel sedit, anteverten-do alium tribuit praerogativam.*

8. *Qui ratione consuetudinis in quasi possessione praecedendi vel sedendi consti-tus est, potest armata manu resistere turbanti.*

9. *Dignior est & praeferendus, quem communis hominum existimatio prae-ferendum esse existimat, vel qui pro ve-teri more, & consuetudine ita habitus est.*

10. *Stylus Curiae pro lege habetur.*

11. *Communis hominum reputatio in materia praecedentiae plurimum ope-ratur.*

12. *Aristoteles civilem disciplinam honorabiliorem Medicinâ eam ob causâ esse asserit, quòd qui civilem sectatur di-sciplinam, scire debeat de anima: Me-dicina verò potissimùm circa cognitionẽ corporis versetur.*

13. *Iustitia Hespero Luciferoq; pul-chrior aestimatur.*

14. *Finis Medicinae est corporis sanitas; Jurisprudentia verò, mentes hominum conformes reddere voluntati divinae.*

15. *Adducuntur hac de re verba Al-berici de Rosate ICti.*

16. *ICti circa leges earúmque inter-pretationem versantur.*

17. *Ante Legem Moisis: an Deus ho-minibus praecepta quaedam dederit? qua de re adducta verba Francisci Suarezii.*

18. *Disquirit Author de septem prae-ceptis filiorum Noachi, ad quae saepius provocat Hugo Grotius, & adducta ea de re verba R. Maimodis.*

19. *Aristotelis encomium.*

20. *Leges mortalibus omnium primâ Cererem Siculorum Deam dedisse, gen-tiles fabulati sunt.*

21. *Alii Legumlatorem primum fuisse Radamanthum existimârunt.*

22. *Quinam singulis gentibus leges dederint? exponitur.*

23. *Pythagoras multas Judaeorum le-ges in suam transtulit Philosophiam.*

24. *Notatus Vossius.*

25. *Clemens Alexandrinus Pythago-rae dogmata cum divinis nostrae Religio-nis oraculis conferre tentavit.*

26. *Populus Hebraeus unus ex omnibus populis est, cui peculiariter Deus jura dare dignatus est.*

27. *Proclus, Medicinam Minervae munus esse docet.*

28. *Alii ad Deos originem Medicinae retulerunt, qua de re adducta verba Lu-ciani, & Quintiliani.*

29. *Alii tradunt Isidem & Mercu-rium apud Aegyptios Medicinam pri-mùm invenisse.*

30. *Mercurius plurimas herbas inve-nit.*

31. *Quidam Medicinae inventionem assignârunt Arabo Apollinis filio.*

32. *Alii Medicinae inventionem tri-buunt Apollini, Vulcani & Minervae filio.*

33. *Ratio, cur id gentiles fecerint*

ex Apollonio Thyaneo & Jamblicho adducta.

34. Æsculapius magna Medicinæ attulit incremenata, unde & in Deorum numerum receptus fuit.

35. Ab Æsculapio primùm repertam Medicinam fuisse. quidam voluerunt.

36. Æsculapius quosnam mortuos ad vitam revocaverit?

37. Æsculapium fulmine ictum occubuisse Poëtæ & Philosophi tradunt

38. Æsculapius ubique gentium pro Deo habitus fuit.

39. Gentiles existimârunt, per somnium remedia ab Æsculapio ægrotis in ipsius fano incubantibus monstrari, quibus adhibitis pristinam recuperarent valetudinem, quod ipsum ex Apollonio, Thyaneo, Cicerone, Jamblico, Suetonio, Plauto aliisve probatur.

40. Laudatus hac de re locus Isaaci Casauboni.

41. Adducuntur de hisce incubationibus in templis Deorum gentilium verba Josephi Quercetani Medici expe-rientissimi.

42. Referuntur de eademre verba Plinii.

43. An Hippocrates remedia ab Æsculapio per somnium monstrata, & in ejus fano descripta & annotata, exscripserit, & cremato templo Medicinam instituerit? disquiritur.

44. Remedia illa, quæ incubantibus per somnium ab Æsculapio revelata, parùm vel nihil juvare potuerunt Hippocratem.

45. Tanta Æsculapii veneratio apud gentiles fuit, ut etiam mortui propè Æsculapii templum recondi voluerint, corpora ibi meliùs fortè quietura rati.

46. Adducitur hac de re inscriptio Hispaniensis.

47. Hippocrates quomodo Medicinam è tenebris in lucem revocaverit?

48. Hippocrates, quàm insignis Medicus fuerit? exponitur.

49. Recensentur alii præclari Medici, qui post Hippocratem floruerunt.

50. Medicina quondam paucarum fuit scientia herbarum.

51. Ex Aristotele aliisve probatur, Medicinam ab experientia ortam fuisse.

52. Apud Babylonios lege cautum fuit, ut ægri in foro circumferrerentur: ut si quis fortè transeuntium eundem esset morbum expertus, teneretur gradum sistere, &, quodcunque nosset, ei morbo remedium indicare.

53. Similis consvetudo Iberorum fuit, qui parvulos, de quorum vita despondebant, ostiatim circumtulisse memorantur.

54. Adducuntur hac de re verba Isidori, Servii, & Max. Tyrii.

55. Major Ictorum in Republica necessitas, quàm Medicorum.

56. Romani per quadringentos ferè annos sinè Medicis vivere potuerunt, sine Ictis verò Resp. Romana florere non potuit.

57. Quanta

57. *Quanta Ictorum in Republica Romana dignitas?*

58. *Apud Romanos serò Medicina in aliquo pretio haberi cœpit, diu neglecta, & ad servos libertinosq; ablegata, quos solos fermè Medicinam factitâsse, ex jure nostro, & bonis authoribus probatur.*

59. *Primus Iulius Cæsar, medicinam Romæ professos civitate donavit.*

60 *Augustus Imperator cùm Antonii Musæ liberti opera gravi morbo afflictam valetudinem recuperâsset, eidem præter magnam pecuniæ vim, aureorum annulorum jus, universo verò Medicorum ordini à muneribus civilibus immunitatem dedit, qua de re adducta verba Dionis.*

61. *Quæ privilegia à posterioribus Imperatoribus Medicorum Ordini concessa.*

62. *Exposita l, 6, §, 1. D, de Excusat, Tutor, & qui dicti* περιοδευταί.

63. *Notatus clarissimus Ictus Dionysius Gothofredus.*

64. *Tartari aliive populi incantationibus morbos curare soliti fuerunt.*

65. *Atheniensium lege cautum fuit, ne quis servus, neve quæ fœmina artem Medicam disceret.*

66. *Hæc Lex antiquata postmodum, alteráque suffecta fuit; quâ ingenuis fœminis Medicinam facere concedebatur.*

67. *Servi ad supremum usque Philosophiæ, & aliarum nobilissimarum artium fastigium olim evecti fuerunt.*

68 *Quæ vulgò contra Medicos afferuntur, paucis adducuntur & refelluntur.*

69. *Medicis novi subinde sese offerunt morbi, Galeno & Hippocrati nunquam auditi.*

70. *Quod ipsum adductis exemplis probatur.*

71. *Morbus Scorbuticus endemius & vernaculus potissimùm est accolis Regionum Septentrionalium, adjacentium mari Balthico & Oceano Germanico.*

72. *An hic morbus novus planè, & veteribus incognitus fuerit?*

73. *Probatur diversis in locis diversis iisque endemiis morbis homines obnoxios esse,*

74. *A mense Iunio ad exitum usque æstatis nemo hominum citra vitæ dispendium Româ Neapolim proficisci audet, qua de re adducta verba Iosephi Quercetani.*

75. *Medicus, antequam de remedio cogitat, partem affectam, causam & speciem morbi probè cognitam habere debet.*

76. *Perfecta Medicinæ cognitio absq; Anatomicis dissectationibus comparari non potest.*

77. *An rectè Cadavera Medicis ad Anatomiam concedantur? disquiritur, & affirmativa rationibus confirmatur.*

78. *Quantus Anatomiæ usus in Medicina? exemplis illustrioribus illustratum.*

79. *Quâ pœnâ Medicus, cujus imperitia factum, ut æger moreretur, afficiendus? disquiritur.*
80. *Homicidii crimen est, in hominis salute peccare.*
81. *Apud Memphites mortuo ægroto, & Medicus occisus fuit.*
82. *Lex Cornelia de Sicariis dolum verum in homicida requirit.*
83. *Imperitia & negligentia ad culpam latam pertinent, & in criminalibus causis vero dolo non solet comparari.*
84. *Medicus, si dolo occiderit ægrotum, pœna capitali tenetur.*
85. *Medico imputari eventus mortalitatis non debet.*
86. *Medicina egregium DEi donum est.*
87. *Medicina in jure nostro alimentorum nomine continetur.*
88. *Maritus uxori infirmæ medicum non adhibens, dotem amittit, eiq; non succedit.*
89. *Quanta legum dignitas? exponitur.*
90. *Boni Principes ex legum bonarum præscripto vivere voluerunt.*
91. *Princeps alioquin legibus solutus est, quod rationibus probatur.*
92. *Nemo civiliter sibi imperare potest.*
93. *Lex Regia an unquam lata, & quando promulgata? disquiritur.*
24. *Author suam exponit sententiam de rationibus in utramque partem in hac quæstione: An ICti Medicis præferendi? adductis à Poggio Florentino, Oratore Clarissimo in secunda Convivali disceptatione.*
95. *Referuntur Scriptores, qui vel ex professo, vel incidenter in scriptis suis hanc tractârunt quæstionem: An scil. Medici præferendi ICtis?*
96. *Ex Nevizano adducitur, quàm facetè histrio quondam fatuus coram Duce Mediolanensi hanc quæstionem determinaverit.*
97. *An ICtus non Professor præferendus sit Medico Professori? eleganter disquiritur.*

POsteaquam de ordine Sessionis inter ipsos Doctores Juris pro instituti ratione Capite præcedenti dictum fuit, superest, ut nonnihil hoc capite dicamus de nobili ista, & inter Doctores Juris ac Medicos peculiaribus scriptis in utramque partem acriter & ingeniosè ventilata Sessionis & præcedentiæ controversia: *An scilicet Doctores Juris in Sessione jure præferendi Doctoribus Medicinæ?*

Et quidem primò omnium in confesso est, nec negari poterit, Doctores Juris tempore ferè immemoriali in possessione vel quasi sessionis ac præcedentiæ hucusque præ Doctoribus Medicinæ exstitisse, id quod consuetudo longæva & usus omnium in Germania Academiarum ap-

pro-

probavit, idemque in Galliæ, Hispaniæ, & Italiæ, Academiis observari notissimum est, ut proinde rectè Modostin. Pistor. *vol. 1. consil. 51 n. 40.* 2
asserat, hanc sententiam usum omnium Vniversitatum approbâsse, non habita ratione neque ætatis, neque prioris promotionis, quinimo Joannes Nevizanus Astensis, Ictus non modò eruditissimus, sed & facundissimus in excellenti scripto Silvæ Nuptialis *lib. 5. 87. p. m. 529.* hanc 3
rem adeò esse claram, facetè scribit, ut histriones quoque dare sciant hoc judicium. Et si verò vel hoc unicum argumentum ad asserendam Doctorum Juris præcedentiam præ Doctoribus Medicinæ sufficiens esse possit, cùm nemini non constet in deferendis honoribus eorúmve prærogativâ in tantum observantiæ & consuetudini deferendum esse, ut, licet aliter de jure censeatur, nihilominus illa obtineat, quam usus 4
longævus firmavit, prout egregiè evictum â Menochio *consil. 257. n. 37. cum seqq & cons. 784. n. 1.* hac ratione Imperator in controversia Ses- 5
sionis inter Electorem Coloniensem & Abbatem Fuldensem in conventu Moguntiæ Anno 1184. pro Fuldensi Abbate pronunciavit apud Crantzium *lib. 6. Saxon. cap. 46.* idem pro Florentino potissimùm adducunt Leonin. *consil. 1. n. 7.* & Modest. Pistor *consil. 51.* Sanè, actum 6
possessionis vel quasi, quod quis in loco stetit vel sedet, antevertendo 7
alium tribuere prærogativam rectè asserunt Corn. *vol. 2. consil. 193. n. 14.* & Menoch. *consil. 51. n. 4.* qui ex Baldo *in l. observare §. antequam in fin. D. de offic.* Proconf. subjicit, quòd is, qui est ratione tantùm consuetu- 8
dinis in quasi possessione precedendi vel sedendi, possit armata manu resistere contra turbantem, quod ipsum etiam tradunt Pancirol. *consil. 6. n. 2.* & Fab. de Anna *consil. 40. n. 10.* confer Gailium *lib. 1. observ. 21. n. 21.* Andream Knichen *in Comment. in Elector. & Duc. Saxon. jur. & privileg. lit. provocat, nescium ad verb. Ducum Saxoniæ &c. cap. 2. p. m. 77.* & Leonin. *d. consil. 1. n. 9.* qui contendit, eum, qui ratione consuetudinis tantummodo in quasi possessione præcedendi vel sedendi exsistit, manu armata posset resistere turbanti, præterea constat, digniorem, præfe- 9
rendum esse, quem communis hominum existimatio præferendum esse existimat, Boer. *in tr. de auctor. magn. Concil. quæst. 286. n. 8.* & Menoch. *lib. 2. cons. 126. n. 20.* tum quia stylus Curiæ habetur, Hipp. de Marsil. 10
singul. 118. n. 1. & G. de Cabedo *Decis. 211. n. 5. p. 1.* tum quia communis hominum reputatio in materia præcedentiæ plurimum operatur, Gratian. *t. 1. discept. for. c. 111. n. 74.* & Boer. *decis. 286. n. 8. vers. Item* 11
illa.

illa est major. Quamvis verò, ut modò diximus, hoc ipsum argumen-
tum satis arguat & evincat præcedentiam Ictorum præ Medicis, ut tamen
dissentientibus satisfaciamus, ostensuri paucis sumus, meritò ac jure Ictis
jus προεδρίας præ Medicis concessum esse.

Et quidem primò omnium Princeps Philosophorum Aristoteles
lib. 1. Politic. c. ult. scribit, civilem disciplinam honorabiliorem ac præ-
stantiorem esse Medicinâ, eam ob causam, quòd, qui civilem sectatur
52 disciplinam, scire debeat de anima: Medicina verò potissimùm circa
cognitionem corporis versetur. Idem memorat Plato *in Gorgia*, Ex
Ictis nostris idem adducunt Panor. *in c. clerici extra de judic.* & Luc. Penn.
in Rub. C. *de Professor. & Med. lib. 10.* Quod si quis heic reponat, Medi-
cos quoque circa animas versari, fatemur, id suo modo & respectu ac qui-
dem secundario, non principaliter, ut factitant Icti, Andreas Tiraquel-
lus *de* Nobilitate *cap. 31. n. 363. p. m. 221.* Rectè proinde Panor. *in c. ca-
terum ext, de juram. calumn.* asserit, Ictos, cúm sint Medici animarum,
tantò Medicis præstantiores esse, quantò anima præstat corpori, & ju-
stitia sanitati.

Porrò (2.) quem præterit, Ictos circa justitiam, quæ Hespero Lu-
53 ciferóque pulchrior æstimatur, teste Aristotele *5. Ethic.* versari. Ast Me-
dici circa corpus sanabile occupati sunt, unde, sicut finis Medicinæ est
corporis sanitas, ita finis Jurisprudentiæ est, mentes hominũ facere sanas,
54 & conformes reddere Decalogo & voluntati divinæ, Barb. *in c. cum
tanto de consuet.* Reinckingk. *de R. S. & E. lib. 1. Class. 5. cap. ult. n. 61.*
latiùs hoc ipsum prosequitur Nevizan. *in sylv. Nupt. lib. 5. n. 75. & seqq.*
Quantum itaque præstat animi sanitas sanitate corporis, tantum etiam
præstat Jurisprudentia Medicinâ, hinc rectè Albericus de Rosate, Ictus
55 eximius, alibi asserit, civitati magis opus esse optimis Jurisconsultis, quàm
mercatoribus bonis, aut Medicis: ac tantò magis profuisse Græcis Mi-
nœmi, quàm Galenum: quantò animus præstantior est, quàm corpus: &
æterna vita, quàm temporalis.

56 *Constat præterea (3.)* prout in præcedentibus Capitibus monui-
mus, Ictos circa leges, (sine quibus nulla unquam Respublica salva esse
potuit) earumque interpretationem versari. Ast quis ignorat, Legum
originem ab ipso Deo Opt. Maximo petendam esse, qui non modò leges
57 Decalogi, sed & alias, tam morales, quàm Ceremoniales leges Judæis
per Moisem dedit, quinimo jam tum in paradiso æternum Numen legem
de

de non edendo fructu arboris prohibitæ dederat, proinde rectè Franciſcus Suarezius *de Legibus lib. 9. cap. 1.* Ante legem Moſis, *ait*, probabile eſt, Deum dediſſe hominibus unum vel aliud præceptum pro illo tempore, juxta conſilium voluntatis ſuæ &c. Sanè Judæi præter legem illam de vetito fructu, alia præcepta Adamo primùm impoſita, poſtmodum Noacho omnibúſque adeò poſteris ejus data affirmant, ab illo ita 18
denominata, ut κατ' ἐξοχὴν Præcepta filiorum Noachi dici conſueverint. Sæpiùs provocat ad hujuſmodi ſeptem præcepta Noachi Hugo Grotius *lib. 1. de jur. Belli & Pacis c. 2. c. 5. n. 13. & in Annotat. ad Quat. Evangel. ad Luc. 16. verſ. 31.* R. Maimonidem diſſerentem lubet audire, qui eruditorum proverbio ineptire deſiit, verba ejùs latio donata hæc ſunt: Sex res ſunt impoſitæ homini, primò idololatriæ vitatio, Numinis benedictio, fuga homicidii, illiciti concubitus, rapinæ, & Judiciorum adminiſtratio. Addidit Noachus, abſtemium à carne cruda Dictum enim eſt Geneſ. *9. v. 3.* Carnem cum ſanguine non comedetis. Accenſent hiſce nonnulli appendices eorum, ſive quicquid præceptis *7.* neceſſariò cohæret, ut Sabbathum & honor parentum. Hunc Maimonidem Rabbinorum Coriphæum multum ætatis in Ariſtotele, ejúsq; Interpretibus verſatum fuiſſe, vel ſolus liber, Doctor Perplexorum, ſatis ſuperq; teſtatur, ac præcla- 19
rum elogium, quod Ariſtoteli impertitus eſt. Ariſtotelis eruditio, *ait*, terminus eſt humanæ doctrinæ, excepto tantùm influxu divino, qui nonnullis contingit, ut gradum Prophetiæ conſequantur, quo ſuperior datur nullus. Porrò, & ipſi gentiles ſtatuerunt, Leges divinâ providentiâ con- 20
ſtitutas eſſe, Sanè, Leges mortalibus omnium primam Cererem, Siculorum Deam dediſſe, ob idque Legiferam appellatam, & ejus ſacra θεσμοφόρια, Ethnici plerique fabulati ſunt, Diodor. Siculus *lib. 6. Bibliothec.* Herodot. *lib. 6.* proinde Virgilius. *4. Æneid.*

Principio delubra adeunt, pacemq; per aras
Exquirunt, mactant lectas de more bidentes,
Legiferæ Cereri.

& Ovid. *lib. 5. Metamorph.*

Prima Ceres unco glebas dimovit aratro.
Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris: 12
Prima dedit leges, Cereris ſunt omnia munus.

Alii Legumlatorem primum fuiſſe Radamanthum exiſtimârunt, Plin. *lib. 7. N. H. c. 56.* ac demum alios aliis leges tuliſſe, *c. Moyſes 7. diſt.*

Persis Bactrianisque Zoroastrem : Thebis, Mercurium : Ægyptiis, Tris-
22 megistum : Celtis, Herculem : Carthaghensibus, Charondam : Cretensi-
bus, Minoem : Lacedæmoniis, Lycurgum : Atheniensibus, Draconem
primum, deinde Solonem : Romanis Romlum ac Numam Pompilium:
Locris, Zaleucum : Magnesiis & Siculis, Platonem : ac Italis, Pythago-
23 ram, de quo Hermippus Smyrnæus *lib.* 1. de Pythagora tradit, eum mul-
tas Judæorum leges in suam transtulisse Philosophiam. Id, quod etiam
in lib. 1. de Legislatoribus, eundem fateri Origenes refert. Nam quod vir
24 de humanitate optimè meritus, Vossius *l. 2 de Hist. Gr.* hoc de Legislat.
opus assignat Hermippo Berytio, lapsum esse memoriæ, evincunt, quæ
ipse *lib. 1.* jam dissruerat. Aristobulus, Judæus, apud Clementem 2.
Strom. p. 251. pariter concedit Pythagoræ, multa è disciplina Judaica
εἰς τὴν αὐτοῦ δογματοποιΐαν. Nec Flav. Josephus *l. 1. contra Appion.* ejusdem di-
25 sciplinæ, ζηλωτὴν ἐκ πλείστου ipsum salutare renuit. Ex Christianis porrò
veteribus inprimis Clemens Alexandr. Pythagoræ dogmata & Symbo-
la, cum divinis nostræ Religionis oraculis conferre, eáque ad suum qua-
si fontem deducere tentavit. Ex recentioribus pluribus hac de re egit,
Jo. Seldenus *lib. 1. de I, N. & G. C.* 2. *p.* 14. & 18. quó Lectorem remitto.
26 Quicquid sit, id certum, Deum authorem legum esse. Primùm constat,
Jacob. 4. Isaiæ 33. ex omnibus verò populis unus est, cui peculiariter
Deus jura dare dignatus, populis scilicet Hebræis, quem sic alloquitur
Moses Deut. *IV. v.* 7. Quæ gens tam magna, cui Dei propinqui, sicut
Dominus Deus noster ad omnia vota, quæ ei facimus ? quæ gens tam
magna, cui sint constitutiones & jura æqua, qualis est lex hæc tota, quam
ego hodie coram vobis propono. Ast verò de primo Medicinæ aucto-
27 re non convenit inter scriptores, Proclus *in Timæum lib. 1.* Minervæ mu-
nus esse docet, cujus epitheton ὑγεία est. Videatur Suidas *in voce* Ὑγεία
Ἀθηνᾶ. Romæ Minervæ Medicæ fanum fuisse, auctor est Cicero *lib. 2. de*
28 *divinat.* Alii ad Deos originem Medicinæ retulerunt, Plin. *lib. 29. N.
H. cap. 1.* hinc Lucianus *in Abdicato*: ἐντεχνὸν, vocat, τέχνην ἱερὸν καὶ θεῶν
παίδευμα καὶ ἀνθρώπων σοφῶν ἐπιτήδευμα, hinc τὰς θεραπείας σωμάτων γινομένας τῆς ἀ-
γαθῆς προνοίας τῶν θεῶν εἶναι, scribit Salustius Philosophus *in lib. de Diis & mun-
do*, quem Salustii librum edidit Leo Allatius. Præclarè Quintilianus *De-
clam.* 268. Medicinæ auctores, *ait*, ante omnia accepimus Deos, sive ut
hæc infirmitas hominum haberet adjumenta aliqua atque solatia, sive
tantum huic arti tribuere majores ; ut eam vix crederent humanis po-
tuisse

tuisse ingeniis inveniri: sive ipsa Medicina per se sacrum est. Quid enim hominum genus est, qui sexus, quæ ætas, quæ non utilitatem ex hac petat. Elegans quoque est Synesii locus *Epist. 73. ad Troilum* ἡ τῶν ἰατρῶν τέχνη τὸν μὲν ἀποθανεῖν ἄνθρωπον οὐ κωλύει· ἐμποιεῖ δὲ ἕως διατελεῖν τοῦ ζῆν. Videatur summus seculi nostri Criticus Caspar Barthius p. m. Fautor noster colendus *ad Rutilii Itinerarium*. 29
Alii tradunt Isidem & *Mercurium* apud Ægyptios Medicinam primùm invenisse, Diod. Sicul. *lib. Biblioth.* 30
1. Mercurium planè constat plurimas herbas invenisse, & inter has Moly, illam laudatissimam testibus Homero *lib. 10. Odyss.* & Plinio *lib. 25. cap. 4. in princ.* nec non Linozostin, sive Parthenion Græcis, Latinis verò Mercurialem dictam, ut tradit Diosc. *lib. 4. cap. 201.* & Idem Plin. *eodem lib. 25. cap. 5. in princ.* Alii Medicinæ inventionem, teste Plinio 31
lib. 7. cap. 56. assignârunt Arabo, Apollinis & Babyloniæ filio, quem Bocatius *in Deorum genealogia lib. 5. cap. 23.* Arabem vocat. Alii deinde, inter quos Diod. Sicul. *lib. 6.* Medicinæ inventionem tribuunt Apollini, Vulcani & Minervæ filio. vid, Ovid. *1. Metam. & l. 1. de remed.* 32
amoris. Apollonius Thyaneus & Jamblichus ideò Apollinem Medicinæ inventorem existimatum fuisse, arbitrati sunt, quoniam tota Medicina vaticiniis, quorum & ipse antistes est, exordium habuerit, aliam rationem reddit Macrobius de ipso Apolline loquens *lib. 1. Satur. cap. 17.* 33
Verùm illud inter omnes constat, Apollini filium fuisse Æsculapium ex Coronide Larissea, testibus Ovidio *lib. 2. Metam.* Hygino *lib. 2. Signorum cælestium*, Ioan. Tzezes *hist. Chil. 7. cap. 97.* & Arnobio *lib. 1. adversus gentes*, qui magna Medicinæ attulit incrementa, utpote qui medicinam adhuc rudem paulò diligentiùs excoluit atque illustravit, ob quod in numerum Deorum, ut Cor. Celsus scribit, receptus est, hic ipse ea de re, quod ante ipsum nemo fecerat, libros reliquit, attestantibus Iul. Firmico *lib. 6. Matheseos*, & Paulo Ægineta *lib. 7. cap. 31.* quinimo non defuerunt, qui ab hoc primum repertam Medicinam voluerunt: ut Euximachus Medicus *in Symposio Platonis*, & ante illum Hermes Trismegistus, *in lib. de voluntate divina*, confer S. Augustinum *lib. 8. de Civit. Dei cap. 26.* & Tertullianum *in lib. de Corona militis.* ibi: Primus medelas Æsculapius exploravit. 34
Hunc ipsum Æsculapium quoque mortuos ad vitam revocâsse, tradunt, Servius *in lib. 6. Æneid.* Pausanias *lib. 2.* & Scholiastes Pindari *Pythiorum Od. 3.* qui scribit, tres illum suscitâsse, Hyppolitum, Glaucum, & Tyndareum, idem tradit Interpres Euripidis *in Al-* 35

37 *teste*, eundem Æsculapium fulmine Ictum occubuisse, Poëtæ & Philosophi tradunt, idémque referunt ex scriptoribus Ecclesiasticis Cyprianus *lib. 4. de Idolorum vanitate post princ.* & Arnobius *lib. 1. adversus Gentes.* Et verò Æsculapius non tantùm ubique gentium pro Deo habitus, teste
38 Apuleio *de Deo Socratis*; sed etiam frequentes in ipsius fano incubationes factæ, credebant enim stulti gentiles per somnium remedia ab Æ-
39 sculapio ægrotis in ipsius fano incubantibus monstrari, quibus adhibitis pristinam recuperarent valetudinem. Vide Philostratum *de vita Apollon. Thyanei lib. 1.* Ciceron. *lib. 2. de divinat.* Suetonium *in Claudio c. 24.* hinc Plautus *in Curcul. act. 1. sc. 1.*

hic leno ægrotus incubat
In Æsculapii fano.

Iamblichus quoque de mysteriis Ægyptiorum tradit, in Æsculapii templo accipi somnia, quibus morbi curantur. Ipsaque, *inquit*, ars medendi somniis divinis est comparata. Ex Ictis nostris idem video nota-
40 tum esse ab Andrea Tiraquello *in tract. de Nobilitate cap. 31. n. 39.* Conferatur κριτικώτατος Isaacus Casaubonus *in Notis ad Iulium Capitolinum in vita M. Antonini Philosophi, ad verba. Nec defuerunt homines, qui somniis eum multa prædixisse futura & vera contineuerunt.* Videtur significare, *ait Casaubonus*, solitam in Marci templis exerceri τὴν ἐγκοιμήσεως μαντείαν: consultorésq; inibi incubâtes somnia captâsse, ut in Æsculapii templis, & aliis quibusdam fieri solitum &c. De ejusmodi Incubationibus in templis Deorum gentilium lubet subjicere verba clarissimi Iosephi Quercetani, Consiliarii & Medici Christianissimi Galliæ Regis, quæ exstant, in ejusdem *Diætetico Polyhistorico* scripto excellenti *Sect. 2. cap. 10. p. m. 104.* **Præter hæc alia quoq; erant loca, ut antrum Charonis in urbe Tralles, & in Æ-**
41 **gypto templum Isidis, Deæque Melopidæ, necnon in Epidaurio templum Æsculapii, in quo, prout Ethnici certo sibi persuadebant, ægroti, qui illuc veniebant, certissima & aptissima remedia per somniorum visiones inveniebant, ad curandos proprios morborum vel etiam deploratissimorum & immedicabilium languores & infirmitates. De cujus rei effectis portentosis ac prodigiosis passim literis proditum est in historiarum Comentariis. In eodem Æsculapii templo, ut refert Pausanias, erectæ erant columnæ, quibus insculpta cernebantur, cùm nomina eorum, qui sanitatem recuperaverant, tùm etiam remedia, quibus ex Consilio Oraculi ac visionum ipsis dato usi fuerant. Idem mos fuit apud Romanos**

usque

usque ad Antoninorum tempora, id quod ex tabella marmorea Romæ in Æsculapii templo in Insula Tiberino inventa, & usque ad hanc diem apud Maphæos conservata, intelligere licet. In qua tabula, teste Hieronymo Mercuriali, Medico doctissimo ac celeberrimo, scriptum reperitur (scriptura est translata è Græco in Latinum) quomodo Oraculum docuerit Cajum & Valerium utrumque cæcum, modum recuperandi visum idque factum est publicé coram omni populo, & maximo cum applausu. Item aliud remedium pro cruenta sanguinis spuitione revelatum fuit per Oraculum Juliano & cuidam Lucio, qui gravissimo laterum dolore laborabat, adeò ut prorsus desperatus ab omnibus relinqueretur, remedia illa, qualia fuerint, notata invenies in ipsa tabula. *Hactenus Quercetanus d. l.* Digna hoc loco, ut subjiciantur hac de re verba Plinii *lib. 29 N. H cap. 1.* Sequentia ejus, *ait*, in nocte densissima latuere usq; ad Peloponnesiacum bellum: tunc eam revocavit in lucem Hippocrates, genitus in Insula Coo, inprimis clarâ ac validâ, & Æsculapio dicatâ. Is
cúm fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo ejus Dei, quid auxiliatum esset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur, atq; 42
(ut Varro apud nos credit) jam templo cremato instituisse medicinam 43
hanc, quæ Clinice vocatur. Idem de Hippocrate [Principe Medicinæ, prout eum appellat idem Plinius *lib.7.cap.21.*) tradit Strabo *lib.15.* An
verò reverà hæc ita sese habeant, meritó dubites, cùm remedia illa, quæ 44
incubantibus per somniũ revelata, ita comparata sint, ut parùm vel nihil juvare potuerint Hippocratẽ, prout observat Conring. *in lib. de Hermetica Medicina cap.11.p.117* patet id quoq; ex inscriptionibus illis tabulæ marmoreæ in templo Æsculapii Romæ in Insula Tiberina inventis, quarũ mentionem fecit suprà laudatus Quercetanus eæq; inscriptiones exstant apud Hieron. Mercurial. *lib.1.art.gymnast.c 1.* quin & ipse Plinius non obscurè de veritate hujus rei dubitat, ibi exscripsisse ea traditur & Strabo quoq; *d l.* dum ait: Φασὶ δ' Ἱπποκράτην μάλιστα ἐκ τῶν ἀνακειμένων θεραπειῶν ἐντεῦθεν γυμνάσασθαι τὰ περὶ τὰς διαίτας. Rejicit quoq; hoc ipsum, uti à veritate alienum ex Ictis nostris suprà laudatus Tiraquellus *de Nobilit. cap.31.n.43.* Tanta verò Æsculapii veneratio, apud gentiles, ut etiam mortui propè Æsculapii
templum recondi voluerint, & ibidem requiescere, corpora ibi meliùs 45
fortè quietura rati, quemadmodum & de Valerio quodam ossa sua propè templum Æsculapii collocante testatur Inscriptio Hispaniensis:

46 MORTE ME VALERIUM. M. F. ADSEQUENTE. IN. VLT. TERRA. NULL. O CREDIDI. LOCO. OSSA. NOSTRA. POSSE. MELIUS ADQUIESCERE QUAM. PROPE. TEMPLUM. ÆSCULAPII. ITAQUE. EX. TESTAM. AD. X. PEDES. A. TEMPLO VOLO. CONDIER. VOS. NATI. JUCUNDISS. AB. VRBE. ROMA. HUC. CONCEDITE. AD. SEPULCHRUN. NOSTRUM. DEMETUR DOLOR PIETATE VESTRA. SI MANES SANTIENT VOS MEMORES NOSTRI.

Cæterùm, cùm adusque Peloponesiacum Græciæ bellum, quod
47 gestum est à trecentesimo urbis Romæ Anno, in nocte densissima medicina delituisset, eam tunc primùm Hippocrates Cous, Heraclidæ & Praxitheæ filiæ Phenaretes filius & Herodici Selybriani, Gorgiæque Leontini Rethoris & Philosophi discipulus è tenebris in lucem revocavit, teste Plinio *lib. 29. cap. 1.* De eodem tradit Plinius *lib. 7. cap. 37*, quòd, cùm venientem ab Illyriis pestilentiam prædixisset, & discipulos ad auxiliandum circa urbes dimisisset, honores illi à Græcis ipsi habiti, quos Herculi decreverant. Hujus rei meminit quoque Galenus *in lib. de commodit. Theriaca cap. 6.* qui scribit Hippocratem jussisse, ut accenderentur ignes floribus coronatisq; odoratissimis flagrantes, unguentisq; suaveolentiam spirantibus perfusi, ut ita aer tabificus emacularetur, atque purior ac salubrior aspirantibus fusim subduceretur, ac tradit Varro *lib. 1.*
48 *de re rustica cap. 4.* Hippocratem in magna pestilentiâ, non unum agrum, sed multa oppida scientiâ servasse, nec silentio prætermittendum est, quod Suidas scriptum reliquit, quòd Hippocrates à maximo Regum Artaxerxe expetitus, literisque & ingentibus donis invitatus ire contempserit, cujus rei etiam meminit Plutarchus *in Catone Censorino.* Post
49 Hippocratem fuit ætate, famáque secundus teste Plinio *lib. 29. cap. 1.* Diocles Carystius, Darii Histaspis tempore, cujus exstans elegans Epistola ad Antigonum Regem, de tuenda bona valetudine, quem Dioclem citat Galen. *lib. 3. de locis affectis cap. 6.* Hunc exceperunt Praxagoras Cous, qui, ut Galenus scribit *Therapeutica lib. 1.* ab Æsculapio traxit originem, & Erasistratus Chius, qui Medicorum nobilissimus primus miro novóque modo deprehendit morbum Antiochi ex amore Stratonices novercæ prodeuntem, quam historiam cognitu jucundam ex Medicis recenset Quercetanus *in Dietet. Polyhistor. Sect. 1. cap. 5. p. m. 21.* ex Ictis verò nostris Tiraquell. *de nobilitate c. 31. n. 53. p. m. 137.* eam verò ex vete-

tibus

tibus luculenter descripserunt Plutarchus *in Demetrio*, & Lucianus *in lib. de Syria Dea*, & meminit ejusdem Galen. *lib. 1. Progn. Hippoc. cap 7.* de reliquis scriptoribus & Medicis præclaris laté egit modò laudatus Tiraquellus *de Nobilit. c. 31. ubi à pag. 143. usque ad pag. 160.* inclusivè, etiam plurimos sanctos viros, Reges, Imperatores Romanos, summos Pontifices, Poëtas & Philosophos, qui Medicinæ operam dederunt, recenset, quó Lectorem remitto, hoc ipsum plané non parùm ad dignitatem Medicorum asserendam facere videtur.

Cæterùm, ipsa Medicina tractu temporis incrementa sumpsit, 50
nam ut Seneca *Epist. 95.* loquitur: Medicina quondam paucarum fuit scientia herbarum, quibus sisteretur fluens sanguis, vulnera coirent paulatim, ipsa experientia deinde docente ad perfectionem Medicinæ pervenit, quinimo medicam ab experientia ortam fuisse tradit Aristoteles 51
lib. 1. *Metaph.* Tota enim, ut Quintiliano *lib. 11. cap. 17.* placet, experimentis constat. Vt ad medicinam aptissimè referri possit, quod Manilius ait: *Per varios usus artem experientia fecit. Exemplo monstrante viam.* Verùm, ut inquit Seneca *Epist. 121.* & tardum est & varium, quod usus docet. Nec quicquam omnium est, ait Apuleius *in Florid.* quod possit in primordio sui perfici: sed in omnibus fermè ante est spei rudimentum, quàm rei experimentum. Hinc Aristoteles *lib. 10. Ethic. cap. fin.* asserit Medicum magis experientià fieri, quàm aut studio, aut erudita librorũ Medicorũ lectione οὐ γὰρ φαίνονται ἰατρικοὶ ἐκ τῶν συγγραμμάτων γίνεσθαι.
Apud Babylonios, teste Herodoto *lib. 1.* lege cavebatur, ut ægri in foro circumferrerentur: ut, si quis fortè transeuntium eundem esset morbum
expertus, teneretur gradum sistere, & quodcunque nosset, ei morbo, 52
languorive remedium indicare. Idem apud Assyrios, Ægyptios aliásve gentes primis olim temporibus fieri consuevisse, testatur Strabo *lib. 16. & 3.* adde Euseb. *lib. 10. hist. Eccl. cap. 11.* Similis ferè consuetudo Iberorum, qui parvulos, de quorum vita despondebant, ostiatim circumtulisse memorantur, & remedia à similia passis quæsivisse. Rufinus *Histor.* 53
Ecclesf, lib. 1. cap. X. Mos apud (Iberos) esse dicitur, ut, cùm parvulus ægrotet, circumferatur à matre per singulas domos, quò scilicet, si quis experti aliquid remedii noverit, conferat laboranti. Vide Socratem *l. 1.*
histor. Eccles. cap. 20. & Theodoretum *lib 1. hist. Eccl. c. 24.* Ejusmodi mo- 54
rem apud veteres fuisse, testatur etiam Isidorus *lib. 10. Etym.* Consuetudo erat, apud veteres, *ait*, ut desperati ante januas collocarentur, vel ut extre-

extremum spiritum redderent terræ, vel ut possent à transeuntibus fortè curari, qui aliquando simili laboraverant morbo, eadem exstant apud Servium, qui enarrans illud Virgilii *lib. 12. Æneidos*; ille ut depositi proferret fata parentis. Depositi, *inquit*, id est, desperati. Nam consuetudo erat, ut desperati ante januas suas collocarentur, ut possent à transeuntibus fortè curari, qui aliquando simili laboraverant morbo. A ritu hoc non multùm discrepat ille, cujus meminit Max. Tyrius, & à quo medicinam ortam, vel certè plurimùm adjutum asserit, verba ejusdem græca *ex Oratione 40. περὶ ἰατρικῆς* adduxit Joannes Kirchmannus in opere reconditæ eruditionis *de Funeribus Romanorum lib. 1. cap. 12, pag. m. 103* nos latina modó subjiciemus: Medicinæ, *ait*, vetustissimum inventum his initiis ortum constans, fama est. Eum, qui vexaretur à morbo, domestici exportantes, in frequentissimo vico statuebant, ut à transeuntibus visus, de qualitatibus morbi rogaretur. Ita, qui tulerat depuleratque similem morbum aut incisionibus, aut tolerantia sitis aut cauteriis, aut medicamentis sumptis, prodito remedio laborantem juvabat. Similitudo igitur morbi remediorum colligens memoriam summam ejus, quod ex iis hominum congressibus acceperat, scientiam fecit.

Cæterùm, ut ad propositum redeamus, magna licèt Medicinæ utilitas, ac dignitas, nec non Medici propter necessitatem meritò ho-
55 norandi, ut dicitur Ecclef. *c. 38.* attamen major adhuc ipsorum Legum ac juris majestas, majórque Ictorum in Republica necessitas, cùm plures mortalium salutaribus Legum & juris præceptis, quàm Medicorum remediis conserventur in Republica, unde Romani per
56 quadringentos fermè annos sine Medicis vivere potuerunt, uti post Isidor. Plin. aliósque notavit ex Ictis nostris Reinckinck. *de* R. *S. & E. lib. 1. Class. 5, n. 65.* sine Ictis verò vivere non potuerunt, & quantus, quæso, honos & cultus à prima Reipublicæ Romanæ infantia Ictis exhibitus? quibus statuæ erectæ & domus publicé datæ fuerunt, quò faciliùs consuli possent, prout de Cajo Scipione Nasica Icto memorat Pomponius noster *in l. 2. ¶. 37.* D *de O. I* & Hermodoro E-
57 phesio Romæ statuam publicè in foro positam fuisse, quód Decemviris leges Solonis interpretatus esset, scribit Plinius *lib. 34. c. 6.* cujus Hermodori præter Pomponium nostrum *l. 2. §. 4.* D. *de orig. jur.* meminerunt multi auctores. Cicero *lib. 5. Tuscul. Quæst.* 3. Strabo *lib. 14.*

&

& Diogenes Laertius *in vita Heracliti*. Ast verò eo tempore nulla Medicorum in Republ. Romana auctoritas vel dignitas fuit, serò quippe Medicina Romæ coli, & in aliquo pretio haberi cœpit, diu, ut ingenuo homine indigna, neglecta, & ad servos libertinósque ablegata est, quos so- 58
los fermè medicinam factitâsse, exemplis quamplurimis probari potest, exstant hujus rei in jure nostro indicia *in l. patronus. §. ult. l. medicus. D. de oper. libert. l. alimenta §. 1 C. de alim. leg. l. Thais §. Lucius D. de fideic. libert. l. 1. §. fin. autem C. de com. ser. man.* idem ex scriptoribus Romanis demonstrari potest, ita Seneca *lib. 3. de Benefic. cap. 24.* Tenebatur inclusus Domitius, imperavit medico, eidemque servo suo, ut sibi venenum daret, Cicero *in Orat. pro Rege Dejotar.* Philippum Medicum servum fuisse, non uno loco indicat Quintilian. *lib. 7. cap. 2.* Pollio, *inquit*, constà serviisse eum Pisauri, dominis duobus, medicinam factitâsse, manumissum alienæ se familiæ immiscuisse, similis locus apud Sueton. *in Nerone*, atqui hæc bonorum authorum loca, jam antè observavit incomparabilis ICtus & Criticus Barnabas Brissonius Consiliarius Regius [qui Parisiis indignissimè Ann. 1590. strangulatus in carcere, postea publico furore populi suspensus est: quod facinus Ann. 1594. Henrico IV. quem rectè magnum vocant, adeò displicuit, ut eodem patibulo, carnifex ipse, apparitor, & à confessionibus presbyter jussu Senatus suspensi sint) *Select. ex jur. civil. Antiquitat. lib. 2. cap. 3.* quibus adde *l. Seio. §. ult. D. de ann. legat.* & exstat apud Suetonium *in Caligula*, epistola Augusti Imperatoris in hæc verba: Mitto præterea cum eo ex servis meis Medicum, quem scripsi Germanico, si vellet, retineret, vide Plutarch. *in Cæsare* & Plinium *lib. 7. c. 53.* in familia Medicos servos artificum numero locóq; habitos, ex Varrone *lib. 1. de re rust. cap. 16.* patet. Primus, ni fallor, Ju- 59
lius Cæsar, teste Tranquillo, medicinam professos Romæ civitate donavit. Postmodum Augustus Imp. cúm Antonii Musæ liberti operâ, gravi ac periculoso morbo afflictam valetudinem recuperâsset, in beneficii
prœmium laborisq; eximii mercedem, Musæ ipsi præter magnam pecuni- 60
arum vim, aureorum, annulorum jus, universo verò Medicorum ordini à muneribus civilibus immunitatem dedit, testatur hoc ipsum Dion. *l. 53.* ibi: καὶ διὰ τοῦτο καὶ χρήματα παρά τε τοῦ Αὐγούστου καὶ παρὰ τῆς βουλῆς πολλά, καὶ τὸ χρυσοῖς δακτυλίοις (ἀπελεύθερος γὰρ ἦν) χρῆσθαι, τήν τε ἀτέλειαν καὶ ἑαυτῷ καὶ τοῖς ὁμοτέχνοις οὐχ ὅτι καὶ τοῖς τότε οὖσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔπειτα ἐσομένοις ἔλαβεν. Eidem Antonio Musæ statuam patres ære collato juxta signum Æsculapii statuisse Tranquillus

Dddddd in

in *Augusto c. 59.* auctor est, cujus beneficio Augustum conservatum memorat Plinius *lib. 25. c. 7.* Hisce in Musam collatis honoribus ornata medicina, tractu temporis ad aliquem amplitudinis gradum pervenit, data enim ab Augusto Imp. Medicis immunitas confirmata fuit iisdem subsequentium Imperatorum, Vespasiani, Hadriani, aliorúmque Rescriptis, *l. ult. in fin. D. de munerib. & honorib.* Commodi deinde temporibus valde artis suæ decus Clau. Galenus auxit, cui Ro-
61 mæ statuam publicè positam fuisse ferunt, & tradit Eusebius Cæsariensis *lib. 5. Ecclesiasticæ historiæ c. ult.* autoritate aliorum, Galenum á nonnullis pro Deo habitum. Postmodum data Medicis à superioribus Principibus beneficia Impp. Constantinus, Honor. & Theod. confirmárunt, quorum in Justineaneo Theodosianóque Codice etiamnum constitutiones exstant. Eosdem Medicos, uti á reliquis muneribus, ita à tutela & curâ immunes esse tradit Modestinus *in l.*
62 *6. §. 1. D. de Excusat. Tutor.* Medici, *ait*, qui περιοδευταὶ vocantur, quemadmodum à reliquis muneribus, ita & á tutela, & á cura requiem habent. περιοδευταὶ dicuntur ii Medici, qui circumibant, & ambulabant per urbes, ut ex lege Hippocratis probat Guilelmus Fornerius *in Notis ad Cassiodori lib 6. Variar. 19.* Cl. Gothofredus *ad d. l. 6. §. 1. D. de Excusat. tutor.* eosdem potiùs ἀγυρτὰς dicendos esse, quám περιοδευτὰς affirmat, quam correctionem improbat Colerus *Parergorum cap. 11.* cùm Mo-
63 destinus Ictus non de circumforaneis illis agyrtis & aretalogis loquatur, sed de Clinicis, & qui domatim, prout Colerus loquitur, ægrotos curant, cum quibus etiam nihil commune est illis circulatoribus & περιοδευταῖς *in l. 42. §. 9. C. de Episcop. & Cleric.* Arcemus verò ab ejusmodi privilegiis eos, qui ne Medicorum nomen merentur quidem, qui incantationibus & characteribus morbos curare conantur, quo-
64 modo Plutarchus *in convivio 7. Sapient.* testatur, Tartaros consuevisse morbos incantare, & Strabo *lib. 15 Geograph.* vagari per Indiam incantatores scribit, qui morbos curarent, exempla hujusce rei vide apud Plin. *lib. 28. c. 2.* Plutarchum *in Pericle* aliósque, præclarè de hoc argumento egit summus Ictus Annæus Robertus, qui suo tempore eruditione & eloquentia in Gallia vix parem habuit *lib. 1. Rerum judicatarum Senatus Parisiensis cap. 5, p. m 62, 63. & seqq.* quò Lectorem remitto. Apud Græcos, cùm servi etiam medicinam exercerent, lege prohibitum fuit, ne in posterum id fieret, & veteri Atheniensium lege cau-

cautum fuit: Ne quis servus, neve qua fæmina artem Medicam discito, meminit hujus Legis Hyginus *in Fabularum libro* (docètque eam 65
tandem antiquatam, alterámque suffectam fuisse, quâ ingenuis fæminis medicinam facere concedebatur, non opus est, ut heic plura afferamus, cùm præclarè ea de re egerit Ictus & Criticus nunquam sine 66
laude dicendus Samuel Petitus in egregio isto Commentario *ad* LL. *Atticas lib. 3. tit. 8.* Quamvis verò ex hisce constet, quàm tenuibus orta initiis medicina, quam etiam servi olim ac adeò vilissimi homines exercuerunt, attamen valdè dubitárim, an hoc ipsum detrahat aliquid laudi medicinæ, legimus enim multos servos ad supremum usq; Philosophiæ, & aliarum nobilissimarum artium fastigium evectos 67
fuisse, longôque post se intervallo liberos homines suæ tempestatis reliquisse, pluribus exemplis hoc ipsum ostensum ab Andrea Tiraquello *de Nobilitate cap. 31. n. 524. p. m. 249. & pag. 250.* ut opus non sit ea de re latiùs agi. Nec quoque rectè Medicis præclaris objiciuntur, ac in eosdem detorquentur vulgi dicteria de Medicis: Discere scilicet eos periculis nostris, & experimenta per mortes agere. Medicóque tantùm hominem occidisse impunitatem summam esse, Plin. 68
lib. 29. c. 1. unde & apud Stobæum dicitur, Medico & Advocato occidere licere impunè sine aliquo suo periculo. Inter ipsos Medicos miræ sunt de morbis contentiones, quas Judex discernere nequeat, nisi idem Medicus summus exsistat, Joan. Sarisberiens. *in Polycrat lib. 2. c. 29.* Plurimorum excusatio est, novum fuisse morbi genus, cujus causa & curationis modus nondum innotuerit. Hinc Medicos in Republica Christiana non verè admittendos, quidam dicunt, sed tantummodo tolerandos esse, uti Judæos. Verùm enim verò, ob hæc & alia, quæ objiciunt, artem præstantissimam quis damnabit? hominum ista, non artis vitia sunt, secundùm Plinium *d. lib. 29. c. 1.* neq; vitia indoctorum quorundam doctis & experientissimis Medicis imputari debent, & verò secundùm Poëtam Ovidium *lib. 1. de Ponto.*

Non est in Medico, semper revelerur ut æger,
Interdum doctâ plus valet arte malum.

planè, in quibusdam morbis τὸ θεῖον reperiri, & hac ætate nostra tales visos, qui etiam solertissimorum Medicorum scientiam effugerint, tradit Forn. *de addit. rerum caus. l. 2. c. 16.* Adde novos subinde 69
Medicis sese offerre morbos, Galeno & Hippocrati nunquam auditos.

Ast unde Medicus ratiocinari poterit, hanc vel illam regionem id genus morbis vexari, eorúmque causas afferat, cui natura loci, hoc est, terrarum, fructuum, aquarum, ipsius aëris & similium ignota? Vide Josephum Quercetanum *in Diates. Polyhistoric. Sect. 2. cap. p, m. 59. & 60.* ubi de mira ipsius aëris efficacia & natura disserit, notari præprimis verò meretur, quod Idem inter alia *d. l.* memorat, quòd à mense Junio, ad exitum usque æstatis, imò etiam ad bonam autumni partem, 74 æstu non amplius urgente, sed & pluviarum copia priùs contemperato, nemo hominum ausit, citra vitæ dispendium Româ Neapolim proficisci, unde etiam omnibus tum temporis via illa interdicta, ne quis sponte vel inscius pereat. Feliciter quidem, pergit Idem Quercetanus *d. l.* succedit iter, si trans Neapolim, Siciliam aut Militen etiam versus iter protrahitur: aut mox aut cum aliqua mora Romam redituro, nulla vitæ prorsus servandæ spes affulget, rarique periculum hoc tentantes mortis discrimen effugiunt. Subjungit paulò pòst Idem Quercetanus: Hoc periculum, *ait*, cùm plures Nobiles Galli amplissimarum familiarum Italiam lustrantes, dum pertinaciores, ac parum consiliis seniorum amicorum obtemperantes tentare ausi essent, noctis frigiditati fidentes, quam ad iter faciendum potiùs, quàm diem eligebant, ut temperatiorem & minùs noxium aërem experirentur, dum aspernati omne consilium, sese Româ Neapolim in viam dederunt, & ea lustrata reditum Romam aggressi, vitæ suæ dispendio experti sunt, quàm parùm tutum fuerit pertinaciæ indulgere. Idem passi sunt non ita pridem etiam hujus urbis generosi quidam juvenes cum satellitibus & servis: *Hactenus Quercetanus d. l.* qui in hujus rei causam inquirit.

75 Cæterùm, non minima etiam Medici prudentia, in eo versatur, ut, antequam de remedio cogitet, partem affectam, caussam, & speciem morbi probè cognitam habeat, ubi enim majores sæpius committuntur errores, quàm hac in re, ad quam cognitionem comparandam non parum juvat dissectio cadaverum, quam ἀνατομὴν dicimus, unde in omnib. Italiæ, Germaniæ, Hollandiæ, aliarumque provinciarum Academiis, punitorum, sive suspensorum cadavera Medicis ad Anatomiam concedantur, perfecta enim Medicinæ cognitio, non magis absque Anatomicis dissectionibus comparari potest, quàm vera aliqua alterius artis scientia absque ipsiusmet proprii & genuini 76

subjecti notione, & patet hujus Anatomiæ neglectum veteres artis Medicæ conditores, inprimis qui Herophili & Erasistrati tempora antecesserunt, in plures conjecisse errores, & ipsum Aristotelem inde sæpius labi, & decipi ab eo alios, ab eruditis notatum est, & cùm dissectio illa Cadaverum, á Medicis, publici boni & utilitatis gratiâ suscipiatur, ut scilicet Medici hac consideratione & inspectione in
77 conservandis & curandis corporibus vivorum, peritiores fierent, rectè cadavera Medicis ad Anatomiam concedenda esse, tradunt Juris nostri interpretes, Julius Clarus *lib. 5. recept. sentent. § fin q. 100. n. 2.* Bertachin. *in Repertorio suo verb. Cadavera vers. 5.* Curt. Iun *n. 38* & Caspar Valasc. *n 17. in l. imperium 3. D. de jurisdict.* Jacob. Menochius *de arbitrar. Judic quæst. cas 185. n. 10. 11. 12.* Marquardus Freherus *lib. 1. παρέργ. c 25. §. cæterum cadavera τῶν θανατώτων*, & ita Vniversitatem Salmaticensem ad consultationem Caroli V. Imp. Anno 1550. respondisse, refert Anton Gommez *tom. 3. Var. Resolut. jur. c, 14. n, 9,* confer Eberhardum Speckhan *Centur, 1, Quæst, jur, Quæst, 8, per tot.* Apud Ægyptios idem olim receptum fuisse testatur Plinius *libro 19. N H. c 5.* ibi: in Ægypto regibus corpora mortuorum ad scrutandos morbos insecantibus.
78 Adde, quòd per ejusmodi Anatomiam Medici in multarum & reconditarum rerum cognitionem provehantur, & multa rariora observare possint, ita ante quinque ferè annos, cùm in Academia Julia studio Juris operam darem, Experientissimus Medicus Dn. Bosfius, studiosi cujusdam Medicinæ, maximè pinguis, thoracem aperuit, ubi ipsam cordis substantiam lardosam quasi reperit: id quod uti rarissimum, tum publico quoque programmate funebri significabatur; similia tamen exempla plura, tum in hominis, tum in animalium sectione observarunt, Schenk. *Observ. f. 297* & J. Spigel *lib. 9 de struct. hom. cap. 6.* simile quid in sectione honesti cujusdam viri, ubi cor totum adipe penè superductum fuit, se in Academia Groningensi observasse mihi Lugduni Batavorum Anno 660. retulit amicus meus fraternus Henricus Meibomius, idemque in exercitatione quadam Medica, de observationibus rarioribus in prædicto subjecto Anatomico habita, in prædicta Groningensi Academia *th 25.* annotavit. De corde alioquin etiam observarunt Anatomici, posse hoc ipsum fata vulnerum capere subinde, superstite animantis domicilio, si in carnea substantiæ exteriotis parte incidant; ita testatur Thomas á Veiga *ad*

L. 5. de.

L.5, de Loc. Aff. c.1. inventam in corde Cervi sagittam jam olim callo obductam. Pati quoque ad breve spatium inflicta vulnera, ad dies horásq; experientia Galeni *4. L. aff. c. 1.* Fernelii *5. Pathol. 11.* Brasavoli *comm. 6. Aph. 18.* comprobatum est, confer Thomam Bartholinum in erudito scripto *de Latere Christi aperto cap. 10. p. m 135.* & verò tempus citiùs, quàm oratio deficeret, si de necessitate & utilitate Anatomiæ in Medicina, pro dignitate differere vellem, præsertim cùm luculenter id ipsum præclarissimi Medici in scriptis suis docuerint, & hoc ipsum à proposito nostro paulò alienum sit, manum igitur de tabula tollimus, ne falcem alienam in messem immittere videamur.

Cæterùm, Medici imperiti & negligentes meritò à privilegiis, Medicorum Ordini tributis, excludendi, quinimo si per inperitiam eorundem factum, ut æger moreretur, meritò puniendi, circa pænam quidē inter juris nostri interpretes non convenit, Floria *in l. idem juris D. ad l.* 79
Aquil. imperito & indiligenti Medico pænam mortis statuit, *Marsil. in l. in lege n.3 D. ad l. Cornel. de Sicar.* Vincen. Caroc. *in tract. Locati par. 4. tit. de culpa q.3. n.9.* cùm secundùm Theodoric. apud Cassiodor. *lib. 6. Var. c.19.* Homicidii crimen sit in hominis salute peccare, unde etiam exstant severioris animadversionis exempla in Medicos, summorum præ- 80
sertim Principum, edita, Euseb. *lib. 7. hist. eccles. c. pen.* Arod. *rer. jud. lib. 10 tit. 19 c.7.* Apud Memphites mortuo ægroto & Medicum oc- 81
cisum fuisse refert Diod. Sic. *l. 2. c. 3.* vide parentem dilectissimum Christophorum Crusium *p. 1. de indic delictor. c. 56. n. 4.* Nobis contraria arridet sententia imperitum & negligentem ejusmodi Medicum, cujus per imperitiam æger mortuus, pænâ extra ordinariâ non capitali, nisi circumstantiæ aliud suadeant, afficiendum esse, quomodo etiam statuerunt Jul. Clar. *in §. homicidium n. 17.* Petrus Heigius *p. 2. quæst. 26 n. 56* ubi plures adduxit idem sentientes, Eberhardus Speckhan *Centuria 1. quæst. 26. per tot* Henric. Bocerus *de omnis generis homicidio lib. 1, c, 5. n 93*, Lud. Gilhausen *in arb. jud. crim. c. 2. tit. 12. de homicidio n 55.* Anthonius Bullæus *affinis meus p. m. in Commentar. Criminali ad Constitut. crimin. Caroli V. articulo 134 p. m, 144.* Ratio hujus rei hæc est, quòd lex Cornelia de Sicariis dolum verum in homicida requirat. *text. express. in l. 1. in pr. D. ad* 82
l. Cornel. de Sicar. ast imperitia & negligentia ad culpam latam pertinent 83
eaque in criminalibus caussis & puniendis delictis, vero dolo non solet comparari, *l. in lege 7. D. ad, l. Cornel. de Sicar.* quod ipsum procedit non

tantùm

tantùm, ubi de pœna mortis agitur, sed etiam, si vel minima pœna corporalis infligenda veniat, *l. cum a. § excipitur D de ædil. edict. & l. 3. § non tant. D. de incend. ruin. nauf.* Franc. Viv. *l. 1. decis. 279. n. 4. 5.* proinde Carolina sanctione arbitraria in hujusmodi Medicum definita est pœna. Vide elegantes Andr. Gail. *Practicarum observationum l. 2. obs. III.* Quodsi dolo Medicus
84 occiderit ægrotum, dubium non est, quin lege Cornelia de Sicariis pœnâ capitali teneatur, Jul. Clarus *lib. 5. § homicidium n. 17.* Gail. *d. lib. 2. obs. III in fin. text. in l. necessarios § fin. D de S.C. Syllania* ibi: Medici insidiis,
85 cùm plus sit, hominem veneno exstinguere, quàm occidere gladio, *text. in l. 1. C. de malefic. & mathematic. confer l. 3. D. de extraordinar. cognit.* in quâ Ulpianus de Medico quodam refert, qui cùm ei curandos oculos suos, qui iis laborabat, commiserat, periculum amittendorum eorum per adversa medicamenta inferendo compulerat, ut ei possessiones suas æger venderet, quod ipsum incivile factum à Præside provinciæ coercendum, remque ægro restituendam esse, Ulpian. *d. l.* respondit; alioquin extra dubium est, Medico imputari eventum mortalitatis non debere, *l. illicitas 6. § sicuti D. de offic. Præsid.* Imperitis verò Medicis meritò illud Jani Dousæ objici poterit:

Abi Idiota, circulator hinc abi,
Facesse agyrta de foro
Quibus loquacis affatim arrogantiæ est:
Peritiæ parum, aut nihil,
Neque ulla mica literarii salis,
Crumenimulga natio.

86 Verum enim verò, uti Medicina egregium donum Dei est, promanans ab altissimo Syr. 38. 4. ita egregiis & experientissimis Medicis meritò sua manet dignitas ac honos, & saluberrimè Sapientissimus mortalium præcipit: Medicum honorandum esse, cùm propter necessitatem illum altissimus crearit. Vide Melchioris Goldasti Haiminsfeldii paradoxon de honore Medicorum, in quo præceptum Jesu Syrachi apodicticè explicatur, sane perinde ferè generi humano necessaria est Medicina,
87 quàm ipsa alimenta, unde & in jure nostro medicina alimentorum nomine continetur, *l. verbo victus 43 & l. seq. 44.* ub. Gædd. *n. 3. D. de V. S.* Bart. *in l. legatis D. de alim. & cibar. leg.* Jacob. Menochius *lib. 4. de præsumpt. præsumpt. 157. n. 30.* Kizel. *in Synops. matr. c. 7. theor. n. h. & the. 2. c.* Vide Camil. Borell. *cent. 1. consil. 71. n. 1.* & maritus uxori infirmæ medicum

cum.

cum non adhibens dotem admittit, eique non succedit, Alex. Jas. Zas. & Petr. Barbosa, *in l. 50. §. 1. D. sol. matr.* Jacob. Thom. *vol. 1. cons. 50. n. 10.* Nic. Boërius *decis. 244. n. 12.* Modest. Pist. *par. 2. q. 57. n. 8.* Joan. Petr. Surd *de alim. tit. 4. q. 5. n. 4. 9.* Joan. Copp. *in observat. pract. Obs. 172. n. 39.* & infiniti alii Dd. add. & Anthonio Bullæo *in Decade Responsorum juris Consilio 1. in Resolut. Quæst. 9. p. m. 92.*

Cæterùm, ut ad propositam quæstionem redeamus, constat ex prædictis, leges eàrumque cultores potiores esse & præferendos Medicinæ Doctoribus. Legum enim auctor Deus, Psalm. *82. vers. 16.* utilitas verò earundem in plures diffusa: Necessitas deniq; tanta, ut sine lege neq; civitas, neq; domus ulla, vel ad momentum subsistere possit. Sanè, quantò priùs urbes, quàm Medicinæ ars reperta, conditæ fuerunt: tantò præstant Medicinæ leges, quarum consilio atque ope fultæ res publicæ in immensum crevere, Justitia enim Rerumpublicarum est fundamentum: cujus ministræ dicuntur leges. Ast verò absque Medicorum opera multis vixit sæculis humanum genus. Necessitas insuper priores homines coegit, ut leges constituerentur; quò tutior esset eorum vita, qui minùs viribus valerent. Cùm enim vis rationi inimica soluta legibus vagaretur: tantùmque quisque possideret, quantum sibi vindicare corporis robore potuisset, ex quo rapinæ, spolia, cædes emergebant: necesse fuit ad legum præsidia confugere, quæ ab injuria homines arcerent: & suum cuique tribuerent, & verò Lex est recta ratio: ut Ciceroni placet, à mente divina manans: quæ recta suadet, prohibétque contraria. 89

Porrò, nihil magis dignitatem Legum auget, quàm quòd ipsi Principes legibus se vivere profiteantur, unde præclarè Theodos. & Valentinian. Impp. *in l. 4. C. de Legib.* Digna vox est, *ajunt*, majestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri &c. Sic & apud Agapetum ad Justinianum: Non est Princeps supra leges, sed leges supra Principem, optimique Principis nota illa, ex legum bonarum præscripto velle vivere, proinde laudatur à Plinio *in Panegyrico* Trajanus: Ipse, *ait*, te legibus subjecisti, Cæsar, quas nemo Principi scripsit, sed tu nihil amplius vis tibi licere, quàm nobis. Notissimum etiam est istud Apollonii Thyanei ad Domitianum apud Philostratum *lib. 8.* Hæc mihi dicta sint de Legibus, quas si tibi imperare non putaveris, ipse non imperabis. Vide Petrum Gregorium Tholosanum *lib. 7. de Republ. cap. 20.* facilius planè est, ut apud Cassiodorum dicitur, errare Naturam, quàm dissimilem sui 90

Princeps possit formare Rempublicam, quò spectant versus Claudiani:

In commune jubes si quid, censesve tenendum,
Primus jussa subi: tunc observantior æqui
Fit populus, nec ferre vetat, cùm viderit ipsum
Auctorem parere sibi.

91 alioquin dubium non est, quin Princeps legibus solutus sit, ceu patet ex *l. 31. D. de LL.* § *finali. Instit. quib. mod. testam. infirment. l. 14. §. 1. D. de manumiss. l. 26. C. de donat. inter Vir. & uxor.* Nov. *105. c. 2. §. fin.* nec enim ipse obligabitur imperio subditorum, aut alterius exteri Principis, aut
92 sui ipsius imperio: prius enim esset contra majestatem; ut & secundum; tertium absurdissimum, cùm nemo civiliter sibi imperare possit, *l. pen. D. de recept. arbitr. l. 13. § 4. D. ad SCtum Trebellian. & l. 58. D. de judic.* & cui præterea ignotum, populum Romanum, qui legibus solutus fuit, Faber *in Iurispr. Papin. lib. 1 princ. 8. illat. 2.* Schiferdegger *ad Antonium Fabrum lib. 3. cap. 19 quæst. 11.* Gothofred. Anton. *in disp. Apolog. de Majest. imper. LL.* solutâ, omne suum imperium, potestatémque omnem transtulisse in Imperatorem, lege Regia *l. 1 D. de const. Princip. §. 6. Inst. de J. N. G. & C.* quam communiter Dd. tradunt latam fuisse Anno V. C. 741. Anno mundi 3939. secundùm alios anno 7. vel. 8. post pugnam Actiacam V. C. 729. Anno mundi 3926. quod verosimilius videtur Henrico
93 Hahnio in *Observat. ad Wesembec. tit. 4. n. 1.* quamvis hujus Legis Regiæ tempore Augusti latæ nullus ejus ævi Romanorum scriptorum mentionem faciat, unde multis viris eruditis etiam nostri seculi hæc de lege quâdam Regia lata assertio suspecta visa fuit. Vide Tobiam Paurmeisterum à Kochstet *lib. 1 de jurisdict. Imperii Romani cap. 5. per tot.* quâ de re alibi pluribus acturi sumus.

Hoc loco omittimus alia argumenta, eaque minùs stringentia adducta à Chassanæo *p. 10. Considerat. 25. Catalog. Glor. Mundi,* Barba. *in c. clerici X. de judic.*, aliisve pro asserenda Ictorum præ Medicis præeminentia, petita tum ab ordine scripturæ, tum encomiis, quibus passim Icti
94 in jure nostro ornantur. Poggius Florentinus Orator Clarissimus, ac suo tempore Sedis Romanæ Secretarius *in Secunda Convivali disceptatione,* quæ inter alia ipsius opera edita exstat, luculenter quidem de hac quæstione: *Utra artium Medicina, an iuris Civilis præstet?* disseruit, verùm argumenta ab ipso pro utraque parte adducta, parùm vel nihil stringunt, cùm ea ipsa potissimùm de abusu Iuris, & ignorantia ac sordibus fabu-

tabularum forensium, necnon Medicinæ abusu, & imperitorum Medicorum & Empyricorum vitiis agant, ast verò tollatur abusus & maneat usus, hæc enim ipsa non artis, sed hominum vitia sunt.

Cæterùm, non opus est, ut pluribus argumentis probemus, ICtos præferendos Medicis, cùm consuetudo & observantia, ut *in princ. Capitis* monuimus, omnium ferè Academiarum Galliæ, Italiæ, Hispaniæ, Germaniæ, aliorúmque regnorum iisdem ultro præcedentiam præ Medicis deferat.

Qui tamen latiorem hujus quæstionis alioquin inter Dd. satis famosæ, discussionem desiderat, eum remittimus ad ipsos scriptores, qui vel ex professo de hac quæstione in peculiaribus scriptis egerunt, vel incidenter eandem in operibus suis tractârunt. Quomodo (quos ego quidem legi) de hac quæstione egerũt, eámq; latè examinârunt, præter modò 95
laudatum Poggium Florentinum, Oratorem clarissimum; Petrus Charmensis Medicus in lib. cui Lixoperitam titulum fecit, in quo & ICtum & Medicum parem per omnia fecit, neutrúmque alteri, vel præstare, vel cedere censet, Bernardus Medicus Florentinus, qui disputationem hac de re edidit, quâ medicinam legibus anteposuit. Collutius Perus Salutatus, qui contrarium asseruit *in tract, de Nobilitate legum & Medicina.* Præter hos de hac quæstione consulendi Chassanæus *in Catalogo Gloriæ Mundi part, 10, Consideratione 25, á p, mihi 621, usque ad p, 632*, inclusivé, Barba, *in c, clerici X, de judic*, Andreas Tiraquellus *in tract, excellenti de Nobilate cap, 31, p, m, 221, & seqq*, ubi præclarè in utramque partem de hac quæstione egit, Joannes Nevizanus Astensis ICtus *in Sylva Nuptiali lib, 5, ferè per tot*, Cavalcan. *p, 2, decis, 20, n, 26*, Pettrus Heigius *part, 2, Quæstione 26, n, 7, 8, 9, 10. p, m. 218, & 219*, Ehemius *princip, juris lib 2, p. m, 123, & seqq*, Joannes Bodinus *lib, 3, de Republ cap, 8, p, m, 476*, Angelus Mathæacius *lib. 1, de via & ratione artif, jur, cap, 10, n, 1, & seqq*, Iacob, Martini *Cent. 9, var, quæstion, disp, 2, qu, 10*, Roderic, à Castro *in Medico Politico lib, 1, cap, 12*, Besoldus *in tract, de jur, Academ, fol, 200, n, 5*, Benius *lib, 3, de privilegiis JureConf, cap, 55*. Daniel Otto *de jur, publ, Imp, Rom, cap, 19, p m, 680. & seqq*, Johannes Wurmserus *in Exercitat, Academ, de jur, publ, 4, quæst, 17*, Anonymus *in Notis ad tract, Criminal, Cunradi Hertz ICti Conclus, 8, p, m, 143*, Theodorus Reinckingius *de R, S, & E. lib, 1, Class, 5, cap, ult, p, m. 214*, confer Ioan. Montaigne *in tract, de authorit, magni consilii n, 89*. ibique Nicol, Boer, *in addit, lit, c*, festivè refert ex

96 Nevizan. histrionem quendam satuum coram *Duce* Mediolani determinâsse hanc quæstionem, nempe, quòd latro præcedat carnificem; hoc est, Advocatus, latro, præcedat Medicum carnificem, quoniam nulius bonus Medicus, nisi priùs centum occiderit,

In Consiliis de hac quæstione egerunt, Laurent. Sylvan, *vol, 1, consil, 20, n. 6*, Natta *tom, 1, cons. 1, n, 2*, Modest. *Pistor. vol, 1, cons, 91, n, 40*. aliique.

Cæterùm, *An Ictus non Professor preferendus Medico Professori?* Hanc
97 Controversiam Rostochii de facto motam fuisse memorat Nolden. *de Stat, Nobil, cap, 9 n, 405*, quæ cùm in domesticas rixas abitura esset, utraq; parte rationibus causam suam tuente, Vlricum Ducem Megapolensem Academiæ istius fundatorem & Cancellarium Anno *1599. 14.* Martii totum negotium ita transegisse, ut quidem Doctores Juris non Professores in solennibus processionibus, auditorium ineundo & exeundo Ictos Professores sequerentur, atque ita Medicos & Philosophos haberent pedissequas, prout loquitur Nolden. *d. l.* In ipso autem auditorio, dextrum latus soli Professores serie non interrupta occuparent, & reliqui Doctores non Professores è regione sederent, & hoc pacto neque hi illos, neque illi hos impedirent: *Hæc Nolden,* Vide de hac quæstione pluribus Ernestum Cothmannum *Resp, academ, 45, n, 12. & 13.*

Caput. XXXV, & ultimum.

De præcedentia, dignitate, & prærogativis Magistrorum, Baccalaureorum &c. cum operis totius Epilogo.

SUMMARIA.

1. Titulus Magistrorum Philosophia, licèt maximè Philosophis conveniat, in quibusdam tamen Academiis Theologis eximiis κατ' ἐξοχὴν tribuitur.

2. Parisiis & Lovanii Magistri dicuntur Theologiæ Doctores, qui omnis doctrinæ censuram sibi vindicant.

3. Hinc

3. *Hinc factum, ut Magistri aliquando Doctoribus in Titulis præferantur, quæ de re adducta litera Caroli V. Imperatoris, quæ exstant apud Goldastum.*
4. *Galli plerosque Doctores Magistres appellant.*
5. *Quanta Magistrorum Philosophiæ dignitas?*
6. *Dei immortalis munus est, quòd vivimus: Philosophiæ, quòd bene vivimus, secundùm Senecam.*
7. *Egregius locus Ciceronis hac de re adductus.*
8. *Exponitur istud Pauli Coloss 2. v. 8. Videte, ne quis vos decipiat per Philosophiam & inanem fallaciam.*
9. *Adducuntur hac de re verba Hugonis de S. Victore.*
10. *Patres primitivæ Ecclesiæ legitimum Philosophiæ usum non rejecerunt, quod adductis testimoniis Tertulliani, Lactantii, & Hieronymi confirmatur.*
11. *An Epicurus summum bonum in voluptate posuerit, ut vulgò traditum? disquiritur.*
12. *Veteres Philosophi, amore Philosophiæ inflammati exteras adierunt gentes & remotissimas terras, quod ipsum fecerunt Pythagoras, Democritus, Plato, & Sallustius Philosophus aliiq;*
13. *De Platone Augustinus scripsit, se in eodem invenisse istud S. Iohannis Evangelistæ: In principio erat verbum &c.*
14. *De eodem Platone Cyrillus scribit, eum rectiùs & sobriùs de Trinitate scripsisse, quàm Arrium.*
15. *Plato è Chaldæorum, Ægyptiorúmque libris non solùm fabulas, sed etiam fulmina veritatis hausit.*
16. *Adducitur memorabilis Platonis locus, ex ipsius Timæo, de SS. Trinitatis mysterio.*
17. *Subjiciuntur de notabili isto Platonis loco, & divino effato subtilissimi Julii Cæsaris Scaligeri verba.*
18. *De Aristotele, ejusq; admiranda scientia lectu jucunda adducuntur.*
19. *An Aristoteles agnoverit Intelligentias, quæ moverent orbes cœlestes? exponitur.*
20. *Quanta summi Philosophi Pythagoræ auctoritas, & an ea tanta fuerit, ut penes discipulos etiam absq; ratione valuerit? quod rejicitur.*
21. *Neque veritas desiderat vetustatem, neque mendacium devitat novellitatem.*
22. *Magistri, qui in officiis publicis constituti, præferendi his, qui ejusmodi munere non funguntur, ejusq; rei ratio indicata.*
23. *Qui priùs Magisterii dignitate cohonestati præferendi posterioribus.*
24. *Quot Magistri Philosophiæ in Academia Wittebergensi, inde à fundatione primâ ejusdem usque ad Annum 1655. creati.*
25. *Inter Candidatos Magisterii, qui tempore promotionis renunciatur*

 primus,

primus, meritò prærogativam habet in sedendo, procedendo, & subscribendo.

26. *Nisi tamen forte ita collocati sint, ubi de Sortibus Virgilianis, & similibus lectu jucunda adducuntur.*

27. *Baccalaureorum creatio ad Reservata Principis an referenda?*

28. *Baccalaureatus non est dignitas, sed gradus ad eam.*

29. *Baccalaurei unde dicti?*

30. *Voto Opus finitur.*

POsteaquam de præeminentia & sessione Doctorum Theologiæ, Juris, & Medicinæ pro instituti ratione egimus, Colophonis loco, pauca quædam de dignitate & præcedentia Philosophorum subjiciemus.
1 Et verò post Theologos, Ictos & Medicos, in Academiis Germaniæ, aliarùmque provinciarum proximum ferè locum Magistros Philosophiæ, prout hodie audiunt, obtinere constat. Et licèt hic Titulus maximè Philosophis conveniat, dubium tamen non est, quin nõnunquam etiam Theologis eximiis in quibusdam Academiis κατ' ἐξοχὴν tribuatur, Parisiis & Lovanii Magistri dicuntur Theologiæ Doctores, qui
2 omnis doctrinæ censuram sibi vendicant, ex quo fit, ut Doctoribus etiam in Titulis aliquando præferantur, Matthias Stephani Ictus & Antecessor in Academia Gryphiswaldensi *lib, 2, de Nobilitate n, 15, p, m, 288*, Matth. Dresser. *in Millenar, 6, pag, 285.*
3 Ita Imperatoris Caroli V. ad Vniversitatem Viennensem literæ, quibus Lutheri libros flammis tradi mandavit, hanc inscriptionem habent: Den Würdigen/ unsern lieben Andechtigen und getrewen N. Rector, Magistern und Doctorn unser Vniversität Wien/ exstant hæ literæ apud Goldastum in Reichs Satzungen
4 p, 245, Galli planè plerosque Doctores appellant Magistros, Aldobrand, *in proœm Instit, verb, Magistros.* Et quód sub Magistri nomine cujuslibet Facultatis Doctores comprehendantur, tradit Alciatus *in l, cui præcipua, D. de V. S.* Vide Rebuffum *in tract. Concordatorum tit. de collationib* ¶. *1. p.m.919.* Equidem non minima Magistrorum Philosophiæ, est dignitas, quibus, si iidem eruditione insigni, ac doctrina præditi sint, honos ac prærogativa debetur, Veteres quippe Philosophos summo cultu prosecuti fuerunt. Quid enim pulchrius aut jucundius Philosophiâ? quæ studium sapientiæ & vitæ lex, Senec. *2. Ep. 17.* quæ inexpugnabilis murus, quem
5 fortuna multis machinis lacessitum non transit, Idem *lib. 11. Ep. 83.* Philosophus enim ipsâ Fortunâ altior & sublimior stat; utpote semetipso, & ex nascentibus bonis contentus; hoc iis, quæ casu non dantur, quale bonum

bonum est virtus: Hic ipse totum Fortunæ regnum despiciens, animosè cum Horatio exclamat; *Fortunam*

> *Laudo manentem, si celeres quatit*
> *Pennas; resigno quæ dedit, & mea*
> *Virtute me involvo.*

Rectè Seneca *lib.14.Ep.10.* de Philosophia verba faciens: Deorum immortalium munus est, *inquit*, quòd vivimus: Philosophiæ, quòd bene vivimus. Cicero *lib.1. de Oratore* asserit, laudatarum artium omnium procreatricem quandam, & quasi parentem esse φιλοσοφίαν, in qua difficile est enumerare, quot viri, quanta scientia, quantaque in suis studiis varietate, & copia fuerint, sed omnia, quæcunque essent, vel scientiæ pervestigatione, vel disserendi ratione comprehenderint. Proinde malè nonnulli disciplinas Philosophicas, quarum tamen primitivæ Ecclesiæ patres peritissimos fuisse, ipsorum scripta testantur, aut in totum rejecerunt, atq; è scholis Christianis eliminanda esse, tanquam deprædatrices pietatis & veræ religionis, contenderunt aut saltem earum ministerium in officina Theologica repudiarunt, abusi dicto isto, Gentium Doctoris Pauli Coloss. 2. v. 8. ibi: βλέπετε, μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας, καὶ κενῆς ἀπάτης, Videte, ne quis vos decipiat (ut Vulgata) spoliet (ut Hilarius *lib. XII de Trinit.*) deprædetur (ut Theophylactus & Ambrosius legunt) id est, velut prædam à DEO abducat (ut annotat Vatablus) per Philosophiam & inanem fallaciam.

6

7

8

Enimvero ibidem Apostolus Paulus genuinam, veram, & sinceram Philosophiam non damnat ἁπλῶς & simpliciter (cùm per illam, ut talem, quatenus in legitimo suo usu constituta est, nemo seducatur, ipseq; Paulus principiis cùm vera Philosophia communibus frequenter utatur) sed rejicit illam tantùm κατά τι, secundùm quid, hoc est, ratione abusûs, quando scilicet intra suos terminos sese non continet, sed evagatur, & Dominæ potiùs, quàm ancillæ vices in Religionis negotio obtinere annititur. De hoc abusu & mala applicatione Philosophiæ, verba Pauli exaudit Hugo de S. Victore, vir humanarum & divinarum literarum eruditione clarissimus, & Augustini doctrinæ & phraseos usque adeò æmulator, ut Augustini lingua ab eruditis sui temporis appellatus fuerit, hic igitur *in annotationibus elucidatoriis Quæstionum circa Epistolam Pauli ad Coloss. quæst. 8. cap. 2.* Nonne cognitio rerum naturalium, *ait*, quam tradiderunt Philosophi, utilis fuit ad Dei invisibilia cognoscenda? Per visibiles enim rerum

9

1

rerum visibilium formas, quarum doctrina docetur in Mathematica, venitur ad visibiles rerum visibilium causas, quas docet Physica, per quas venitur, ad cognoscendas invisibiles substantias, & visibilium substantiarum invisibiles naturas. Quomodo ergo Apostolus talem cognitionem vocat inanem fallaciam? Solutio: Apostolus non reprehendit Philosophos de hoc, quód naturas rerum inquirebant, sed de hoc, quòd potentiam DEI, cùm sit infinita, sub causis naturalibus coarctare conabantur, dicentes; DEUM nihil facere contra naturam. Vnde, Deum creaturam fieri; Virginem parere; mortuum reviviscere; dicebant esse impossibile. Hunc ergò errorem eorum jure reprehendit Apostolus; non veram, quam habebant, de naturis cognitionem. *Hactenus Hugo de S. Victore d. l.* Rectè Justus Lipsius *in Manuductione ad Stoicam Philosophiam lib. 1. Differtat. 3.* Nihil, *inquit*, Patres veræ & sobriæ Philosophiæ damnatum & rejectum eunt; sed aut sophisticam culpant, aut nimium ejus studium & honorem. Nam ut scias, primis illis Ecclesiæ temporibus non deerant, qui Christum ore adsumerent, & Platonem animo non exsuerent: qui miscerent etiam dogmata & sacra illa profanis prava subtilitate temperarent. Inde errorum rivi & hæreses, & jure meritò

20 Patres in hos tales incurrunt. At hanc subditam & dominæ illi, ut sic dicam, ancillantem, adeò non spernunt, attollunt potiùs & laudant. *Hæc Lipsius d. l.* Tertulianus *in libro de Idololatria*: Quomodo quis institueretur, *inquit*, ad prudentiam humanam vel ad quemcunque actum sine literis, cùm instrumentum sit ad omnem vitam literatura? Quomodo repudiamus secularia studia, sine quibus divina esse non possunt? Lactantius Firmianus *lib. 3. Divin. Instit. c. 1.* Philosophia, *inquit*, non nocet, imò prodest plurimum, si religione imbutus est animus. Confer S. Hieronymum *in c. 1. Daniel.* S. Augustinum *lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 40.* & Clementem Alexandrinum *lib. 1. Strom.* qui ibidem existimat, hîc damnari Philosophiam, quæ tollit providentiam secundùm traditionem hominum, hoc est, Philosophiam Epicuri, abortivi Philosophorum generis infausti parentis, qui providentiam sustulit, &, ut vulgò existimant, sum-

21 mum bonum in voluptate posuit, quamvis, ut obiter id addam, verosimile non sit, Epicurum in voluptate Corporis summum bonum posuisse, sed potiùs voluptatem, & tranquillitatem animi intellexisse, ipse Epicurus hoc indicat & expressè scribit *in Epistola ad Menaceum* apud Diogenem Laërtium *in ejus vita*, de eodem Epicuro Laërtius *d. l.* inter alia hæc memorat: *αὐτὸς τι φησιν, ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς, ὕδατι μόνον ἀρκεῖσθαι καὶ ἄρτῳ λιτῷ. καὶ*

πέμψον μοι τυροῦ (φησὶ) κυθρίδιον, ἵν' ὅταν βούλωμαι, πολυτελεύσασθαι δύνωμαι, τοιοῦτος ὁ τὴν ἡδονὴν εἶναι τέλος δογματίζων. i. e, Ipſe quoque in Epiſtolis aquâ tantùm & cibario pane ſe contentum eſſe teſtatur, & , mitte (*inquit*) mihi caſei cythridii paululum, ut, quum epulari precioſiùs voluero, poſſim. Hujuſmodi illius vita fuit, qui voluptatem finem aſſerit. Cicero *lib. 2. de Finib.* licet acriter Epicurum oppugnet, de vita ejus id concedere cogitur, ita Epicurum & Epicureos vivere, ut eorum vitâ refellatur oratio, atque ut cæteri, *inquit*, exiſtimantur dicere, quàm facere melius: ſic Epicurus videtur meliùs facere, quàm ſentire. Seneca *de vita beata cap. 13.* de Epicuro ita ſentit, Sectam Epicuri malè audire quidem, & infamem eſſe, ſed flagitiorum, ut vulgò habeatur, magiſtram non eſſe, quinimo Idem Seneca ibidem aſſerit, ſancta Epicurum, & recta docuiſſe. Vide Diogen. Laert. *d. l.*

Cæterùm, ex prædictis conſtare puto, genuinam, veram, & ſinceram Philoſophiam, nec ab Apoſtolo Paulo, nec à primitivæ Eccleſiæ patribus damnatam & rejectam fuiſſe, cujus amore inflammati veteres Philoſophi, exteras adierunt gentes, & remotiſſimas terras. 12
Fecerunt id Plato, Pythagoras, Democritus, aliive. Plato Ægyptum peragravit, ut á ſacerdotibus barbaris numeros & cæleſtia acciperet. De Pythagora & Democrito ita ſcribit Cicero *in lib. de finib. bon. & mal.* Cur ipſe Pythagoras, *inquit*, & Ægyptum luſtravit, & Perſarum magos adiit? cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit? tot maria tranſmiſit? cur hæc eadem Democritus? qui verè falſóne quæreremus, dicitur oculis ſe privâſſe: certè, ut quàm minimè animus á cogitationibus abduceretur: patrimonium neglexit: agros deſeruit incultos, quid quærens aliud, niſi beatam vitam? De Salluſtio Philoſopho, [qui poſteritati elegantiſſimum de Diis & mundo librum editum á Leone Allatio, reliquit] memorat Photius *in Bibliotheca*, eum addiſcendæ Philoſophiæ cauſá, nudis pedibus orbem terrarum fermè univerſum ambiiſſe, de quo Suidas ſcribit, eum ingenioſum Philoſophum fuiſſe. Quid memorem alios præclaros Philoſophos, qui idem amore ſcientiæ fecerunt? Hi ipſi Philoſophi verò eò pervenerunt ſcientiæ, etiam quoad cognitionem Dei, ut meritò nos Chriſtiani in clara Evangelii luce conſtituti miremur, eorúmq; ſcripta veneremur. Quid dicam de Platone? in cujus ſcriptis Auguſtinus *lib.*
7. Confeſſion. ſcribit, ſe inveniſſe iſtud S. Johannis Evangeliſtæ c. 1. In 13
principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum,

bum &c. usque dum perveniret ad incarnationis mysterium. Vide Wolfium 1. *Lect. memorabil. Cent. 12. p. m. 391.* & parentem dilectissimum Christophorum Crusium *p. 2. de indiciis delictorum cap. 12. n. 10* De eodem Platone Cyrillus *in lib. contra Iulianum* scribit, eum rectiùs &
14 sobriùs de Trinitate scripsisse, quàm Arrium. Sanè Plato è Chal-
15 dæorum, Ægyptiorùmque libris non solùm fabulas, sed etiam fulmina veritatis contemplatus: eorum afflatu non sensit humanæ mentis aciem hebetari. Quæ igitur verba legisset, posuit: quid illa penitissimis recessibus occultarent, non vidit. Neque nos acutiùs vidissemus, nisi se ipsam veritas de Cælo demissa nobis ostendisset. Equidem, licét apud Platonem ea, quæ S. Augustinus in eodem ex-
16 stare asserit, verba, non legerim, attamen hæc planè divina verba, apud Platonem *in Timæo* exstant: ὁ θεὸς ἐπιτεξάμενος ὅμως, καὶ δυνατὸς, τὸν αὐτάρκη, καὶ τελεώτατον θεὸν ἐγέννα. Quæ verba cùm recitâsset subtilissimus
17 & judiciosissimus Julius Cæsar Scaliger in incomparabili opere *de Subtilitate ad Hieron. Cardanum Exercitat. 61. p. m. 227.* admirabundus in hæc prorumpit verba: Divina sanè verba, *inquit*, sed quæ plus rapiant, quàm qui ea recitabat. Neque enim est mundus, de quo dicit hæc αὐτάρκης. Quippe à se ipso sibi ipsi non sufficit, sed à Deo. Præterea rectissimè dixit, á Deo genitum Deo. De mundo autem quomodo? Quomodo, *inquam*, genitus ab infinito finitus est? Aut quomodo compositus materialis, subditus accidentibus, per partes corruptibilis, & magna ex parte in potentia, & sibi ipsi æquivocus ab actu purissimo, simplicissimo? Potestne hæc soboles illius dici patris? Hæc igitur cùm legisset apud veteres Prophetas, ac Sybillas, de domino JEsu filio Dei vivi, vaticinantes, neque filium ipsum agnosceret, alium subdititium ostentavit nobis. *Hactenus Scaliger d. l.* Quid de Aristotele dicam? de quo Justus Lipsius *Manuduct. 1. in Phil.*
18 *Stoicam dissert. IV.* invidenda quorundam effata habet. Videatur summus Philosophus Fortunius Licetus in duobus, quos publici juris fecit, *libris de Pietate Aristotelis in Deum & homines*. Idem Licetus, vir in Philosophiæ Peripateticæ & sui ævi laudem natus, de Primo quæsitus per Epistolas *Epistola 17. de pietate Aristotelis*, verba faciens, adducit notam quandam hebraicâ linguâ scriptam ab antiquo Rabbino, & visam á Gaferello, quam excerpsit Hispanus quidam Rabbi Iacilia Ben Joseph, appellatus, in sua *Catena Cabbilistica fol. 12. a. pag. 2.* ibi:

ibi: Et vidi in præfatione explicationis libri morum Rabbini Josephi Scem Tob, quòd observaverit in Ægypto librum, in quo scriptum erat, Aristotelem in fine dierum suorum, ea confessum fuisse omnia, quæ reperiuntur scripta in libro Legis Mosis transiisséque ad partes Peregrinorum justorum seu Judæorum: hoc enim ita legitur in libro Maquen, hoc est, clypei. &c. Fides sit penes authorem. Plura ejusmodi de Deo & ipsa Trinitate á Trismegisto, Orpheo, & Philosophis quámplurimis proposita testimonia, quæ procul omni dubio illi ipsi ex sacro Codice & Judæis hauserunt, videre licet apud Mornæum *cap. 6. de verit. relig. Christiana*, Danæum de *prima Mundi ætate p.m 53.* aliósve; confer H. Grotium in elegantissimo *de verit. Religionis Christianæ libello passim.* Sanè, Philosophos veteres cum Judæis conversatos fuisse, abiisque multa hausisse, verosimile videtur. Hinc Eusebius aliquot libris *de Præparatione Evangel.* pluribus argumentis colligit, ex sacris hausisse libris Platonem optima quæque, quæ ad posteros transmisit. Aristotelem cum Judæis conversatum fuisse, Iosephus testatur, ejusdémque colloquium cum Judæo annotavit Cunæus *lib. 1. de Rep. Heb. p. 20.* proinde nonnulli inter eruditos, putant, Aristotelem, ut qui sapientiam Chaldæorum, Ægyptiorum, Assyriorum, quique hos secuti, Platonicorum nonihil edoctus, Angelorum existentiam habuisse cognitam, & scribit S. Thomas *in Opusculo de unitate Intellectus adversus Averroem*, visos sibi libros Aristotelis de substantiis separatis, Deo potissimùm, & animá hominis, sed nondum in linguam latinam conversos. Sanè, Aristoteles agnovit Intelligentias, quæ moverent orbes cœlestes, XII. *Met. c. 8. & lib. 8.* 19
Phys. c. 6. quamvis Aristotelici hac de re inter se prorsus non conveniant. vide Colleg. Conimb. *lib. 11. de Cœlo cap. 5. qu. 5. artic. 4. & qu. 8. artic. 11. c. 6. qu. 1. artic. 4.* eandem sententiam de Intelligentiis quoque defenderunt Rabbini R. Mosche. Ben Maimon. *in epist. de Astrol.* referente Reuchlino *in Notis lib. 3. Cabalæ p. 766.* De summo Philoso- 20
pho Pythagora quid dicam? quem Clemens Alexandrinus *in Str. p. 221.* asserit circumcisum fuisse, sed non ut Hebræorum propaginem, sed ut mysticam Ægyptiorum Philosophiam disceret. Quod & Seldenus *lib. 1. de I N. & G. c. 2. p. 15.* fatetur. Hujus Pythagoræ auctoritatem penes discipulos etiam absque ratione valuisse vulgó tradunt scriptores, idq; satis indicare putant vel ambitiosa illa verba αὐτὸς ἔφα,

 apud

apud Ciceronem *lib. 1. de Nat. Deor.* vide Valer. Max. *l. 8. c. 6.* & Alexandrin. *2. Strom. p. 270.* Mihi verò semper hoc ipsum suspectum visum fuit. Neq; enim existimârim eò pervenisse vanitatis Pythagoreos, ut etiam absque ratione, quæ à Magistro suo proposita, pro veritate ipsa receperint: imo neque hoc expetiisse credam Pythagoram, qui alioquin veritatis amantissimus fuit. Itaque ad eos imprimis referendum fortè, quos in ipsis Principiis tradendis Præceptori fidem habere fas fuit. Idq; non temerè postulavit Pythagoras. At cum iis, qui altiùs jam adscenderant, non ita processit. Neque tum eos omnia, quæ diceret, sine ratione credere cupivit, unde Jamblichus ex Pythag. sententia loquens; vecordis, *ait*, esse, cuilibet quodlibet credere. Parùm profectò proficiet, quem ita Doctoris sui captivavit auctoritas, ut nec ratio ab errore, nec libertatis amor à servitutis turpitudine; nec constantia veritatis à pertinacia revocare possit. Vide Joh. Sarisberiens. *lib. 7. de Nugis Curial. cap. 9. & 10.* planè, quæ tantùm auctoritate alicujus nititur cognitio, gerit quidem illa eruditionis speciem, nihil tamen aliud, quàm inanem fugitivam ejus umbram, prout enim Tertullianus ait, *in lib. de anim. cap. 28.* neque Veritas desiderat vetustatem, neque mendacium

21 devitat novellitatem. Quamobrem fidem per omnia vix inveniet Jo. Capnio *l. 2. Cabal. p. 464. & 472.* (quibus in libris Pythagoricam Philosophiam producere conatus est ex Hebræorum Cabala) negans Pythagoram ullam discipulis suis reliquisse aliqua ratione perquirendi facultatem.

Cæterùm, ad Magistros Philosophiæ, prout hodie audiunt, redeamus, inter hos in Germaniæ Academiis hic ordo ut plurimum observa-

22 tur, ut Magistri Philosophiæ, qui in officiis publicis constituti, puta, qui vel Professores in Academiis agunt, vel Pastores ac præcones verbi divini exsistunt, præferantur his, qui ejusmodi munere non funguntur. Ratio est, quòd duo vincula plus ligent, quàm unum, §. 2. *Inst. de adoption.* & duæ causæ exsuperent unam, Nov. *84. c. 1.* Jacob. Alemannus *in Palæstra Consultationum Consultat. 7. p. m. 363.* Ita Wittebergæ quoq; Magistros Philosophiæ, qui in numerum & ordinem Adjunctorum Collegii Philosophici recepti erant, prælatos fuisse vidimus cæteris Magistris.

23 Porrò, inter Magistros Philosophiæ etiam hic ordo observatur, ut, qui priùs Magisterii dignitate cohonestatus, præferatur posterioribus, Ca-

valcan.

valcan. *part. 2. decis. 20. n. 26.* Natta *tom. 3. consil. 628. n. 17.* Quam Conclusionem Dd. quidam non obtinere putant, si junior Magister seniorem doctrinâ & eruditione vincat, Fr. Vivius *lib. 1. decis. 162. n. 1.* cùm in quibusdam Academiis, ubi in tanto numero creantur Magistri, sæpius indigni promoveantur. Sanè, in nulla Germaniæ Academia, quam ego quidem vidi, majori copia & numero Magistri Philosophiæ renunciantur, quàm in Academia Wittebergensi, in qua inde à fundatione prima istius Academiæ usque ad Annum 1655. creati fuêre Magistri Philosophiæ 5667. Andr. Sennert. *in Athen. Wittebergens. lib. 1. p. m. 91.* 24

Porrò, inter Candidatos Magisterii, qui tempore Promotionis renunciatur primus, meritò prærogativam habet, eamque sibi vindicat in sedendo, procedendo & subscribendo, *arg. l. 2. de Præf. Prat, l. 1. C. de præpos. sacr. scrin. l. 1. C. de consul.* Kirch. *de Legat. lib. 2. c. 5. n. 84.* Bursat. *lib. 4. consil. 343. & seq.* Nisi forte ita collocati sint, quod in quibusdam Academiis fieri solet. Quem Sortis usum in similibus casibus apud veteres receptum fuisse, præclarè docuit Andreas Tiraquellus *de iure Primogenior. Quæst. 17. opin. 1. p. m. 377. & seqq.* adeò ut apud Romanos, quod obiter addamus, in rebus futuris prænoscendis recurrere soliti fuerint ad Sortes Virgilianas, ita Claudio illi secundo, Imperatori laudatissimo de se consulenti, ut tradit Trebellius Pollio, obtigit ille versus ex *lib. 6. Æneid.* 25 26

Tertia dum Latio regnantem viderit æstas.

Quod etiam subscriptum est, cùm biennium tantùm imperaverit. Eidem sollicito de posteris hic item versus ex *primo Æneidos* oblatus est:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono.

Item de Quintillo fratre, quem consortem Imperii habere volebat, sors exit ex illo versu *lib. 6. Æneid.*

Ostendent terris hunc tantum fata, neque ultra esse sinent.

Quod verè contigit, ut qui decimo septimo Imperii die interemptus sit, uti testantur modò adductus Trebellius Pollio, Aurelius Victor, & Eutropius. De Adriano Imperatore Ælius Spartianus tradit, eum Virgilianas sortes consuluisse, quem unicum Spartiani locum de sortibus Virgilianis observavit Caspar Peucerus *in Comment. de præcipuis generibus Divinationum*, scripto erudito, *capite de Sortibus p. m. 231.* Verba Ælii Spartiani in vita Adriani Cæsaris hæc sunt: Quo quidem tempore, *ait*, quum solicitus de Imperatoris erga se judicio, Virgilianas sortes consuleret:

Qui procul ille autem ramis insignis oliva
Sacra ferens? nosco crines incanáque menta
Regis Romani, primam qui legibus urbem
Fundavit, Curibus parvis & paupere terra,
Missus in imperium magnum, cui deinde subiit.

sors excidit, quam alii ex Sybillinis versibus ei provenisse dixerunt. *Hactenus Ælius Spartianus in Adriano Cæsare*, ad quæ verba Isaacus Casaubonus *in Notis*. Fuit modus aliàs ῥαψῳδομαντείας: *ait*, cùm temere arrepto & aperto Poëtæ cujusdam libro, ut quidque primum oculis se objecerat, pro sorte, id & oraculi loco haberetur &c. quò spectat istud S. Augustini *lib. 4. Confessionum capite 3.* A quo ego cùm quæsissem, *ait*, quæ ex causa hoc fieret, ut multa vera à planetariis pronunciarentur: respondit ille, ut potuit, vim sortis hoc facere in rerum naturâ usquequaq; diffusam. Si enim de paganis Poëtæ cujuspiam longè aliud canentis atq; intendentis, cum forte (vel sortem) quis consuluit, mirabiliter consonus negotio sæpe versus exiret: mirandum non esse &c. *Hæc Augustinus d. l.* Atq; hoc divinandi genus à Paganis acceptum, & Rabbinorum curiositas frequentavit, & veteres etiam Christiani interdum usurpárunt, substituto in Poëtarum locum sacri fæderis utroq; testamento, testis Gregorius Turonensis *libro 4. tmemate 16.* Aliquando, qui consulebant, non aperiebant ipsi libros sacros, sed de voce diaconi legentis in ecclesia omen captabant, cujus rei exemplum est apud eundem Gregorium Turonensem *libro octavo, tmemate quarto.* D. Basilius alibi tradit ex Psalmis Davidis, tanquam ex Oraculo Apollinis desumptas fuisse sententias in litibus dubiis. Hinc Imperator Andronicus Junior, cùm in Consistorio contra Constantinum Despotam actionem læsæ majestatis institueret, decisionem causæ ita ferri decrevit, ut ex libro Psalmorum in Consistorio, aperto libro, primus versus in occursu oblatus sententiæ loco haberetur ut Gregoras *lib. 8.* refert, ex quo Psalmo nempe 68. τῷ πρώτῳ στίχῳ hic versus se obtulit; ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν ἐπουράνιον βασιλεῖς χιονωθήσονται ἐν σέλμων, hoc est, cùm cœlestis dissociat Reges, nive conspergentur in Selmo. Ex qua publicatione sententiæ id intellexit, perturbationis seu dissidii causam magis à se, quàm à *Despota* exortam, & ideò veniâ dignum censeri, uti & pactis renovatis eum dignitati restituit, & ab accusatione absolvit.

Porrò,

Porrò, in quibusdam Academiis proximum post Magistros Philosophiæ ferè locum obtinere solent Baccalaurei, quorum creatio adhuc in nonnullis Germaniæ Academiis usitata. Horum creationem nihil habere Regalium asseruit Hieronymus *vol. 1. Disp. 1. th. 7.* á quo dissentit Bachovius *in Animadvers. ibidem.* qui hujus gradus 27
creationem ad reservata Principis refert, eam ob rationem, quòd horum creatio nonnisi in Academiis fieri possit, alioquin constat Baccalaureatum non esse dignitatem, sed gradum ad eam, Wurmser. 28
Exercitat. I P. 5 th 12. Cæterùm, Baccalaureus, ut obiter id notemus, nec à baccis lauri, nec á baculo descendit, sed à veteri FrancoGallorum linguá Battulo, quod prælium denotat, inde Tyrones Battalarios dici, ait Besoldus *in dissert. de jure Academiarum* : atq; hinc post- 29
ea in Academia Parisiensi Battalarios solitos fuisse nominari, qui in studiis disciplinarum posuerant rudimenta. Hanc vocem ex Etymi ignorantia in Baccalarios, post Baccalaurios fuisse transformatum, post Goclenium & Pontanum annotavit Wendler. *Philosoph. Practicæ c. 3. n. 19.*

Atq; heic subsistimus, Colophonem labori nostro qualicunque imponentes. Si quid perperam exaratum, quod parùm suspicor, præ- 30
sertim, quod SS. Dei ecclesiæ, quod cum vetustate ac veritate historica nonnihil pugnare videatur, quod juri prioritatis vel prærogativæ unius vel alterius præjudiciosum, quod minùs salutare inter Magnates ulteriora dissidiorum semina Reipublicæ perniciosa generare queat, idipsum quicquid sit, pro non dicto, scripto haberi volo, revoco idipsum potiùs, quàm ut nocere debeat. Homines sumus omnes, ac proinde erroribus obnoxii, eoq; humanitus mecum actum iri confido. Ut eo animo hæ lucubrationes meæ expendantur, Reges, Principes, & Status Imperii, quorum ex sententia fortassis non omnia disputavi, eá, qua par est, submissione rogo, obtestor. Quod historica relatio hinc inde de hac gravissima Juris publici materia mihi suppeditavit, scripsi, sine cujusdam præjudicio, de quo protestor solemnissimè. Quod si meliora edoctus fuerim, cedam lubens, imò debere me multum profitebor, potiora suggerenti. Deum Optimum Maximum supplex obtestor, ac precibus sollicitis exoro, ut perpetuò tueri ac conservare velit sacratissimam Cæsaream Majestatem, unà cum Domo Austriaca potentissima, qua florente æternum florebit SS. Imperium.

perium Romanum, qua emarcescente, elanguet, & quod divina avertat clementia, interibit. Stent muri ahenei instar SS. Electores tàm Catholici, quàm Evangelici, Ecclesiastici sive seculares. utpote solidæ bases Imperii, & columnæ immobiles, prout appellantur in A.B.Caroli IV. cap. 12. quibus titubantibus conclamatum prorsus de Imperio sacratissimo, cui imminebit periculum & ruina præsentissima. Efflorescant & usq; ad consummationem dierum omnium durent incolumes Reges Europæi. Idem æternum Numen regat felicissimé, fortitudine & robore insuperabili confirmet Principatus & ditiones Ducum, Comitum, Baronum S.R. Imperii, necnon Rerumpublicarum liberarum Orbis Christiani, ac civitatum Imperialium dominia conservet Potentissimus, rerum omnium motus & principium, tueatur quoque illud Justitiæ tribunal, supremam Cameram Imperialem, Astræam illam incorruptam, scilicet ut hisce cum capite imperiali conglutinatis & consolidatis membris Imperium Romanum meritò dici queat, & exsistat:

ære perennius
Regaliq; situ Pyramidum altius,
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, & fuga temporum.

Pedes licèt ex ferro & luto conflatum iri prædixerit divinum Numen, stent tamen valeantq; tibiis ferreis & inconcussis, donec Saxum illud ingens cœlitus delapsum conterat, & in fumum & favillas redigat omnia. Omnes quotquot nostrûm eò aspirant, in hac extrema mundi senecta, subsannemus potiùs mundi crepundia, & amicabiliter compositis sessionum Controversiis, eò incumbamus, ut sessionem & locum in cœlo obtinere possimus, operam dantes, quò nomina nostra in cœlo adscribantur, ac cum tremore & timore operemur salutem & vitam æternam. Quod Ipsum faxit DEus Opt. Maximus, cui

SOLI LAUS ET GLORIA

ADDENDA

ADDENDA

P. 6. v. 25. fieri poteſt, ut illa de loco & πρωτοκαθεδρία contentio plurimum publicis rebus, præſertim in communi negotio periculóque noceat.) Præclarè & appoſitè vir ſummus Joannes Guilielmus Stuckius in præclaro opere *Antiquitatum Convivalium lib. 2. pag. 35. p. m. 245.* Hujuſmodi πρωτοκαθεδρίας ſive πρωτοκαθεδρίας ambitioſa captatio, ait, cùm in foro, in theatris, in inceſſu, congreſſu quovis, atque cœtu: tum in conviviis maxima ſæpè odia, ſimultates, inimicitias, certamina, atque cædes funeſtas gignere ſolet, quemadmodum plurimis exemplis probari poſſet. Ergo cùm in aliis actionibus, vitæque humanæ conſuetudine: cùm in epulis quoq; ſecundùm Chriſti & Apoſtolorum præcepta, alia aliis loco, atque honore cedere, & alios potiùs, quàm noſmet ipſos honorare, ſtudeamus, honorem mundanum non tam ſectemur, quàm fugiamus, qui tamen, ut verè ille dixit, fugientem ſequitur. *Hac Stuckius d. l.*

P. 24 v. 8. Animus ſedendo magis ſapit) Hinc creditum olim fuit, inquit incomparabilis vir Gerardus Joannes Voſſius *lib. 2. de origine & progreſſu Idololatriæ cap. 11. §. 11.* rectiùs judicari à ſedentibus. Vid. eundem Voſſ *lib. 6. oratoriar. Inſtitut. cap. 11. §. 11.* Notum proverbium apud Varronem *lib. 1. de Re ruſtic. cap. 2.* Romanus ſedendo vincit. Hinc ſeſſio in ſacris viſa decentior; quippe index animi magis compoſiti & hoc agentis. Notum Pythagoræ ſymbolum apud Plutarchum *in Numa*, Numæ attributum καθῆσθαι προσκυνήσαντας. Adoraturi ſedeant. Hinc *II. Sam. VII. v. 18.* Ingreſſus eſt Rex *(David)* & ſedit coram Domino. Ita ad verbum B Hieronymus reddidit. Sed & LXX. Καὶ εἰσῆλθεν ἐκάθισεν Κυρίου. Etiam ſedendi vocem retinuere Pagninus, Munſterus, Vatablus: qui tamen annotat, poni ſedit, proſtetit, manſit. Aliqui etiam reddidere, reſtitit; ut in ſedendi voce Καθίζειν ſit, ſed ut ſtatio, ita ſeſſio convenire precantibus viſa; quoniam quiete illâ magis animus fit compoſitus & ad precandum idoneus.

P. 29. v. 19. Noſtris moribus, cujuſque Regni conſuetudo inſpicienda,) Ita ſecundùm morem Turcarum ſiniſtra manus dextrâ honorabilior

bilior habetur, tam sedendo, quàm incedendo, cujus rei ratio, quòd ad sinistrum latus incedens alterius ensem pro lubitu arripere possit. Sic inter Hispanos primò incedentes non sunt digniores, quippe servi, pedissequi, & asseclæ antecedere solent, & Dominus subsequi, quod & quibusdam in casibus in Gallia observatur, secundùm tritum Adagium:

En pont, en Planche, en Riviere
Valet devant, Maitre derriere

P. 45. v. 34. Quibusdam placuit, digniorem esse, & præferendum, qui altero est ditior.] Ex hoc capite præcedentiam concedi tradunt Menoch *consil. 126. n. 26. tom 3.* Cephal *consil. 625. n. 137. lib. 5* quos citat, Bedencken von der Ritterst. *Session num. 4. 8* Inde natas Oligarchias, ostendit Aristot. *Polit. 5. 1*, & sine divitiis mancam esse nobilitatem. Videntur enim, *ait*, ii esse Nobiles & generosi, quibus majorum virtus & divitiæ suppetunt. Hinc Genuæ quotannis decem ex plebe nobilium adjici numero ò per richezze, ò per virtu, testatur Relatione della Rep. di Genova *in Thes. Polit. 2. 21.* Bodin. *2. de Repub. 6.* Romæ olim sine censu nemo Senator aut eques esse poterat, hinc istud Ovidii: *dat census honores.*

Rectè igitur iis, qui ejus *εὐγένειαν* tribuunt, Paschalius annumeravit opes.

P. 56 v. 18. multa alteri ab altero hospiti scilicet civilitatis & humanitatis causâ tribui) Hinc sequitur, si quis domi suæ priorem concedat alii locum, nisi tamen manifestissima sit dignitatis differentia, non videri hoc, nisi quia velit honorem habere hospiti: nec ideò sibi præjudicare. Hoc urbanissimè demonstravit magnus Hetruriæ Dux, quum Tendillæ Comitem excipiens convivio, Regis Hispaniæ legatum ad Romanam Curiam, in capite mensæ locum ei magnificè excultum assignavit. Ast Comite sedem, ut Duci debitam, contumaciter recusante. Cedo, inquit, aliquem suorum inclamans, claves huc ædium, atque da Comiti, quando ipse hîc herum agit. Vid. Freinsheim. *de S. Rom. Imper. Elect. & S. Rom. Eccles. Cardinalium precedentia diatrib. 2. §. 23.* alioquin domi suæ quemque vel præcedere, vel cedere arbitratu suo constat. Exemplum hujusce rei illustre exstat apud Conradum à Lichtenaw, Abbatem Urspergensem ad Ann. MLIII. ubi Papa Archiepiscopo Moguntino tandem in sua diœcesi cedendum perpendebat, post multam contentionem, quod licèt vehementer improbetur à Baronio *Annal.*

Eccles.

Eccles. MLII. 18. ex ipsa tamen historia satis apparet, aliter antiquitatem, atq; Papam adeò ipsum, quàm Baronius judicet, judicavisse.

P. 75 v. 10. ut alternativè sedeant.) Hic modus uti æquior placuit & propositus est à Ferdinando II. Anno MDCXXVII, daß zu fortsetzung der gewonlichen Landtäge/ unnd Beforderung deß gemeinen Landts Wolfahrt/ nuhr ad interim, und biß zu gerichtlicher decision, zwischen beyden Partheyen eine Alternatio, salvo cujuscunque jure furgenommen/ unnd der anfang per sortem gemacht werden solte. Rittersch. Session. num. 558. Ita in Anglia inter Comites Warvicensem, & Buckingamium ortâ præcedentiæ controversiâ, conclusum fuit, quòd tertio quoque anno alternatim præcederent; similis alternatio recepta inter Ursinos & Colonnas duo antiquissima stemmata, quæ jam Romæ supersunt, determinatum enim fuit utriusq; consensu, quòd Senior eorum semper præcederet, quò factum, ut Junior nunquam adiret sacellum Papæ, ubi hæ duæ Familiæ sessionem habent proximam Legatis Regum.

P. 78. v. 20. Sanè mensas rotundas veteribus fuisse, constat ex Varrone.) Pluribus hoc ipsum docuerunt P. Ciacconius *in lib. de Triclinio* I. C. Bulengerus *lib. 11. de Imp. Rom. cap. 34.* aliique idem eam ob causam factum fuisse, ne quem sibi prælatum quispiam conquereretur, post Stuckium *in Antiqu. Convival.* existimavit Joh. Henric. Meibomius *in vita Mecænatis cap. 21. n. 19.*

P. 78. v. 25. Romanæ mensæ referebant figuram sigmatis græci.] scilicet Romanorum mensæ non erant perfectè rotundæ, sed ἡ μηνοειδεῖς, id est, lunæ dimidiatæ instar Semirotundas appellat Apuleius *lib. 5 Milesiar. p. 160.* & sensu eodem sigma dictæ sunt, quò spectat istud Martialis *lib. 14. Epigr. 87.*:

> *Accipe lunata scriptum testudine sigma,*
> *Octo capit, veniat, quisquis amicus erit.*

Vide Bulenger. *lib. 1. de Conviviis cap. 33.* & Petrum Crinitum *lib. 19. de honesta disciplina cap. 10.*

P. 79 v. 3. ejusmodi mensas rotundas in usu fuisse: ne quod inter Nobiles discrimen ex ambitione exsisteret, notat Nicolaus Henelius ab Henneseld.] Nonnunquam, uti rectè observat Marselaer *in Legato suo* rixæ vitandæ causà ingeniosè hoc agitur, ut imago ordinis pereat, orbisque sessionem faciat, quem ritum hodie imitantur mensæ. Tale quid Vervini repertum inter Gallos & Hispanos. Cambden, *in Elizab. ad Annum*

num MDXCVIII. quum legatus Pontificius summo loco, nuncius à dextro latere prior sederet, juxta hunc Gallus; at à sinistro Hispani non habentes, eo latere priorem sedem ceperunt: utraque parte superiorem honestiorémque censente locum, quem occupaverat. Vid. Tiraquell. *de jur. primogenit. quæst. 20. n. 6.*

P. 111. v. 19. quòd tum armatu manu turbanti resistere possit.] Ita quoque in materia hâc præcedentiæ sentire videtur Pierre Matthieu *tom. 1. fol. 39.* & Marselaer *in legato 2. 32.* dicens ejusmodi quæstiones à cuspide gladii dependere. Idem narrat Anno MDLXIV. Romæ contendentibus Hispanis Gallisque cum rationibus additas præterea minas, in manus rumpendas [ut ipse loquitur] sive erupturas. Sic inter Herbipolitanum Episcopum Rudolphum, & antiquam Comitum Papebergium familiam, præcedentiæ causâ præliis atrociter concursum est. Kirchner. *de Legat. lib. 2. c. 5.*

P. 140. v. 15. Phocas Imperator factus titulum universalis Episcopi primus Romano Pontifici Bonifacio tertio contulit.] Tradunt hoc ipsum P. Diaconus, Beda, Ado, Aimonius, Sigebertus, Martinus Polonus, Viterbiensis, aliíque complures: etsi de eo nihil apud Græcos Zonaram, Glycam, & Cedrenum.

P. 143. v. 18. Cùm nemo ex Patribus dubitaverit, Petrum Romæ fuisse.] Referunt enim ita Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Arnobius Lactantius, Origenes, Eusebius, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus, Optatus Milevitanus, Orosius, Prosper Aquitanicus, Sulpitius Severus, Prudentius, Philastrius, Theodoretus, quorum omnium testimonia adducunt Baronius *tom. 5. Annal. Eccles. pag. 447. & seqq.* Carolus Stengelius *libro de vita Petri Apostoli.* Verùm enimverò, an Petrus ibidem Romæ præfuerit viginti quinque annis Episcopus ordinarius? non immeritò dubites. statuunt id quidem Bellarminus *lib. 2. de Pontif. Rom. cap. 1.* Becanus *lib. 3. de Republ. Ecclesiast. cap 1. 2. & seqq.* Petavius *in Rationario lib. 5. cap. 3. & de doctrina temporum lib. 11.* Ast contrarium pluribus evictum à Marco Antonio de Dominis *lib. 4. de Republ. Ecclesiast. cap. 1. n. 17. & seqq.* quò lectorem remittimus. Confer hac de re notata M. Henrici Kippingii, amici nostri, *ad Epitomen Historiæ Ecclesiasticæ Joannis Pappi p. 18. 19. & seqq.*

P. 146 v. 16. excepto Apostolo Matthæo, qui primus in Judæa evangelium Christi hebraicis literis edidit] Matthæum sermone hebreo

scripsis-

scripsisse Evangelium suum, veteres uno quasi ore affirmant, Eusebius *lib, 3, histor, Ecclesiast, cap, 39*, Irenæus *lib. 3, cap, 1*, Epiphanius *heres, 29, 30, 51*, Augustinus *lib, 1, de consensu Euangel, cap, 27*, Theophylactus *in commentar ad cap, 1, Matth*, Recentiores hoc ipsum impugnant, uti Erasmus *in notis ad Novum Testamentum pag, 34*. Waltherus *in officina Bibl, pag, 67, & seqq*, necnon D. Calovius *in Critico sacro p, 442, & seq.*

P. 153 v. 19, ita Marcellinum Papam persecutionis tempore grana thuris obtulisse scribit Anonymus &c] Vide hac de re Baronium *tom, 4, Annal, A, C, 302*, Spondanum *in Epitom Annal, p, 247, & 248*, & Gordon, *tom, 2, Chronolog, p, 100*, qui admodum laborant, ut Marcellinum à lapsu adeò manifesto excusent, non alia de causa, quàm quòd timeant, hoc exemplo ostendi posse, Romanum Episcopum esse errori obnoxium. Sanè Episcopum aliquem, supremæ licet authoritatis errare posse, probatur exemplis Aaronis Exod. *32, v, 2, 4, 5*, Vriæ, *2, Reg, 16, v, 18*, Caiphæ, Joann. *11, v, 49, & seqq.* Nolint ergò Marcellini Actis fidem derogare, quæ ipsemet universalium Conciliorum editores, Severius Binius, Laurentius Surius, aliique ex vetustis & probatis Codicibus descripta evulgârunt.

P. 156 v. 29. Vt nihil nunc dicam, multa absurda haberi in d. c. Constantinus.] Vide hac de re Nicolaum Henelium ab Hennenfeld *in otio Wratislaviensi cap, 32, per tot*, quem post hæc à me scripta perlegi, ubi pluribus argumentis donationis Constantinianæ falsitatem evincit, quò lectorem remitto.

P. 176. v. 1 Patriarchas primùm post Pontificem maximum locum obtinere recepta Dd. sententia est.) Loquimur heic in specie de Patriarchis Constantinopolitano, Antiocheno, Hierosolymitano, & Alexãdrino, alioquin si generaliter utamur voce Patriacharum pro Primatibus & Archiepiscopis cujusq; regni, verior sententia Cardinales iisdem præferri. Vid. Cromer. *de reb. Polon. lib. XXII*. Apud Baronium Annal. MLXI. II Petrus Damiani de Cardinalibus Episcopis : qui videlicet & Romanum Pontificem principaliter eligunt : & quibusdam aliis prærogativis, non modò quorumlibet Episcoporum, sed & Patriarcharum atque Primatum jura transcendunt. Et sic judicatum esse Ann. MCCCCLI. in Comitiis. Petriconiæ pro Sligneo Cardinali contra Gnesnensem Archiepiscopum testatur Cromerus *d. l.* Nec in Romana antiquitate dignitatis ullus apex est post Imperatorium, cui

non æquiparentur Cardinales, ut Proconsulibus in lectura Mandelli p. *124*. Præfectis prætorio Chassan. *in Catalog. Glor. Mundi part. 4. Considerat. 15. §. Et adverte.* Patriciis & Consulibus apud M. Anton. de Dominis 4. 5. Senatorum urbis vicem implent apud Æneam Sylvium *de moribus Germanorum.*

P. 183. v. 13. post eum processit Antiochiæ Patriarcha) Qualis ordo processioni circa Patriarchas in Concilio Constantiensi Anno 1415. 9. Julii observatus fuerit, exposuit Continuator Abbatis Vrspergensis *in Paralip. Rer. memorab. p. m. 289.*

P. 185. v. 14. Cardinalium dignitas primitivæ Ecclesiæ incognita fuit.) scribunt quidam à Marcello Papa I. Cardinales esse constitutos propter baptismum & alia, sed in Actis ejus, quanquam res perscripta sit, nomē illud non compareat. Sanè vix occurrit antiquior mentio, quàm circa annum Christianum DLX. quum Joannes Papa III. dilectis filiis Cardinalibus clericis Apostolorum scribens, significat, se Ecclesiam illam Titulum Cardinalem constituere. Baron. *Annal. DLIX. v. 3.*

P. 186. v. 15. Cardinalis enim à cardine, idem quod præcipuus ac principalis in cardine constitutus.) Cardo propriè quid sit, nemo tam ignarus linguæ latinæ est, qui nesciat, sed per metaphoram eæ quoque rerum partes, quæ præstant aliis motum, ipsæ immobilès, ut cardines foribus, eandem nomenclaturam sortiuntur. Ita cardines in cœlo dicunt præcipua quædam puncta, ortum dico septentrionémque & his opposita, quorum respectu etiam in agrorum limitatione cardines nominabant. Patric. Senens. *in Institut. Reip. lib. 2. tit. 6.* haud dubiè ex Columella, & cæteris, quos citat Dalechamp. apud *Plin. lib. 18. c. 34.* Tales etiam apud Tertullianum *de Spectac. cap. 3.* cardines balteorum *in Circo* & Cardines Theatri *ejusdem libri cap. 20.* Cæterùm obiter heic notandum, non defuisse olim suum numen Cardini, uti enim Janum à janua, Limentinum à limine, ita & Cardam à cardinibus appellavit Romana superstitio, Tertullian. *de Corona cap. 13.* Apud Ovidium *Fastor. 6. v. 101.* editur Carna:

Prima dies tibi Carna datur, dea cardini hæc est.

Sed Grapald. *de partib. ædium lib. 1.* citans hunc versum Carda scribit: Nec temerè dixeris, inquit clarissimus Joannes Freinsheimius *diatriba. 1. de S. R. Imperii Electorum & S. Rom. Eccles. Cardinal. præcedentia §. 16.* utrum sit melius. Solvere quæ litem potuisset tabula marmorea

nas eludit priores tantummodo nominis ejus literas exprimendo. CAR, de quibus non ambigitur, est in inscript. Gruteri *p. 133.*

P. 190. v. 5 *Porrò, quid de Electoribus Imperii nostri dicendum. An eos Cardinales in actibus ad ipsam Curiam spectantibus præcedent? Ita existimat Barbat.)* Equidem Cardinalibus hodierno Cæremoniali Romano Collegium Cardinalium nuper admodum vetuit quemquam ex suo numero Electoribus etiam in propria domo cedere, teste nobilissimi sanguinis Cardinale, qui hoc disertè dixit Leodii circa Domin. Palmarum Anno MDCLIX. Neque desunt argumenta, quæ Cardinalium præeminentiam non obscurè arguant. Cardinales enim, qui sacrosancti habentur, Polan. *in hist. Concil. Trid. lib. 4. p. 303.* primos sedere ante Reges, non pauci Pontificiorum scribunt, Guicciard. *lib. 1. in hist. Anni MCCCCXCV* quinimo, teste Carolo Molinæo, vilissimus mendicus, si fiat Cardinalis, vocabit se cognatum summorum Regum, & illi vicissim voce & scriptis nuncupabunt eum cognatum suum, ita Carolus V. Card. Wolsæum lanii filium cognati nomine in epistolis compellare non est dedignatus. Annal. Rer. Anglicar. *ad Ann. MDXXII.* Anno MDXXI Brugis Wolseo Card. Anglo prandenti & cœnanti, flexis poplitibus (id quod inter Germanos inauditum) ministrabatur, *Paraleip. ad Abbat. Visperg.* Imò jam olim Imperatorum se fratres ferebant, sub communi patre Papa. Nam ad Fridericum I. missi Rolandus tit. S. Marci, Bernhardus tit. S. Clementis Cardd. hoc exordio usi sunt: Salutat vos beatissimus pater noster Papa Adrianus: & universitas Cardinalium S. Romanæ Ecclesiæ: Ille, ut pater: illi ut fratres. Vide Martin. Crus. *Annal. Suev. ad Annum MCLVII.* Cæterùm, ut hæc & alia mittamus, argumentis pluribus ac stringentibus à summo nostri seculi Viro Joanne Freinsheimio *in diatrib. de Romani Imperii Electorum, & S. Rom. Ecclesiæ Cardinalium præcedentia*, diatribe præprimis 5. evictum est, quòd Electoribus præ Cardinalibus debeatur præcedentia. Sive enim electionem spectes, electus Imperator jure divino non inferior Pontifice fuit, jure humano verò eodem major, quod ipsum, scilicet Pontificem Imperatoribus & subjectum fuisse & jure esse debere, præclarè demonstravit Conringius *in tract. de Imperatore Romano*, nec Pontifici ullam competere in Imperium potestatem agnovit Maximil. I. qui dist aux Estats de l'Empire, qu'il n'estoit besoin de prendre la couronne Imperiale du Pape; ny s'arrester à telles ceremonies, veu que la puissance souverai-

fouverai, ne estoit aux Estats, Bodin. *de la Republ. 2. 6.* Electores si spectes, eosq; cum Cardinalibus compares, apparebit similitudinem esse aliquam, æqualitatem non esse, omnis magna potestas, quantò paucioribus datur, tantò efficit illustriores, cui consequens est, eam dignitatis lucem, quam electionis jus in tot Cardinales dispertit, debilioribus singulos illustrare radiis, Anno MDLXV. erant Cardinales numero LXXVI. quorum nomina refert Henric. Pantaleon *de Vir. Illustr. Germ. tom. 3,* ubi agit de Ottone Cardinali Augustano. Hoc argumentum non esse leve, confitetur Ecclesia Romana Catholica, cujus pragmatica sanctione decretum fuit, Cardinales esse debere tantùm viginti quatuor, Wolff. *Lect. Memorab. Cent. 16. p. 27.* Electores & Cardinales mirificè quoq; discrepant in eo, quòd Electores ab initiis usq; primis continuò fuerunt, quod dicuntur; ast Cardinales diutissimè fuerunt, priùs quam jus Electionis sibi peculiariter vindicarent, si consideres comparationem Electorum & Cardinalium cum Regibus, ea firmior & antiquior apud Electores, nam ad Electorum imitationem multa concessa esse Cardinalibus, dum hos illis æquiparare student Pontifices, in confesso est. Hinc in Electores crimen Majestatis committi constat, de Cardinalibus addubitatur, in quibus quasi perduellionis tantum crimen admitti statuit Bocer. *c. 2. de crim. maiest. n. 17.* Electores proximiora Imperatoris membra esse & dici quis ignorat? non dixerim de insigni ipsorum præeminentia, quem enim præterit, eos non Imperatoris beneficio magis, quàm vetustissimo jure, opibusq; ac nobilitate; rebus denique omnibus, quæ per homines eximiæ habentur condecorari, de Cardinalibus idem quis dixerit? sunt illi quidem à Papa proximi, sed longo intervallo, ut à Niso Salius Virgilianus *Æneid. 5. v. 320.* Porrò, quis Electores non præferat Cardinalibus propter jus conventus Collegialis inconsulto Imperatore, quod Cardinalibus, inconsulto Papa non æquè convenit, item propter Electionem Romani Regis, vivente Imperatore, quod Cardinalibus vivente Papa licitum non esse, nemo ignorat, non dixerim de depositionis difficultate, quis enim legit exempla frequentia Electorum, remotorum, Cardinales verò quòd facilè deponantur, exemplis ostendi poterit, quid de depositione dico, constat Papam Cardinalibus non minùs absolutè, quàm cæteris suis subditis imperare. Vrbanus VI. sex simul Cardinales cepit, angusto carcere continuit, oneravit catenis, ut narrat, qui eos examinavit jussu Papæ Theodoric. à Niem *de schismat*

mate l. 43. 45. Bzovius *Annal. Eccles.* CCCLXXXV. 3. sed hæc levia præ eo, quòd de sex istis Cardinalibus, quinque saccis inclusos Neptuno consecravit, quod Genuæ factum scribit H. Mutius *Chron. German. lib. 26.* Cardinalis à Johanne XII occisus memoratur apud Anton. de Dominis 4.5.5. Bonifacius VII. teste Fulgosio Joanni Cardinali innocentissimo viro oculos effodi jussit, à Julio II. captos Cardinales ostendit Guicciard *lib V & X* à Leone quoque X. quàm severè sint habiti, aliquos etiam occisos, legas apud eundem *lib. XIII.* ubi etiam de Alexandro VI persecutore Cardinalium, alioquin extra dubium apud juris Canonici peritos solum Papam deponere Cardinales posse, non itidem hoc ipsum de Imperatore quoad Electores pronunciari posse, quis dixerit? Porrò, constat, multos esse Principes, qui Electoribus cedant, Cardinalibus verò non item. Ne dicam ex M. Ant. de Dominis *de Reb. Eccles. lib. 4. c. 5.* Sapientes interea Principes non defuisse, qui Cardinales in locum satis humilem, vereque suum detraserunt, eósque nimiùm insolescentes subinde represserunt. In Gallia Cardinalatus adeò nihil valere ad obtinendam contra Principes præcedentiam creditus est, ut in lite ducis Niverniæ cum Cardinale Vindocino ne quidem pro argumento adducatur *lib. 11. des memoires du Tillet p. 178.* Anno MDLXI. in Comitiis ad Esiæ pontem controversia de honoratiori loco inter Cardinales & Principes Regii sanguinis orta, á Sanctiori Consilio pro his contra illos est pronunciatum. Castellionæo & Armeniaco Cardinalibus acquiescentibus, & infra Principes assidentibus; utcunque Turonius, Lotharingus, & Guisius maluerint, è Comitiorum aula discedere, contra collegarum facilitatem frementes & indignabundi, Polan, *Hist. Concil. Trid. lib. V.* Thuan. *lib. XXVII.* Quod si Principibus sanguinis Regii in Gallia jus *[illegible]* præ Cardinalibus competiit, quidni idem asserendum de S. R. Imperii Electoribus; qui & ipsi ferè Principes Imperatorii sanguinis sunt, & Imperatorem creant, quod Gallis in Rege suo non conceditur: & amplissimas obtinent ditiones; quum in Gallia nemo subditos habeat, nisi Rex, Loyseau des seigneuries *c. 11. n. 5.* Hispaniæ grandes Cardinalibus non concedere, apparuit in congressibus Mazarini Cardinalis, & Comitis de Haro. In Concilio Tridentino Cæsaris legatus Iac. Mendoza volebat præcedere Cardinalem Tridentinum, idque Tridenti. Histor. *Concil. Trident. lib. 11. ad Ann. MDLI.* In eodem Concilio Electores post Legatos Pontificios præcipuum dignitatis gradum obtinuisse te-

 statur

ſtatur Thuanus *lib. VII.* Quod ſi recurrimus ad ſubſcriptiones Receſſuum Imperii, patet in iis, Electores Cardinalibus in ſubſcriptione prælatos fuiſſe. Vide ſubſcript. Receſſ. Imperii Wormat. anni MDXLV. Auguſt. Anni MDXLVIII. MDLI. MDLV. MDLVII. & MDLIX. De titulis tum Electorum, tum Cardinalium nihil nunc attinet dicere, ex iis nihil inferri poſſe ad præcedentiam, libro I. hujus operis notatum fuit. Atqui pauca hæc pro aſſerenda S. R. Imperii Electorum præcedentia præ Cardinalibus adducere placuit, plura pro Electoribus argumenta contra Cardinales exſtant apud ſummum noſtri ſeculi Virum, Hiſtoricum inſignem Joannem Freinsheimium *diatrib. 5. de S. Rom. Imperii Electorum & S. Rom. Eccleſ. Cardinalium præcedentia*, quò lectorem remitto.

P. 234. v. 2. Iure verò, an injuria Magdeburgenſis Archiepiſcopus à ſeſſione in Senatu Imperii excluſus, nunc non diſquiro.) Scilicet nemini non notum, longo temporis intervallo Eccleſiaſticos Principes & Prælatos, Auguſtanæ confeſſioni addictos, ad conventus Imperii neque vocatos, neque admiſſos eſſe, idque propter Eccleſiaſtica reſervata auß dem bewuſten ſo genanten Vorbehalt in Receſſu Imperii de Anno 1555. §. 5. poſtmodum pacificatione Oſnabrugenſi Eccleſiaſticis Principibus & Prælatis aditus conceſſus. Ferdinandum III. Imperatorem glorioſæ memoriæ Eccleſiaſticos Principes ad Comitia noviſſima vocâſſe itidem conſtat, quomodo vi ejuſmodi convocationis quidam Eccleſiaſticorum legatos ſuos miſerunt & locum aſſignatum eúmque novum in CollegioPrincipum occupârunt. Sanè, quamnam ſeſſionem hodie Magdeburgenſis in CollegioPrincipum obtineat, eleganter expoſuit vir accurati judicii Eitel Fridericus ab Herden *in libello Francoſurti anno 1660. edito*, cui titulus: Grundfeſte deß Heiligen Römiſchen Reichs Teutſcher Nation *part. 2. cap. 5. p.m. 101.* cujus verba digna, ut heic legantur, ibi:

Nachdem aber den geiſtlichen Fürſten/ ſo der Augſpurg. confeſſion zugethan/ unnd deßwegen lange zeit auf Reichßtagen nicht zugelaſſen werden wollen/ bey vorgenommenen Weſtphäliſchen Friedenßhandlungen die Römiſch Catholiſche den Sitz unter ihnen auf der geiſtlichen Banck verweigert/ auch die Weltliche auf ihrer ſeiten ihnen dergleichen nicht einräumen mögen/ hat man endlich ſich eines Mittelſitzes/ vor ſolche Evangeliſche Stiffts Inhabere/ zwiſchen dem Directorial Tiſch unnd der Geiſtlichen Banck verglichen/ deſſen ſich alle die jenigen/ ſo die qualität der geiſtligkeit be-

[illegible]

H. Schenck von Castl Thumprobst

Paderborn.

Herr D. Meiners Cantzler.

Regenspurg.

H. Gr: von Töring Thumprobst

Passaw.

Herr Lt. Moltzer Cantzler des Reichsstiffts zu S. Emmeran.

Kämpten.

H. Remmer von Altnandingen

Schwäb: Prälaten.

Herr Prälat zu S. Emmeran.

Westph. und Rein-Prälaten

Herr Frantz von Crane.

Münster in S. Gregorien thal.

Zwey Benedictiner Münch.

Herr D. Fettel Cantzler zu Regenspurg.

Und Herr von Leibising.

Die Ehrbare freye Reic[illegible]

1663.

Ihr F
Obrist
herr vo

Der fur
von P
Reich
ker.

hs Sta





behalten/ zugebrauchen haben solten/ unnd ist also auch die dritte Banck im Fürstenrath eingeführet werden. Auf welcher gleichwol itziger zeit niemand mehr/ alß Magdeburg unnd Lübeck sitzen/ weiln die anderen Stiffer alle secularisirt, und zu weltlichen Fürstenthümern worden/ auch auf der weltlichen Banck ihre sessiones einnehmen/entweder an einem von neuen verglichenen gewissen Ort/ wie Bremen/ dem die fünfte Stell zugeeignet/ auch von Fürstlichen Hauß Sachsen/ in fall eß die præcedenß wieder Beyern und Pfaltz erhalten solte/solche zu lassen bedinget werden/ oder nach der alten Ordnung/ wie Vehrden und die anderen/ nach einhalt des Friedenschlusses unnd deß bey zu end laufenden jüngsten Reichßtage diesfals ertheilleten/auch in dem FürstenRath proponirten Keyserlichen Decretß/wie wol noch zur zeit ohn unterschiedlicher Fürstlicher Häuser gegenrede unnd verwahrung. Hactenus præadductus Author landato loco.

P. 255. v. 12. Porrò, Episcopis Osnabrugensi, Verdensi, Halberstadensi, Mindensi & Lubecensi ratione sessionis status Catholici quæstionem status moverunt.) Hodie quamnam sessionem in Collegio Principum Serenissimus Dominus Elector ratione Episcopatuum modò secularium Mindensis & Halberstadensis obtineat, in addendis infrà ad p. 667. v. 9. dicemus. De Lubecensi notari meretur, eum cum Magdeburgensi in peculiari eóque tertio scamno Collegii Principum locum & sessionem suam occupare, ibidem etiam in Comitiis Ratisbonensibus nuperrimis de Anno 1663. Legatum Osnabrugensem locum suum obtinuisse, relatum mihi est. Vide Authorem dero grundfeste des Heil. Römischen Reichs Teutscher Nation *part. 2. cap. 5.*

Cæterùm, quamnam sessionem hodie Episcopi, necnon Principes seculares in Comitiis Imperii in Concilio Principum obtineant, patet ex subjecto schemate. Hieher die Tabella. ✻✻

P. 399. v. 29. Idolum Irminsul Saxones coluerunt.) Irminsul plerique, qui proximis seculis vixerunt, interpretantur Mercurii statuam: ut sit ex Irmen/ sive ἑρμῆς, & suyle/ id est, columna. Alii quasi idermanßsuyl/ hoc est, cujusvis columna, sive universalis, omniáque sustinens columna: Posterius est in Chronico Conradi à Lichtenau *p. 103.* Sed Albertus Crantzius *Saxonia sua lib. 11. cap. 9.* eò magis inclinat, ut Mars fuerit: eóque interpretatur, Idermanß-suyl/ hoc est, Mars communis: non quasi suyl propriè esset Mars; sed quia propriè esset asylum: unde κατ' ἐξοχὴν suyl; pro asylo autem esset statua non Mercurii, sed

 Martis:

Martis: pro qua sententia facit, quòd statua illa esset Dei toto corpore armati. Georgius Fabricius *in Saxonia sua*, cùm antea dixisset, Irminsul Mercurium esse *p. 93.* postea *p. 426* ambigit, sitne Mars, an Mercurius. Interim ne hæc quidem opinio caret controversia. Gerardo Johanni Vossio *lib. 2. de origine Idololatr. c. 32.* arridet Georgii Spalatini conjectura, statuam hanc fuisse constitutam Hermanno, sive, ut Romani vocitabant, Arminio, inclyto ac fortissimo Germaniæ heroi? Hæc conjectura magis placet, quàm illa Hadriani Junii, quæ exstat *cap. 4. Batavia suæ.* Vid. Voss. laudato loco.

P. 405. versu ultimo, ratione dignitatis inter Imperatorem & Regem Romanorum nullam planè, aut sanè modicam differentiam esse.] Equidem licèt passim in A. B. Imperator & Rex Romanorum, tanquam diversa proponantur, attamen nominalis hæc tantùm est differentia, re ipsa enim, hoc est, potestate, titulis & fermè officio ac dignitate Rex Romanorum haud differt ab Imperatore, quod ipsum cùm prçclarè docuerit Limnæus *in annotam. ad Capitul. Maximil. II. art. 18. verb.* In unser und des H. Reichs Stadt *pag. 495. & seqq.* necnon in *observ. in A. B. Caroli IV. ad cap. 1. §. 1. observ. 5. n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & seqq.* eò lectorem remitto.

P. 422. v. 13. Venetiis primùm eidem quæstio ab Hispano mota.] Scilicet Anno Domini 1555, quando gloriosissimus Imperator Carolus V. claustralem vitam eligere, & Imperium fratri Ferdinando, reliqua verò dominia Filio Philippo cedere, ac in eosdem transferre, animum induxerat, ut prçcedentiam Legato ipsius tanquam Imperatoris apud Venetos præ Gallico tributam, in posteros derivaret, hac arte usus fuit, antequam intraret monasterium, revocavit Legatum suum Don Francisco de Vargas apud Venetos subsistentem, ac post factam Imperii resignationem, eundem remisit ad Rempublicam Venetam, tanquam Legatum & sui, & filii, cùm tamen revera nonnisi Legatus Hispaniæ Regis esset, sperabat Carolus V. fore, ut Respublica Venera eidem Legato prçcedentiam solitam tribueret, ast contradicente Episcopo Lodevensi Legato Henrici secundi Regis Galliarum, ac paulò accuratiùs Galli prçcedentiam propugnante hujus Episcopi Lodevensis successore Francisco de Novailles An. Dom. 1558. Senatus Reipubl. Venetæ pro Gallo judicavit, frustra contradicente Legato Hispanico, cui à Senatu Veneto

respon-

responsum fuit, non aliter hactenus observatum fuisse, quàm ut Gallici Legati Hispanicos præcesserint.

P. 432. v. 18. constat quippe ex antiquitate, S. Jacobum prædicâsse verbum Dei in Hispania.] Tradit hoc ipsum Cardinalis Baronius & post eum alii. D. Jacobus Howel *in differtat. de praecedentia Reg. sect. 3. p. m. 129.* asserit, sanctum Torquatum Episcopum de Gaudix unum fuisse discipulorum à Sanct. Jacobo baptizatorum, non omitendum hoc loco Epitaphium Bebilæ adductum à Vasæo sequentis tenoris:

Bebila Hispana serva IEsu Christi requievit in Domino. Obiit æra 115. hoc est, Anno Domini 77. post passionem; Venerus laudatus modò allegato Domino Iacobo Howel attestatur Epitaphium repertum fuisse in Cantabria, vulgò Biscaya.

P. 436. v. 12. Vt inde titulus & nomen honorificentissimum Christianissimorum ipsis meritò tributum] Hic titulus itidem pluribus Hispaniæ Regibus tributus. Richaredum enim vocatum fuisse Christianissimum Anno Domini 589. constat, post illum eodem titulo decoratus fuit Sisebutus Anno 616. cùm expulerat Iudæos ex Hispaniæ territoriis; Cinthillanus appellatur Christianissimus in Sexto Concilio Toleti habito; & Leo Pontifex scribens Quirico vocat Flavium Ervigium tum Regem Hispaniarum Christianissimum, in quarto Concilio Toletano, eodem titulo insignes fuere Ramicus, Rex Aragoniæ, & Sanctius Tertius, necnon Alphonsus Magnus.

P. 425. v. 24. Papa Pius IV. Anno Domini 1564. Gallo præcedentiam tribuit] Hac de re sequentia scribit Bartholomæus Romuleus Florentinus IC. & in Ingolstadiensi Academia Antecessor *in Commentario ad l. Re conjuncti D. de legat. 3. p. m. 12.* Propter pluralitatem Regnorum, *inquit*, quis non est præstantior altero, super quo, audivi, litem fuisse apud Venetos, Pontificem, & Cæsarem, inter Legatum Regis Hispaniarum, & Regis Gallorum de prælatione, tandémque caussam remissam fuisse ad summum Pontificem, & decisum fuit pro Rege Gallorum, quia illa Regia dignitas est præstantior cæteris. *Hæc Barthol. Romul. d. l.*

P. 453. v. 5. Regem Galliæ in sessionibus semper prælatum fuisse Regi Angliæ.) Post hæc à me scripta & typis impressa, ex Anglia mihi

missus fuit summi viri D. Jacobi Howel dissertatio de præcedentia Regum, in qua de præeminentia Regis sui Magnæ Britanniæ, necnon præcedentiæ controversia inter Galliæ & Hispaniæ Reges disquirit, & licèt vir alioquin eruditissimus nullum non moverit lapidem, ut non obscurè Regi suo præcedentiam præ Galliæ Regibus asserere posset, argumenta tamen ab eodem adducta parùm stringunt, uti lectori judicio prædito ex perlectione dissertationis constabit, vellem, Authorem laudatum ullum præjudicium aut actum possessorium, quo Angliæ Rex, Christianissimo Galliæ Regi in Conciliis prælatus, adduxisse, argumentum ab ordine scripturæ petitum, uti infirmum, & nonnisi cæteris paribus admittendum mihi in ejusmodi gravissimis controversiis nunquam satisfecit, neque rationes à fæcunditate agrorum Anglicorum, præstantia legum communium ibidem, necnon victoriis ab Anglis reportatis ejus ponderis, ut ad decisionem hujus controversiæ tutò adhiberi possint, relliqua argumenta deprompta ab antiquitate Regum Angliæ, eorundémq; potentia terrâ marive insigni, meritò admittenda, quæ etiam hoc capite à nobis adhibita, neque tamen Galliam quoad hæc ipsa, Angliæ cedere, ex iis, quæ capite præcedenti adducta, lectori constare poterit.

P. 454. v. 14. Anglorum causam in possessorio non parùm juvat, quòd Julius II. Pontifex pro præcedentia Regis Angliæ adversus Regem Castiliæ judicaverit.) In congressu Legatorum Angliæ & Hispaniæ habito Boloniæ in Gallia, Legati Reginæ Elisabethæ Henricus Nevile, & Johannes Hebert milites aurati, hoc ipsum inter alia ad asserendam præcedentiam Reginæ adduxerunt. Orta enim de præcedentia disceptatione, Angli produxerunt scripturam Romà missam, desumptam ex libro Ceremoniarum, ex quo probare liquidò conabantur, Regem Castellæ cedere debere Regi Angliæ, allegârunt quoque Angliæ Legati, regnum Castellæ, comparatione cum Anglia facta, esse recens, nec adeò antiquum, cùm usque ad annum 1017. Comitibus paruerit, operæ pretium me facturum puto, si in gratiam cupidi lectoris remonstrationem, ut vocant, à Legatis Angliæ Hispaniæ Legatis exhibitam, & ad refellanda argumenta pro pręcedentia Hispanica militantia ad eosdem in congressu modò dicto Boloniæ Anno Domini 1600. habito, transmissam heic integram subjiciam.

Illustres, & Magnifici Domini,

Perlegimus scriptum, quod Illustres & Generosæ Personæ vestræ ad

nos

nos heri miserunt, & illa capita, quæ substitutionis potestatem, & sigilli vigoré attingunt, statuimus non ulterius prosequi, confidentes de sinceritate Serenissimi Domini Archiducis, & acquiescentes integritate Illustrium, & magnificarum vestrarum personarum, quæ nobis pollicentur bonam fidem in hoc, quod agitur, negotio summo cum candore & humanitate conjunctam. Clausulam verò, quam in serenissimi Archiducis Commissione omissam esse superiùs demonstravimus, quàm primum commodúmque videbitur, quod pollicitæ sunt vestræ Illustres, & Magnificæ personæ, petimus inserendum.

Quod verò Illustres & Magnificæ vestræ personæ asserant, insolitum & novum videri, quod proposuimus de prærogativa & præcedentiæ dignitate Serenissimæ Reginæ Dominæ nostræ semper debita, non possumus dissimulare, nos valde mirari illud viris vestræ conditionis, eruditionis, & Judicii novum esse, & insolitum, quod universo orbi terrarum notum est, & celebratissimum; Res enim est exploratissima, quòd Regio Hispanica, cùm distributa fuerit in diversa Regna, & devoluta in manus Regis, Ferdinandi, & Reginæ Isabellæ, Regnumque Granatę, insuper ei adjunctum, unà cum cęteris partibus Indiarum occidentalium, orta est contentio, speciose magis, quàm solidé rectéque fundata de pręcedendi dignitate cum Regno Anglorum tempore, quó papatum occupavit Alexander, ejus nomine sextus, natione Hispanus, quæ perducta ad tempora Julii secundi. Volaterranus Author imprimis bonus Historiographus Italus nullo privato benificio Angliæ obstrictus, quique eodem tempore vixit, ea de causa, quemadmodum actæ, gestæque fuerunt, probé potuit intelligere, de hac re ita refert; Inter Oratores Henrici septimi Regis Angliæ & Hispaniæ Regis inter sacra sedendo orta est contentio, quę etiam sub Alexandro cęperat, Julius locum honoratissimum Anglis pro tempore adjudicavit, quod quidem Jus, & prærogativam regis Angliæ possidentes tenuerunt usque ad tempora Caroli Quinti Imperatoris, qui licet ratione Cæsareæ Majestatis supremam sedem Dignitatis inter principes occupavit, Illud tamen privilegium ad posteros suos in præjudicium aliorum Principum, transmittere non potuit. Ideoque post obitum ejus quæstio illa præcedentiæ ad ibidem terminos, unde antea digresserat, reversa est; Cùm igitur Reges Angliæ semper tenuerint priorem & augustiorem sedem præ singulis illis Regibus, priusquam Regna eorum in unum reducta fuerint, reductisque in unum

indeq;

indéq; ea de re quæstione mota jus suum ex sententia Papæ retinuerunt, de quo nullo unquam tempore aut occasione cesserunt.

Extra controversiam ergo putamus illud de jure pertinere ad Coronam Angliæ, uteunque propagata & amplificata sunt Territoria, & Dominia, Regni Hispaniæ, quod recta rerum æstimatione nihil valet, aut valere debet inter Christianos Principes ad hanc prçcedentiæ quæstionem. Alioqui plurimi Reges, & Principes sibi assumerent prçcedentiam in multos alios Principes, quibus jam & liberè, & libenter concedunt.

Amplius de hac prçsenti controversia de prçcedentiæ dignitate hoc ipso tempore aliud est, quod se non indigné offert judiciis vestris examinandum. Nempe quòd unus è nobis, quem Serenissima Domina Regina nostra ad hunc tractatum pacis concludendum elegit, Legatus jsest, qui quotidiè residet apud Christianissimum, quam dignitatem unà cum omnibus prçrogativis, qui eam comitantur, retinet, quoad in regno Galliæ commoratur; primus verò de vobis, quamvis sit Legatus Catholici Regis apud Serenissimum ArchiDucem, cùm jam sit extra Territorium ArchiDucis: qualitate ea dignitatéque exsui censemus; Et nostrum, in quo multiplicata ista dignitàs elucet, & dominatur, jure prçferendum unicuique, qui singulari & nudo Titulo deputati scilicet ad Tractatum pacis inductus prodit. Vobis igitur si placeat, quæstiò ista acto silentio prçtermittatur. Hæcque prçrogativa, de qua agitur, maneat, habitétque in Serenissima Regina Domina nostra, ad quam jure spectat, pertinétque; Ita alacrioribus animis ad Conventum, Colloquiúmque, cujus causa huc accessimus, feremur.

Ista omnia pro prudentia & moderatione vestrarum *Illustrium* & magnificarum Dominationum petimus, amicè & candidè accipi, ut quç profecta sunt ab observantiis, & religone officii nostri, non à studio tempus consumendi, & contentionis excitandæ.

Sign.

Datum Boloniæ 26. Maji 1600.

Henricus Nevile.
Johannes Harbert.

P. 488. v. 21. Si antiquitatem res bello præclarè gestas, & potentiam Regum Portugalliæ, sive Lusitaniæ conferas) Heic obiter notari meretur. Portugalliæ nomen, non à Gallorum portu esse: sed à portu Gallæciæ, quæ appellatio non est à Gallis, sed Calaicis, prout rectè existi-

existimat Vossius *de orig. Idolatr. lib. 1. c. 34. p. m. 251.* Sanè, constat, mox post annum à Christo quingentesimum Portucalense nomen fuisse in usu, sive Gallæcia, sive Calis ei nomen dederit. Ita Concilio Toletano tertio interfuere Constantius Episcopus Porticalensis anno I ꝺ LXXXIX. item Ansiulphus Porticalensis quarto Toletano; quod celebratum, si non anno ꝺc XXXIII. quæ Vasæi opinio fuit; sequenti altem, quod maluit Ambrosius Morales. Paulatim veró id nomen extensum; ita ut Portucalia, sive malis Portugallia, tandem regnum evaserit: cujus primus sceptra gessit Alphonsus Henricus Anno Chr. cꝺ CXXXIX.

P. 521. v. 13. inde ne quicquam præeminentiæ & dignitati Reipublicæ Venetæ nos detractum velle.] Equidem non præterit me controversiam ratione præcedentiæ inclytæ Reipublicæ Venetæ motam esse à Sabaudiæ Duce, de qua controversia peculiari scripto luculenter egit Graswinkelius, quò lectorem remito.

P. 592. v. 15 posteaquam septem Electoribus octavus adjectus] Hoc ipsum quidem contra Auream Bullam constitutum est, sed tamen antiquitatis exemplo non destituitur. Nam ante Ottonem III, plures omnino Electores etiam ex una familia, interquos Abbatem Hersfeldensem fuisse, Hermannus Kirchnerus *in Mss. Antiquitatibus* deprehendit, exstitisse scribit Georgius Hornius Historiarum & Politices in Academia Harderwicensi Professor *in disp. de Palatinatu superiore & Electoratu Rheni thesi 11.* Jam olim Maximilianus I. Imperator ab Electoribus petiit, ut jus suffragii in electione Imperatoriâ ArchiDucibus Austriæ quoque communicarent, nihil veró obtinere potuit. *Hartm. Maur. de Elect. Caroli V.* Dan. Otto *I. P. c. 10 p. m. 165.*

P. 633. v. 1. & 2. In secundo alß auf der Weltlichen FürstenBanck præcipuum locum occupant Duces Bavariæ & Palatini) Equidem auf der Weltlichen FürstenBanck non modó Principes Bavariæ & Palatini, sed & Saxoniæ Principes præcipuum locum occupant, ita tamen, ut inter se de sessionis prærogativa disceptent, Saxoniæ Principes tamen in novissimis Imperii Comitiis priorem locum citra præjudicium Bavari, cùm ipse per contradictionem & protestationem interpositam hactenus jura sua illæsa conservaverit, occuparunt, prout patet ex schemate supra in Addendis ad p. 255. adducto.

P. 593. v. 15. Equidem Palatino postremum locum, in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1653. ab Electoribus determinatum legimus] Spectat huc lectu digna in Electorali Collegio de Anno 1653. ab Electoribus, facta declaratio, ex qua ipsa colligere potui, minùs accuratè & heic, uti & alibi scripsisse ea de re G. de H aliquoties in hoc opere adductum p. m. amicum alioquin nostrum dilectum Authorem Comitiologiæ Anno 1657. editæ, dum longè aliter latera Electoralis Collegii exposuit. Declarationis verba sequentia sunt:

Alß bey gegenwertigem von der Röm. Keyserl. Mayestät unserm allergnätigsten Herrn anhero nach des heilig. Reichs Stad Regenspurg außgeschriebenen allgemeinen Reichstag/ bey einem hochlöblichen Churfürstlichen Collegio der Sessionen/ processione unnd Stimmen halben vor Ablegung der Keyserl. Proposition allerhand vor nöthig befunden Unterredungen gepflogen/ von des herren Pfaltzgrafen Churfl. Durchl. auch dessentwegen/ nachrichtliche declaration und Erleuterung begehret worden/ unnd man in dem insgesambt allerdings einig/ daß erstlich/ wo die Herren Churfürsten in Person alle beysamen/ ein jeder seine in der gülde-nen Bull assignirte und hergebrachte Sessen und latus in denen actibus, wo latera gehalten werden/ nehmen und haben/ unnd es alsc auch zum zweyten/ wo keine unter den Herren Churfürsten des H. Reichs Persönlich zugegen/ mit deren Rähten/ Gesandten und Bottschafften tam in actibus collegialibus, quàm extracollegialibus & Processionibus gehalten werden soll. Wo aber vors dritte die Herrn Churfürsten nicht alle Persönlich gegenwertig und mit der Abwesenden Gesanden concurriren wurden/ daß alß denn die in eigener Person anwesende Herrn Chur-Fürsten/ der abwesenden/ oder sonsten/ quacunque occasione bey denen actibus tam publicis, quàm Collegialibus nicht erscheinen den Herrn Churfürsten/ Rähten/ Gesandten unnd Bottschafften (ohne respect ihrer gnädigsten Herren Principalen/ so sonsten vor oder nach sitzen/ wenn sie selbsten gegenwertig währen) in sedendo, eundo & procedendo, es weren gleich die Keyserl. Insignia vorgetragen oder nicht/ doch salvo semper Directorio ac laterum, & votorum ordine, vorgezogen/ auch viertens jetzgedachte latera à sinistris & dextris vor wie nach/ firmiter & immutabiliter ohne hinüber oder herüber springen förmlich gehalten/ und fünfftens/ sintemahlen in deme bey Jüngst im Jahr 1648. zu Münster und Oßnabruck ufgerichteten/ publicirten und ratificirten allgemeinen

Reichs

Reichs-Friedenschuß der numerus Electorum vermehret/ unnd octavus Electoratus uf maß und weise in Instrumento Pacis erhalten/ induciret und eingeführet/ und denselben der ultimus locus assigniret worden/ vor der zeit aber solche letztere Stelle in Churfl. Collegio des Herrn Churfürstens zu Brandenburg Durchl. in sinistro latere nach Chur Sachsen/ nunmehr aber bey Einführung deß achten Electoratus, penultimus locus in Collegio, und nach den lateribus der letztere auf der rechten seiten gleich nach Chur Bayern (zu evictirung der sessionen deformität) gebühret/ auch genommen und darzu verstanden worden/ ein solchlich S. Churfürstl. Durchl. zu Br. auf der lincken Seiten gehabten letztern Platz und Stelle pro ultimo octavi Electoratus loco, und die Chur-Sächsischen in eodem sinistro latere pro antepenultimis zu halten/ und also Chur Brandenburg unnd Chur-Pfaltz beyde extrema utriusq; lateris zuschliesen haben/ und dabey einem König zu Boheim in actibus, wo derselbe in Collegio Electorali oder sonsten in eigner Person mit denen Herrn Churfürsten concurriret, an seinem in der Güldenen Bull unnd dem herkommen fundirter jure sessionis & loci auf denen Herren Churfürstl. sambt unnd sonders o erwehnter maßen/ quoad directorium, ordinem votorum & latorum hierdurch nichts benommen/ sondern per expressum vorbehalten seyn solle/ so hat ein hochlöbliches Churfürstliches Collegium des Herrn Churf. Pfaltzgrafen Durchleuchtigkeit ein solches zu begehrter nachrichtlichen declaretion und Erleuterung hiermit verhalten wollen/ so geschehen zu Regenspurg den 11. Mart. 1653

P. 667. v. 9. placuit, paucis de Marchionum Brandeburgensium sessione hoc loco agere.] Equidem de potentissimorum Marchionum Brandeburgensium sessione capite praecedenti agendum fuisset, quod incuriâ typographorum omissum, interim uti ordinem hunc nihil praejudicare posse veritati arbitramur, ita monere id ipsum hoc loco operae precium me facturum duxi, quippe constat ex Actis publicis hodie in Comitiis Imperii hunc sessionis ordinem observari, prout ex subjecto schemate apparet,

Brandeb. Culmbach
Brandeb. Onoltzbach
Braunschweig Wolfenb.
Braunschw. Zell
Braunsch. Grubenhagen
Braunsch. Calenberg.

Cæterùm, quod sessionem Serenissimorum Marchionum Brandeburgensium quoad Episcopatus Halberstadensem & Mindensem attinet, dignum, ut heic in gratiam lectoris subjiciatur Decretum Cæsareum de ordine sessionis quoad prædictos Episcopatus.

Keyserlich Decret
Wegen der secularisirten Stiffter

von der Römischen Keyserlichen Mayestäth unserm allergnädigstem Herrn dem löblichen Fürsten Raths Directorio hiemit in gnaden anzuzeigen/ Nachdem bey erst allerhöchstgedachter Ihrer Keyserlichen Mayestäth die Churfürstliche Brandenburgische unnd andere wegen der secularisirten Stiffter interessirte Fürstliche Abgesandte in puncto sessionis & voti einkommen/ wie hierbeygefügtes memorial mit mehrern außweiset/ unnd nuhn dieselbe hierauff allergnädigst resolviret, daß das Fürstenthumb Halberstad seine Session immediatè nach dem Hauß Braunschweig vor denen negst folgenden Häusern/ das Fürstenthumb Minden aber immediatè nach Sachsen Lauenburg vor Holstein/ unnd die übrige drey/ alß Schwerin/ Ratzeburg/ und Hirschsfeld/ vor Mempelgard unnd anderen folgenden Fürstlichen Häusern gesetzet werden solle/. Alß haben Ihre Keyserliche Mayestäth dessen das löbliche Fürsten-Raths Directorium zu dem Ende zuerinneren/ allergnädigst anbefohlen/ daß dasselbe ermeldten secularisirten Stifftern/ oder derentwegen anwesenden Gesandten nicht allein ihre designirte Sessiones von nuhn alsobald einräumen/ sondern auch obgesetzter Ordnung die vota specialiter oblegen lassen wolle. An dem &c. Signatum Regenspurg unter Ihrer Keyserlichen Mayestäth aufgetrucktem Keyserlichen Secret Insiegel den 5. Maji Anno 1654.

L. L.

Vt
Ferdinand Graf Kurtz

Wilhelm Schröder.

Cæterùm, quod Archiepiscopatum Magdeburgensem attinet, cùm hic ipse Archiepiscopatus qualitatem clericalem tantummodo inter vivos exsistente Serenissimo Principe & Dn. Dn. Augusto, Duce Saxoniæ & Administratore Magdeburgensi obtineat, post obitum verò ejusmodi

ejusmodi sub titulo Ducatus ad Electoratum Brandeburgensem devolvatur, dubium non est, novas lites ratione sessionis futuras, neque enim Serenissimum Electorem sessionem auf der Neben-Banck im Fürsten-Rath occupare adstrictum esse, rationibus inducti, existimamus, interim Serenissima Domus Palatina procul dubio quartum locum potentissimæ Domui Brandeburgensi concedere repugnabit, utut Serenissimæ Domui Brandeburgicæ ratione Archi-Episcopatus Magdeburgensis, instar Sueci ratione Bremensis, idem locus eadémve sessio in seculari principum scamno, quam in Ecclesiastico, & hactenus in tertio scamno Collegii Principum Magdeburgensis votando obtinuit, jure debeatur, qua de re alibi pluribus acturi.

Cæterùm neque hoc loco omittendum ducimus, licèt Magdeburgensis ArchiEpiscopatus præ reliquis Germaniæ insignis præeminentia & dignitas, jam ab antiquis temporibus fuerit, prout *lib. 2.* hujus operis *cap. 10.* pluribus exposuimus, hodie tamen in titulo Electorali Borussiam Magdeburgo præponi constat, non aliam ob rationem, quàm quòd modò Serenissimus Elector Brandeburgensis Borussiam non ampliùs jure feudi (qua de re alibi in peculiari discursu, qui sub nomine Anonymi Anno 1657. prodiit, disseruimus] sed jure proprietatis obtineat, quem enim præterit status Borussiæ, præsentibus Plenipotentiariis Polonicis Serenissimo Electori Brandeburgensi homagium subjectionis, den Erbhuldigungs-Eyd præstitisse.

Equidem non ingratum spero Lectori futurum, si rescriptum Serenissimi hac de re ad Regimen Mindense directum heic subjiciatur.

Friederich Wilhelm ChurFürst.

Unsern gnädigen Gruß zuvor / Veste Hochgelahrte Räthe und liebe Getrewe / alß nach glücklich volbrachtem actu homagiali in Preussen / da uns unsere getrewe Preusische Stände / in gegenwart der Königlichen Polnischen Gevolmächtigten / den Erbhuldigungs Eydt / alß ihrem nunmehro einigen unmittelbahren Ober Erb Herrn / abgeleget / wir darauff in unser Titulatur eine Enderung verordnet / daß nemblich das Hertzogthumb Preussen künfftig vor

Magdeburg gesetzet werden solle. Als befehlen wir euch hiermit gnädigst/ bey denen Cantzleyen anzuordnen/ daß auch in denen rescriptis unnd allen anderen sachen/ so ihr künfftig in unserem Nahmen auffertiget/ es also gehalten/ unnd daß Hertzogthumb Preussen Magdeburg vorgesetzet werde/ hieran vollenbringet Ihr unseren willen unnd habt uns zu gnaden gewogen/ gegeben zu Cölln an der Spree den 20. Novembris Anno 1663.

An   Friederich Wilhelm

die Mindische Regierung.

P. 724 v. 25. Scabini erant Assessores.] De Scabinis, unde dicti, ac quodn[..]m eorundem officium tempore Caroli M. & subsequentium Impp. fuerit, diligenter exposuit Fridericus Brummerus *in disc de Scabinis antiquis, ævi medii, & recentioribus per tot.* quò lectorem remitto. Videantur alioquin de Scabinis Lindenbrogius *in Glossar. ad* Cod. LL. *antiquar. voc Scabini,* Freherus *not. ad tr. de secret. West. judic. p. 42.* Loccenius *Antiquit. Suec. Goth. c. 6.* & Speideilius *in Notabil. Juridicohistoricopolit. tit.* Schöffen.

P. 726. v. 5. Alii denique dicti Gogravii & Dingravii, judices pedanei.) Ita judices ejusmodi in LL. Salicis dicuntur Ringgraven à Ring/ ring/ quæ vox antiquis Germanis eadem atque judicium, seu forum judiciale. Vide Pontanum *orig. Franc l. 6. c. 11.* & Voss. *de vit. Serm. l. 2. p. 307.* quemadmodum etiam Latinis *Res* hoc significat, ita enim Ausonius:

Imperium, litem, Venerem, cur una notat Res?

observante Frehero *tr. de secr. Westph. judic.* unde locus judicii publicus dictus die Rechte Dingstadt Land Recht *art. 61. l 3.* Hinc feria tertia septimanæ, sive dies Martis, quia apud veteres Germanos, præsertim Saxones, erat juridicus (Martem quippe pro præside judiciorum gentiles habuisse constat) hodienum vocatur Dingetag. proinde Gobelinus *in Cosmidrom.* adductus Frehero in signum diei Martis, *inquit*, judicium quoddam occultum concernens pænam morte puniendorum in certis casibus, in partibus Westphaliæ, præcipuè die Martis celebratur, quod quidem judicium incolæ f.[..]ting appellant.

P. 726. v. 22. ad Comitis sui mallum venire omnino non recusent.) Dictus mallus à mahl/ id est, signo, ut enim mallenses seu subditi scire possent, ubi comparendum coram judice, in loco judicii vim signi habens, lapis, arbor, pertica, vel etiam crux lignea, cum gladio & manu

manu, aliisque insignibus appensis erigebatur. A mallo etiam est vox Mahlstein & Mahlbaum/ vid. Land-Recht *l. 2. art. 29.* id est, limes, quo districtus discernebantur, more ab Episcoporum olim non abludente, quo per crucis fixionem diœceses suas distinguebant, quod σταυροπήγιον vocabant, de quo Meursius *in Gloss.* Græco Barb. hac voce. Apud auctorem Anonymum *vita S. Gerhardi Abb. l. 1, c. 19.* Mallenses dicuntur Convicani ad eundem Mallum, districtum, ac Centenam pertinentes eundemq; Comitem seu Judicem agnoscentes. Vid. Frideric. Brummer. Lipsiensem *in disc. de Scabinis cap. 5.*

P. 777. v. 12. apparet, eandem antiquitate & nobilitate nulli liberarum Imperii civitatum secundam esse.] Vide præeminentia civitatis Coloniensis Johan. Limnæ. *de jure publ. tom. 4. lib. 7. cap. 10. n. 4.* & Philipp. Knipschildt *de Jurib. & privileg. civitat. Imperial. c. 10. per tot.*

P. 839. v. 17. de celeberrima Oxoniensi Academia præstat potiùs nihil dicere, quàm pauca.) Huic Academiæ Oxoniensi ratione præcedentiæ cum Cantabrigiæ Academia controversiam fuissa, eamq; sæpius in Parlamento discussam, testatur D. Jacobus Howel *in dissertat. de præcedent. Regum. p. m. 274.* quòd si ratio antiquitatis & ordinis scripturæ habeatur, putat laudatus D. Howel, Oxonium prævalere, addit ex Luciano, quòd cum cœlo lis orta fuisset inter Æsculapium & Herculem ratione præcedentiæ, Æsculapius prævaluerit, eò quòd longiore tempore in cælo exstitisset.

P. 503. v. 7. Delphini Franciæ originem exposuerunt pluribus Vincentius Lupanus, & Draco.) Originem nominis referunt Gallici scriptores ad Comites d' Albon & de Viennois, quorum familia cognomine Delphini clara fuit, à cause, comme aucuns pensent, des poisson Daulphin, qu'elle portoit en ses armes, ou comme d' autres estiment, en memoire de l' ancien voyage de Delphes, que leurs predecesseurs avoient iadis faict avec Brennus, prout scribit Charron en *l' histoire universelle chap. 29. pag. 948.* alioquin in Gallia titulus Delphini ita distinguitur, ut alius dicatur Delphinus Viennæ [Daulphin de Vienne] & alius Delphinus Arverniæ (Dauphin d' Auvergne) Ille competit primogenito Regis, hic aliis: & nonnullis de familia Barbonica, uti videre licet apud Fanyn *au theatre d' honneur tom. 1. liv. 3. p. 800.* originem utriusque ita describit Scipio du Pleix *en l' histoire generale de France tom. 2. pag. 483.* Le premier Seigneur, ou Comte, de Vienne, qui prit le titre

de

de Daulphin, fut Guigues II. fils d'autre Guigues, dit le Vieil, & le gras, Comte de Givaudan: Car ayant espousé en premieres nopces, la fille de Comte d' Albon, & de Viennois, qui avoit le nom, ou sur nom Daulphin, il prit ce mesme surnom soit, pour l'amour de sa femme, ou pour honorer son beau pere. Et l'autre gendre du mesme Comte de Viennois, qui avoit eu en dot les terres, qu' il possedoit en Auvergne, a l'imitation de Guigues ou par pareille complaisance, prit aussi le titre de Dauphin d' Avergne, Inter Viennæ Dominos vel Comites, Guigo II. filius Guigonis senioris, dicti Crassi, Comitis Givodami primus assumpsit titulum *Delphini*. Postquam enim primo matrimonio sibi associasset filiam Comitis Albonii, & Viennæ, qui utebatur nomine, vel cognomine Delphini, idem sibi attribuit, ductus vel amore in conjugem, vel ut ita honore afficeret Socerum. Alter ejusdem Viennæ Comitis genere, qui in dotem acceperat bona, quæ ejus socer possederat in Arvenia, ad exemplum Guigonis, vel iisdem ex causis, assumpsit titulum Delphini Averniæ. Quomodo & quando Delphinatus ad Regem Franciæ pervenerit, & primogenito ejus fuerit assignatus, magna inter historicos est diversitas, communior sententia est, id factum ab Humberto ultimo Delphinatus Principe. Vid. Limn. *in Notitia Regni Franciæ l. 1. c. 4. lit. nn. p. 101.* & Conring. *in tr. de finib. Imper. German. lib. 2. cap. 24.*

P. 570. v. 33. suisque comitata virginibus ad locum Sessionis procedat.) Quisnam ordo Processionis in coronatione Imperatricis observandus, patet ex Memoriali ordinem in processione concernente, Imperatori Anno 1653. cùm Imperatrix coronanda esset, à Principibus Imperii oblato & exhibito, quod scriptum in gratiam Lectoris curiosi, unà cum subsecuti Decreto Imperatoris heic subjicere pretium operæ me facturum puto.

Allerdurchleuchtigster &c. Allergnädigster Herr/ auß E. Keyserl. Maist. allergnädigstem Befehl hat unß deroselben geheimer Rahr/ und obrister Hoffmeister/ deß Fürsten von Diedrigstein Liebd. Gestern vormittag nachrichtlichen eröffnet/ waß massen E. Keyserl. Maist. deroselben Hertzgeliebtester Keyserl Gemahlin/ der Allerdurchleuchtigsten/ Großmächtigsten Fürstin und Frauen/ Frauen Mariæ Eleonoræ, erwehlter Römischer Keyserin/ auch zu Hungarn und Böheim Königin &c. gebohrner Hertzogin zu Mantua und Montferrat/ &c. Unserer Allergnädigsten Frauen veranlaster Keyserl. Krönung auff nehstkommenden Montag den 11. 21.

dis

diß wircklich vollzogen/ unnd bey der procession in und auß der Kirchen/ unter andern auch diese Ordnung halten zu lassen/ allergnädigst entschlossen seyn/ daß zwar der Regierenden Reichs Fürsten Gemahlinnen/ Ihrer Mayest. der Keyserin obrister Hoffmeisterin vor die unvermählte Princessinnen aber dero nachgehen unnd folgen sollen. Thun gegen Ew. Keyserl. Mayest. der allergnädigst. beliebten avisation halber unß forderst allerunterthänigst bedancken/ und zu dem vorseyenden glorwürdigst-heiligen actu coronationis grund hertzenß allergehorsambst gratuliren, konten aber E. Keyserl. Mayest. darneben mit gebührendem respect allerunterthänigst anzubringen unß nicht enthalten/ waß massen wir/ auff gepflogene Nachfrage/ und mündliche Unterredung gründlich befunden/ daß zu vorigen zeiten/ bey dergleichen/ und andern actibus, sonderlich aber bey Krönung weiland Keyserin Annæ, nicht nuhr die vermählte Fürstinnen des Reichs/ sondern auch die Princessinnen/ je und allweg von der Keyserl. Oberhoffmeisterin die præcedentz und Vorzug gehabt/ und deroselben niemahlß nachgezogen worden; massen dan zu zeiten Keyserin Eleonoræ, das Fräulein zu Sachsen/ ohngeachtet dasselbe in dem Keyserl. Frauenzimmer wircklich bedienstet gewesen/ eben umb dieser consideration willen/ daß Sie eine gebohrne Fürstl. Princessin/ dannoch der Keyserin Hoffmeisterin jederzeit vor unnd nicht nachgegangen. Weilen nuhn auß aller unterthänigster zu E. Keyserlichen Mayest. tragender confidentz, Wir unß versichert wissen/ daß dieselbe eß durchauß bey dem alten löblichem herkommen verbleyben zu lassen/ und die alte Fürstliche Häuser/ und darvon entsprossene Fürstliche Personen/ welche die Ehre haben mit E. Keyserl. Majest. höchstlöblichen Erbhauß Oesterreich/ befreundet und alliirt zu seyn/ bey ihren hergebrachten Fürstlichen Dignitäten/ Würden und Prærogativen/ vielmehr allergnädigst zu Conserviren/ alß dieselbe in einigen Weg zu diminuiren in Keyserlichen Gnaden bedacht seyn werden. Alß bitten E. Keyserl. Majest. wir hiermit allerunterthänigst/ sie geruhen/ bey vorseienden Keyserlichen Krönungs actu, die Procession, angezogenen alten herkommen gemäß dergestalten/ darmit die uns anverwante Princessinen/ welche allerhögst ernant Ihrer Majest. der Keiserin allerunterthänigst auffwarten sollen/ keinen Schimpf darvon zu gewarten/ anstellen zulassen/ allergnädigste beliebung tragen/ und das umb soviel destomehr/ weilen ohne daß dieselbe in allem nur drey Glieder machen/ und ihre Keyserliche Majest. zu dero nothwendigsten Dinstendie Frau Obriste Hoffmeisterin/ einen alß den andern Weg/ nahe gnug an der

Handt haben könten. Dargegen wollen wir gantz gerne geschehen lassen/ daß in der Kirchen hinter ihrer Majestät/ der Keysertnnen dero Frau Obriste Hoffmeisterin ihren Sitz einnehmen/ und mit auffwartung/ an und auß- und ankleidung/ ihr Ampt verrichten möge. Gleich wie nun E. Keyserl. Majest. diese unsere aller untertenigste Erinnerung/ und angehengte gehorsambste Bitt/ verhoffentlich selbst nicht anders/ alß der billigkeit und üblichen herbringen Gemäß befinden werden/ Also thun wir uns allergnädigsten Beliebung ümb so viel gewisser allerunterthänigst getrösten/ und thun darmit E. Keyserlichen Majest. zu beharlichen Keyserlichen Hulden unnd Gnaden/ uns und die unserige allerunterthänigsten befehlen. Datum Regensburg/ den 6.16. Julii Anno 1653.

Ad hoc, Imperatoris jussu, per decretum sub dato 18. Jul. responsum fuit: der Römischen Keyserl. Majest. unserm allergnädigsten Herren/ ist in unterthänigkeit referirt und vorgetragen worden/ waß bey deroselben die anwesende löblichen Fürsten des Reichs/ wegen deß voniger Fürstlichen Gemahlin/ und Fürstlichen Freulein prætendirten Vorgangs für der Keiserlichen Obristen Hoffmeisterin/ bey instehender Krönung ihrer Majest. der Römischen Keyserin/ unserer aller gnädigsten Frauen gehorsambst erinnert/ gesuchet und gebeten gaben. Wan nun vor allerhöchstgedachte Ihre Keyserl. Majest. von zeit ihrer angetretenen Keyserl. Regierung keinem Stand des Reichs ichtwas zu Gemüthes/ so dessen wolhergebrachten prærogativ/ recht und Gerechtsam in eintzige Wege zu nachtheil gereichen können/ also seind sie auch dieses Orts eintzige Neurüngen vorgehen zu lassen/ nicht gemeint. Nach dem aber bekandt/ und es ohne das die Nothdurfft erfodert/ daß Ihre Majest. die Römische Keiserin/ wie jedesmahls/ also auch bevorab bey dergleichen höchsten Solenniteten und Krönungen/ ihre Obriste Hoffmeisterin nähestem bey der Hand haben/ und von derselben bedint möge werden/ Also hat es annoch bey solchem herkommen billich seyn verbleiben/ und werden sich vorgedachte anwesende Fürsten des Reichs nicht entgegen seyn lassen/ daß die Frau Obriste Hoffmeisterin in der Procession zu/ und von der Kirchen/ alsbald nach denen regierenden vier Fürstinnen/ in der Ordnung allein folge. Dafern aber dieselbe künfftig noch beweisen wurden/ daß es anders were gehalten worden/ so erklären Ihre Majestät sich allergnädigst dahin/ daß dieser ergangene actus ihnen nicht præjudicirlich seyn solle. Im Fall aber ihre Fürstl. Gnaden Gn. gleichwohl einige bedencken haben solten/ daß dero Freulein Tochter und Schwe-

stern

stern/ auf diese Weise bey dem actu coronationis sich befinden thäten/ so stellen ihre Keyserliche Majest. denenselben allergnädigst anheim / ob sie mehr besagte dero Fürstliche Freulein Töchter und Schwestern/ in der Kirchen erscheinen/ und also der Krönung an deme vor sie außgezeichneten Ort beywohnen lassen wolten; welches allerhöchstgedachte Ihre Keyserl. Majest. hochgedachten anwesenden Hochlöblichen Fürsten des Reichs zum Bescheid also anzudeuten allergnädigst befehlen / die denselben benebes mit beharrlichen Keyserlichen Gnaden unnd allem guten foderst wohl bey gethan verbleiben. Signatum Regenspurg &c. den 18. Julii 1653.

P. 571. v. 18. Porrò si Imperatoris vidua adsit, in pristinæ dignitatis memoriam, prior ipsi locus meritò debetur.] Ita præter adductum Noldenium statuunt Arum. *ad A. B discurs. 6 thes. 39.* & Sinold. *part 1. de statu Rei Romanæ disp. 3. thes. 32. lit. d* asserentes, viduam Imperatoris, ipsi Imperatrici preferendam esse, quam in rem itidem adductam *l. 8. D. de Senator.* allegant quæ decisio Limnæo *in observat. ad A. B. Caroli IV c. 26. §. 5. Observat 8.* non satis facit, qui putat, quoniam viduæ Imperatoris in A. B. nulla facta fuerit mentio, eam ad processionem vocandam non esse, admitti tamen posse, si admissionem petat; quo casu tamen rectè Limnæus ibidem multa expendenda esse asserit, antequam illi certus locus assignetur. Inter illa erit, an sit vidua Imperatoris defuncti. & mater Imperatoris regnantis; deinde: an fuerit coronata in Imperatricem; porrò; an adhuc vidua sit, aut alii nupserit; præterea etiam ad processionem ipsam respiciendum, cujus causa vel quem in finem instituta. Etenim, in processione, quæ fit ob coronationem Imperatricis, fortassis aliud dicendum, quàm in aliis. His similibúsq; præmissis, resolvi tandem poterit quæstio de loco, an unà cum Imperatrice, vel ante, aut post eam incedere debeat; idque potiùs ex civilitatis moribus, atque observantia Curiæ Imperialis, quàm ex legibus Romanis petendum erit. Si ex adducta *l. 8. D. de Senat.* (cum qua convenit *l fin. C de incol.* *l. 22. §. 1. D. ad municipal & de incol.*) desumeretur decisio, sufficere videri posset, si defuncti Imperatoris sit vidua, licèt non sit mater Imperatoris regnantis. Verùm, cùm fæminæ mariti radiis coruscare dicantur Nov. *105. c. 2. in pr.* majus utique lumen à sole lucente communicabitur, quàm ab illo, cujus radii nube teguntur, prout loquitur Limnæus laudato loco.

P. 725 lin. 28. nam marchiam pro limitibus accipi ex Aimonio *lib. 4. cap. 113.* constat.) Andreas Althamerus in Tacitum præclarè hoc

ipsum exposuit. Marchiam, *inquit*, quod aliàs quoque soleo narrare, Germani provinciam bello partam & destrictum unius ditionis aut villicationis, limitémq; vocare solent: quomodo est Danomarchia, Styromarchia & Feldmarck: & Marcomanos gentem undecunque confluentem in unam ditionem: & Marchionem Principem Marchiæ. Peucerus *lib. 4. Chron.* Domitis Henetis & Sorabis totam hanc oram distinctam in præfecturas limitaneas, quas nostrâ linguâ vocamus Marchias, distribuit præsidibus & gubernatoribus, Wolffgangus Lakius *Commentar. reipublicæ Romanæ lib. 1. cap. 2.* Germani nos quidem nunc, uti illos solemus agrutum, ubi ditionem privatarum distinctiones fiunt, Rain nominare. Ita provinciarum & populorum separationes publicas Marchas quondam; nunc Granicias & Frontyras corrupto Francico vocabulo nominamus, Reineccius *tomo 3. historiæ Juliæ pag. 432.* Marck. vox πλόσημος etiam limes est & limitanea regio. *Hæc illi.* Henricus Meibomius *in notis eruditissimis ad Chronicon Comitum Schauenburgensium Hermanni de Lerbeke Monachi Dominicani domus S. Pauli Mindensis ad verba.* Vocantur autem Marcomanni plebes undecunque collectæ, quæ Marcam incolunt, existimat, Marcam esse pagi alicujus partem, sive territorium non ita magnum. Ita diplomate quodam Ottonis M. Imperatoris habetur, quòd filio Ludolpho Cæsar donarit pagum Zermund/ hoc est, agrum finitimum urbi Soltwedelensi, cujus provinciæ tres marcas idem Ludolphus Geroni Marchioni contulit, quod Cæsar ratum habuit. Vide Encelium *in Chron. veteris Marchiæ.* Diplomata fundationis & donationis Monasterii Gandersheimensis, eidem Meibomio *d. l.* adducta mentionem faciunt Marcarum aliquot, Herichusanæ, Gandershemiæ, Rindeniæ, Loderingiæ, Laachiandorpiæ, Dungdiæ, Berahiæ, & Alunagiæ; quas verisimile est, fuisse omnes monasterio finitimas, Rindenia excepta, quæ fuit in diœcesi Coloniensi Chronicon Pegaviense, ut & additiones ad Schafnaburgensem, inculcant Marcham Dudersstadensem. Privilegia Bremensia *pag. 179.* Romerfledensem: quæ certæ regiones limitaneæ censeri diciq; minimè possunt. In LL. Bojorum *tit. 11. cap. 5.* Commercani dicuntur, quorum Marcæ vicinæ sunt.

P. 728. lin. 18. Comites à Spaheim & Veldens.] Vide de Comitatu Spanheimensi, & quomodo ad Palatinos Rheni pervenerit Zeilerum *apud Merian. in topograph. Palatin. Rheni pag. 8.* Comitatus Veldens

[cujus

[cujus Domini olim dicti validi Anciani Comites] matrimonio, quod contractum fuit inter Stephanum Comitem Palatinum [Ruperti Cæsaris filium] & Annam filiam unicam Friderici ultimi Comitis Veldenciaci, pervenit ad Palatinos Bipontinos, Idem Zeiler, *apud Merian. in topograph. Palatin. Rheni pag. 66.*

P. 791. lin. 15. & Riga urbs condi, & Christiana religio barbaris coli cæpit circa Annum 1160.] Fundatio Rigæ secundùm alios incidit in annum 1200. Auspex fuit Bartoldus ex monacho ædis San-Paulinæ in suburbio Bremensi, in Livonia Episcopus, de quo Russovius *in Chronico Livonico parte prima*, Chytræus *Saxoniæ lib. 1.* Episcopum hunc vocat Albertum, secutus fortean Hermannum de Lerbeke Monachum Dominicanum domus S. Pauli Mindensis, qui *in Chronico Comitum Shawenburgensium* ita scribit: Riga Civitas per Albertum Episcopum Livoniæ fundatur.

P. 506. lin. 6. In secundo Principes, & illi, qui de sanguine seu prosapia regali sunt.]Sané, maximâ præeminentiâ gaudent Principes è sanguine Regio in Gallia, qui, ut obiter id addam, Regi Franciæ quoq; soli exhibent mantile, [une serviette] aqua ex parte una madefactum, neque omiserim heic, disputatum fuisse aliquando inter Condæum, & Suessionem è sanguine Regio Principes, cui competeret Regi mantile exhibere, controversiam hanc pluribus exposuit Grammondus histor. Galliæ ab excessu Henrici IV. lib. 5 p. 274. cujus verba in gratiam lectoris heic subjicienda duco. Regi discumbenti, inquit Grammundus *d. l.* ad mensam, triclinarius minor, absente architriclinario, mantile præbet abstergendis manibus: invaluit, si fortè Princeps è sanguine Regio adstat pransuro Regi, illi ipsum architriclinarium eo officio decedere prærogativa Principatus. Condæus, Suessióq; , ambo Principes fortè Ludovico XIII. tum aderant, triclinarius Suessioni de more mantile præbet, Regi majoris ratione officii dignius offerendum: accingit se muneri suo Suessio, obstat ex improviso Condæus, primus Princeps, id sibi prærogativæ vindicans jure sanguinis, Suesio ad hæc mantile prensare arctiùs, contraque insistere architriclinarium se, cujus munere nemo defungi possit: haut diffiteri se, longo sic usu invaluisse, ut præsenti Principi è sanguine Regio cedat architriclinarius, se utroque jure insistere, unáq; Principem, prævalere officio, contra Condæus, evanescere architriclinarii munus

coram Principe ſanguinis Regii, cujus ea prærogativa eſt, ut omnium munia unus obeat, ſi obire velit, ſole obſcurari minora lumina & quanquam, inſtat Sueſſio, eodem jure Principatus immenſam eſſe inter utrumque diſtantiam: ita Regi infinitis ſpatiis inferiorem eſſe Gaſtonem, & ſi frater eſt: ita ſe Condæum, quamvis proximé inſiſtit, pro ſuperiore agnoſcere, & venerari Gaſtonem, Regis fratrem: qui inter utrumq; gradus, etſi unicus eſt, infinitis ſpatiis perſonas diſtinguere: gradu proximiores Principes in eo ſtatu poſitos, ut in remotiores jus vitæ, & necis, quandoque habere poſſint, ſi fortuna volet, quibus nihil juris in eos, qui antecedunt, natura dedit, nihil fortuna datura eſt. Incaleſcebant Principes, diſſidióq; haud procul aberant: intercedit Rex, accitóque Domino Gaſtone detergit manus, juſſi dein Principes amplexantur ſe invicem; hic jurgii finis, vide Limnæi notitiam Regni Franciæ *lib 2. cap. 13. lit. n. pag. 715.*

P. 715. lin. 17. ſæpius contingit, exemptos Imperii Status, Comitiis Imperii adeſſe.) Vide Goldaſt. *in præfat tom. 3 reſcript. Imp* R. A. de Anno 1530. §. dieweil auch ſolch tapfer Werck &c. ita in Comitiis nuperrimis Ratisbonenſibus de Anno 1653. plurimos exemptos adfuiſſe, Acta Comitiorum teſtantur,

Pag 922. lin. 5. An ſcilicet Doctores Juris in ſeſſione jure præferendi Doctoribus Medicinæ?) Hanc quæſtionem poſt hæc à me ſcripta, vidi in utramque partem ingenioſè eſſe ventilatam à Caſpare à Reies Franco, illuſtriſſimæ urbis Carmonenſis Medico jurato in Elyſio Jucundarum quæſtionum Campo Quæſtione 2. per tot. ubi aſſerit ex tribus nobilitatem & præſtantiam artium æſtimandam, vel ab antiquitate, vel ab utilitate, neceſſitate, & effectu, quoad ultimum contendit utiliorem eſſe operam Medici, & proinde eundem Icto præferendum, quæ ratio ſatis à nobis pro inſtituti ratione examinata fuit.

P 928, lin. 6. credebant ſtulti gentiles per ſomnium remedia ab Æſculapio ægrotis in ipſius fano incubantibus monſtrari.) *De* hac incubatione loquitur Ariſtophanes in Pluto, Actu 2. ſcen. 3.

Κατακλινεῖν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιȣ κράτιςον ἐςὶ

Apud Herodianum lib. 4 refertur, ut Antoninus Caracalla abierit *εἰς Πέργαμον τῆς Ἀσίας χρήσασθαι βουλόμενος θεραπείαις τȣ Ἀσκληπιȣ.* Philoſtratus memorat in vitis Sophiſtarum, ut Polemoni ob morbum articularem, eodem

eodem profecto, inque Æsculapii templo cubanti, apparuerit in somno numen, ac jusserit ἀπέχεσθαι ψυχρῶ ποτῶ. De hac incubatione eusque ritu ita scribit B. Hieronymus in illud cap. 65. Jesaiæ: Qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum &c. Nihil, *inquit*, fuit sacrilegii, quod Israel populus prætermitteret; non solùm in hortis immolans, & super lateres thura succendens: sed sedens quoque, vel habitans in sepulchris, & in delubris idolorum dormiens; ubi stratis pellibus hostiarum incubare soliti erant, ut somniis futura cognoscerent. Quod in fano Æscupii usque hodie error celebrat ethnicorum, multorumque aliorum, quæ non sunt alia, nisi tumuli mortuorum. Vide de hac incubatione veterum præclarè differenrem Gerhardum Joannem Vossium de origine & progressu Idololatriæ *lib. 3. cap. 35. p. m. 991.* quibus jungenda erudita dissertatio, de incubatione in fanis Deorum Medicinæ caussa olim facta, publicæ disquisitioni in illustri Julia subjecta à clarissimo & excellentis ingenii ac judicii viro Henrico Meibomio, Medicinæ Doctore, ejusdemque Professore in prædicta Academia Julia, necnon Seren. Dn. Augusti Brunsu. & Luneburg. Ducis Archiatro, amico meo fraterno, quò Lectorem remitto.

Pag. 929. lin. 26. eæque inscriptiones exstant apud Hieronymum Mercurialem *lib. 1. art. gymnast. cap. 1.*) Hæ ipsæ inscriptiones merentur heic legi, saltem latinè:

I. Hisce diebus Cajo cuidam cæco oraculum reddidit, veniret ad sacrum altare, deinde à parte dextera veniret ad lævam, & poneret quinque digitos super altare, & elevaret manum & poneret super proprios oculos: & rectè vidit populo præsente & gratulante, quod grandia miracula fierent sub Imperatore nostro Antonino.

II. Lucio affecto lateris dolore, & desperato à cunctis hominibus oraculà reddidit Deus, veniret & ex ara tolleret cinerem, & unà cum vino commisceret, & poneret super latus: & convaluit, & publicé gratias egit Deo; & populus congratulatus est illi.

III. Sanguinem removenti Juliano, desperato ab omnibus hominibus, ex oraculo respondit Deus, veniret, & ex ara caperet nucleos pini, & comederet unà cum melle per tres dies: & convaluit, & vivens publicè gratias egit præsente populo.

IV. Valerio Apro, militi cæco, oraculum reddidt Deus, veni-

ret

ret & acciperet sanguinem ex gallo albo, admiscens mel, & collyrium conficeret, & tribus diebus uteretur supra oculos, & vidit, & venit, & publice gratias egit Deo.

Hucusque marmoris illius inscriptiones, quas non omnes tali modo sese habuisse, nonnullas, omissa omni & curationis & morbi mentione, tantùm εὐφημίας ἕνεκα conceptas, jubet nos credere vel illa inscriptio quæ Regii extat ad quatuor columnas, ubi Æsculapii olim fanum. Inscriptio ita habet, quam pluribus explicat Eryc. Puteanus Epist. ad Septalium.

DEO ÆSCULAPIO VAL. SYMPHO
RUS ET PROTIS SIGNUM SOMNI
ÆREUM TORQUEM AUREUM EX
DRACUNCULIS DUOBUS PF. VII. : : :
ENCHIRIDIUM ARGENT. P. : : : L. A
NABOLIUM OB INSIGNEM CIRCA
SE NUMINIS EFFECTUM. V. S.
L. M.

INDEX RERUM MAXIME OBSERVANDARUM IN HOC TRACTATU.

Prior numerus paginam, alter sectionem sive distinctionem paginæ continet.

Regi-

col-

C.

tiqua

nobili

Exarchi

Juſtitia

M.

Magde-

N.

Nobilis

Philo-

Prin-

Q.

R.

S,

FINIS.